

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: B

Estante: 13


Numero: 14



2 400 40
Galle
MADE IN SPAIN



1187829

R. 20255



AD
TITVLVM IN CAP.
I. DE IVDICIIS.

A
SAPIENTISSIMO
DOCTORE IOANNE A
VALBOA MOGROVEIO.
Adsecundam partem.



SVMMARIA AD CAP. I. DE
Iudicijs.

I. **ONSTITVTIO**
Pontificalis dicitur, quā-
uis in Concilio edita sit, si
in inscriptione nomen Pon-
tificis appositum est.

2 Improbatur distin-
ctio supraposita.

3 In praxi multum
interest constitutionem cō-
ciliarem esse, aut Pontificiam.

4 In punto iuris, nullum discrimen esse consti-
tuendum.

Derogatio concilij generalis de stylo curia Romana
sape observatur, veluti in commissionibus appellatio-
num, & alijs casibus.

5 Derogatio Concilij Tridentini, quare hodie non
apponitur in coadiutorijs & alijs gratijs, generalis, ne-
que specialis.

6 Derogatio Tridentini Concilij nō est necessaria,
quoties gratia Pontificis mansignata fuerit, ut in cau-
sis beneficalibus.

* 7 Concilium triplex Provinciale Vniuersale, & Sy-
nodale.

8 Concilium Africanum, ex quo deductus est tex-
tus noster, vniuersale fuisse, ex multorum autoritate.

9 Concilium Africanum Provinciale fuisse, siue
Nationale.

10 Non obstant adducta pro contraria sententia.

11 Conclusio nostri textus.

12 Conclusio tres habet partes, & ideo triplicem
patitur dubitandi rationem. Prima, qui consensit iuris-
dictioni elicuius re integra potest à promissione recede-
re.

13 Excommunicari quis non potest nisi trina mo-
nitione, vel saltim vna peremptoria.

14 Excommunicatus non est absolendus donec sa-
tisfaciat.


Ea, quae ad certum tempus prohibentur, transae-
cto tempore absque noua concessione conceduntur.

15 Excommunicatus ratione contumaciae, praesi-
ta cautione absolendus est.

16 Excommunicatus an sit beneficio priuandus?



17 Priuatio Episcoporum pertinet ad solum Pon-
tificem.

18 Cur interrogatus fuit Quoduidens in specie
nostri textus, an velit lingare?



AD
TITVLVM IN CAP.
I. DE IVDICIIS.

A
SAPIENTISSIMO
DOCTORE IOANNE A
VALBOA MOGROVEIO.
Ad secundam partem.



SVMMARIA AD CAP. I. DE
Iudicijs.

1.



ONSTITVTIO
Pontificalis dicitur, quā-
uis in Concilio edita sit, si
in inscriptione nomen Pon-
tificis appositum est.

2 Improbatur distin-
tio supraposita.

3 In praxi multum
interest constitutionem cō-
ciliarem esse, aut Pontificiam.

4 In puncto iuris, nullum discrimen esse consti-
tuendum.

Derogatio concilij generalis de stylo curia Romana
saepe observatur, veluti in commissionibus appellatio-
num, & alijs casibus.

5 Derogatio Concilij Tridentini, quare hodie non
apponitur in coadiutorijs & alijs gratijs, generalis, ne-
que specialis.

6 Derogatio Tridentini Concilij nō est necessaria,
quoties gratia Pontificis mansignata fuerit, ut in cau-
sis beneficialibus.

* 7 Concilium triplex Provinciale Vniuersale, & Sy-
nodale.

8 Concilium Africanum, ex quo deductus est tex-
tus noster, vniuersale fuisse, ex multorum auctoritate.

9 Concilium Africanum Provinciale fuisse, siue
Nationale.

10 Non obstant adducta pro contraria sententia.

11 Conclusio nostri textus.

12 Conclusio tres habet partes, & ideo triplicem
patitur dubitandi rationem. Prima, qui consensit iuris-
dictioni elicuius re integra potest à promissione recede-
re.

13 Excommunicari quis non potest nisi trina mo-
nitione, vel saltem vna peremptoria.

14 Excommunicatus non est absolendus donec sa-
tisfaciat.

Ea, quae ad certum tempus prohibentur, transae-
cto tempore absque noua concessione conceduntur.

15 Excommunicatus ratione contumacia, praesti-
ta cautione absolendus est.

16 Excommunicatus an sit beneficio priuandus?

17 Priuatio Episcoporum pertinet ad solum Pon-
tificem.

18 Cur interrogatus fuit Quod uult deus in specie
nostri textus, an velit lingare?

- 20 Recusari an possit tota synodus provincialis, parsnegatiua?
- 21 Contraria sententia verior est.
- 22 Recusatio synodi potest fieri, quando iusta adest causa suspicionis recusatio iudicis sine causa potest fieri, recusatio vniuersitatis requirit causa expressionem, & probationem.
- 23 Concilium vniuersale ecumenicum, non potest recusari.
- 25 Contumacia graue crimen est, quando superioribus suis quis non obtemperat, & ideo seuerissimis pœnis vindicatur.
- 26 Contumacia est manifesta, vel presumpta, quid sit manifesta, quid presumpta?
- 27 Excommunicatio maior, nō potest ferri pro peccato quantumvis graui, nisi concurrente contumacia, absque monitione non est contumax.
- 28 Excommunicatio non solum profertur pro contumacia, sed etiam pro offensa.
- 29 Monitio est necessaria ad excommunicationem ex communi sententia, excommunicatio non fertur pro peccato praterito.
- 30 Non obstat textus in d. c. cum super querelam.
- 31 Non obstat text. in d. c. solet, & d. s. porro. Contumax dicitur non solū, qui citatus non comparuit, sed etiam qui inssus aliquid facere precepto superioris non paruit.
- 32 Excommunicatio à canone prolata supponit monitionem.
- 33 Contumax notoriè potest excommunicari sine monitione.
- 34 Contumax quando habeatur pro confesso.
- 35 De iure regio proceditur cōtra absentē cōtumacē.
- 36 Contumacia peccatum est inobedientia, quod fit ex contemptu iudicis.
- 37 Excommunicatus facta restitutione an indigeat absolute?
- 38 Contumax ratione contumacia, non est beneficio priuandus.
- 39 Text. in l. si conuerit, 18. ff. de iurisdictione omnium iud. declaratur in prorogatione iudicis nō sui, est locus pœnitentiæ reintegræ, in pacto de non declinanda iurisdictione iudicis sui non habet locum pœnitentiæ.
- 40 Ratio discriminis.
- 41 Iudicis consensus ad prorogandam iurisdictionem non est necessarius.
- 42 Alia discriminis ratio.
- 43 Text. in l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, & C. de pactis declarantur.
- 44 Respondetur secundo.
- 45 Stipulatio, inspicit, d. l. si cōuenit, si interposita fuerit, ante ceptum iudicium, non est locus pœnitentiæ, sed actore ad interesse succedit. Pœnitentiæ non solum iure speciali, sed etiam secundum strictam iuris rationem ante litem contestatam locum habet.
- 46 Hodie de iure regio, qui consensit iurisdictioni alterius iudicis, compellendus est, & non liberatur soluendo interesse.
- 47 Respondetur ad secundum argumentū, contra primā conclusionē, reijcitur supra dicta interpretatio.
- 48 Difficilis text. in d. c. cum sit Romana, & d. s. fin.
- 49 Censura an ferri possit cōtra absētē, & ignorātē.
- 50 Ratio, d. cap. cum sit Romana.
- 51 Censura secum affert effectum.
- 52 Excommunicatio nō suspēditur per appellationē.
- 53 Ratio, quare ignorantia non impedit censuram.
- 54 An satisfactio partis, facta antequam ad notitiam iudicis perueniat, impediatur censuram.
- 55 Excommunicatus non dicitur obedire Ecclesie, donec se superiori præsertet.
- 56 Censura potest habere duplicem effectum.
- 57 Solutio ad secundum argumentum.
- 58 Monitio non est necessaria in notorio cōtumace.
- 59 Noster text. procedit in cōtumacia, in nō comparendo.
- 60 Excommunicatus facta satisfactione an absolute indigeat.
- 61 Absolutio est necessaria post satisfactionem.
- 62 Censura sub conditione donec satisfaciatur facta satisfactione, non indiget absolute.
- 63 A contraria opinione non est recedendum.
- 64 Respondetur ad cap. fin. de matrimonio contra-cto cōtra interdīctum Ecclesie.
- 65 Adducitur pro eadē sententia, exemplū suspēnsionis, & interdīcti suspensio, & interdīctū, ligant tamquam censura Ecclesiastica sicut excommunicatio.
- 66 Discriminis ratio inter interdīctum, seu suspensionem, & excommunicationem.
- 67 Excommunicatus omnino excluditur, ab Ecclesia suspensio, & interdīcti, non sunt ab Ecclesia exclusi.
- 68 Excommunicatio non profertur certis, & determinatis verbis.
- 69 Absolutio requirit certam verborū expressionē.
- 70 Respondetur ad text. in d. l. Imperator, ff. de postulando.
- 71 Cautio sistendi in iudicio, an sit satisfactio?
- 72 Cautio idonea dicitur, in qua interuenit fideiussor, vel pignus.
- 73 Excommunicatus propter contumaciam absolute uendus est prestita cautione de iudicio sisti.
- 74 An in specie nostri text. ualeret absolutio nulla prestita cautione.
- 75 Quando aliqua forma prescribitur habenti aliam iurisdictionem actus ualet etiam forma non seruata, nisi sit cum clausula decreti irritantis.
- 76 Ablatum absolute conditionem inducit.
- 77 Excommunicatus persequens in excommunicatione, per integrum annum priuatur beneficijs obtentis ante excommunicationem, & dicitur suspēctus de heresi.
- 78 Contraria sententia verior est.
- 79 Non obstat text. in cap. rursus, 11. quast. 3.
- 80 Non obstat text. in c. fin. de pœnis.
- 81 Non obstat text. in cap. veritatis de dolo.
- 82 Concilium provinciale nō potest deponere Episcopum, sed declarare deponendum esse.
- 83 Contraria sententia verior est.
- 84 Praeses non habet potestatem de portandis.
- 85 Respondetur ad cap. 1. & 2. 6. q. 4.



AD TITVLVM IN CAP. I. DE IVDICIIS.



EX inscriptione nostri textus (qui sic inscribitur ex Concilio Africano) colligunt Felinus, Decius, Ripa, Berrius, Alciatus, Riminaldus, in princ. huius text. constitutionē hanc non esse Pontificiam sed Conciliarem: deducta enim est, ex Concilio Africano, siue Maguncienti, vno ex Africanis, c. 54. vt notat Anton. Augustinus, in 1. collect. Decret. capit. 1. hoc titul. Cuiacius in notis ad hunc text. cum alijs adductis à Sancto de Matrimonio, lib. 8. disp. 5. num. 9. & comprobatur, ex inscriptione, text. in cap. 2. de electione cap. 1. de pactis, cap. 1. de sponsalibus, cum alijs multis ex quorum inscriptione constat, constitutiones esse conciliares, non Pontificias: illud tamen aduertendum est, ex aliquorum sententia, quod quando in inscriptione apponitur nomē Romani Pontificis, quamuis aliās constitutio in concilio edita esset, Pontificia, & nō conciliaris dicitur, iuxta text. in cap. licet 6. cap. cum in cunctis 7. cap. ne pro defectu 41. de electione, cum sequētib; cap. nonnulli 28. de rescriptis, cap. Episcopus 4. cap. maioribus 18. cap. de multa 28. de prębendis, cum adductis à Mandosij. in reg. de infirmis resignantibus, quæst. 17. num. 12.

2 Sed ego hanc Mandosij, & aliorum distinctionem non probo, quoniam plerumque constitutiones, ex concilijs deductæ etiam, si in illis nomen Pontificis appositum sit, conciliares dicuntur, cap. cum ex eo de pœnitentijs, & remissionibus, cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. maioribus, c. vacante 26. de prębendis, c. licet canon. de electione lib. 6. cum alijs multis similibus, semper ergo constitutio conciliaris appellari debet, si ex concilio deducta sit, etiam si in illa nomen Pontificis apponatur, vt resoluit Rota in nobilissimis, 1. part. decisione 123.

3 Neque ociosa hæc inuestigatio, in praxi videri debet: multum enim interest, constitutionem conciliarem esse aut Pontificiam, quod attinet ad negociorum praxim, vt aduertit Ripa in presentī, num. 8. præcipuè, nam si constitutio conciliaris sit, continere videtur clausulam derogatoriam ad futuras dispositiones adeo, vt quod-

cunque rescriptum, aut priuilegium contra constitutionem concessum nullum sit, non facta in illis expressa concilij mentione, argum. text. in capit. ex parte de capellis monachorum, cap. nonnulli 28. de rescriptis, cap. ea in te de ætate, & qualitate, eò quod constitutiones conciliares: maiori cum maturitate facta videtur; argum. text. in cap. prudentiam 21. de offi. de legati, & probauit expressè Archidiaconus, in cap. 1. de constitutionibus, lib. 6. sequuntur relati à Cobarruias, lib. 4. variar. cap. 16. num. 13. Zenedo ad decretales, collect. 123. Sancius de Matrimonio, 1. tom. lib. 4. disput. 26. num. 7. Gonzalez ad regulam 8. gloss. 18. num. 103. Garcia de beneficijs, 1. tomo, 4. p. cap. 5. n. 25.

4 Que sententia quamuis in puncto iuris nō sit sine difficultate, ex multis nullum discrimen constituentibus inter constitutiones conciliares, aut Pontificias, vt defendit Alciatus, lib. 6. Paradoxorum, cap. 10. Florez, de Menas in practicis, quæst. 10. num. 5. Sarmiento lib. 3. selectarum, cap. 14. praxi tamen à sententia Archidiaconi non est recedendum, quam sæpe probauit Rota decisione 176. & 268. Pauli Æmilij, & in nobilissimis, 1. p. decisione 122. & 123. sicque de stylo Curie Romanæ sæpe obseruatur veluti in commissionibus appellationum, in quibus semper fit derogatio concilij generalis de duabus dictis, vt in cap. nonnulli 28. de rescriptis, & in dispensationibus, super defectu naturalium concilij Pictauiensis, de quo fit mentio in cap. 1. de filijs Presbyterorum, & ad duo beneficia incompatibilia Lateranense derogatur, de quo fit mentio in cap. de multa de prębendis, & in commutationibus vltimarum voluntatum: concilium Vienne, de quo fit mentio in clementina: quia contingit de religiosis domibus. Ex ista tamē constat sufficere generalem concilij mentionem, ad derogationem constitutionis conciliaris, absque eò quod sit necessaria mentio specialis illius constitutionis, cui dispensatio, rescriptum, aut priuilegium refragatur ex Menochio, conf. 294. n. 11. lib. 3. & quod magis est, sufficit clausula illa generalis, non obstantibus in constitutionibus generalibus in concilijs generalibus editis: vt notat Cobarruias in 4. 2. p. c. 8. §. 9. num. 6. Molina de iustitia & iure, 1. tom. tract. 2. disp. 173.

5 Quod si quæras, quare hodie in Curia Romana

mana in coadiutorijs, & alijs gratijs, & concessionibus factis, contra concilij Tridentini decreta nunquam apponitur derogatio, neque specialis, neque generalis dicti concilij responderi posse puto ex decreto eiusdem concilij sessione 25. de reformatione, cap. 21. vbi omnia remittuntur dispositioni Romani Pontificis, quapropter videtur, quod indictis gratijs potius utitur facultate, sibi in concilio concessa, quam aliquid contra concilij disponat, vt ostendit Garcia de beneficijs, 1. tom. 4. part. cap. 5. num. 34. qui refert ita fuisse in Rota declaratum, quod propter decreti concilij dicto, cap. 21. ad derogationem concilij Tridentini sufficiat illa clausula generalis, nō obstantibus constitutionibus Apollolicis.

6 Sed cū illa protestatio facta in dicto c. 21. concilij Tridentini, in omnibus alijs concilijs facta est, cum omnia Pontifici Romano subijciantur in illis, quę ad legum humanarum dispositionem pertinent, verius existimo rationem styli curię Romanę, deducendum esse, ex constitutione Pij Quinti, qua cauetur, quod quoties gratia Pontificis manu signata fuerit, vt fit in omnibus gratijs beneficalibus, non sit necessaria Tridentini derogatio, & ita à Cardinalibus declaratum esse refert Garcia vbi supra, quare existimo seruandam, non esse opinionem dicentium ad derogationem concilij Tridentini, speciali concilij mentionem necessariam esse; vt perperam dixerat Zerola in praxi 1. p. verbo *penfo*, & 2. p. verbo *absolutio*, §. 8. Gonzalez ad regulam 8. gloss. 15. n. 36. Oxeda de beneficijs, 2. p. cap. 12. num. 85. Henriquez 2. tom. lib. 7. in summa cap. 26. n. 3.

7 Præterea videre oportet, an concilium Africanum, ex quo text. noster desumptus est, sit generale, vel prouinciale: est enim triplex Concilium vniuersale, prouinciale, aut synodale, vt refert Henricus in tractatu de Synodo, 1. part. n. 4. Iacobacius de concilijs, lib. 1. art. 1. Simancas de catholicis institutionibus, tit. 12. Cano de locis Theologicis, lib. 3. cap. 1. Bosius de signis Ecclesię, lib. 7. cap. 1. Generale dicitur, seu vniuersale, quæ Romani Pontificis autoritate congregantur, quibus adesse debent totius orbis Episcopi, vel saltem illorum legati, c. 1. 15. dist. c. 1. & per totam, 17. dist. cap. significasti 4. de electione, & copiose ostendit Henriquez, lib. 3. de Pontifice, & Concilio, cap. 2. prouinciale vero dicitur, quod ad prouincię solū gubernationem auctoritate Metropolitanani ipso assistente congregatur, de quo fit mentio per totam, 18. dist. cap. si quis Episcopus, 1. & 2. 92. dist. cap. graue 29. de præbendis, & fit conuocatis totius prouincię suffraganeis Episcopis, hoc vero aliquando nationale dicitur, eò quod præsidente legato, vel primato Episcopi totius regni conueniunt, sicq; nationalia concilia à prouincialibus distinguit Bellarminus, 1. tom. controuersiarum lib. 1. de concilijs cap. 4. Azorius 2. tomo institutionum cap. 18. synodale vero dicitur, quod auctoritate Episcopi vocatis parochis Abbatibus, & quibus-

dam Presbyteris ad Episcopatus gubernationem congregatur, vt tradit Henriquez, vbi supra, lib. 3. cap. 12. cap. alijs singulis 18. dist. cap. quando 18. quæst. 2.

8 Quo supposito nonnulli Doctores post Decium in præfenti, num. 4. quos refert, & sequitur Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 458. num. 52. existimant Concilium Africanum, ex quo deductus est, text. noster vniuersale fuisse: mouentur, nam in finalibus verbis huius text. supponitur concilium potuisse priuare Quoduuldeum Episcopatu, quod in prouinciali concilio fieri, non possit, c. accusatus, cap. quamuis, cap. dudum 3. p. quæst. 6. quod confirmari videtur ex eo: nam in actis illius concilij relatis, 1. tomo conciliorum, concilium illud vniuersale vocatur, & in cap. 6. eiusdem concilij, ex quo deductus est text. in cap. primæ sedis 99. distinctione de primæ sedis Episcopo tractatur, & ei prohibetur, ne summus Sacerdos, aut Pontifex vniuersalis appelletur, quod non nisi generali concilio fieri potuit, in quo Romanus Pontifex per se, vel per legatum adesse debet, facit denique, nam in cap. de libellis 20. distinctione inter generalia concilia, quibus ecclesia utitur, hoc Africanum refertur.

9 Sed contraria sententia verior est videlicet concilium hoc Africanum prouinciale fuisse siue nationale, quod probant in præfenti Felinus, num. 2. Ripa, 10. Beroius, 7. Bursatus consilio 107. n. 10. Bellarminus tomo 1. controuersia, lib. 1. de concilijs, cap. 5. Azorius 2. tom. institut. Moralium lib. 5. capit. 16. & probatur 1. nam in c. quoniam, cum sequenti 16. dist. concilia generalia enumerantur, & Africani concilij nulla facta mentio est: tum secundò, quoniam ex actis eiusdem concilij, non constat fuisse vocatos Episcopos totius orbis per Romanū Pontificem; namque ipsum aut alium eiusdem nomine præfuisse concilio, vt in c. 1. 15. dist. Tum tertio quoniam frustra esset interrogatus Quoduuldeus, an vellet corā concilio litigare, si vniuersale esset, nullo enim modo potuisset tale iudicium declinare.

10 Neque obstant rationes adductæ pro contraria sententia, non primò desumptæ, ex eo quod in text. nostro significatur, Quoduuldeum ab illo concilio potuisse Episcopatu priuari: quoniam text. non negat ad talem probationem Romani Pontificis auctoritatem esse necessariam, vt infra latius dicemus. Neque obstat secunda ratio, quoniam concilium hoc Africanum non appellatur vniuersale, id est œcumenicum, seu Episcoporum totius orbis, cum suo Romano Pontifice, sed vniuersale dicitur, eò quod erat vniuersarum prouinciarum, totius Africę ad differentiam illorum, quę fiebant per singulas prouincias cum Metropolitanano, vt aduertit Bellarminus, dicto cap. 5. ad text. autem in dicto cap. primæ sedis, 99. distinctione, puto dicendum, non esse intelligendum de Pontifice Romano, sed de primato illius

illius prouincię, aut nationis. Neque obstat vltima ratio ex dicto cap. de libellis 20. distinctione: nam ibi non refertur Africanum Concilium, tanquā vniuersale œcumenicum, sed tanquam legitimum, id est, ab Ecclesia approbatum, & receptum inter alia, quibus Romani Pontifices videntur in iudicijs.

11 Quibus sic breuiter præmissis receptior nostri text. conclusio talis est, qui promissit corā iudice litigare, si fuerit contumax in non comparēdo excommunicari poterit, donec præmissa debita satisfactio absoluat, priuari tamē beneficio non potest, idē probatur, in c. 1. in fine, c. quoniam frequenter, §. fin. vt lite non contestata, cap. certum est, cap. si quis Episcopus. 6. 1. 1. q. 3. l. 10. & sequenti, tit. 4. p. 1. exornant relati Azeuedo ad decretales collect. c. 10. Gutier. de iust. confirmat. 1. p. cap. 28. Henriquez 2. tom. lib. 12. cap. 18. Suarez de censuris disp. 4. sect. 5. Sayrus lib. 1. cap. 4.

12 Quæ conclusio triplicem habet partem, ideò que triplicem patitur dubitandi rationem, prima pars probat illum, qui promissit coram iudice, litigare, si contumax fuerit, in non comparēdo excommunicatum esse, quod ex eo difficile redditur, nam is qui in alicuius iudicis iurisdictionem consentit, re integra ad libitum pœnitere potest, & à promissione recedere, l. si conueniret, ff. de iurisdictione omnium iudicum, ergo cum Quoduuldeus in prædicta specie à promissione recesserit re integra excommunicari non poterit.

13 Secundò contra eandem partem mouet dubitationem, quoniam vt quis possit iustè excommunicari: tum desideratur trina monitio, aut vna peremptoria, cap. omnes decimæ, 16. quæst. 7. cap. sacro 48. de sententia excommunicationis cap. statuimus, cap. constitutionem eodem tit. lib. 6. tum quod grauis sit causa, & sufficiens materia peccati mortalis, d. c. nemo cum sequenti, 11. quæst. 3. Tridentini sess. 25. cap. 3. at in specie huius text. Episcopus, nec fuit monitus, & causa leuis erat, ergo nec excommunicandus.

14 Secunda pars conclusionis probat excommunicatum, non esse absoluendum, donec satisfecerit, dubitationem mouet primò: nam ea quæ ad certum tempus prohibentur transacto tempore absque noua concessione conceduntur, l. Imperator 8. ff. de postulando, l. si vnus 28. §. si cum reo, ff. de pactis. Ergo cum Episcopus in hac specie excommunicatus esset, quo vsque satisfecerit, facta satisfactio, ipso facto manet absolutus ab excommunicatione, ergo nō indiget noua absolutione.

15 Secundò mouet dubitationem, nam ex aduerso videtur absoluendum esse ante satisfactionem, quoniam quoties ratione contumacię quis excommunicatur, præstita cautione de iudicio sistendo absoluendus est, cap. ex parte, el. 1. de verborum significatione, cap. qua fronte de appellatio, cap. venerabilibus, §. Secus de sententia excommunicationis, lib. 6. idque generaliter

receptum est solutis expensis, l. Sanctimus, C. de iudicijs, cap. quoniam frequenter, §. in alijs, vt lite non contestata, ergo non rectè docet text. noster absoluendum, non esse ante satisfactionem.

16 Tertia pars conclusionis probat excommunicatum propter contumaciã, non esse beneficium ea sola ratione priuandum, dubitationem mouet primo, nam is qui iustè excommunicatus est, iustè quoque potest beneficio priuari, c. rursus 35. cum sequenti 11. quæst. 3. imò, & priuari potest etiã lite nondum contestata, c. veritatis de dolo, & contumacia: ergo Episcopus in hac specie excommunicatus potuit rectè beneficio priuari.

17 Secundò ex aduerso dubium facit, nam Episcoporum priuatio pertinet ad solū Pontificem Romanum, cap. accusatus 3. quæst. 6. cap. 24. de translatione Episcopi, ergo Concilium Africanum etiam post causę exitum nō poterat Episcopum Episcopatu priuare.

18 Sed his non obstantibus verissima est nostri text. conclusio, ad cuius declarationem in primis oportet intelligere, quare Quoduuldeus in specie nostri text. fuerit interrogatus, an velit litigare, vel non, cum alijs à iudice compelli potuisset in iudicium venire: iudicium enim redditur in inuitum, l. inter stipulantem, 83. §. 1. ff. de verborum obligatio, cap. pulsatus 3. quæst. 6. c. si diligenti, cap. significasti de foro competenti, cum adductis ab Antonio Fabro iurisprudentiæ Papinianæ, principio primo, illatione 9. Adde vò hodie iure regio promissionem in carcerem compellitur reus ad iudicium venire, ita vt si litem contestare noluerit pro confesso habeatur, l. 1. tit. 4. lib. 4. compil. vt notat Cobarruias, lib. 1. variarum, cap. 8. num. 1. Gutie. in practicis, lib. 14. quæst. 46.

19 Huic difficultati respondent communiter Doctores, ideò Episcopum interrogatum fuisse vt omnes alię exceptiones fori declinatoriæ excluderentur ad effectum, vt postea concilium nequaquam recusari posset iuxta textum, in c. super questionum, §. nos autem de officio delegati, sequuntur Decius in præfenti n. 60. Beroius 120. Mantua, 38. Riminaldus, 57. Ripa, 34. Imola, 26. Panormitanus 15. ab hac tamen interpretatione recedit glossa nostra in præfenti, eò quod totum Concilium Prouinciale recusari, non potest quæsuspectum.

20 Controuersum enim est occasione prædictæ difficultatis, an tota synodus Prouincialis recusari possit, & partem negatiuam cum glossa in præfenti sequuntur innumerati relati à Rolando, consilio 19. num. 6. lib. 3. mouentur: nam nullam posse iustam suspitionis causam allegari aduersum totā synodū existimant, ita vt semper talis recusatio, quasi inanis admittenda nō sit, c. cū appellationibus, de appellat. lib. 6. & cōsequenter negant collegiū, ciuitatem, & similit aliam cōmunitatem recusari non posse, vt resoluit Baldus in l. hoc modo, ff. de conditionibus, & de

monstratio Albericus in tractatu de statutis, 2. p. quæst. 58. relati à Boerio decisio. 269. Imò dicunt generalem recusationem omnium advocatorum alicuius loci, vel decurionum ciuitatis, aut Doctorum studij admittendam non esse, probat præter relatos Rebusus de recusationibus art. 9. glossa 9. num. 46. Abendaño de exequendis, 2. p. cap. 23. n. 13. Gregorius in l. 2. tit. 4. p. 3. Morla in imperio 1. p. tit. 2. quæst. 1. idque notandum est ad declarationem text. in l. 1. tit. 5. lib. 3. ordina. & in l. 1. tit. 16. lib. 4. Compil.

21 Verior tamen est contraria sententia videlicet Concilium Prouinciale recusari posse: argumento text. in c. fin. 3. quæst. 5. cap. quoties, el primero, 2. q. 6. & vulgò allegatur text. in Clem. pastoralis, §. Notoriū de re iudicata c. licet ex suscept. de foro competentis, & probatur ratione primo: quoniam cum nullo iure cautum sit, ne collegiū, similisve alia congregatio recusari possint generalibus iuris communis regulis standum est, quibus docetur omnes iudices recusari posse l. aperitissimi C. de iudicijs. Probatur secundò, nam à Concilio Prouinciali potest appellari, sicut à quolibet alio collegio c. multis 17. dist. c. accusatus 3. q. 8. ergo necessariò recusatio admittenda est: valet enim argumentum de appellatione ad recusationem c. super eo de appellatio. quare quod Conciliū Prouinciale, vel aliud quodcunque collegium, communitas, aut congregatio recusari possit: probant Abbas in præfenti, num. 14. Felinus, 6. Decius, 61. Alciatus, 17. Ripa, 40. Berolius, 119. Petrus Grego. 3. p. syntagma. lib. 49. cap. 3. relati à Menochio de arbitrarijs, lib. 2. casu 458. Bobadilla in politica 2. p. lib. 3. cap. 8. nu. 122. Boerius, decisione 269. n. 3. & aperte probatur in c. quod suspecti 3. quæst. 5. vbi concilium fuit contra D. Chrysostrum, & quasi suspectum recusatum, vt refert Iacobacius de Concilijs, c. 1. lib. 6.

22 Hæc tamen sententia procedit, quãdo iusta aliqua adesset causa suspicionis contra totam Synodum, vel totam communitatem, quod varijs exemplis declarat Azebedo in l. 1. tit. 16. lib. 4. compil. à num. 25. secus vero si nonnulli tantum ex communitate inueniantur suspecti: nam tunc illi solum repellendi sunt, cæteri vero huiusmodi suspicionis nota non laborantes causam diffinire poterunt, vt aduertit Ripa in præfenti num. 40. & relati à Capicio, decisione 238. num. 6. & 7. Est ergo ad huius rei praxim obseruandum, quod etsi iure ciuili attentò ad recusationem iudicis non sit necesse causam exprimere in recusatione, sed sufficiat iuramentum recusantis, ex glossa in d. l. aperitissimi: verbo recusari. C. de iudicijs, & in l. quia poterat, verbo neque illud, ff. ad Trebellia. cum adductis à Cobarruias in practicis, cap. 26: n. 10. quòd idem procedit etiam iure regio, l. 1. tit. 16. lib. 4. compil. at vero in recusatione communitatis causæ expressionem, & probationem necessariam esse ostendit Ripa in præfenti num. 40. Paz in praxim. tom. 1. p. 10. tempore nu. 26. quòd in recusatione cuiuscunque iudicis Ecclesiastici in dubitatum

est iure canonico attentò, cap. secundo requiris, c. cum speciali de appellationibus.

23 Sed hæc omnia nequaquam procedunt in Concilio vniuersali œcumenico, quod nullo modo potest recusari: hoc enim vniuersalem Ecclesiam repræsentat, & ideò suspicionis causa in illo admittenda non est neque errare potest, assitit enim ibi Spiritus Sæctus, vt copiose explicuit Gregorius, lib. 1. registri epist. 24. Cano. de locis theolog. lib. 5. cap. 4. & omnes theologi cum D. Tho. 2. 2. quæst. 1. a. 1. Cobarruias lib. 1. de varia. c. 10. num. 12. Bellarminus lib. 2. de Ecclesia. cap. 2. Menochius, dicto casu 458. num. 30. & probatur: nam à Concilio generali œcumenico non admittitur appellatio, vt copiose notat Turrecremata lib. 3. de Ecclesia. c. 48. ergo neque poterit recusari, d. c. super eo de appellationibus.

24 Sed quamuis hæc omnia verissima sint, nihilominus existimo nõ sine scrupulo decisionis text. nostri posse accomodari; quoniam ex text. nostro non constat, Quodũdeũ habuisse causam recusandi concilium, quam & allegare, & probare debebat, cap. secundo requiris, §. fin. de appellatione, cap. si quis contra clericum de foro competentis, quare varias interpretationes cumularunt, ad text. nostrum Panormitanus in præfenti n. 14. Berolius num. 137. Decius num. 71. Ripa num. 45. Quibus omisis dicendum arbitror, Quodũdeũ non fuisse interrogatum respectu concilij, sed respectu accusatoris, non vt excluderetur exceptiones fori declinatoria, sed vt postquam semel consensisset, cum auctore litigare amplius illi nullam posset exceptionem opponere illarum, quas enumerat iuriconsultus in l. qui iudicio. 4. l. qui accusare 8. ff. de accusatio. quæ interpretatio congruit verbis nostri text. ibi, *an vellet cum eo experiri*, vt aduertit Ripa in præfenti num. 46. Alciatus n. 19. vel dici potest interrogatum fuisse, vt excluderetur exceptio illa fori declinatoria, qua fortè sibi competere potuisset, eò quòd in eius accusatione, non fuisset seruata forma cap. primi, secundi, & quarti, §. quæst. 2. nam aliàs licet ad concilium vocatus venisset, nequaquam teneretur suo accusatori respondere, vt in d. cap. 4. c. fin. infra de foro competentis, nisi sponte litigare voluisset renunciando suo priuilegio, vt in d. cap. 1. dilecti de foro competentis.

25 Vnde iam, vt assignemus veram decidendi rationem ad conclusionem text. nostri supponendum est contumaciam graue crimen esse in iure nostro, quando quis superioribus suis non obtemperat, l. contumacia, §. ff. de re iudicata l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re militari, l. vnica, §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, cap. 2. & ibi glossa, verbo *contumaciter* de dolo, & contumacia, l. sancimus, C. de iudicijs; contumax enim quasi tumidus factus superioris præceptum aspernatur, cap. 2. de maiestate, & obediencia, c. cum contumacia de hæreticis, lib. 6. cū adductis à Menochio de arbitrarijs §. lib. 2. cap. 153. Farinacio de delictis, quæst. 18. à num. 25. Gailio lib. 2. de pace publica,

blica, cap. 5. Cobarruias in c. alma mater, 1. p. §. 9. num. 3. & ideò seuerissimis pœnis contumaciæ crimen vindicandum esse constituerunt veteres iuris vindictores, vt in l. 1. ff. si quis ius dicenti, cap. 1. & 2. de sequestratione possessionis, & fructuum, c. tuæ fraternitatis, vt lite non contestata, c. sacro. de sententia excommunicationis.

26 Est tamen contumacia in duplici differentia: nam vel est manifesta vel præsumpta: manifesta dicitur, quæ per confessionem constat, veluti si citatus responderit nolle comparere, vel per sententiam, aut facti notorietatem, cap. de venerabilibus, §. porro, de sententia excommunicationis, lib. 6. c. ex parte 23. cum sequenti de verborum significatione, c. fin. de cohabitatione clericorum: Præsumpta vero dicitur contumacia quoties citatus quis ad certum diem non comparuit in iudicio, vel aliquod aliud, quod à iudice fieri iustum erat intra certum tempus non fecit, vel si latiter, vt citatio ad eum non perueniat, c. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non contestata: committitur enim varijs modis, de quibus text. in cap. certum 11. quæst. 3. siue in non parendo, siue in non comparendo, siue in recedendo à iudicio: plura Abendaño de primo, & secundo decreto, 1. part. in princ. Gail in practic. lib. 1. obseruat. 60. & lib. 2. de pace publica, cap. 5. cum alijs multis exemplis adductis à Doctoribus in c. 2. de dolo, & contumacia Vgolinus de censuris tabula 1. c. 17. §. 7. Sayrus, lib. 1. c. 9. à num. 13.

27 De inde supponendum est nunquam maiorem excommunicationem ferri posse pro peccato, quantumuis graui, nisi contumacia concurrente, ratione cuius dicimus peccatorem ecclesiæ obedire noluisse iuxta illud Mathæi cap. 8. *Sic ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam, & vicus*, & c. constat ergo hanc excommunicandi potestatem non esse à Christo concessam, nisi contra inobediētes Ecclesiæ, cap. audi denique 11. quæst. 3. tum etiam nam excommunicatio medicina est, cap. 1. de sententia excommunicationis, lib. 6. ergo si pro culpa iam præterita absque contumacia prolata esset, nullo modo diceretur medicina, quod nõ est concedendum: ideò enim excommunicationem semper debet præcedere monitio. d. c. sacro. 48. de sententia excommunicationis, cap. reprehensibilis, 26. de appellationibus ante monitionē, ergo nulla videtur esse contumacia, vt copiose aduertit Cobarruias in cap. alma mater 1. p. §. 9. num. 4. Suarez de censuris disp. 4. sect. 5.

28 Nec diffiteor difficilem esse superiorē doctrinam, nam sæpè in iure nostro videmus, excommunicationem latam fuisse pro criminibus commissis nulla præcedente monitione, vt probare videtur text. in cap. quidam maligni §. quæst. 1. cap. inter querelas, cap. Guilifarius 23. quæst. 4. c. raptores, cap. eos, qui 36. quæst. 2. Tum etiam nam text. in cap. solet el segundo, cap. venerabilibus 7. §. porro de sententia excommunicationis, lib. 6. vbi probatur excommunicationem nõ solū proferri posse pro contumacia, sed etiam pro offensa:

tum denique quoniam omnes excommunicationes à iure, non ab homine pro criminibus prolata nullam videntur præsupponere contumaciã, cap. si quis suadente, 17. quæst. 4. cap. vnico de his quæ vi. lib. 6. Clementina vnica de sepulturis cum similibus, & his rationibus contrariam sententiam sequutus est Almainus de potestate Ecclesiæ, c. 10. Cordoua lib. 2. q. 24. imò, & Abbas distinctione vsus est, in cap. 1. de raptoribus dicens excommunicationem ab homine latam ferri non posse, nisi præcedente monitione, latã vero à iure monitione non indigere.

29 Sed adhuc à communi sententia recedendum non est, semper etenim ad excommunicationem necessaria est monitio, neque quidquam obstat, text. in d. c. quidam maligni, vbi excommunicatio non fertur pro peccato præterito, sed pro futuro, pro illis scilicet qui libellum infamatoriū publicè posuerint: existimauit enim D. Gregorius in illo text. ponentes libellum, debitam non posse satisfactionem facere, nisi se publicè proderent confitendo suam falsitatem, & quamuis regulariter nemo teneatur se prodere, quando delictum occultum est, cap. quis aliquando de pœnitentia dist. 1. aliquando tamen ad id necessario tenetur ad tollendam grauissimam infamiam alteri illatam ex libello occultè posito: sic notat Soto ad illum textum de secreto membro secundo, quæst. 6. Nauarro de restitutione lib. 2. c. 4. num. 164. Suarez de censuris disp. 4. sect. 5. n. 16.

30 Neque tandem obstat text. in d. cap. inter querelas, cum alijs supra adductis: nam in specie illorum iurium excommunicatio, non fuit prolata propter delictum commissum, sed propter eò quod damnum illatum nondum fuit refarcitum, & consequenter crimen perseverare dicitur, veluti quando fertur excommunicationis sententia pro furto commisso, non quia commissum est, sed quia nondum facta restitutio.

31 Neque etiam obstat, text. in d. c. solet, & in dict. §. porro: nam ea iura dum docent excommunicationem ferri posse, pro offensa debent intelligi iuxta distinctionem, text. in d. c. ex parte, de verborum significatione: nam vel excommunicatio fertur pro sola contumacia, aut pro offensa simul cum contumacia, veluti si quis iustus noluit damnum emendare: sic enim in vtroque casu præsupponitur contumacia: contumax enim dicitur non solum, qui citatus non comparuit, sed etiam qui iustus aliquid facere præcepto superioris non parat.

32 Denique non obstat vltima ratio: nam in excommunicatione à canone, vel à legè prolata supponitur monitio, & consequenter in obediencia, & contumacia; eò enim ipsò, quòd lex hominibus aliquid prohibet sub cõminatione excommunicationis quotidie subditos monet: argumeto text. in l. Arriani, C. de hæreticis: rectè ergo dicimus harum legū transgressores contumaces, ideoq; iustissimè excommunicatos, absque alia speciali excommunicatione, vt vulgo agnoscunt DD. in

d. c. sacro. Sayrus, lib. 1. de censuris, cap. 7. num. 13. Henriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 17 cum adductis à Guttie, lib. 1. canonicarum quæstionum, c. 4. num. 6.

33 Fateor tamen huiusmodi contumaciam regulariter iudicari, ex eo quod canonica monitio præcesserit, quæ trina debet esse, quo casu peccatore in obduratione manente nulla videtur subesse correctionis spes, vt in d. c. sacro, c. reprehensibilis de appellationibus, ad validitatem vero excommunicationis sufficit vna tamen, vt cum glossa fatentur Doctores in d. c. sacro copiose Cobarrubias in c. alma mater, 1. p. §. 9. num. 7. Suarez de censuris disp. 3. sect. 12. Sayrus lib. 1. cap. 13. n. 26. At vero quando notorie constaret de contumacia nolentis obedire ecclesie, poterit absque alia monitione excommunicatio proferri, vt colligi videtur, ex d. c. venerabilibus, §. porro versiculo, *secus autem*, d. c. certum 11. q. 3. canonica namque monitio ad id solum necessaria est, vt per eam contumacia peccatoris appareat: si vero de illa aliter notorie constauerit, non erit necessaria monitio ad excommunicationem, argumeto text. in l. hæc stipulatio. 14. §. fin. ff. vt legatorum, seu fideicommissorum, &c. Nam quotiescunque constat aliquem notorie contumacem esse, præsumendum est contra illum in sua obduratione perseveraturum, etiam si admonitus sit.

34 Quibus sic contra contumaciam dubiter animaduersis addendum est ea ratione contumacem in alijs causis ciuilibus, & criminalibus pro confesso habendum, etiam quando accusatus esset de crimine capitali; quamuis iure communi iudex non posset contra absentem procedere ad penam mortis, cum melius esset nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, vt in l. absentem, ff. de pœnis: huiusmodi enim absens in defensus censetur in criminibus capitalibus: nam etsi reus citatus, & contumax non indefensus, sed præsens reputaretur, argum. text. in auth. vt omnes obediant iudicibus, §. si vero collat. 9. l. prope radum, §. fin. autem reus, C. de iudicijs, l. ad peremptorium, ff. eodem. auth. qua in prouincia, C. vbi de criminibus agi oporteat, c. veritatis de dolo, & contumacia hoc tamē procedit in causis ciuilibus, vel non ingentibus pœnam sanguinis, vt aduertit Gomecius in l. 79. Tauri. à n. 3.

35 Hodie tamen iure regio hæc omnia abrogata sunt: nam in omnibus criminibus indistinctè etiam pœnam sanguinis ingentibus contra absentem citatum contumacem proceditur, quasi contra confessum, ita vt pœna ordinaria delicti condemnatur, vt in l. 4. tit. 3. lib. 2. fori l. 9. tit. 2. lib. 3. ordinamenti: debet tamē seruari forma præscripta in l. 76. Tauri: est enim reus prius ter citandus voce præconis, cum termino nouem dierum vel viginti, si reus sit extra illius iudicis iurisdictionem, vt ostendit Gomecius vbi supra, num. 8. & relati à Julio Claro lib. 5. sententiarum, c. fin. quæst. 44. à num. 2. hoc tamen sic intelligendum est, vt contra talem confessionem fictam, seu præsumptam in-

ductam aliàs ex contumacia in contrarium admittitur probatio, vt resoluit Gutie. in practi. lib. 1. q. 49. per totam, imò & reus appellans admittendus, qui aliàs pro confesso haberetur ratione contumaciæ, vt ostendit Gutie. vbi supra, quæst. 50.

36 Vnde facile ex dictis colligitur ratio decidendi ad primam partem nostræ conclusionis: nam cum Episcopus Quoduuldeus ex sua promissione teneretur litigare coram concilio, vt infra in solutione ad primum latius dicemus, & sine concilij licentia recesserit publicè dicens se nolle in iudicio comparere, notorius contumax efficitur, & idè absque alia monitione rectè potuit excommunicari, vt in cap. venerabilibus, §. porro, verbo *secus autem* de sententia excommunicationis, lib. 6. dict. cap. certum, 11. quæst. 3. & notant in præsentem Innocentius, & Hostiensis in princ. Butrius, num. 79. Abbas 10. Decius 25. Ripa 30. Berrius 114. Mandosius in praxi signaturæ secunda forma, glossa in verbo *Ecclesiasticos*, Cobarrubias in dict. cap. alma mater, d. §. 9. Suarez d. sectione 12. Et tandem huius rei ratio ex eo deducitur, nam contumacia peccatum est inobedienciæ, quod fit ex contemptu iudicis, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 105. art. 1. & mortale crimen est, ergo iuste excommunicationis pœnam meretur; nam qui iudici præcipienti comparere, non paret præceptis legis, & iudicis repugnat, & consequenter transgreditur illud præceptum obediendi superioribus, c. 2. de maiestate, & obedientia, cap. omnis anima de censibus.

37 Decidendi vero ratio ad secundam partem nostræ conclusionis pendet ex illa celebri quæstione, an ille, qui excommunicatus est, facta partis satisfactione, adhuc absolutione indigeat: de qua agendum est infra in solutione ad primum adductum contra secundam conclusionis partem supra n. 14.

38 Tandem ratio decidendi ad 3. partem nostræ conclusionis dum probat contumacem, ratione contumaciæ, non esse beneficio priuandum tum primo, nam si probaretur, euenire posset, vt sæpè dånaretur innocens, quod omni iure etiam naturali prohibitum est, l. absentem, §. ff. de pœnis, cap. 1. 2. quæst. 1. cap. 1. de causa possessionis: tum secundo, nam pœna debet esse æqua delicto, l. aut facta, 16. ff. de pœnis: at contumaciæ crimen non meretur pœnam priuationis, quæ nisi pro grauissimo crimine non opponitur, cap. inuentum 16. q. 7. & solum habet locum in casibus in iure expressis, idè quæ à Concilio Africano imponi non potuit, argum. text. in l. at si quis, 14. §. Diuus autem Marcus, ff. de religiosis cum adductis à Tiraquello, in l. si vnquam verbo *reuertatur*, num. 232. C. de reuocandis, Octauiano in pedemontanis decisione 77. in princ. Flamin. de resignatione, lib. 4. q. 2. num. 3. Farinacio, primo tomo criminalium, tit. de pœnis, quæst. 19. num. 43. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 9. num. 10. Tum denique, nam si propter contumaciam priuaretur, beneficio duplici pœna pro eodem crimine puniretur contra decisionem, text. in l. senatus 14. ff. de accusationibus, cap. at si clerici, §. de adulterijs infra isto titulo: nam pro crimi-

ne contumaciæ imposta est à iure specialis pœna excommunicationis.

39 Quibus suppositis non obstant argumenta supra adducta pro dubitandi ratione contra primam conclusionis partem, non primum deductum ex regula textus, in dict. l. si conuenerit, 18. ff. iurisdictione omnium iudicium, in cuius declaratione varios cumulant intellectus in præsentem Panormitanus, num. 17. Butrius, numer. 40. Ripa, 52. Decius, 28. Corrafius, lib. 4. Miscela, c. 5. Cobarrubias, in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 4. de pactis, lib. 6. Morla in emporio, tit. 2. in proæmio, numer. 115. Gratianus, regula 277. Faquineus, lib. 1. Controuers. capit. 61. Duæ tamen interpretationes ab omnibus magis communiter recipiuntur. Primum communiter respondetur distinguendum esse inter conventionem de proroganda iurisdictione iudicis non sui, & conventionem de non declinanda iurisdictione iudicis sui: nam in pacto de proroganda iurisdictione alieni iudicis locus est pœnitentiæ reintegra, de quo loquitur text. in dict. l. si conuenerit, vt iudicant iurisconsulti verba, ibi, *Si conuenerit, vt alius prator, quam cuius iurisdictione est, &c.* At vero in pacto de non declinanda iurisdictione sui iudicis non habet locum pœnitentiæ, de quo loquitur text. notiter etiam lite nondum cepta, & reintegra: concilium enim Africanum iudex erat competens in causa Quoduuldei, idè quæ rectè potuit illum excommunicare: quia fidem præstitam non seruauit promissit ergo Quoduuldeus non declinare iurisdictionem concilij, quamuis aliàs aliquam potuisset exceptionem opponere iuxta explicationem text. nostri, quam supra, num. 24. retulimus, sic tradiderunt Ripa in præsentem, num. 48. Abbas, num. 17. Decius, 6. Mantua, 42. Berrius, 138. Faquineus, dict. cap. 61. Gobeanus, lib. 2. de iurisdictione ad textum in dict. l. si conuenerit, & ibidem Cuiacius, & tractatu 7. ad Africanum in principio.

40 In assignanda vero inter has conventiones discriminis ratione laborant interpretes, & septem interpretationes refert, & impugnat in præsentem Ripa, à num. 50. vulgo tamen responderi solet, quod in pacto de non declinanda iurisdictione sui iudicis agitur de abdicanda quadam exceptione parti competente, quæ rectè potuit iuri pro se introducto renunciare, argumeto text. in l. si quis in conscriuendo, C. de pactis: at vero in pacto de proroganda iurisdictione alieni iudicis agitur de præstanda iurisdictione ei iudici, qui illam non habebat, ei quæ sine ipsius acceptatione acquiri non potest, quare re integra, cum nondum adfit acceptatio iudicis, non est mirum, quod pœnitentiæ locum habeat: argumeto text. in l. qui absentem, 38. ff. de acquirenda possessione.

41 Quæ interpretatio probabilis est, quamvis opponi possit ad prorogandam iurisdictionem consensum iudicis, non esse necessarium, l. 2. §. conuenire, ff. de iudicijs: nam respon-

deri potest, quod quando res est integra, & iurisdictione à iudice nondum acceptata; prorogatio reuocabilis est, ita vt litigator, qui iurisdictionem prorogauit, pœnitere possit.

42 Secundo vero communiter respondetur, & multò melius differentiæ rationem esse, quod pactum de proroganda iurisdictione in specie illius legis est pactum nudum, vt indicat verbum *si conuenerit*, quod plerumque ad nudum pactum refertur, vt in l. lecta, & ibi glossa, verbo *conuenit*, ff. si certum petatur: at iure ciuili pactum nudum actionem non producebat, sed solum exceptionem, l. iuris gentium, 7. §. sed cum nulla, & §. igitur nuda, ff. de pactis, l. legem 10. C. eodem: & quamuis eodem iure ciuili alieni iudicis iurisdictionem prorogare liceat, l. 2. ff. de iudicijs, necessario tamen desideratur eundem iudicem adire per litis contestationem, vt rectè aduertunt Cuiacius, & Eguinarus, in dict. l. si conuenerit, & idè non est mirum, quod in specie illius, text. pactum nudum de proroganda iurisdictione reuocari possit reintegra, sicut & iure ciuili poterat reuocari re integra quælibet cōuentio innominata, ex dict. §. sed cum nulla: At vero in specie nostri text. pactum de non declinanda iurisdictione concilij reuocari non potest reintegra: Tum quia iure canonico attento pactum nudum, secundum receptiorem sententiam producit actionem non exceptionem, vt statim dicemus: Tum etiam, nam etsi dicamus actionem non producere, adhuc tamen in specie nostri text. pœnitentiæ locus non est, quoniam exceptionem, & replicationem producere sufficit, vt reuocari non possit, ratio est: nam exceptio declinatoria fori, vel recusatio à Quoduuldeo opposita poterat pacti interpositi replicatione excludi: exceptiones enim & replicationes etiam ex pactis nudis oriuntur, l. si vnus, §. pactum, ff. de pactis, l. 2. §. replicationes, ff. de exceptionibus: vt in proposito adnotarunt Iass. in dict. l. si conuenerit, num. 35. & relati à Faquineo, vbi supra.

43 Dubium tamen facere videntur Imperatorum decisiones, in l. si quis, in conscribendo, C. de Episcopis, & Clericis, & C. de pactis, vbi si Clericus priuilegio fori renunciauerit, valet efficaciter pactum, ita vt etiam actionem produxisse videatur, quod difficile videtur: Tum, nam iure ciuili, pactum nudum non producit actionem. Tum, nam Clericus priuilegio fori renunciare, non potest, cap. si deligenti de foro competentis: sed facile ad primum respondetur, quod in specie dictæ legis, si quis in conscribendo pactum nudum appositum fuit iuxta contractum, à quo informatur, & ita iure ciuili actionem etiam producit, l. in bonæ fidei, 13. l. petens, C. de pactis, l. iuris gentium, §. quinimo, & §. adeo, ff. de pactis.

44 Ad secundum respondetur, quod tempore illarum legum Clerici nondum habebant priuilegium fori, sed apud iudices sæculares conueniebant

ueniebantur, aliquando tamen apud Episcopū, si ita fieri voluisset actor, l. omnes, C. de Episcopis, & Clericis, l. cum Clericis, C. eodem, & sic intelligi debet rubrica, tit. C. de Episcopali audientia: ideo enim nō dicebatur de Episcopali iurisdictione: quare prædictæ leges, si quis in conscribendo, non sunt intelligendæ de renunciatione fori Ecclesiastici, sed de quodam alio priuilegio fori secularis, quod clericis illo tempore antiquo competebat, quod inuiti non possent conueniri, apud inferiores iudices, sed Romæ apud Magistratus superiores, & in prouincijs apud Præfides, vel Proconsules, ad quos pertinebat curare, ne clericis iniuria irrogaretur, donec postea Iustinianus edidit nouam constitutionem de clericis litigatoribus, teste Cuiacio in nouella, 79. quod priuilegium concessum fuerat personis clericorum, & ideo rectè ab eisdem potuit renunciari: At priuilegium Ecclesiasticum toti collegio clericorum concessum fuit, & ideo non poterat renunciari, vt in dict. cap. si diligenti de foro competenti.

45 Ex quibus aperte deducitur, quod si in specie dictæ legis si conuenerit, stipulatio interposita fuerit, vel pactum nudum appositum fuerit iuxta contractum, etiam ante inceptum iudicium pœnitentiæ locus non esset, sed potius actio ad interesse succederet: nam in obligationibus facti, semper succedit obligatio ad id, quod interest, l. stipulationes, 72. §. Celsus, ff. de verborum obligat. l. si quis ab alio, 13. §. fin. ff. de re iudicata, & notat, in præsentis Abbas, n. 14. Decius, 20. Beroius, 165. Alciatus, 129. Bartolus, in dict. l. si conuenerit, numer. 4. Riminaldus, numer. 2. At in specie text. in dict. l. si conuenerit, præsupponimus iurisdictionem prorogatam fuisse simplici, & nuda conuentione, & ideo rectè dicimus pœnitentiam in eo casu locum habere, non solum iure speciali, sed etiam secundum strictam iuris rationem, ante litem contestatam, vt in præsentis notat Alciatus, numer. 24. Beroius, numer. 143. Cagnolus, in l. 1. ff. de iudicijs. Ratio est; nam cum in rebus incorporalibus, non habeat locum vera traditio, aut verâ possessio, l. feruus, 43. §. incorporales, ff. de acquirendo rerum dominio, vsus rei pro traditione habetur, vt in feruitutibus, quæ iura incorporalia sunt: probat text. in l. quoties, ff. de feruitutibus, l. 2. C. eodē titulo, vt ergo iurisdictioni iudici acquiratur, & quasi tradatur, necesse est, quod litem contestando iurisdictione vtatur iudex, vt sit efficax prorogatio, vt in dict. l. si conuenerit, & notat Curtius Iunior, in l. 1. nu. 18. ff. de iudicijs.

46 Hodie tamen decisio. text. in dict. l. si conuenerit non seruatur, sed omnino cessauit, tum iure canonico, quo attentio secundum receptiorem opinionem pactum nudum efficacem actionem producit iuxta communiter notata, in capite primo, per textum, ibi de pactis cum adductis à Cobarruijs, in cap. quamuis pactum,

2. part. §. 4. numer. 14. de pactis lib. 6. Gomecio, tomo secundo variarum, cap. 9. Mendoza, lib. 3. de pactis, cap. 9. Conano, lib. 5. Commentar. capite primo, quidquid contra putauerint Forcatolus in necyomantia dialogo 16. Alciatus, lib. 5. paradoxorum, cap. 3. Fortunius, in dicto cap. 1. de pactis. Tum etiam iure nostro regio, quo attentio necessaria non est stipulatio, sed ex pacto nudo actio ciuili oritur, vt in l. 2. titulo 16. lib. 4. ordinamenti, & ita hodie qui iurisdictionem alieni iudicis pacto nudo prorogauit, compellendus est etiam re integra seruare promissionem specificè; adeo vt soluendo interesse non liberabitur: nam etsi iure ciuili obligatio faciendi succederet ad interesse, hodie tamen iure canonico, & regio præcisè ad factum compellendus est, qui aliquid facere promissit, vt copiose ostendit Cobarruias in dicto capite, quamuis pactum. 1. part. §. 4. numer. 6. Guttier. de iuramento confirmatorio, 1. part. cap. 39. num. 3. Gregorius, in l. 3. titulo 14. part. 5. verbo, *puede hazer*, quidquid dixerint Gomecius, tomo 2. variar. cap. 10. Parlad. lib. 1. rerum quotidiana. capit. 6. §. 2. numer. 10.

47 Neque obstat secundum argumentum supra adductum, contra primam conclusionis partem, numer. 13. ibi namque expenditur Quoduuldeum, non fuisse admonitum, & consequenter excommunicari non potuisse, quasi non contumacem, respondent tamen Felius, & alij ex antiquis relatis à Cobarruias, in dicto capite, alma mater, 1. part. §. 9. numer. 6. Sayro de censuris, lib. 1. capit. 2. numer. 17. quod in specie nostri, text. crimen Quoduuldei erat notorium, & ideo dicunt necessariam non fuisse admonitionem, iuxta textum, in capit. de manifesta, 2. quæst. 1. capit. euidentia de accusatio. capit. cum olim, 12. de re iudicata, capit. cum sit Romana, §. fin. de appellationibus, in quibus probatur formam iuris in notorijs non esse necessariò seruandam. Sed hæc interpretatio communiter rejicitur, ex supra notatis, numer. 27. pro nullo enim crimine ferri potest sententia excommunicationis, nisi concurrente inobedientia, & contumacia, & ita etiam, in notorijs criminibus admonitionem esse necessariam docuit Panormitanus, in dict. capit. cum sit Romana, dict. §. fin. numer. 32. & ibidem Beroius, numer. 83. Ripa, in præsentis num. 81. Decius, 34. Cobarruias, & Sarrus, vbi supra, Suarez de censuris, disputatione 4. sect. 11.

48 Sed difficilis videtur, text. in dict. cap. cum sit Romana, dict. §. fin. vbi insinuat sententiam ferri posse contra absentem, & ignorantem, quod probat text. exemplo D. Pauli, qui absentē, & irrequisitum excommunicauit, sed respondet glossa ibidem, & Doctores allegati, & quos refert Henriquez, tomo 2. lib. 13. de excommunicatione, cap. 18. num. 3. Apostolum sæpe Corinthum illum admonuisse, vt à peccato recederet antequam excommunicationem proferret: quamuis tempo-

re, quo fuit excommunicatus, absens & irrequisitus proponatur.

49 Adeius rei declarationem sciendum est controuersum esse, an censura ab homine lata ferri possit contra absentem, & ignorantem, ita vt illum comprehendat, in qua dubitatione respondēt communiter Doctores in absentem, & ignorantē ferri posse: probat glossa communiter recepta, in cap. Apostolica verbo probabili, de clerico excomm. u nicato ministrante, vt multis relatis docet Cobarruias in d. cap. alma mater, 1. p. §. 10. n. 7. & deduci solet ex verbis Pauli 1. ad Corinth. 5. *Ego præsens spiritu, absens autem corpore iam iudicauit*, vbi significat absentem excommunicasse idem Stephanus Papa, in d. cap. de manifesta, 2. quæst. 1. & in d. cap. cum sit Romana, d. §. fin. de appella. ibi, *Sicut ille, quem absentem, & irrequisitum Apostolus excommunicauit*. id est, vt ibidem docet glossa non iudicialiter citatum admonitum tamen extra iudicium.

50 Sed ex facto Apostoli non constat illum ignorantem excommunicasse, sed absentem solū: potuit enim esse quod illum absentem excommunicasset, ita vt noluerit illum ligare, donec illi censure intimaretur, ratio huius coniecturæ ex eo deducitur: nam Paulus in hunc finem illum excommunicabat, vt spiritus eius saluus fieret, ergo dum ipse excommunicationem ignoraret, nihil profusus ei prodesse posset, non ergo credendum est Paulum voluisse absentem ligare, ita vt data ignorantia ligaretur, eo enim casu neque ipse teneretur vitare alios, neque alij ipsum: ergo videtur nō probari, ex facto Pauli, neque ex iuribus citatis excommunicationem ferri posse contra ignorantē, sed solū contra absentem.

51 Quod si dicas sententiam excommunicationis legitimè in absentem ferri: at sententia talis secum affert executionem, vt in cap. pastoralis, §. verum, cap. præterea de appellationibus. ergo statim cum profertur, sortitur suum effectum, & consequenter ignorantem ligat, quando non potest statim ad eius notitiam peruenire, facile tamē occurritur, nā censura secū affert esse dū iuxta legitimam ferentis intentionem, ergo quamuis iudex ferat in absentem excommunicationis sententiā potest intendere illum non obligare donec ei intimetur, & videtur talem debere esse iudicis intentionem, quoniam de ratione sententiæ est, vt non obliget donec sit intimata, argum. text. in cap. viduum verficulo *si aduersus absentem*, 2. quæst. 6. ergo iusta intentio ferentis censuram debet esse, vt non liget, donec intimetur.

52 Sed adhuc multo verius puto, quod quamuis sententia censure possit ea intentione ferri, id tamen non est simpliciter de substantia, nec de iustitia censure, nam qualibet sententiā ex eo solum, quod iuridice profertur, suum robur habere dicitur, etiam si nondum sit reo intimata, quamuis verum sit, quod respectu illorum, qua ex natura sua scientiam requirunt, non habeat plenum effectum ante intimationem, v. g. si talis sit sententia, quod per appellationem suspendi possit; tunc si senten-

tia lata contra absentem fuerit tempus ad appellandum, non computatur nisi à die sententiæ, illud namque omnino dependet ex notitia sententiæ, & sic procedit, text. in d. cap. biduum: hoc tamen non potest habere locum in sententia excommunicationis, quæ nullo modo per appellationem sequentem suspenditur, d. cap. pastoralis, §. verum, d. cap. præterea de appellatione. & ideo ita ferri potest, vt statim operetur, & liget etiam ignorantem saltim quoad illos effectus, qui non dependent ex notitia partis.

53 Sed hæc doctrina primo declaranda est, ita vt procedat, quando ille contra quem profertur sententia excommunicationis, fuerat antea sufficienter admonitus, vt vbi supra aduertit Cobarruias: tunc enim rectè ferri potest etiā contra ignorantē, quod si quæras, quæ sit ratio propterquā ignorantia non impedit censuram, facile respondetur rationem esse, quia talis ignorantia non tollit contumaciam, sed illam potius supponit, & consequenter ex parte delinquentis supponit sufficientem causam censure, quod sufficit, vt sufficiens potestas in iudice sit ad proferendam excommunicationis sententiam.

54 Sed, vt nihil intactum relinquamus, posset adhuc quis dubitare, quid si cōtingeret eotempore, quo fertur censura illum, qui excommunicatur, iam Ecclesiæ paruissē, & satisfacisse parti ita tamē, vt de hoc nondū perueniret notitia ad iudicē, an eo casu in pediretur censure. & pars affirmatiua vera videtur: nā tūc videtur cessare rationē dictæ censure, videlicet damnum partis nondum satisfactū, & consequenter impediatur effectus censure: tum etiam nam data scientia iudicis cognoscentis partem esse satisfactam, & nullam esse censuram, non posset talem ferre excommunicationis sententiā: esset enim, & iniusta, & nulla, quod vero iudex sciat, vel non sciat satisfactionem factam esse, est quid omninò accidentale, ergo nō debet alteri nocere, sed potius talis sententia est intelligēda quasi continens in se tacitam illam cōditionem, si in sua contumacia perseverauerit.

55 Sed nihilominus Franciscus Suarez de censuris, disp. 4. sect. 11. num. 8. securè tenendam esse contrariam opinionem docet in præxi: fatetur tamen in principio iuris rem esse valde dubiam, qua tenta sententia ratio erit, quoniam censura non fertur propter perseverantiam in contumacia vsque ad illud tempus, quo fertur sententia, sed pro contumacia consummata tempore per admonitionem præscripto, ergo talis sententia fundatur in vera, & legitima causa: tum secundo, nam talis censura post sufficientem admonitionem, iam nō fertur sub conditione in futurum; sed purè, & absolute in poenam contumaciæ, ergo ex parte causæ valida erit: tum tertio, nam peccator ille, respicitur apud Deum, at vero coram Ecclesia non dicitur obedire, donec se superiori præsentet, & eodem modo priorem contumaciā corrigat, ergo si prius, quam hoc faciat excommunicetur, ligatus manebit, quo vsque absoluetur, ex quibus patet facilis solutio

solutio ad rationem pro contraria sententia adductam.

56 Secundò superior doctrina declaranda est adhibita distinctione: nam censura potest habere duplicem effectum alterum præcipiendo tantum, alterum per se ipsam efficiendo. Primus effectus pertinet ad actus per censuram prohibitos, veluti communicationem fidelium, celebrationem, & alia similia, quæ excommunicationis sunt prohibita, & quamdiu is, contra quem profertur, illam ignorat efficiendo actus per illam prohibitos, excusatur, nam tunc habet vim cuiusdam præcepti: præceptum autem ignorantem non obligat, sic etiã, & ignorantia censuræ, quod debet intelligi data ignorantia inuencibili: secundus vero effectus censuræ non pendet ex noticia, vel ignorantia illius, qui per sententiam ligatur, v. g. quod incapax beneficij reddatur vel simile quid, & in his erat dubitatio, an sententia tales habeat statim effectus contra ignorantem, quam ad utramque partem disputant glossa, & DD. in dict. cap. Apostolicæ verbo *probabili* de Clerico excommunicato ministrante, & resoluunt censuram quoad hos effectus, non pendere ex scientia, vel ignorantia eius, in quem fertur, quam dicit communem Cobarruias, in d. c. alma mater, 1. p. §. 10. de sententia excommunicationis, lib. 6. Vgolinus, cap. 9. §. 8. num. 5. & ratio est, quoniam quo ad hunc effectum non pendet sententia ex actione, vel obligatione excommunicati, sed ipsum effectum efficaciter operatur, eo etiã non consentiente: ergo neque etiam pendet ex scientia vel ignorantia illius, idque declaratur ex exemplo aliarum legum humanarum, quæ possunt etiam habere duplicem effectum, & obligandi, & irritandi, & quamuis prior per ignorantiam excusetur, non tamen posterior: nam prior effectus dependet ex operatione hominis, posterior vero ab ipsa lege independenter operatur.

57 Iam ergo ad solutionem secundi argumenti redeamus, unde discessimus, cui respondendum esse putat Ripa in præfenti, n. 8. quod in specie nostri text. supponendum est citatum fuisse Quoduuldeum. Primo, cum ad concilium citatus fuit: secundo, quando altera die id sibi non placere respondit, sed hæc interpretatio aperte conuincitur, quoniam non agimus de citatione necessaria ad condemnationem extra regulam, text. in l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, & in cap. 1. de causa possessionis, sed loquimur de monitione post delictum, vel condemnationem necessariam, vt peccator resipiscat.

58 Quare verior interpretatio est, quod in specie nostri text. nulla fuit necessaria monitio, eò quod Quoduuldeus manifestus, & notorius contumax fuit; nam publice in concilio dixit, se nolle respondere, atque discessit: argum. text. in d. cap. Venerabilibus, §. porro, versiculo *secus autem* de sententia excommunicationis, lib. 6. pro contumacia, igitur manifesta rectè excommunicari potuit, vt supra ostendimus, num. 33. in contumacia enim notoria monitio non est necessaria, vt probat glossa in cap. de illicita, 24. q. 3. verbo *peremptorio* sequuntur Pa-

normitanus, & Butrius, in præfenti, num. 29. Felinus, 18. Ripa, 81. Mantua, 53. Beroius, 214. Lapus allegatione 63. Cobarruias, & Vgolinus, vbi supra.

59 Neque etiam obstat secunda pars eiusdem argumenti supra num. 13. adducta, excommunicationem scilicet pro leui causa ferendam non esse, ex d. cap. nemo, 11. quæst. 3. cum alijs in eodem argumento adductis; quoniam hanc regulam generalem limitant, DD. in contumacia in non comparendo coram iudice, pro qua etiam ex leui causa quilibet excommunicari potest, vt aduertit in præfenti Panormitanus, nu. 10. Ripa, 32. Beroius, 108. cum adductis à Cobarruias, in d. cap. alma mater, 1. part. §. 9. num. 3. Dueñas, regula 153. ampliatione 3. Ideoque communiter text. noster intelligitur, vt procedat in contumacia, in non comparendo, sed puto negandum esse contumaciam, de qua text. noster causam leuam fuisse, cum ex negatione graui vocatus fuisset Quoduuldeus ad conciliū, & accusatus de crimine graui, ratione cuius poterat postea Episcopatu priuari, ideoque propter notoriam, & grauem contumaciam iuste fuit excommunicatus, quæ grauior fuit, quanto cum maiori contemptu concilij siquidē in concilio respondit sibi non placere.

60 Neque etiam obstat primum argumentum supra, num. 14. adductum contra secundam partem conclusionis nostræ: petit enim, vt explicemus quæstionem illam, an excommunicatus, donec satisfecerit facta satisfactione, absolutione indigeat, vel non, in qua quæstione existimo veriore esse partem affirmatiuam videlicet absolutionem esse omnino necessariam, vt probat glossa, verbo *donec* in clementina prima de decimis, & sequuntur Abbas, in præfenti, num. 6. Decius, 46. Ripa, 13. Riminaldus, 34. & relati à Cobarruias, in 4. 2. p. c. 6. n. 16. Gutier. lib. 1. canonicarum quæstionum, cap. 5. num. 7. Henriquez, lib. 13. de excommunicatione, cap. 29. num. 2. Sayrus, lib. 4. cap. 17. num. 4. Vgolinus, tabula 2. c. 3. 1. §. 4.

61 Hæc sententia mihi aperte probatur: primo in text. nostro, dum docet non esse absoluentem, donec satisfaciatur, 2. in cap. quamquam in fine de censibus, lib. 6. ibi, *Neque ab excommunicatione absolutionem donec*, &c. Tertio, in clementina prima de decimis, 4. in clementina secunda, post principium de hæreticis, ibi, *à quonon possint absolui præterquam in mortis articulo, donec illis à quibus extorserint, plene satisfecerint*: in quibus aperte probatur absolutionem necessariam esse post satisfactionem, & nequaquam concedendam ante illam, præterea probatur: nam in excommunicatione lata sub illa forma, donec satisfeceris, exprimitur id, quod tacite inesse videtur à iure, in quacunque excommunicatione, c. ex literis de constitutionibus: at ille, qui pure, & simpliciter excommunicatus est, etiam si satisfecerit, indiget absolutione, cap. cum desideres, 15. cap. à nobis, 28. cap. quamuis, 58. de sententia excommunicationis, cap. ad aures, 24. de simonia idē ergo dicendum est, quando excommunicatio sub illa

illa forma profertur: argum. text. in l. 3. ff. delegatis 1.

62 Hæc tamen doctrina non est sine controuersia: nam multi grauissimi authores putant, quod quando censura fertur sub illa *conditione, donec satisfecerit* necessaria non est absolutio facta satisfactione, ita sentit Cobarruias in cap. alma mater, 1. part. §. 11. num. 5. retractans, quod antea dixerat, in 4. 2. part. cap. 6. num. 16. & eandem antea probauerat Alciatus in præfenti, n. 10. Imola in dict. clementina 1. de decimis, & glossa. 2. ante omnes in cap. fin. de matrimonio contracto, contra interdictum Ecclesiæ, & in eam etiam inclinasse videtur Franciscus Suarez de censuris, disput. 7. sectione 1. num. 12 & ad illud fundamentum generale, quod excommunicatio per solam absolutionem tolli potest: est enim actus iurisdictionis: respondet Suarez, quod quando dicimus absolutionem non esse necessariam, non est simpliciter intelligendum, sed non esse necessariam nouam absolutionem: nam in eo casu, quando quis excommunicatur, donec satisfaciatur facta satisfactione, tollitur censura non pro noua absolutione, sed pro absolutione præstita, quando censura lata fuit, quasi dicamus; quod tunc non tollitur censura ex vi solius satisfactionis, sed ex vi absolutionis conditionalis, ita vt idem sit dicere sit excommunicatus donec satisfaciatur, quod dicere ego te absoluo si satisfeceris, quæ sententia valde probabilis est.

63 Sed adhuc à priori sententia recedendum non est, & moueor: nam iura omnia superior allegata, numer. 61. expresse dicunt etiam post satisfactam partem generaliter absolutionem esse necessariam; quare non obstant ea, quæ pro contraria opinione adduci possunt, primo adducitur text. in dict. capit. ex literis de constitutionibus, cui facile respondetur textum illum loquentem esse non de censura, & excommunicatione, sed de quadam alia pœna temporali priuationis commercij cum alijs magistris, & quamuis Pontifex mentionem fecerit ibidem excommunicationis lata propter contumaciam, qua cessante excommunicatus debet restitutionem obtinere, vt inquit text. ille hoc debet intelligi præmissa absolutione iuxta consuetam Ecclesiæ formam, vt in dict. cap. cum desideres cum similibus de sententia excommunicationis.

64 Secundo adducitur text. pro eadem sententia in cap. fin. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, ibi, *excommunicationi debes subijcere, donec tamdiu separentur*, &c. sed facile respondetur ex dictis, quod in illo text. solum dicitur eos, qui matrimonium contraxerunt contra interdictum Ecclesiæ excommunicandos esse, quo vsq; separentur, quod intelligi debet, ita vt post separationem absoluenti sint iuxta formam Ecclesiæ.

65 Tertio adducitur ratio pro eadem sententia exemplo suspensionis & interdicti, in quibus si proferantur sub illa conditione, *donec satisfecerit*, facta satisfactione non requiritur aliqua ab-

olutio, vt colligitur ex dict. clementina 1. de decimis, cap. presbyter si à plebe 2. quæst. 4. c. si quis deinceps, 16. q. 7. & ibi glossa, verbo *interdicimus*, c. si qui sunt, 81. dist. & ibi glossa, verbo *emendat*, c. non est vobis 12. de sponsalibus: ergo idē dicendum est in excommunicatione: nam interdictum, & suspensio ligant, tanquam censura Ecclesiastica, sicut excommunicatio, cap. quærenti, 20. de verborum significatione, cap. nemo, 11. quæst. 3. cap. cum inter de consuetudine, cap. is cui 20. de sententia excom. lib. 6. imò & à fortiori id procedere debet in excommunicatione: nam quanto magis nocet, quam suspensio, & interdictum, vt in c. corripiantur, 24. 3. tanto facilius tolli, & relaxari debet.

66 Sed respondetur discrimen esse inter suspensionem seu interdictum, & excommunicationem quoniam ad tollendam suspensionem, vel interdictum nullibi in iure nostro præscribitur forma certa, neque vlla expressa absolutio, seu relaxatio desideratur, & ideo sufficit tacita; argum. text. in l. 3. ff. si certum petatur: & hæc resultat ex illis verbis suspensio vel interdictum donec satisfeceris: at vero in excommunicatione maiori certa forma à iure determinata est per quam excommunicatus præmissa causa cognitione post satisfactionem expresse absoluentus est, vt indicat verba text. in d. c. cum desideres de sententia excommunicationis, ibi, *in fine vi secundum formam Ecclesiæ*, &c. d. c. à nobis, ibi, *absolutionis autem forma*, cum adductis à Sayro lib. 2. de censuris, c. 18. Vgol. tab. 1. c. 19. & ideo sicut tacita absolutio non sufficit similiter nec sufficit illa que resultat ex illis verbis, *donec satisfecerit, excommunicetur*.

67 Et confirmatur hæc doctrina ex eo quod aduertit Panor. in præfenti, n. 6. & declarat rectè Sayrus, d. c. 18. quod excommunicatus omnino excluditur à comunione Ecclesiæ, & efficitur membrum diaboli, c. omnis christianus, c. nihil eaudi deniq; 11. q. 3. & ideo absurdum iudicauit Ecclesiæ excommunicatum, sic ligatum per solam pœnitentiam, & satisfactionem tacite reconciliari, vt absq; noua absolutione restitueretur Ecclesiæ imò sunt à principio, nemo in Ecclesia recipi potest sine ipsius ministerio, & opera: argum. text. in c. debitum de baptismo similiter neq; ab Ecclesia exclusus sine eiusdem ministerio restitui potest: argum. text. in c. verbum de pœnitentia dist. 1. quod multo diuersum est in suspensio, & interdicto: hi namq; non sunt ab Ecclesia exclusi, sed intra illam manent, & ideo tacita, & minor sufficit in illis reconciliatio, & sic intelligendus est in c. quamquam de censibus, lib. 6. ibi enim non agitur de interdicto donec satisfecerit, sed de illo, quod fuit simpliciter prolatum, & sub tali forma speciali interpositum, vt præstita satisfactione requireret relaxationem.

68 Quarto adducitur pro eadem sententia, quod sicut ad ferendam sententiam excommunicationis nulla sunt in iure nostro certa, & solentia verba præscripta, sed sufficiunt quæcūq; apta ad significandam excommunicatis intentionem, vt iudicant verba text. nostri, ibi, *nullus eidem communicet*, cap. fin. 3. q. 4. c. placuit, 6. q. 2. cap. Episcopi, 11. q. 3. cap. penultimo de sententia excommunicationis clem. 2. eodē

tit. cū adductis à Nauarro, c. 27. n. 12. Sayro lib. 1. cap. 11. n. 13. ergo similiter ad eius absolutionem, quæ sacramentalis non est certa verba necessaria non sunt, sed illa sufficient, per quæ constet de intentione superioris absolueri volētis: argum. text. in l. nihil tam naturale, ff. de regulis iuris, & aduertunt Cobarruias in d. c. alma mater, 2. p. 4. 11. n. 7. Enriquez, lib. 13. c. 20. n. 2. Vgolinus tabula 2. c. 30. §. 1. Suarez de censuris, disp. 7. sect. 9. at per illa verba *excommunico te, donec satisfeceris*, aperte constat de intentione excommunicantis volētis solum excommunicare vsque ad tēpus satisfactionis, & sequuta satisfactione nō ligare, sed potius absolueri.

69 Sed facillē respondetur, quod licet in absolutione excommunicationis certa forma verborū nō sit necessaria exigit aliqua verba expressa, per quæ iuxta iuris formam, & adhibita causæ cognitione tollatur vinculum excommunicationis, vnde qui alium excommunicat donec satisfecerit, id significare vult, vt non sit absolueri, quo vsque satisfaciatur, & idem est dicere aliquem excommunicatum esse, donec satisfecerit, ac si diceretur, donec satisfactione præmissa fuerit absolutus, vt aduertit Beroius in præsentī, n. 75.

70 Vnde ad argumentum in forma respondetur illud procedere in illis casibus, in quibus sufficit tacita cōcessio, vt in d. l. Imperator, ff. de postulando, cum alijs in argumēto adductis: fecus vero in illis, in quibus neque tacita sufficit, sed expressa desideratur concessio iuxta formā iuris, vt in excommunicatione maiori tollenda: in eo vero, qui à Romano Pontifice excommunicatur per illa verba *donec satisfeceris*, si per illa voluerit eo ipso absolueri excommunicatum satisfaciētē, tūc non erit necessaria alia absolutio: nam Pontifex est super omnē ius, & ita potest iuris forma prætermittēsa procedere, & omittēsa causæ cognitione excommunicatum absolueri: argum. text. in c. proposuit de concessione præbenda, vt aduertit in præsentī, Alciatus, n. 10. Mantua, 7. 1. Riminaldus 35.

71 Neq; obstat secundum argumentū, contra secundam conclusionis partē supra adductū, n. 15. quod petit, vt explicemus, quā satisfactionem teneretur præstare Quoduuldeus ad obtinendā absolutionem ab excommunicatione, & respondet glossa in præsentī, verbo *donec*, per satisfactionem in text. nostro intelligi cautionē sistēdi in iudicio, quā docet sufficientē esse in specie text. nostri, vbi Episcopus excommunicatus fuit propter contumaciā, iuxta regulā text. in c. ex parte, versiculo *in primo* de verborum significatione, & in c. qua frōte, 25. versiculo *sane* de appellationibus, & sequuntur Abbas in præsentī, n. 23. Decius, n. 81. Sed hæc doctrina aperte conuincitur: nā Quoduuldeus excommunicatus fuit, propter manifestam contumaciam; publice namq; dixit se nolle respondere, & ideo vltra illam cautionem de iudicio sistendo desideratur necessario realis satisfactio expensarum, vt probatur in d. c. venerabilibus, §. porro versiculo *secus* de sententia excommunicationis, lib. 6. & resoluit Decius in d. c. qua frōte, n. 17. de appellatio.

Cobarruias in d. cap. alma mater, 1. p. §. 11. n. 11. Sayrus, lib. 2. cap. 18. num. 14.

72 Quod adeo verū est, vt si in specie nostri text. Episcopus nō posset satisfacere soluēdo realiter expensas propter inopiā, non aliter esset absolueri, quā præstita prius satisfactione seu cautione idonea iuxta formā text. in c. Odoardus de solutio- nibus, vt aduertit gloss. in d. c. ex parte verbo *pro contumacia*, vel si periculo mortis instante nō adesset tempus satisfaciendi: argum. text. in c. fin. de sepul- turis, c. in literis de raptoribus. c. pastoralis, §. prætereā de officio ordinarij, & aduertit Ripa in præsentī, n. 75. & in his casibus cautio non aliter præstanda est, quā datis fideiussoribus, vel pignori- bus: nam hanc solum dicimus idoneā cautionem, l. si mandato, §. 9. ff. ff. mandato, l. 4. §. adijci, ff. de fideicommiss. libertatibus, glossa in c. finali, verbo *idonea* de pœnis, lib. 6. si vero pignora, aut fideiussor- res deficiant, tūc cautio iuratoria sufficit argum. text. in c. per vestram de donationibus inter auth. generaliter, C. de Episcopis, & clericis, & in simili docet glossa in l. 1. ff. v. usufructu, quæ admodū careat cū adductis à Tiraq. de retractu, tit. 1. §. 1. gloss. 18. n. 44. Cobarruias, & Sayrus, vbi supra, Enriquez lib. 13. de excommunicatione, cap. 28. n. 1.

73 Vnde ad argumentum in forma responde- tur excommunicationē ferri, posse aut pro crimine concurrente contumacia, aut pro sola cōtumacia, vt expresse cognouit, text. in d. c. ex p. 23. de verborū significatione, quādo pro crimine profertur v. g. pro furto, si furtū sit notoriū, absolutio nō potest habere locū, nisi præstita criminis satisfactio- ne, vt aperte probat, text. in d. c. ex parte: si vero crimen vel furtū non sit notorium, sed dubium poterit absolutio concedi, præstita satisfactione de- parendo mandato iudicis, vt in d. c. ex parte versiculo, *si vero*, c. solet versiculo *in prima* de sententia excommunicationis, lib. 6. quando vero, quis ex- communicatur propter contumaciā, tunc absolueri est, præstita solum cautione de iudicio sistendo, quæ in eo casu locum habet satisfactionis, & hoc intelligi debet, quando contumacia est præ- sumpta, videlicet quia termino designato non cō- paruit, si vero manifesta sit contumacia, vt in spe- cie nostri text. quia iussus comparere aperte di- xerit se nolle comparere tunc cautio de sistendo in iudicio non sufficit, sine reali satisfactioe expen- sarum, quam distinctionē expresse agnouit, text. in d. c. venerabilibus, d. §. porro per totū, & §. sanē.

74 Sed pro complemento huius quæstionis du- bitari potest, an si in specie text. nostri Quoduul- deus absolutus esset nulla præstita satisfactione va- leret absolutio, cui difficultati respondet Cobarru. d. §. 11. n. 7. Nauarr. c. 27. n. 37. Enriquez d. c. 28. n. 3. validā esse eo casu absolutionē, eod quod nō sit lata contra ius legis, aut constitutionis, sed cōtra ius li- tigatoris, tantū & consequēter, quāuis dicamus sen- tentiā esse iniustā, nō tamē eā dicemus nullā iuxta vulgare traditionē, text. in c. 1. de iudicata, idq; in proposito deducunt vulgo DD. ex text. in dict. cap. venerabilibus, §. sanē in fine.

75 Sed puto distinguendum esse: nam, vel lo- quimur in eo casu, quando is, qui absolueri debet parte satisfacta aliās habet iurisdictionem, aut quando illam non habet, sed specialiter ei concessa est, in primo casu procedit superior doctrina: nam quoties certa forma præscribitur habenti aliās iurisdictionem actus, valet etiam forma non seruata nisi adiectio formæ fiat cum clausula de- creti irritantis, vt notat glossa singularis in cle- mentina prima verbo, *inhibentes* de iure patrona- tus, vt notat Iass. in l. non dubium, num. 18. C. de legibus Socinus, in lege more, numer. 24. ff. de iurisdictione omnium iudicū Nauarro, capit. 27. numer. 37. quod etiam procederet, si adiecta fue- rit dictio *nullatenus*, probat glossa in clementina vnica de exequatratione possessionis, verbo *nullatenus*, & ibidem sequitur Cardinalis, q. 16. An- carranus, n. 11. in c. quoniam de immunitate Ec- clesiarum, lib. 6. Imola, 20. Dominicus, 9. Francus, 4. quamuis contrarium probent, alij relati à Gi- gante de pensionibus, quæst. 10. numer. 10. Enri- quez vbi supra, dict. num. 3. quorum opinio valde probabilis est: nam dictio *nullatenus*, solet habere vim decreti irritantis, vt docet glossa, in clementi- na 2. de atate, & qualitate, verbo *nullo modo*, quod verum puto, nisi aliud materia subiecta postulauerit: argumento text. in capite pueri, & ibi glossa, verbo *ad sacros*, 1. quæst. 1. cum adductis à Tira- quello in l. si vnquam verbo *revertatur*, C. de reuo- candis, num. 95.

76 In secundo vero casu quando facultas absolueri datur ei, qui aliās iurisdictionem non habet, adiecta clausula satisfactione præmissa, vel satisfacta parte, vt vulgo in bulla Cruciatę, & iubi- lis concedi solet, cui libet confessario approbato, tunc absolutio facta, forma illa non seruata, nulla erit: nam cum illa forma concipiatur per ablatiū absolutum conditionem inducit: argumento text. in l. à testatore, 108. ff. de conditio. & demonstrat. sub ea enim conditione, & non aliter censetur cō- cessa facultas absolueri: argumento text. in l. si quis sub conditione, 8. ff. si quis omittā causa testa- menti, & ita non est mirum, quod si ea forma, aut conditio à delegato non seruetur, actus corruat: argum. text. in cap. cum dilecta, 22. & ibi glossa, verbo *iuris ordinē* de rescriptis, l. diligenter, ff. man- dati, & tandem hæc doctrina expresse probatur in cap. fin. de restitutione spoliatorū vbi cum cōces- sa fuisset facultas absolueri, facta restitutione pos- sessionis, eod quod hæc adiectio adimpleta nō fuit, non valet absolutio, vt ibidem agnoscunt com- muniter Doctores Nauarro, consilio 50. & consi- lio 52. sub tit. de sententia excommunicationis Sua- roz de censuris, disp. 7. sect. 5. n. 41.

77 Neque obstat primum argumentum adu- ctum supra in principio, num. 16. produbitiandi ra- tione, contra tertiam nostrę conclusionis, partem ex d. cap. rursus cum alijs, 11. quæst. 3. & respondet glossa fin. quod iura in argumēto allegata procedunt, quando per integrum annum perseuerat in excommunicatione: nam tunc priuari potest be-

neficijs ante excommunicationem obtentis: idem docet glossa fin. in cap. cum bonę de atate, & qua- litate, glossa fin. in c. contingit de dolo, & contu- macia: sequitur Abbas in præsentī, n. 2. Felinus, n. 8. Duñas, regula 153. Iulius Clarus, lib. 5. sen- tentiarum, §. fin. qua st. 73. n. 6. mouentur: nam qui tanto tempore in excommunicatione perseuerat, suspectus de hæresi censetur, c. fin. de pœnis, cap. excommunicamus, 13. §. qui autem de hæreticis, c. cum contumacia, eodem tit. lib. 6. Tridentinum sess. 25. de reformatione, c. 3. in fine: at ille qui sus- pectus est de hæresi, nisi suam ostenderit innocen- tiam, beneficijs priuatur, c. ad abolendam, versicu- lo *præsertim*, & sequenti de hæreticis.

78 Sed nihilominus verior est contraria sen- tentia videlicet, quod propter solam perseueran- tiam vnus anni in excommunicatione: nemo fit beneficijs priuandus ante excommunicationem obtentis, vt probant in præsentī Abbas, n. 24. Ri- pa, 77. Mantua, 52. Beroius, 86. & relati à Cobar- ruuias, in d. c. alma mater, 1. p. §. 7. n. 10. Nauarro, c. 27. n. 23. Vgolino de censuris, tab. 1. cap. 14. §. 3. n. 5. Sayro, lib. 2. c. 10. n. 3. Enriquez, lib. 13. de ex- communicatione, c. 7. n. 5. & probatur, in l. 32. tit. 9. p. 1. & colligitur, ex text. in d. cap. cum bonę, vbi ad priuationē beneficiorum expenditur perseue- rantia triēnij in excommunicatione: probationis enim pœna imponenda nō est, nisi in casibus à iure expressis argumento text. in l. & si quis, 14. §. Diuus autē Marcus, ff. de relig. ofis, & sumptibus funerū, & ostendit glossa fin. in d. c. fin. de iure pa- tronatus.

79 Neque obstat text. in d. c. rursus, 11. q. 3. cū alijs adductis in argum. infra d. n. 16. nam ibi solū probatur excommunicatum per annū permanentē in excommunicatione ceteri conuictū siue causa ciuili, siue criminalis sit: nā ex transcurso anni in excommunicatione, quædā præsumpta criminis cō- fessio inducitur iuris, & de iure, contra quam pro- batio nō admittitur: argum. text. in c. nullus de præ- sumptio, vnde si crimen vel causa, de qua agitur & ratione, cuius excommunicatio emanauit, talis sit, vt pœnam priuationis beneficiorū mereatur, tunc à iudice beneficijs priuandus, quasi de crimine con- uictus, c. cū contumacia de hæreticis, lib. 6. si vero talē crimen non mereatur priuationē, tūc ex trās- curso anni beneficio priuandus non est, vt aduertit Abbas in præsentī, n. 24. Beroius, n. 86. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. casu 416.

80 Tandem non obstat text. in d. c. fin. de pœ- nis, lib. 6. & in d. c. excommunicamus, 13. §. qui autē de hæreticis, d. c. cū contumacia eodē tit. lib. 6. nā res- pōdetur, quod is, qui per annū in excommunicatio- ne perseuerat, siue per causa ciuili, siue criminali suspectus est de hæresi, vt in dictis iuribus proba- tur: hæc tamē suspicio non sufficit, vt condēnetur tanquā hæreticus, sed solū sufficit, vt contra illum procedatur tanquā contra suspectū de heresi, vt aduertit Gutti. lib. 1. quæst. canonicarū, c. 12. & c. 20. & consequēter, nō sufficit, vt taliter suspectus be- neficijs priuetur, ad text. vero in d. c. excommunica-

mus, d. 6. qui autem in d. c. cum contumacia facile respondetur, quod in illis iuribus agitur de illo, qui a principio erat de hæresi suspectus, & ea ratione ad iudiciū vocatus fuit, & contumax, & ea de causa excommunicatus perseveravit q; in excommunicatione per annum: tunc suspicio hæresis augetur, & efficit vehementem præsumptionem criminis, ratione cuius poena ordinaria criminis punitur.

81 Neque obstat tandem, text. in d. c. veritatis de dolo. & contumacia: dum probat contumacē beneficio priuari posse etiam ante litem contestatam, cui multis modis respondet Abbas, ibidem à n. 22. nā respondetur text. illum procedere in causa inquisitionis, in qua speciale est, ut litem nondum contestata procedatur ad testium receptionem, & diffinitivam sententiam, ut ibidem sentit Abbas, n. 23. Neque tandem his omnibus obstat text. in c. de cernimus, 3. q. 9. nam ille text. procedit in eo, qui erat infamatus de crimine, et q; purgatio indicta fuerat termino certo ad se purgandum statuto, ut indicant illa verba, *purgandi se occasione non vitatur*, qui cum intra terminū sibi designatum se purgare noluisse pro conuicto habendus est, c. tna de cohabitatione clericorum, c. fin. in fine de purgatione canonica.

82 Neque obstat 2 & vltimum adductū pro dubitanda ratione, contra 3. part. conclusionis nostræ super, n. 17. cui respondent cōmuniter, glossa in c. vltimum, 3. si quem. 2. q. 6. Antonius, & Felinus, in præfenti n. 23. Parilius 67. quod quamuis prouinciale conciliū Episcopū deponere nō possit, poterit tamen deponendū esse declarare, mouētur ex regula, text. in l. 1. §. deportatos, ff. de legatis, 3. l. inter poenam, 6. ff. de interdicitis vbi præses, qui de portare non potest, poterit pronunciare reum esse deportandum.

83 Sed veriorum esse contrariam sententiam ex multis probat Sarmient. lib. 1. seclēt. c. 14. n. 8. ita vt conciliū prouinciale, nec Episcopū deponere possit, neque pronunciare illum esse deponendum, iuxta regulam text. in l. scire oportet, 2. l. §. si mater, ff. de tutoribus, & curatoribus, l. contra legem 28. ff. de legibus. Ad textum vero in d. §. deportatos cum similibus, respondetur ea iura procedere in præsidibus, qui etsi ius deportandi habeāt, insulā non habent, vbi deportatos mittere possint, & ideo principi rescribere tenētur vt insulā assignent, l. relocatorum, in principio, ff. de interdicitis.

84 Sed cōuincitur hæc interpretatio ex text. in l. 2. §. constat, ff. de poenis, d. l. inter poenas, ff. de interdicitis, vbi constat præsidem deportandi potestatem non habere, text. namq; in d. l. relocatorū nō in deportatis, sed potius in relegatis loquitur inter quos iure civili maximū erat discrimen, l. capitulum, 28. l. quidam 17. l. Metrodorus 40. ff. de poenis, l. cognitionum, ff. de varijs, & extraordin. cognitionibus, cum adductis à Menochio de arbitrarijs, lib. 2. casu 230. cum ergo maior poena sit deportatio, quam relegatio, lozum præfecto prætorio, vel præfecto vrbs promittitur, dict. l. 1. §. deportatos, ff. de l. 3. l. 1. ff. de officio præfecti vrbs

præsidibus autem denegatur, quibus solum erat promissum Imperatorem admonere crimen fuisse deportatione dignum, vt rectè notat Othomanus, lib. 1. obseruatio, cap. 12. & ita dicendum putocōcilium prouinciale potuisse Pontificem Romanū admonere crimen Quoduuldei esse depositione dignum illum tamen deponere non potuisse, sine autoritate Pontificis, neque text. noster contrarium docet, cum solum dixerit Episcopo nō posse, ante causæ exitum deponi, sed non negat Romani Pontificis autoritatem esse necessariam.

85 Sed his omnibus obijcitur primò text. in c. 1. & 2. 6. quæst. 4. secundo text. in c. si quis Episcopus, 1. & 2. 1. q. 3. tertio text. in c. si Episcopus, 16. q. 6. quarto text. in c. si quis à proprio, 2. 1. q. 5. quæ iura probare videntur Episcopū, & condemnari, & deponi posse à cōcilio prouinciali, sed respondetur, quod hæc omnia iura loquantur secundum tempora antiquiora, in quibus etiam grauiores Episcoporum causæ in cōcilio prouinciali terminabantur, vt aduertit glossa in c. accusatus, 3. q. 6. quam sequuntur Abbas, & Decius in præfenti, n. 31. Duarenus, lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministrarijs, c. 7. hodie vero de causis grauioribus Episcoporum, solus Pontifex Romanus potest cognoscere, iuxta Tridentini formam, sess. 24. de reformatione, cap. 5. de qua re videndi sunt Mandosius de monitorijs, quæst. 4. in fine Flaminius, lib. 1. de re signatione, q. 10. n. 38. Germonius, lib. 3. de sacrorum immunitatibus, c. 7. n. 43. Marcus Antonius, lib. 2. institutionum, tit. 6. n. 398. & cum his soluitur argumentum, & finitur text. iste.

S U M M A R I A.

Ad cap. 2. cap. qualiter, & quando, cap. clerici de iudicijs, cap. per tuas, cap. contigit de arbitrijs, & tota causa, 1. 1. quæst. 1. l. 56. 57. tit. part. 1. l. 1. 2. 3. tit. 6. lib. 1. recopilationis.

- 1 **P**ROPONITVR materia text.
- 2 Christus concessit Ecclesia hanc potestatem.
- 3 Potestas hæc est duplex.
- 4 Principes sacri sunt quasi vassalli Ecclesia.
- 5 Apostoli receperunt omnem potestatem, iurisdictionis immediate à Christo, sicut Petrus.
- 6 In hoc omnes Apostoli sunt aequales.
- 7 Prælati omnes accipiunt iurisdictionem spirituale à Christo mediante Pontifice.
- 8 Discrimen inter potestatem ordinis, & iurisdictionis.
- 9 Iurisdictione Ecclesiastica nunquam fuit penes rem publicam.
- 10 Quo iure hæc incapacitas procedat.
- 11 Exemptio clericorum à iurisdictione seculari, an à iure diuino, vel positiuo procedat.

- 12 Quod procedit à iure positiuo.
- 13 De iure diuino non constat.
- 14 Euangelium non eximit à iurisdictione seculari, sed solum de tributis.
- 15 Exemptio non prouenit à iure naturali.
- 16 Clerici non semper fuerunt exempti à seculari iurisdictione.
- 17 Clericus potest reconueniri coram seculari, in causa civili.
- 18 Fundamentum, quod exemptio sit de iure diuino, unde desumptum sit.
- 19 Reuerentia debetur sacerdotibus ex iure naturali.
- 20 Sacerdos superior est laico ratione status.
- 21 A iure diuino procedere ex Conciliorum, & Pontificum decretis.
- 22 Discrimen inter causas Ecclesiasticas, & spirituales.
- 23 An hoc privilegium extra Petrum à Christo concessum fuerit ceteris Apostolis.
- 24 Imperator iudex esse nō potest in causa religionis.
- 25 De Episcopis idem dicendum est.
- 26 Et de sacerdotibus.
- 27 Discrimen inter characterē Baptismalem, & Clericalem.
- 28 Scrupulus de eadem materia.
- 29 In eadem re.
- 30 Intellectus materia secundum sententiam Suarez.
- 31 Idem de monacho.
- 32 Hæc exemptio est in Ecclesia antiquissima.
- 33 Impugnatur opinio dicentium hæc exemptionē ortū habuisse à concessione Imperatorum.
- 34 Summus Pontifex rectè potuit concedere hæc exemptionem.
- 35 Probatur ex decretis Canonicijs.
- 36 Error dicentium à Iustiniano concessum fuisse hoc privilegium.
- 37 De eadem re.
- 38 Tria tempora distinguenda sunt, ad intelligentiam materia.
- 39 De eadem materia.
- 40 De eodem.
- 41 Oppositio Barclay.
- 42 Solutio oppositionis.
- 43 Respondetur ad Barclayum.
- 44 Respondetur ad factum Caroli 5.
- 45 Respondetur ad apth. sed hodie C. de Episcopis, & Clericis.
- 46 Effectus huius privilegij Ecclesiastici.
- 47 Index laicus an possit sua sententia clericum absolueret.
- 48 Declaratur supradicta.
- 49 Ecclesia an possit eximere clericum actorem à iurisdictione seculari.
- 50 Argumentum de eadem re.
- 51 Obijciuntur aliqua.
- 52 Respondetur.
- 53 Obijciuntur secundo Bartoli doctrina.
- 54 Respondetur ad doctrinam Bart.
- 55 Exemptio clericorum an limitari debeat in causis realibus.

- 56 Reijcitur hæc exceptio ab omnibus.
- 57 Clericus in causis secularibus conueniendus est coram Domino fendi.
- 58 Clericus in causis quæ pertinent ad regalia, conueniendus est coram iudicibus regijs.
- 59 Clericus actor potest reum laicum coram Ecclesiastico conuenire ex consuetudine.
- 60 Quid si consuetudo est contraria.
- 61 Quid seclusa consuetudine.
- 62 Pars affirmatiua intelligenda est.
- 63 Si index Ecclesiasticus negligens sit, an ad iudicem secularem possit laicus recurrere.
- 64 De eadem re.
- 65 Clericus in causis criminalibus gaudet eodem privilegio.
- 66 Nobella Iustiniani 83 in usu esse.
- 67 Federicus per constitutionem, d. auth. statuimus, non solum corroborat, sed etiam per alia decreta canonica.
- 68 An regula prædicta patiatnr aliquas exceptiones.
- 69 Clericus in causis criminalibus non potest reconueniri coram iudice seculari.
- 70 An sicut clericus in civilibus tenetur sequi forum rei, similiter in criminalibus. 7 n. 71.
- 71 An privilegium exemptionis clericorum extendatur ad crimina præterita commissæ ante clericatum.
- 72 Quibus personis competat exemptio clericali, n. 74. n. 75. n. 76.
- 73 De clericis in minoribus constitutis, n. 78.
- 74 De clericis coniugatis, 80. 81.
- 75 De coniugato bigamo.
- 76 De coniugato mercatore.
- 77 An princeps secularis habeat iurisdictionem in clericos, n. 85. n. 86. n. 87. n. 88.
- 78 Intellectus textus in cap. cum venissent de eo, qui mittitur in possessionem.
- 79 Obstat text. in cap. fin. loc. tit.
- 80 Index secularis potest cognoscere de possessore rei beneficiæ, n. 92. n. 93.
- 81 Quando causa possessionis beneficij agitur inter duos clericos, an index secularis possit cognoscere, n. 95. n. 96.
- 82 Apostolica traditione constat personas Ecclesiasticas esse subiectas principibus secularibus, n. 98.
- 83 Non obstat text. in d. l. 2. placet cum similibus.
- 84 Declarantur decreta canonica, ex quibus dicitur Ecclesiam, & clericos principibus secularibus esse subiectos, n. 101.
- 85 An omnia bona, eò quod perueniunt ad dominū Ecclesia, exempta sint ab onere tributorum.
- 86 Quid de oneribus honorum realibus, n. 104.
- 87 Factum Ioseph. Genesis 47. declaratur, n. 106.
- 88 Bona Ecclesia exempta esse à tributis impositis ex vi regie iurisdictionis.
- 89 Explicatur iura, quæ in contrarium adducuntur.
- 90 Privilegium exemptionis nō soluendi tributa nascitū ipsa Ecclesia, & quomodo, n. 110. 111.
- 91 Ambrosij locus relatus in c. si tributū, 1. q. 1. declaratur.

- 113 Declaratur text. in cap. tributum, 23. quæst. 8. num. 114.
- 115 Declaratur text. in cap. p. sancium, 23. q. 8.
- 116 Declaratur Hispania praxis circa causas Ecclesiasticas, qua deferuntur ad suprema tribunalia Regis per viam violentia, n. 117. n. 118.
- 119 Declaratur text. in cap. 1. de apostatis, & in cap. filijs, vel nepotibus, 16. q. 7. cum alijs multis, num. 120.
- 121 Declaratur text. in cap. perpendimus de sententia excommunicat. n. 122.
- 123 Clericus in corrigibilis an ipso facto priuetur priuilegio, n. 124. & n. 125.
- 126 An trina monitio precedere debeat, vt clericus amittat priuilegium, & Nauarri sententia notatur, n. 127.
- 128 Declaratur text. in cap. unico de vita, & honestate clericorum, lib. 6. cum alijs, n. 129.
- 130 Declaratur text. in cap. ceterum de iudicijs, cap. ex transmissa, cap. verum de foro competenti, vbi de causis feudalibus agitur.
- 131 Declaratur text. in cap. petimus, 11. q. 1. vbi de brachio seculari.
- 132 Declaratur text. in cap. decernimus de sententia excommunicat. lib. 6. n. 133.
- 134 Declaratur text. in l. quoties, C. de iudicijs.
- 135 Laicus an possit cognoscere de excommunicatione, saltem incidenter, n. 136.
- 137 De facto rei spiritualis, an possit cognoscere laicus.
- 138 Declaratur text. in cap. si index laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6. n. 139. n. 140. & num. 141.
- 142 De facto harefis quare non cognoscat laicus, vel possit cognoscere.
- 143 Quid de causis decimalibus, n. 144.
- 145 Declaratur text. in cap. Melam, 2. quæst. 4. numer. 146.
- 147 Qualiter laicus de causa spirituali cognoscat ex concessione Pontificis.
- 148 An possit cognoscere de commissione Episcopi, n. 149. & n. 150.
- 151 An possit laicus in rebus Ecclesiasticis esse arbiter, n. 152. n. 153.
- 152 Declaratur text. in cap. examinata de confirmat. vtili, n. 155. n. 156.
- 157 Possit ne laicus agere de causa iuramenti.
- 158 Agitur de iustitia legum Hispania irritantium quosdam contractus iuramento firmatos.
- 159 An laicus possit compellere creditore ad remittenda iuramenta, n. 160.
- 161 An lex, vel Princeps possit impedire obligatione iuramenti, antequam prestetur, n. 162. 163 & 164. & 165. & 166. & 167.
- 168 An laicus possit relaxare obligationem iuramenti prestiti, num. 169. & 170. & num. 171. & num. 172.
- 173 Declaratur text. in l. eos, C. de usuris, & an laicus de causa usurarum cognoscere possit, n. 174. n. 175. n. 176. n. 177. & 178.

AD TEXT. IN CAP. II.

Cap qualiter, & quando, cap. clerici de Iudicijs, cap. per tuas, cap. contigit de arbi-

trijs, & tota causa, 11. q. 1. l. 56.

57. tit. 6. 1. p. l. 1. 2. 3. tit. 6.

lib. 1. compila-
tionis.



ELEBRIS est huius text. decisio, & quæ vniuersæ iurisdictionis Ecclesiasticæ complectitur tractationem: ex ea enim deducitur communiter iudices laicos de rebus, & personis Ecclesiasticis iudicare non posse, sed totâ de illis iudicandi potestatem pertinere ad prælatos Ecclesiæ: exoriant præter ordinarios Gratianus regula 253. Cobarruias in practicis, cap. 3. Gutier. lib. 1. canonicarum, quæst. 34. Franciscus Marcus, 2. p. decisione 43. Aufreus de potestate seculari regula 2. à num. 24. Belarminus tomo 1. controuersiarum, cap. 28. controuersia 5. Azorius tomo 1. Moralium, lib. 5. cap. 12. cum sequentibus, & relati à Azebedo ad decretales collectanea, 2. part. 102. egregiè Suarez, lib. 4. contra regem Angliæ per totum.

2 Pro cuius explicatione omiſſis illis, de quibus latius agendum, in cap. nouit infra isto tit. de monarchia Ecclesiæ vniuersalis, sciendum est totam hanc vniuersalè potestatem Ecclesiæ à Christo Domino Petro immediatè fuisse concessam, & eius successoribus iuxta illud Matthæi 16. Tibi tra do clauis regni calorum, & Apocalypsis 3. Vir Sanctus, & verus, qui habet clauem David, & Ioan. 21. Pasce oves meas, c. firmiter, §. vna de summa Trinitate. Victoria de potestate Papæ in principio, n. 3. Sanderus de visibili monarchia Ecclesiæ, lib. 1. cap. 3. Belarminus, tomo 1. controuersiarum controuersia. 3. cap. 12. & 13.

3 Quæ potestas duplex est aut interior, aut exterior: interior dicitur veluti quæ pertinet ad forum interius animæ, & administrationem Sacramentorum ad consequendam salutem, quæ dicitur potestas ordinis, aut clauium, vt in cap. quâto de consuetudine: Exterior vero est, quæ pertinet ad externam Ecclesiæ gubernationem, & iurisdictionem, vt eius conferuetur maiestas, & ea potestate à Christo Pontificibus relictum est, & leges Ecclesiasticas condere, & diuinas, aut naturales declarare, & rebelles comprimere etiâ gladio vltore; imò & principes sæculi deponere, & regna mundi distribuere, quando id expediat in ordine ad finem supernaturalem, & vulgò notant partes Ecclesiæ Deuteronomij. 17. cum adductis à Belarmino, lib. 4. de Pontifice, cap. 1. & in cap. 3. Hieremias, ibi, Ecce constitui te hodie super gentes, & reg-

na, vt euellas, & dissipes, & plantes, & in capit. 3. 10. distinctione, capit. si Imperator, 96. distinctione, capit. principes, 23. quæst. 5. & declarauit Augustinus in sermone Apostolorum Petri & Pauli.

4 Et hac ratione receptum est principes sæculi esse veluti Ecclesiæ vassalli, vt probant Baldus, in cap. pastoralis de rescriptis. Laudensis de principibus notabili, 23. Castaldus de Imperatore, quæst. 36. hoc enim denotat iuramentum fidelitatis: est enim veluti seruitutis species, vt aduertit Ioan. Andreas in cap. 1. de noua forma fidelitatis in vñibus feudorum. Lucas de Pena in l. coloni C. in quibus causis coloni lib. 1. significat enim seruitutem personale. Affertis decisione 265. à n. 40. Bart. in l. 1. 8. præfides, ff. de requirèdis rei. Baldus in l. non ambigitur, num. 6. ff. de legibus Oldradus, consilio 180. num. 12. D. Tho. lib. 3. de regimine principum, cap. 18. & cap. 19.

5 De hac ergo potestate iurisdictionis loquitur text. noster, dum docet res, & personas, & causas Ecclesiasticas esse exemptas à iurisdictione sæculari, de hac ergo potestate Ecclesiastica, quam habent Episcopi, & alij prælati inferiores, disputari solet, an sit à Christo data mediatè, vel immediatè, de quo videndus Azorius, lib. 1. moralium, cap. 30. Cordoua lib. 4. de potestate Papæ, q. 14. constituendum ergo est vtamque potestatem à Christo Domino Petro fuisse immediatè collatâ iuxta relata scripturæ testimonia, & in cap. sacrosancta, 2. distinctione, cap. rogamus, 24. quæst. 1. & notant Theologi, cum D. Tho. 3. part. quæst. 8. art. 1. Idque procedit etiam in omnibus Romanis Pontificibus Petri successoribus: nam etsi in ueterato Ecclesiæ vsu electio Pontificis pertineat ad conclauem, electus tamen non accipit potestatem à conclauem, sed immediatè à Christo Domino, vt declarat rectè Belarminus, d. controuersia. 3. c. 10. Baronius tomo primo, annalium anno Christi 32. num. 6.

6 Constituo vltèrius, quod etiam omnes alij Apostoli acceperunt omnem potestatem clauium ordinis, & iurisdictionis à Christo Domino immediatè, sicut & Petrus: in hoc enim omnes fuerunt æquales, vt varijs scripturæ testimonijs ostendit Belarminus, d. controuersia. 3. cap. 22. nam licet ex iure ordinario ea potestas in alios Apostolos à Petro deriuanda esset, eam tamen illis ex gratia speciali Christus immediatè contulit, vt rectè notant Cordoua, & Belarminus, vbi proximè.

7 Constituo tandem prælatos alios omnes Ecclesiasticos iurisdictionem spiritualem accipere à Christo Domino mediatè deriuatam scilicet, in illos mediante Pontifice, à quo fluit tanquam à fonte totius iurisdictionis spiritualis, sicut etiâ cõtingit in omni republica politica: nã penes Principem residet tota temporalis iurisdictionis, in quem lege regia fuit omnino translata, l. 1. ff. de constitutionibus principum, & ab ipso tanquam à fonte iurisdictionis deriuatur omnis iurisdictionis in alios

magistratus inferiores, rectè Cobarruias in practicis, cap. 1. Abendaño de exequendis, 1. p. cap. 1. Si enim spiritalis iurisdictionis data esset à Christo prælati Ecclesiæ immediatè non posset Pontifex illam mutare: argum. o. text. in cap. fin. de consuetudine, quam tamen sæpissimè mutat, & tollit, cap. felix, cap. præcipimus, 16. quæst. 1. cap. quod translationem de officio legati: est ergo iurisdictionis Ecclesiæ deriuata in prælatos Ecclesiæ per Romanum Pontificem.

8 Quod si obijcias clericos, & alios prælatos potestatem ordinis à Christo Domino immediatè accipere, quãuis per alios Ecclesiæ prælatos ordinentur: ergo prælati potestatem Ecclesiasticam immediatè accipiunt à Christo non mediante Pontifice: respondetur tamen discrimen esse inter vtamque potestatem ordinis, & iurisdictionis: nam in ordinatione presbyteri benedictio, & cõsecratio est, veluti quoddam instrumentum, quo Christus ordinat presbyterum per Episcopum: at prælatus, qui verba consecrationis pronunciat, censetur, veluti quidam minister, qui mouet instrumentum: quare prælati, & omnes presbyteri accipiunt potestatem ordinis immediatè à Christo tanquam à causa efficienti: potestas vero iurisdictionis immediatè Pontificibus fuit concessa, à quibus tanquam à fonte deriuatur in alios Ecclesiæ ministros, vt iam diximus, & explicuit egregiè D. Thom. 2. 2. quæst. 39. art. 3. in corpore.

9 Iustissimè igitur Ecclesia personas, negotia Ecclesiastica, & res Ecclesiasticas à iurisdictione sæculari voluit eximere, & iurisdictionem Ecclesiasticam ab Imperatoria separauit, cap. nouit infra isto tit. cap. duo sunt, cap. si Imperator, 69. distinctione: sæcularis enim iurisdictionis communi populi consensu fuit in principem translata, l. 1. ff. de constitutionibus principum. l. 1. cum sequentibus, tit. 1. part. 2. nunquam vero Ecclesiastica iurisdictionis potuit esse penes rempublicam, nec rempublicam illam in principem transferre potuit, vt rectè Cobarruias in practicis, cap. 3. cum ergo huiusmodi Ecclesiastica iurisdictionis lege diuina dumtaxat Ecclesiæ prælati concessa fuerit, rectè dicimus ceteris principibus denegatam esse, & consequenter laicos huius iurisdictionis omnino esse incapaces, cap. ita Dominus, 19. distinctione, cap. si Imperator, 96. distinctione, cap. 1. cum sequentibus, 11. quæst. 1. cap. solita de maiestate, & obedientia, capit. 1. 2. capit. si diligenti de foro competenti, capit. quamquam de censibus, lib. 6. & in hac doctrina omnes Doctores conueniunt.

10 Sed quo iure hæc procedat incapacitas, valde controuersum est circa explicationem, text. in cap. clerici hoc tit. de iudicijs, dum docet Ecclesiasticas personas esse exemptas à iurisdictione sæculari in criminalibus adeò, vt neque valeat contraria consuetudo, cui doctrina formaliter obstat: nam consuetudo legitime præscripta etiam in spiritualibus ius canonicum vincit, cap. fin. de consuetu-

suetudine, cap. Apostolicæ, cap. in quibusdam, §. fin. de decimis, ergo similiter cōsuetudine induci potest, quod clericorum cognitio in criminalibus pertineat ad sæcularem.

11 Pro cuius rei explicatione communiter disputari solet an exemptio clericorum, & rerum spiritualium à iurisdictione sæculari iure diuino procedat, an vero tātum iure positiuo, in qua quæstione multi putant hanc exemptionem iure diuino procedere: sic Nauarro in dīct. cap. nouit. in 3. notabili, num. 52. & relati à Cobarruias in practiis, d. cap. 31. Bursatus, conf. 397. à num. 10. lib. 4. copiose Bellarminus, lib. 1. de clericis, cap. 28. propositione 5. & cap. 29. & lib. 2. de Pontifice, cap. 29. & innumeri relati à Francisco Suarez, lib. 4. contra regem Angliæ, cap. 8. à num. 9. cum sequentibus.

12 Contrariam vero sententiam videlicet hanc exemptionem esse de solo iure positiuo probant Almanus in 4. dīct. 25. quæst. 1. Medina de restitutione, q. 15. Victoria in prima relectione de potestate Papæ, quæst. 6. conclusionem 2. Soto in 4. dīct. 25. quæst. 2. articulo 2. Salon 22. quæst. 67. articulo 1. controuersia 1. capit. 4. Bannes ibidem dubio 2. quæ sententia valde probabilis est, quoniam nec autoritate, nec ratione fati probatur hoc diuinum ius: præcepta enim iuris diuini non sunt admittenda sine testimonio fati certo scripturæ, aut ratione efficaci, & hoc probatur, nam vel hoc, est ius positiuum diuinum, de quo nullo testimonio scripturæ aperte constat vel est ius naturale, quod à ratione naturali dependet, quam in proposito inuenire difficile est.

13 Quod de iure diuino non constet, patet: nam vnus solū Euangelij locus adduci solet Matthæi 17. in illis verbis: *Ergo liberi sunt filij*, hic tamen non videtur efficax: nam communiter verba Euangelij intelliguntur de filiis naturalibus, quam libertatem Christo competere propter singularem participationem suæ dignitatis certum est, eamque ad Petrum extendisse: imò alij dicunt ad totum clerum extendendam quatenus specialis est familia Christi: exemptio enim naturalis filij ad familiares extendi solet.

14 Sed re vera verba Christi non videntur pro contraria sententia; non enim est necessarium ex natura rei, quod exemplo naturali filio eximatur familia: hoc enim pendet à voluntate principis, quam voluntatem non declarauit Christus erga alios, sicut erga Petrum: Tum etiam, nam in eo Euangelij loco non fit mentio de exemptione à iurisdictione sæculari, sed solum de exemptione à tributis, quod valde diuersum est.

15 Neque hæc exemptio iure naturali facile probari potest: nam ipsa fundari debet in aliqua proprietate supernaturali, siquidem ex mero lumine naturæ regulari non potest, sed ex

lumine fidei dependet, nulla ergo videtur esse proprietate supernaturalis, ad quam talis exemptio necessario consequatur: nam si aliqua esset maximè character sacerdotalis, quod non videtur: nam seruus ordinatus contra voluntatem Domini, nō illicō liberatur à seruitute ex vi characteris, vt in capite secundo, & penultimo de seruis non ordinandis: Tum etiam, nam non omnes clerici huiusmodi characterem habentes hoc priuilegio exemptionis gaudent: tum etiam, quoniam multi sunt clerici, qui characterem non habent, vt tonsurati, & nihilominus hoc priuilegio gaudent: tandem nam quod est de iure diuino naturali, ita est necessarium, vt contrarium sit intrinsecè malum, clericum vero à iudice laico iudicari non est intrinsecè malum, ergo talis exemptio non est de iure diuino naturali.

16 Idque non leuiter confirmatur: nam clerici non semper fuerunt in Ecclesia exempti sæculari iurisdictione, vt colligitur ex Paulo ad Roman. 13. iuxta expositionem Chrysostomi; si ergo talis exemptio esset de iure diuino simul cum ipsa Ecclesia nata fuisset, & hoc declaratur: nam in principio nascentis Ecclesiæ clericis diuerso modo erat exemptio concessa in causis spiritualibus, & in temporalibus: nam in prioribus nullo modo tenebantur laici in conscientia obedire, nec poterant ad sæcularia tribunalia recurrere: in posterioribus vero laici tenebantur obedire, & ad ea tribunalia poterant recurrere ex vi iurisdictionis, ergo distinctio fori in spiritualibus multo aliter procedebat iure diuino attento, quam in temporalibus constat; ergo hoc priuilegium non est immediate de iure diuino.

17 Tandem probatur: nam si hæc exemptio esset de iure diuino, & naturali æqualis esset in omnibus clericis: nam ius diuinum naturale nihil inter eos distinguit: at certum est diuersè, & inæqualiter hoc priuilegio gaudere clericos coniugatos, & in minoribus constitutos: eo enim non gaudent nisi quibusdam stantibus circumstantijs, vt in capite vnico de clericis coniugatis lib. 6. Tridentinum sessione 23. capit. 6. de reformatione: Tum etiam, nam etsi clericus non possit coram iudice laico conueniri, reconueniri tamen potest in causa ciuile, vt in capite tuam de ordine cognitio, ostendimus, & in causa feudi, capite extranmissa de foro competenti, & alijs multis casibus in iure expressis, ergo in tali iure diuino non datur vniformitas.

18 Fundamenta autem prioris sententiæ dicentis eam exemptionem esse de iure diuino præcipua sunt deducta ex text. in capite relatum, 11. quæstione 1. & in capite nimis de iure iurando, capite quamquam de censibus, lib. 6. capite continua, 11. quæstione 1. capite futuram, 12. quæstione 1. in quibus ad ius diuinum referuntur hoc priuilegium, & in dicto capite futuram referuntur verba Constantini in Concilio Ni-

referuntur verba Constantini in Concilio Niceno, ibi; *vos à nemine iudicari potestis, sed iudicio Dei reseruamini*: probatur etiam ex Concilio Lateranensi, sub Leone 10. sessione 9. in bulla reformationis, ibi, *cum à iure tam diuino, quam humano laicis potestas, nulla est in Ecclesiasticas personas attributa, &c.* & in Concilio Tridentino sessione 25. capit. 20. de reformatione, ibi, *Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus, &c.* & in Concilio Colonensi, 1. part. capit. 20. ibi, *hanc immunitatem verustissimam iure pariter diuino, & humano introductam.*

19 Imò, & ratione probatur ex naturali ratione supposito sacerdotio adeo, vt inter infideles solo ducti naturali lumine, sæpe hæc reuerentia sacerdotibus fuit obseruata, ergo in lege gratiæ erit apertum ius naturale, vt argumentatur Pontifex, in capit. non minus de impunitate Ecclesiarum adducto Pharaonis exemplo, qui possessiones sacerdotum noluit esse tributis obnoxias. Genesis 47. & idem dicitur de Artaxerxe 1. Æsdræ 7. imò Anacletus Papa Epistola 2. in proposito adducit illud Zachariæ, *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, & illud Psalmi 104. *Nolite tangere Christos meos*, quæ verba ostendunt peculiarem reuerentiam sacerdotibus debitam ex lumine iuris naturalis; quia sunt peculiariter Deo dicati, sicut ergo lumen naturale dicitur sacerdotes esse peculiariter venerandos, dicitur etiam non esse subiiciendos sæcularibus iudicijs, quod argumentum viget magis in statu legis gratiæ: nam in eo excellentiori modo sacerdotes Deo consecrati sunt, exemptio ergo illorum à potestate sæculari est iure naturæ debita statui sacerdotali præsertim, quoad causas personales.

20 Et confirmatur, nam sacerdos ex vi sui status laico superior est, capite duo sunt, 96. distinctione, sed ex natura rei inferior debet honorem superiori, ergo & laicus clerico repugnat, ergo quod clerici ad iudicium sæculare vocentur, & probatur in Concilio Matifconensi secundo, vbi ad huius rei probationem, non legem positiuam, sed ipsam dignitatem sacerdotalem ponderauit, imò etiam est contra rationem, quod inferior iudicet superiorem, capit. cum inferior, capit. solita de maiestate, & obedientia, quod adeo verum dicunt Doctores, in capit. cum inferior, 21. distinctione, vt asserant nulla consuetudine fieri posse, vt inferior iudicet superiorem, idque denotat Gregor. 7. lib. 8. epistola 21. relatus in capit. 9. 96. distinctione.

21 Quare etsi vtraque sententia defendi possit, hæc tamen posterior videlicet eam exemptionem esse de iure diuino, mihi verior videtur: est enim proculdubio fundata vtroque iure diuino, & positiuo propter expressa Conciliorum, & Pontificum decreta à

quibus nullo modo licet recedere, vt copiose, & erudite probat Franciscus Suarez, lib. 4. contra regem Angliæ, capit. 9. per totum omnia explicatione eorum, qui contrariam tenentes opinionem dixerunt verbum, *ius diuinum*, de quo in dictis decretis referri ad ius canonicum, quod sæpè diuinum appellatur, ad differentia iuris ciuile; nam licet hæc explicatio in alijs possit admitti, in proposito nostro, non est admittenda propter expressa Tridentini verba dīct. sessione 25. capit. vigesimo de reformatione, ibi, *Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus*, vbi expressè loquitur de iure diuino quatenus à iure canonico distinctum est.

22 Illud tamen menti tenendum est constitutam esse differentiam inter causas Ecclesiasticas, & spirituales: Ecclesiasticæ dicuntur causæ pecuniariæ ciuiles, & criminales, spirituales vero, quæ pertinent ad fidem, & religionem, & sacramenta Ecclesiæ, virtutes, & caeremonias Ecclesiasticas: de posterioribus enim videlicet de spiritualibus nullo modo procedit controuersia opinionum, sed ab omnibus receptum est earum exemptionem à iurisdictione sæculari esse de iure diuino, vt probat communem dicens Cobarruias vbi supra, Rolandus consilio 23. numero 18. libr. 2. & relati à Menochio de arbitrarijs casu 246. Conrado in templo iudicum, lib. 2. capit. 1. Ioann. Garcia de nobilitate, glossa 9. à numer. 8. Bobadilla in politica, libro 2. capit. 18. à numer. 30.

23 Vt ergo huiusmodi fori priuilegium personis Ecclesiasticis competens plenius explicetur, de omnibus illis sigillatim agendum est, & primò dubitari solet, an cæteris Apostolis, extra Petrum hoc priuilegium à Christo concessum fuerit, ita vt ipsi si potuissent, licet possent Imperatoribus non parere: nonnulli etiam inter catholicos negant hanc Apostolorum exemptionem, & inter alia eo argumento mouentur: nam Apostolus actorum, 25. & 26. Cæsarem appellauit tanquam ad legitimum iudicem in causa criminali, de qua tractabatur, ibi, *ad tribunal cæsaris sto, ibi me oportet iudicari*, & iterum dixit: *nemo potest me illis donare ad Cæsarem appello*: aliàs enim non rectè fecisset Paulus appellando iudicem non suum, & tacite renunciando priuilegio, cui nullus prælatus renunciare potest.

24 Sed verius est alios etiam Apostolos exemptos fuisse à sæculari iurisdictione à Christo Domino, sicut & Petrus: respondit enim Bellarminus in apologia, capite 13. Apostolum non iure, sed factò ad Cæsarem appellasse, non tanquam ad iudicem, sed eò quod alio modo non potuisset inimicorum insidias euitare, si enim hoc priuilegium Petro concessimus, alijs Apostolis negare non debemus:

præcipue si attendatur, causam Apostoli, quæ tum agebatur, non esse civilem, sed religionis videlicet de prædicatione Pauli ad Gentes, *Astorum*, capite vigesimo secundo de resurrectione mortuorum, capite 23. & tandem quia Christum prædicabat, capite vigesimo quarto, & vigesimo quinto. At in causa religionis Imperator iudex esse non poterat, ut rectè in proposito declarat Athanasius in apologia ad Constantium. Augustinus epistola quadragesima octava, quinquagesima, & 204. contra Donatistas Gratianus, ferè per totam, vigesimatertia quæstione quarta. Idque significant Pauli verba *Astorum* vigesimo octavo, ibi, *coactus sum appellare Casarem* videlicet, ut cum de manu iudeorum eriperet, à quibus per solum præsidem liberari non posse timebat.

25 De Episcopis etiam idem dicendum est, in quibus potestas ordinis attenditur, & superiores sunt alijs sacerdotibus, idè què in illis maior exemptionis ratio sub esse videtur ex munere pastoralis. ratione cuius dignitatis sunt spirituales principes Ecclesiæ non vniuersaliter sicut Apostoli, sed in suis Diocesis, & idè hoc priuilegium competere Apostolis ex eodem iure diuino probat text. in capite accusatio. el primero, 2. quæstione septima, & Gregorius Septimus, lib. 8. epistola 21. & lib. 4. epist. 31. cap. 75. & in cap. futuram 2. quæst. 1.

26 Idem ergo de alijs sacerdotibus dicendum est: nam etsi nullam habeant iurisdictionem Christi, tamen personam repræsentant, præsertim dum consecrant Eucharistiam, vel à peccatis absoluunt, imò & procedit etiam in alijs clericis in sacris constitutis, omnes etiam, si sint minorum ordinum, sunt de familia Christi, huius ergo rei rationem ostendit Nauarro, in capite nouit de iudicijs, notabilisexto, numero trigesimo, deducendam in clericis ex vi characteris clericali: nam eo ipso efficitur sacra persona, & idè à iurisdictione sæculari exempta non solum, quatenus sacra est, sed etiam quatenus homo est.

27 Obijcitamen potest, nam inde sequeretur omnem Christianum ex vi characteris baptismalis eximi à iurisdictione sæculari: nam per illum Deo consecratus est, neque valebit dicere Christianum characterem baptismali insignitum subdi potestati spirituali in his, quæ ad christianismum pertinent: at vero quatenus homo est, subditur potestati sæculari: nam idem dicendum esset de clerico affecto characterem clericali: quare respondet Nauarro, vbi proxime dicens, discrimen esse constitutum inter characterem clericalem, & baptismalem: nam baptismalis inter Christianos non discernit, sed potius illos congregat in vnum corpus: clericalis vero clerum distinguit à populo christiano.

28 Sed remanet scrupulus: nam chara-

cter baptismalis est veluti forma quædam vniens omnes Christianos, quasi in vnum corpus; & illos distinguens ab omnibus illo characterem baptismali carentibus videlicet ab infidelibus Ecclesiæ non subditis: solum ergo distinguit ab his, qui sunt extra Ecclesiam: at character clericalis distinguit inter ipsos fideles: hoc autem non videtur sufficiens, ut vnus eximatur à iurisdictione sæculari, & alius non: nam character sacerdotialis etiam distinguit inter ipsos clericos superioris, & inferioris ordinis, ergo non idem dicendum est de sacerdotibus, & de alijs in sacris constitutis, vel in minoribus.

29 Augetur scrupulus: nam saltem afferret character baptismalis exemptionem à potestate principis infidelis: nam sicut character ordinis, eò quòd distinguit clericum à laico, eximit clericum à iudicio laici, ergo similiter baptismalis, cum distinguit christianum ab infideli, eximet christianum à iurisdictione principis infidelis, & confirmatur: quoniam non reperitur minus periculum, nec minor indecentia, si fidelis iudicatur ab infideli, quàm si clericus iudicatur à laico; idè què Paulus primo ad Corinthos sexto, reprehendit fideles, qui coram infideli litigabant, ut ibi rectè declarat Diuus Thom. & inde Alexand. Papa, in capite relatum vndecimo, quæstione prima, sumit argumentum ad persuadendam exemptionem clericorum.

30 Quare dicendum puto ex sententia Franci ci Suarez libro quarto, contra regem Angliæ, capite decimo, numero decimotertio, quòd, etsi characteres clericales differant secundum magis, & minus, conueniunt tamen omnes: nam consecrant personam ad cultum diuinum, & sacrè altaris ministerium, & hac ratione character clericali constituit hominem sacrè, & illum eximit à potestate sæculari, & in hoc differt à characterem baptismali: is namque non consecrat personam, deputando illam ministerio Ecclesiæ, sed solum ad fidem Christi retinendam obligat, quod omnibus hominibus est commune, quamuis in multis ex accidenti deijct: quare non distinguit per se fidelem, ab infideli in his, quæ pertinent ad statum politicum, & vitam temporalem, & in hoc sensu intelligi debet dicta Nauarri doctrina.

31 Idem què dicendum est de alijs personis quocumque modo ad ministerium Ecclesiæ designatis, & constitutis in statu Ecclesiastico, ut sensit idem Nauarro, dum coniungit monachatum cum clericatu: monachus enim non imprimi characterem, & idem dicimus de primatonsura, quæ initium est clericatus sine characterem, & apertè colligitur ex text. in capite duo sunt, duodecimo quæstione prima, constat ergo eandem esse exemptionis rationem in toto hoc genere personarum Ecclesiasticarum.

fiasticarum: quia totum est diuino cultui dicatum.

32 Ommissa ergo ea disputatione an hæc clericorum exemptio sit iuris diuini, aut humani constanter fatendum est, eam esse in Ecclesia antiquissimam, ut constat ex multis antiquorum Conciliorum, & Pontificum decretis, quæ omnia plenissimè retulit Suarez, libro 4. contra regem Angliæ, capite tertio, à numero vigesimo, cum sequentibus, & probant text. notissimi in capite primo, & secundo, capite si clericus de foro competenti, capite qualiter, & quando, capite clerici, capite cum non ab homine de iudicijs, & in concilio Colonienfi, 1. part. 9. capite vigesimo, dicitur hanc exemptionem esse antiquissimam, & in Tridentini sessione 25. capite 20. de reformatione.

33 Quare merito impugnandi sunt, qui credentes hanc exemptionem esse puri iuris humani dixerunt esse primario de iure ciuili, & ortum habuisse à concessione Imperatorum, ut sensit Palacios in quarta, distinctione vigesima quinta, disputatione tertia, Hostiensis in summa de immunitate Ecclesiarum, §. *Sed neque alia* Ferrara in practica in forma libelli, verbo *plenam*, & mouentur: nam sæpè legimus Episcopos, hoc priuilegium ab imperatoribus impetrasse, ut colligitur ex nouella 83. titulo vndecimo, collatione 6. vbi Iustinianus fatetur sæpè ab Episcopis petitus, hoc priuilegium clericis concessisse, ut coram suis Episcopis conuenirentur, ut simile habetur in capite Ecclesiarum seruos, 12. quæstione secunda, & in alijs multis locis inferius explicandis.

34 Sed verius est dicere, quòd etiam ex suppositione, quòd priuilegium exemptionis non esset à Christo Domino concessum, rectè à Summis Pontificibus concedi potuisset, & eius obseruantiam principibus sæcularibus præcipere, ut expressè probat Innocentius, in capite secundo de maiestate, & obedientia, & est communis Doctorum sententia in capite Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutionibus, Pelagius lib. 18. de planctu Ecclesiæ, capite 44. Cobarruias in practica, capite 31. conclusionem tertia, & quarta, Soto in 4. distinctione 25. quæstione secunda, articulo secundo, conclusionem 6. Henriquez, libr. 7. de indulgentijs, capite vigesimo quarto, Molinade iusticia, & iure, disputatione trigessimoprimo, §. *tertia vero*.

35 Et probatur apertè ex decretis canonicis, in quibus obseruantia huius priuilegij sub cæsuris principibus sæcularibus præcipitur, ut in capite nouerit, capite grauem de sententia excommunicationis, capite fin. de rebus Ecclesiæ capite quamquam de censibus, & patet etiam ex omnibus titulis de immunitate Ecclesiarum, & ex Bulla in Coena Domini tot annis à Summis Pontificibus repetita, vbi contra omnes principes, hæc defenditur Ecclesiastica libertas, nitun-

tur ergo Pontifices, vel in iure diuino, vel in suprema potestate, quam à Christo acceperunt ad regendam Ecclesiam, ut magis expediret ad salutem, idè què constat antiquiores Pontifices etiam tempore infidelium Imperatorum prohibuisse clericos à laicis iudicari, ut in capite relatum, 1. quæstione 1. & hanc veritatem confirmat Tridentinum sessione 25. capite 20. de reformatione, vbi expressè supponit hanc immunitatem, non à iure ciuili, sed à diuino, & canonico deriuatam esse.

36 Patet etiam manifestus hæreticorum error dicentium hoc priuilegium clericis à Iustiniano concessum, ita ut ante illum nunquam in Ecclesia distinctio fori inter clericos, & laicos recepta fuit: hic enim error apertè conuincitur primo: nam multò ante Iustinianum constat hoc priuilegium fuisse ab alijs Imperatoribus concessum, ut de Constantino constat in l. 1. C. de Episcopis & clericis, ex l. 8. titulo 16. Codicis theodosiani & simile rescriptum Constantini, refert Eusebius lib. 10. capite 7. Nicephorus lib. 7. capite 42. & expressè dicitur in l. 7. de Episcopis, & Clericis apud Theodosium cum adductis à Baronio anno Christi 330. & de Valentiniano testatur Ambrosius lib. 2. epistola 13. & 32. de Honorio constat in l. 41. de Episcopis, & Clericis apud Theodosium de alijs quæ Imperatoribus ante Iustinianum refert Baronius anno Christi 455. numero 25. & 452. numero 52.

37 Tum etiam, nam ante Iustinianum fuit sententia Concilij Aquilensis, quam refert Ambrosius dict. epistola 13. Augustinus epistola 53. ad Macedonium Proconsulem, & in Concilio Matisconense, 2. capite nono, vbi expressè dicitur initium habuisse à tempore nascentis Ecclesiæ.

38 Qualiter autem hoc priuilegium, siue diuinum, siue canonicum in Ecclesia fuerit obseruatum ad tollendos omnes scrupulos videndum est, tria ergo tempora distinguenda sunt, primum à principio Ecclesiæ, vsque ad Constantinum, quando Principes temporales infideles erant: secundum à Constantino, vsque ad Federicum secundum: tertium à Federico, vsque ad nostra tempora, & de hoc tertio tempore nulla est dubitatio: certum enim est Ecclesiam Catholicam plenè, & integrè, hoc priuilegium obseruasse, sine contradictione Principum Catholicorum: de prioribus vero temporibus distinguendum est, nam vel loquimur de iure vtendi hoc priuilegio, vel de facto, vel actuali executione illius: sæpè enim priuilegiatus suo non vtitur priuilegio, licet, iure possit, quia de facto non valet: hæc enim facti impotentia est, non iuris.

39 Quare de primo tempore fatemur, ex illa impotentia non potuisse tale priuilegium ab Ecclesia obseruari, non vero ex defectu iuris, idè què proculdubio dicendum est clericos eo tempore à iure ipso fuisse exemptos à iurisdictione sæculari.

seculari, quâvis non de facto, & ita subiectos fuisse principibus de facto, non de iure: nihilominus tamen ad vitanda, maiora mala Ecclesia prudenter eam subiectionem permisit, non obstante diuina exemptione, vtebatur autem illo tempore Ecclesia ex priuilegio, quoties, & quomodo poterat saltem inter ipsos fideles: nam ad hoc semper habuit potestatem à Christo adeo, vt etiam tempore Apostolorum hoc priuilegium in usu fuit, vt deducitur ex Paulo 1. ad Timotheum, capit. 5. ibi, *aduersus presbyterum accusationem non recipias, nisi sub duobus vel tribus testibus*, quæ verba supponunt, nam tunc fuisse Episcopale tribunal, cepit ergo Ecclesia eo tempore eo modo, quo potuit, clericorum à secularium iurisdictione eripere.

40 De secundo vero tempore constat ab initio Imperatorum christianorum, clericos exemptos fuisse iure proprio, & de facto obseruato, nisi aliquando per tyrannidum impediabantur, & hoc patet: nam tale priuilegium concessum fuit à Christo, & Pontifices semper, quantum in ipsis fuit, voluerunt eius conseruationem, tempore tamen Imperatorum infidelium illud perficere: non tentauerunt: fatemur enim in discursu illorum temporum multa facta fuisse ab Imperatoribus, & ab alijs inferioribus magistratibus contra Ecclesiasticam immunitatem, inde tamen non sequitur ea facta valida aut licita fuisse: hæc omnia aperte declaratur in cōcilio Mileuitano, c. 19. relato, in c. placuit, 11. q. 1. & in cōcilio Cartaginensi, 3. cap. 38. relato, in capit. petimus, 11. quæst. 1. & notat Augustinus epistola 68.

41 Sed his omnibus obijcit Barclaius, apud Bellarminum, c. 35. quod licet Imperatores permiserint, & aliquando concesserint clericis hanc exemptionem à secularibus iudicibus, non tamen constat à propria, & Imperatoria magistratu exemptione, & allegat inter alia factum nostrum Caroli 5. qui Hermanum Archiepiscopum Colonensem in ius vocauit, vt se de criminibus purgaret, & videtur text. difficilis in authentica nullus Episcopus, C. de Episcopis, & clericis ibi, *nullus Episcopus in vitis ad civilem, vel militarem iudicem in qualibet causa producat, vel exhibeat, nisi princeps sinbeat*, & idem dicitur in authentica, sed hodie C. eodem titulo.

42 Pro cuius solutione supponendum est nunquam Episcopos catholicos in causis clericorum, vel Ecclesiasticis iudicium sæculare ab Imperatoribus postulasse, sed solum ad obtinendum legitimum iudicium aliquando auctoritatem principum interponebant, vt ostendit text. in capite placuit, 11. quæstione 1. deducitur ex concilio Mileuitano, c. pit. 19. ibi placuit, *vt quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio priuetur: si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obfit*, & idem declaratum est in concilio

Cartaginensi, 3. capit. 38. & refertur, in cap. petimus, 11. quæst. 1. & in cap. christianis, 11. quæst. 1. vbi Gelasius Papa, ad quendam principem recurrit, vt quoddam clericos à violentia alterius principis tueretur, & explicat Augustinus epistola 68.

43 Vnde ad Barclaium respondetur, quod licet forsitan Imperatores hoc priuilegium per errorem, vel ignorantiam intellexerint, vt per illud clericus à sua suprema iurisdictione exemptos non esse crediderint, proculdubio dicendum est eos fuisse deceptos; quoniam Ecclesia multo aliter eam exemptionem declarauit, vt expressè constat, ex dict. capit. placuit, & in dict. capite christianis, & constat ex Gregorio libr. 4. epistola 31. ad Mauricum Imperatorem, & refertur, in capit. sacerdotibus, 11. quæst. 1.

44 Ad factum tamen Caroli 5. qui proculdubio fuit magnus libertatis Ecclesiasticæ, & religionis catholicæ defensor, respondetur potuisse vocare dictum Archiepiscopum, non vt Archiepiscopum, sed vt principem Imperij; imò eum vocauit non vt iudicem, sed vt profectorem cleri academiam Colonensis, vt refert Surius, anno 1545. qui dum factum illud refert, sic ait, *huius anni mense Iunio, Cesar ebrum, & academiam Colonensem in suum patrocinium recepit*; potuit ergo Carolus 5. Archiepiscopum vocare, vt agnita veritate afflatus, & oppressis subueniret, donec causa ad Pontificem delata esset, sicut se quem mense Iulio fecit dictum Archiepiscopum citando, quem postea Pontifex deposuit cooperante ipso Carolo, vt ipse Surius refert anno 1547.

45 Ad text. vero in dict. authentica nullus, & in dict. authentica, sed hodie C. de Episcopis, & clericis respondetur facile eas Iustiniani leges nullius esse momenti, qui nullam habuit potestatem condendi leges ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinentes; imò Iustinianus nondum satis perspectam habuit vim, & originem Ecclesiasticæ libertatis, & idè multa circa illam per errorem, & sine legitima potestate disposuit, vt infra latius dicendum.

46 Ex dictis deducitur, quot & quales sint effectus huius priuilegij Ecclesiastici primo: namque certum est clericos esse exemptos à seculari iurisdictione in causis civilibus ad lites, & bona externa fortunæ tractanda, vt expressè dicitur in text. nostro, & toto titulo de foro competenti, capit. 1. & 2. & per totam, 11. quæstione 2. & in capite seculares de foro competenti, libro 6. vbi dicitur censura Ecclesiastica esse plebendos iudices seculares, qui personas Ecclesiasticas absoluenda debita causa iudicata compellere præsumunt, & idem prorsus iure civili declaratum est, licet enim Leo Imperator, in l. omnes. C. de Episcopis, & clericis in certis casibus concesserit, vt clerici in foro seculari conueniri possent in causis civilibus, hoc tamè postea reuocatum fuit à Iustinia-

Iustiniano, qui expressè de civilibus loquitur in authentica, vt clerici apud proprios Episcopos collat. 6. & nobel. 83. Tum etiam in cōstitutione Federici, quæ de omnibus causis civilibus, & criminalibus clericorum loquitur, & notat glossa in authentica statuimus, C. de Episcopis & clericis, verbo *vel civili*, & hæc doctrina sine vlla controuersia recepta est, & vsu totius Ecclesiæ obseruata, & copiosè Aufrelius in Clementina 1. de officio ordinarij, Boerius decisione 59. Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 19. & relati à Farinatio tit. de inquisitione q. 8.

47 Vnde cum iure nostro receptum sit eum solum iudicem absoluere posse, qui & condemnare potest, dubitari solet an iudex laicus saltem sua sententia possit clericum absoluere, & posse, & Baldi, & aliorum sententia probare conatur Tiberius Decianus tomo primo criminalium lib. 4. capite 9. numero 9. quem sequitur Belluga in speculo principum rubrica 25. §. sæpissimè numero nono, & mouentur ex glossa in l. quoties §. 1. C. vbi senatores, vel clarissimi, dum probat, quòd quamvis iudex ordinarius nō possit militem condemnare, poterit tamen eum absoluere, quod procedere ex priuilegio militari resoluit Platea in l. si grauius, C. de delegationibus lib. duodecimo, Puteus de syndichatu verbo *clericis*, capite secundo numero secundo, hæc tamen sententia nulla ratione defendi potest. Verius enim est iudicem laicum non posse clericum iudicando, aut condemnare, aut absoluere iuxta regulam text. in capite at si clerici, infra isto titulo: nam respectu clericorum iudex laicus adeo est incapax, vt veluti quædam persona priuata censeatur, & notat Germonius de sacrorum immunitatibus libro tertio capite decimoquinto num. 8.

48 Superior tamen regula declaratur, vt procedat, quando clericus reus est, & ad iudiciū vocatus. Tunc enim coram Ecclesiastico iudice necessariò conueniendus est: at verò quando clericus actor est, tenebitur sequi forum rei, vt probat text. in capite experientia, capite si quisquam 3. quæst. 6. vbi allegatur generalis regula vtriusque iuris, quod actor sequitur forum rei, l. fin. C. vbi in rem actio adeo vt sicut clericus conueniens clericum alterius Episcopatus coram proprio illius Episcopo conuenire debet, similiter si clericus conuenit laicum illum proculdubio coram iudice laico debet conuenire.

49 Sed pro explicanda ratione huius limitationis dubitari potest an priuilegium exemptionis clericorum, quòd solum clericis reis competit, potuisset Ecclesia extendere ad clericos actores, ita vt non tenerentur sequi forū rei prouocati laici, sed ipsam traherent ad forum Ecclesiasticum, in qua quæstione puto verius potuisse Ecclesiam eximere clericos etiam actores à foro seculari, quamvis iuxta suauem, & prudentem gubernationem id non fecerit habito respectu ad quandam naturalem æquitatem, qua docet-

mur, vt is, qui inuitus ad iudiciū trahitur, gaudeat proprii sui fori priuilegio. Semp̄ enim reus fauorabilior est actori, & probant glossa in capite si clericus, verbo *de consuetudine*, & in cap. ex transmissa de foro competenti, Panormitanus ibidem, qui etiam antiquiores quosdam retulit, Hostiensis in summa de foro competenti §. *quibus ex causis*, in versiculo *ex premissis* docentes nō solum posse Papam, sed etiam frequenter concedere rescripta, & priuilegia clericis, vt in quacunque causa etiam agendo contra laicum ad forum Ecclesiæ illum venire compellant.

50 Sed cum hoc priuilegium exemptionis sit à iure diuino concessum, dubium est, quomodo potuerit Ecclesia hanc limitationem facere, vt non procedat quando clericus actor est, facile tamen respondetur hanc exemptionem clericis à iure diuino concessam esse, ita vt nunquā princeps, vel iudex laicus propria auctoritate de clericis cognoscat. Hoc enim priuilegium, ita à Christo datum est, vt Pontifices illud extendere vel limitare possent, & ita rectè potuit Ecclesia illud moderare, vt solum obseruaretur, quando clericus reus est, non quando actor.

51 Sed obijci potest primò: nam si Ecclesia potuisset clericos etiam actores à iurisdictione seculari eximere, id proculdubio fecisset, cū ratio diuini cultus, & reuerentiæ clericis debita æquè in clerico reo, & actore procedat, si ergo Ecclesia id non fecit, signum est non potuisse facere, & confirmatur: nam Pontifex iurisdictionem laicorum vsurpare non potest, vt expressè dicitur in cap. nouit de iudicijs. At si Ecclesia clericum actorem eximeret laicus reus cogeretur comparere coram non suo iudice videlicet Ecclesiastico, & consequenter iurisdictionem laicam vsurparet.

52 Sed respondetur facile, quòd non omnia, quæ fieri possunt semper expediunt, idè quæ quamvis Ecclesia clericos actores potuisset eximere, voluerunt tamen Pontifices se legibus civilibus conformare, vt actor semper sequeretur forum rei, vt in dicto capite si quisquam 11. quæstione prima, præcipue attenda differentia notissima inter actorem reum. Actor namque voluntariè venit ad iudiciū, & idè quando laicus agit contra clericum iustissimè ad iudicem clerici Ecclesiasticum ire compellitur, quando tamen laicus reus est, iustissimè etiam clericus compellitur ire ad iudiciū sæculare.

53 Secundo obijcitur Bartoli doctrina in lege secunda, ff. de iurisdictione omnium iudicium, vbi proponit quæstionem an fieri possit statutum, vt reus sequatur forum actoris, & respondet principem pro subditis posse tale statutum facere, non tamen posse pro subditis alienæ iurisdictionis, ergo cum laicus in temporalibus non sit subditus iurisdictioni Ecclesiasticæ, non poterit Pontifex illum compellere, quando reus est, vt veniat ad iudicem Ecclesiasticum.

54 Sed respondetur, quod hæc Bartoli doctrina retorqueri potest pro nostra sententia: si enim princeps laicus potest inter subditos priuilegium dare, ut reus forum actoris sequatur, poterit etiam Pontifex idem priuilegium clericis concedere respectu aliorum fidelium, neque obstat, quod fideles laici non sint directè in temporalibus Pontifici subditi. Nam sufficit quod subdantur indirectè, supposito quod spiritualis potestas sufficit ad disponendum circa temporalia, quâdo id exigit finis spiritualis, & idèò quoties Pontifex huiusmodi priuilegia specialiter aliquibus concedit, non usurpat iurisdictionem temporalem, sed sua potestate superiori utitur, neque etiam reus cogitur comparere coram alieno iudice, sed ab vno iudice in alium transfertur causa per Pontificem habentem legitimam potestatem.

55 Hæc autem omnia, quæ dicta sunt circa exemptionem clericorum, an in aliquibus casibus non procedere, & limitari debeant, dubitari solet: & primo nonnulli existimant limitandam esse in causis realibus, id est fundatis in re mere temporalis non interueniente aliqua actione personali ipsius clerici, in qua fundetur negotium. Nam tunc persona non est obligata, neque trahitur ad iudicium, sed solum ipsa res mere temporalis: at priuilegium fori eximit personas clericorum, ne conueniri possint ciuilitè.

56 Sed hæc exceptio meritò ab omnibus rejicitur, ut rectè notat Panormit. in cap. qualiter de iudicijs num. 8. & in cap. Ecclesia de constitutionibus num. 2. & ratio est manifesta: nam generalis omnium iurium regula eximit clericos, ne possint conueniri ciuilitè in iudicio seculari. At verò causa realis ciuilis est, quæ tractari non potest, nisi citato clerico, ut cum illo formetur iudicium, ergo non potest etiam in ea specie conueniri coram iudice laico.

57 Secundò, communiter exceptio proponitur in causis feudalibus, in quibus certum est clericum reum etiam conueniendum esse coram domino feudi, etiam si laicus sit, ut expressè probatur in cap. ex transmissa, & in cap. verum de foro competenti, & ratio est: quia ius canonicum ita voluit statuere in fauorè feudorum, eò quòd res à principio sub eo onere, & conditione infeudum dantur, & idèò iustissimè seruanda ut latius probauimus in d. c. ex transmissa de foro competenti.

58 Tertio, proponitur exceptio, quâdo causa, super qua conuenitur clericus, pertinet ad regalia, quo casu clericus conueniri potest coram regis iudicibus, eò quòd sub ea conditione à principio censetur data, quæ cum non sit illicita, sed licitè à principio apponi potuit, seruanda est. Nã seruare pactum, cuius ius canonicum non contradicit, est de iure naturæ, ut in specie probat text. in capit. verum de conditionibus appositis, vbi communiter notant Doctores. Hostiensis in cap. verum de foro competenti, Felin. in cap. Ecclesia de constitutionibus, Ancharra. consil. 223. aliaque omittimus exceptiones, quas plena manu re-

ferunt Nabarro in cap. nouit de iudicijs notabili 6 Aufrerius decisione 126. & 167. Gregorius in l. 57. tit. 6. p. 1.

59 Fatemur tamen quod ex introducta consuetudine poterit clericus actor reum laicum coram Ecclesiastico conuenire, ut colligitur ex text. in capit. si clericus de foro competenti, vbi postquam proposuit regulam, quòd actor semper teneatur sequi forum rei, statim ait, licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur, quæ verba secundum veriorè sensum significant, quòd licet de rigore iuris clericus actor semper laicum reum debeat conuenire coram iudice laico, hoc tamen seruandum non est, vbi iuris rigor per contrariam consuetudinem fuerit derogatus, ut ibidem explicant Hostiensis, Ioan. Andreas, & Panormit. & communiter Doctores, & ratio est manifesta: nam cum ea consuetudo non sit contra ius naturale, potuit rectè regulam iuris positiui derogare.

60 Quòd si adesset è conuerso consuetudo videlicet, quòd actor laicus clericum reum ad iudicium sæculare traheret, hæc prorsus in valida esset. Prior enim consuetudo potuit esse valida: nam potuit tollere in competentiam iudicis Ecclesiastici: fauet enim Ecclesiasticæ libertati: posterior verò illi contraria est, & iuri diuino derogat, & idèò quasi expressè à iure reprobata valere non potest, nec tollere iudicis sæcularis in capatatem.

61 Sed seclusa consuetudine, vel priuilegio dubitari solet, an clericus actor data negligentia iudicis laici possit laicum coram Ecclesiastico conuenire, & partem affirmatiuam, probat glossa in cap. cum sit generale de foro competenti verbo remissis, & in c. licet eodem tit. verbo vacante, cuius opinionem probant communiter Doctores.

62 Hæc tamen doctrina videtur intelligenda, ita ut quando iudex laicus negligens est, clericus possit recurrere ad iudicem Ecclesiasticum, qui potest laicum per censuram compellere, ut debito ordine iustitiam administret: argumento text. in cap. administratores 23. q. 5. ea enim negligentia inducit grauem culpam, & clericis iniuriosam, cuius remedium adhibere pertinet ad Ecclesiasticum: tum propter culpam iudicis laici negligentis, tum etiam propter defensionem clerici, & hoc modo data negligentia, & contumacia iudicis laici rectè poterit Ecclesiasticus causam aduocare.

63 Vnde dubitari potest, an è conuerso si clericus reus coram Ecclesiastico à laico conueniatur data iudicis Ecclesiastici negligentia, an laicus possit ad iudicem sæcularem recurrere, dubitationem mouet text. in auth. de sanctissimis Episcopis collatione nona, & nobella 123. §. si quis autem pecuniaria, vbi constituit Iustinianus, quòd data negligentia iudicis Ecclesiastici licitum est actori laico coram sæculari iudice clericum vocare, & idem in nobella 83. authent. ut clerici apud proprios Episcopos. & refer-

refertur in capite si quis cum clerico 11. quæst. 1. fatemur tamen, quòd in hoc articulo nulla est habenda ratio decisionum Iustiniani, qui non potuit priuilegium clericorum limitare.

64 Est ergo dicendum non licere propter negligentiam Ecclesiastici clericum ad iudicem sæcularem vocare, ut expressè dicitur in capite qualiter, & quando de iudicijs, & sic ex eodem text. probant glossa, & Panormitanus ibidem numero 7. glossa in capite placuit el primero, 11. quæstione 1. Archidiaconus in dicto capite filijs, vel nepotibus 16. quæstione septima, & ratio est. Nam iudex sæcularis nullam habet iurisdictionem in clericum reum, neque illam potest ab Imperatore accipere: ergo propter negligentiam Ecclesiastici illam habere non potest, cum illam non adquirat ex vi iuris diuini canonici, aut naturalis. Tum etiam nam iudex laicus inferior est Ecclesiastico, & inferior superioris defectum supplere non potest; cum ergo è conuerso iudex Ecclesiasticus superior sit laico, rectè potest negligentiam laici supplere; erit ergo in eo casu remedium petendum à superiori prælato.

65 Nec dubium est clericos in causis criminalibus eodem gaudere priuilegio, ut ex varijs decretis canonicis colligitur, relatis per totam 11. quæst. 1. & expressè in cap. nullus Episcopus, cap. clericus nullus, cap. placuit el 2. 11. quæst. 1. & in cap. clericum 3. eadem causa, & quæstione deductus ex Concilio Agathensi cap. 3. idem etiam colligitur ex text. in cap. clerici, cap. qualiter, & quando de iudicijs, idque specialiter expressit constitutio Federici relata in authentica statuimus, C. de Episcopis & clericis.

66 Fatemur tamen Iustinianum nouella 83. distinctione vsus esse: nam quando crimina Ecclesiastica sunt, ut error in fide sacrilegia, & similia. Tunc ait clericum non posse nisi ad forum Ecclesiasticum deferri; quando verò crimina ciuilia sunt, de his statuit iudicium etiam in personis clericorum ad sæculares iudices pertinere; id tamè procedere denotat, si prius ab Episcopo sacerdotali dignitate spoliatus sit, & ibidem supponit glossa sententiam condemnatoriã Episcopi præcedere debere; fatetur tamen absolutoriã sententiam à iudice sæculari proferri posse. Postea verò idem Iustinianus in auth. de sanctissimis Episcopis, cap. 2. hoc limitauit. fecitque hæc crimina clericorum mixti fori, ut locus esset præuentioni, & antea statutum fuerat ab Imperatore Valente in l. 23. de Episcopis, & clericis in Codice Theodosiano.

67 Hæc tamen omnes leges non solum reuocatae sunt per constitutionem Federici, ut in dicta authentica statuimus, aduertit glossa, sed etiam per alia multa decreta canonica imò à principio fuerunt inualida quasi contra ius diuinum, & ius canonicum, & etiam contra antiquorum Imperatorum concessiones, ut constat ex Constantino in l. 7. C. de Episcopis & clericis.

68 Dubitari tamen solet an prædicta regula aliquam patiatur exceptionem, ita ut in aliquibus specialibus criminibus clericus accusari, & iudicari à iudice laico possit, & puto nullum omninò crimen à prædicta regula excipi posse, ut expressè probatur in capite cum non ab homine de iudicijs ibi, sine infurto, sine homicidio, sine inperjurio, sine in alio crimine, & in capite si clerici de iudicijs, vbi non solum dicitur clericos non posse pro criminibus à iudice sæculari condemnari, sed etiam decisum est acta in eo iudicio, etiam si clericus convictus, & confessus fuerit de crimine nullius esse momenti, & loquitur text. de omnibus criminibus clericorum maioribus, & minoribus.

69 Et ratione probatur: nam si de clericis posset iudex laicus in aliquibus criminibus cognoscere, vel esset propter eorum leuitatem, vel grauitatem: imò primum nam leuiora peccata facilius possunt per Ecclesiasticum iudicem puniri, grauiora verò clericorum magis necessariò à laicis tractanda non sunt, imò neque cognosci si fieri posset, & possunt sufficienter per iudices Ecclesiasticos puniri.

70 Procedit ergo regula adèò generaliter, ut neque etiam per modum reconuentionis clericus in criminalibus vocari possit ad iudicium sæculare, idque denotant verba text. in dicto cap. qualiter, & quando de iudicijs in illis verbis, omninò prohibemus, quæ omnem omninò casum comprehendunt.

71 Sic etiam dubitari solet, an si sicut in causis ciuilibus clericus contra laicum agens tenetur sequi forum laici, similiter teneatur agens criminaliter sequendo forum rei accusati, & proculdubio dicendum est ex communi omnium sententia idem esse in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus clerico existente actore dicendum, & probatur etiam: nam text. in cap. si quisquam 11. quæst. 1. dicitur iuris ciuilis regulam docentem generaliter actorem debere sequi forum rei expressè traditam in l. in criminali, C. de iurisdictione omnium iudicium, & in l. fin. C. vbi in rem actio iure canonico etiam esse approbatam, & probant Iulius Clarus §. fin. quæst. 36. Aufrerius in Clementina, ut clerici limitatione 11.

72 Neque his obstat text. in cap. cum sit generale de foro competenti, vbi quædam proponitur huius regulæ exceptio ibi: In fauorè Ecclesiæ est introductum, ut malefactores suos, qui sacrilegi sunt censendi, venerabilium locorum rectores possint, sub quo maluerint iudice conuenire. Nam respondetur, quòd text. iste non excipit à regula omnes malefactores clericorum. Hoc enim esset omninò regulam destruere, sed solum loquitur de malefactoribus Ecclesiarum, ut ibidè aduertit glossa: verum tamè est clericorum percussores ad Ecclesiasticum iudicem posse deferri non ex priuilegio clerici accusantis, sed ratione sacrilegij, quòd est crimen mixti fori, ut latius diximus in dict. cap. cum sit generale de foro competenti.

cap. 1. de rebus Ecclesie lib. 6. quatenus expresse probat Imperatorem in Authentica, hoc ius C. de sacrosanctis Ecclesijs, non habuisse potestatem introducendi solemnitate ad alienandas res Ecclesie, & Innocentium sequuntur communiter ibidem Doctores, vt testatur Felinus in dict. cap. Ecclesia num. 40. Decius num. 92. Romanus singulari 358. & 438. & 446. Menchaca lib. 3. de successuum progressu cap. 22. limitatione 17. Gama decisione 314.

89. Et sic est intelligendus text. in cap. cum venissent de eo, qui mittitur in possessionem, quatenus docet causam Ecclesiasticam terminandam esse secundum bonam terræ consuetudinem: nã in eius specie non erat consuetudo laicorum, sed consuetudo terre, & communis tam clericis, quã laicis, vt rectè notat Decius in dicto cap. Ecclesia num. 233. neque obstat tex. in cap. cum causa de re iudicata, vbi sententia lata secundum Veronensem consuetudinem reprobat: nam tex. iste loquitur de consuetudine iniqua, vt ibidem aduertit Panormitanus num. 4. Bart. in l. 1. nu. 29. C. de summa Trinitate.

90. Sed superiori difficultati respondetur leges ciuiles generales, quæ directè non respiciunt odium clericorum, sed publicam utilitatẽ, omnes laicos, & clericos ligare etiam in foro interiori, sic tenet communis Doctorum opinio in cap. 1. de constitutionibus, & relati à Menchaca lib. 1. quæstionum illustrium, cap. 9. per totum clericum autem transgressores legum ciuiliu à suis prælatis puniendi sunt, vt notat Nabarro in manuali, cap. 23. nu. 84. Menchaca de successuum creatione §. 1. num. 648. & sic intelligitur tex. in dicto cap. quæ in Ecclesiarum cum similibus. Loquuntur enim de statutis laicorum, quæ directè tendunt in clericos, de quibus dictum est non valere ex defectu potestatis statuentis; secus verò quando lex generalis, est respiciens publicam utilitatem: nam ad eius obseruationem tenentur clerici, non ex vi iurisdictionis secularis, sed ex vi rationis naturalis, & præcepti diuini dicentis per me reges regnant, & iusta decernunt; is enim, qui legi resistit, Deo resistit, vt elegãter explicat Cæcilianus super Pauli ad Romanos 13. in illis verbis: *Nam & principes ministri Dei sunt.*

91. Secundo principaliter obijcitur tex. in cap. fin. hoc titulo de iudicijs, vbi probatur iudicem laicum posse cognoscere de possessione iuris eligendi ergo de causa Ecclesiastica, & spirituali. Occasione huius text. ea quæstio controuertitur solet, iudex laicus de possessione rei spiritualis cognoscere possit, v. g. de causa possessoria beneficii, quam copiosè disputant Franciscus Marcus 2. p. decisione 42. Menochius de recuperanda remedio 15. à num. 211. Gutierrez lib. 1. canonicarum cap. 34. Cobarruias in practicis cap. 32. & relati à Bobadilla lib. 2. cap. 18. à num. 14. Zenedo ad Decretales collectanea 4. pag. 102.

92. Ego tamen maioris breuitatis causa constituo, quòd in possessorio retinendæ, recuperandæ,

vel reintegrandæ possessionis iudex secularis poterit cognoscere de possessorio rei beneficiæ, vel alterius spiritualis, veluti iuris patronatus, iuris decimandi, aut eligendi. Quando vterq; litigans laicus est, vel saltem reus spoliator est, laicus & reus: tunc nãque ratione personæ actor clericus tenetur sequi forum rei l. iuris ordinem; C. de iurisdictione omnium iudicum, & etiam ratione rei, de qua agitur: nam & si res sit spiritualis censetur temporalis, cum solum agatur de mera quæstione facti, non iuris: non enim agitur de viribus tituli, sed solum an actor spoliatus fuerit, vel non, vt restituatur.

93. Pro qua sententia vulgò allegatur text. in dicto cap. fin. de iudicijs, vbi de possessione iuris eligendi cognouit iudex laicus, sed puto falsa esse huius text. allegationem: nam in eo non agebatur de possessorio iuris eligendi spirituali, sed omninò temporalis, non enim agebatur de electione Ecclesiastica, sed de eligendo rectore cuiusdã cõmunitatis secularis, vt obseruat Cobarruias in practicis cap. 35. num. 1. Menochius de recuperanda remedio 25. num. 210. Berouius in rubrica de iudicijs num. 61. Superior tamen sententia vera est, & receptissima glossæ sententia in cap. litteras verbo *spiritualibus*, de iuramento calumniæ docentis possessionem rei spiritualis esse quid temporale, vt copiosè notat Gutierrez d. quæst. 34. à num. 16. Menochius dict. remedio 15. q. 18. num. 211. omnes firmiter asserentes hanc doctrinam semper præsertuam fuisse.

94. Hæc tamen doctrina difficilis est propter varias Doctorum opiniones, quare distinguendū est: nam aut causa possessoria habet aliquomodo admixtã proprietatis causam, & cum eo casu non fit quæstio meri facti, sed etiã iuris de tali quæstione laicus nullo modo poterit cognoscere: non enim censetur talis causa temporalis, sed spiritualis, vt aduertit Cobarruias dict. cap. 35. num. 1. in versiculo *secunda conclusio*, vnde cum beneficii possessio obtineri non possit sine titulo, & aliqua causæ cognitione, laicus non poterit de possessorio adipiscendæ cognoscere, idque procedit quando de titulo possessionis agitur sine incidẽter, siue principaliter, quidquid dixerit Menochius, vbi supra n. 327. Nã eo casu spiritualis causa est, de qua laicus nullo modo cognoscere potest, vt notauimus in cap. tuam de ordine cognitionum, Guido Papa quæst. 1. & decisione 71. Auferrius de potestate seculari regula 2. nu. 24. Cobarruias dicto cap. 35. num. 1. Mieres de maioribus 3. p. quæst. 11. num. 11. & quæst. 15. n. 19. Osafens in pedemontanis decisione 116. nu. 1. Thesaurus decisione 82. nu. 1. Menochius de recuperanda remedio 15. num. 210. & nu. 222. & de retinenda remedio 3. num. 327. Aimon cõsilio 258. Vasafens consultatione 93. & ita apud diversa tribunalia obseruatum esse testatur Rodriguez de annuis redditibus lib. 1. q. 17. à n. 60.

95. Quando verò de causa possessoria beneficii agitur inter duos clericos, vel quãdo reus est

est clericus, dubitari solet, an possit laicus cognoscere, & posse defendit Thesaurus dict. decisione 82. Afflictis decisione 34. horum autem opinionem nullo modo probandam puto: nam in prædicta specie quamvis causa merè possessoria meri facti sit, si controuersia est inter duos clericos, vel saltem reus clericus est, proculdubio iudex laicus erit omninò incapax: nam clericus etiam pro rebus profanis coram seculari non potest conueniri, vt expresse probat Menochius dict. num. 222. Gaspar Rodriguez de redditibus, lib. 1. q. 17. num. 60. idque probat generalis decisio tex. nostri, quæ omnia negotia Ecclesiastica comprehendit: at possessio beneficii causa est Ecclesiastica, præcipuè nam beneficium Ecclesiasticum nunquam sine canonica institutione obtineri potest, cap. ex frequentibus de institutionibus, cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem lib. 6. ad eò vt agens interdicto, vnde vi de titulo docere debet, vt communiter docent Doct. in cap. in litteris de restitutione spoliatorum, vt aduertit Cobarruias in practicis quæst. 35. & relati à Menochio de recuperanda remedio 15. n. 223.

96. Fatemur tamen in aliquibus tribunalibus Hispaniæ sæpè obserbatū esse iudices laicos etiã inter clericos de causa possessoria beneficiæ cognoscere, & sic in Granatensi Chancelleria, & in regali audientia Galleciæ obseruatur: secus verò in Chancelleria Pinciana, cuius obseruationem multò tutiorem puto propter notissimã laicorum in capacitatẽ respectu rerum, & personarum Ecclesiasticarum.

97. Neque obstat dicere illorum tribunaliu immemorialem esse consuetudinem, quæ videtur habere vim priuilegij Apostolici, iuxta notatã in l. 2. §. dicitur, ff. de aqua quotidiana, Baldus consilio 257. lib. 2. Alciatus consilio 187. Garcia de nobilitate, glossa 12. num. 62. Nam cum reus clericus est, necesse erit eam causam ad iudicium Ecclesiasticum deferre, neque in hac specie consuetudo immemorialis poterit tollere laici in capacitatẽ, vt communiter notatur in ca. causam de præscriptionibus, Aimon consilio 82. num. 7. neque contraria sententia vllò modo mihi probari potuit in vera, & iudiciali cognitione; sed tantum in extraordinaria, & extrajudiciali videlicet ea, quæ fit per viam violentiæ, vt statim dicem.

98. Tertio obijcitur, nam Apostolica traditione constat personas, & res Ecclesiasticas subiectas esse principibus secularibus, vt videtur expressum in cap. magnum 11. quæst. 1. cap. omnis anima de censibus, ad eò vt olim laici de causis, & personis Ecclesiasticis cognoscebant, l. 2. placet C. de sacrosanctis Ecclesijs, l. cum clericis, l. omnes, C. de Episcopis, & Clericis.

99. Facile tamen respondetur, quòd verba Apostoli relata in dict. cap. magnum tantum modo clericis suadent, quantam debeant principibus exhibere recognitionem, & reuerentiam habito respectu ad protectionem, & gubernationem reipublicæ, non verò ad iurisdictionem: nam etsi

clerici à iurisdictione principum exempti sint non verò à legum ciuiliu obseruatione, vt iam diximus, & in eodem sensu intelligitur tex. in cõconuenior 21. distinctione, & in cap. tributū 28. quæst. 8.

100. Neque etiam obstat tex. in dict. l. 2. placet cum similibus: nam licet verum sit principio nascentis Ecclesie, quòd Imperatores de clericis cognoscerent, hoc tamen non iure factum fuit, sed de facto, & per violentiam Imperatorum, qui bus illis temporibus Ecclesia resistere non poterat, vt colligitur per totam 96. distinctione, & per totam 11. quæst. 1. & 17. q. 4. Quando verò Ecclesia capit habere potestatem exequendi decreta Apostolica, capit etiam Ecclesiastica negotia publicè definire, & leges seculares contrarias libertati Ecclesiasticæ derogare, cap. 1. cum sequentibus 11. quæst. 1. Imò & excommunicatio nis pœnam statuit aduersus laicos contraria statuentes, cap. aduersus, cap. non minus de immunitate Ecclesiarum, de quibus plura supra notauimus, & videndus Cobarruias in practicis capite 31. & id eò receptissimum est prædictas leges ciuiles iure canonico derogatas esse.

101. Sed his omnibus non leuiter aduersantur nonnulla decreta, ex quibus clericos, & Ecclesias Imperatoribus esse subiectas quoad iurisdictionem colligitur, siquidem in illis dicitur, & clericos, & Ecclesias ad soluenda Imperialia tributa teneri ex debito iustitiæ, quod fieri nequit, nisi supposita subiectione iurisdictionis, idque probatur primo in cap. si tributum 11. quæst. 1. ibi: *Si tributum petit Imperator, non negamus, agrum Ecclesiæ soluant tributum*, & in cap. conuenior, cap. tributū 23. quæst. 8. ibi, *quia de exterioribus, quæ palam cum illis apparerit, Ecclesia tributum reddit, & verbum reddit*, denotat debitum iustitiæ.

102. Et vrget ulterius: nam idem videtur præceptum ab Imperatoribus, vt in l. placet, C. de sacrosanctis Ecclesijs, & in l. 40. C. de Episcopis, & clericis apud Teodosium, & transcripsit Gratianus in cap. generaliter, v. placet 16. quæst. 1. significans prædictas leges non esse à iure canonico reprobatas, & in l. de ijs, C. de Episcopis, & clericis, vbi prædia clericorum dicuntur tributis Imperialibus obnoxia, & in l. fin. C. de exactoribus tributorum lib. 10. vbi expresse idem dicitur de prædijs ipsius Ecclesie denotans ea tributa esse realia ipsorum prædiorum: argumento text. in l. Imperatoris, ff. de publicanis, & vestigalibus, dū docet iuriconsultus in vestigalibus ipsa prædia conueniri.

103. Occasione horum iurium disputant Doctores, an omnia bona eò ipso, quòd perueniunt ad dominium Ecclesie exẽpta sint ab omni onere tributorum, & maximè procedit controuersia in bonis immobilibus, quibus imponi solent onera realia, quæ illis penitus inhærent, & quamvis in hac quæstione variæ sint opiniones; pro eius explicatione supponendum est, quòd onus reale rei immobili dupliciter impositum esse potest.

Primo, aut ex vi proprii domini precedentem pa-
cto inter eum, cui pensio solueda est, & eum, qui
dominus rei est, vel e conuerso inter eum, qui
prius Dominus fuit, & eum, in quem cum tali onere
res translata fuit, veluti in rebus hypotheticæ
subiectis, emphyteuticis, aut feudilibus. Vel se-
cundo modo onus prædii impositum esse potest
non ex vi domini illius, sed ex vi supremæ iurisdic-
tionis regie super tali prædii, vel in taliter
ritorio: hoc enim modo potest princeps tributa
imponere in terris sibi subiectis, & de hoc secun-
do onere reali procedit controversia: hoc enim
est propriè tributum.

104 Hoc supposito sit prima conclusio, bo-
na temporalia, quæ antequam fiant Ecclesiæ, ha-
bent annexum onus reale, & pensionem alteri
soluendam ex vi domini, & pacti præcedentis,
etiam si postea fiant Ecclesiastica eidem oneri re-
manent obnoxia, nec priuilegium exemptionis
Ecclesiam ab illo onere liberat. Hæc videtur cõ-
munis opinio Doctorum, & in hoc sensu intelligẽ-
dus est Bart. in dicta l. de ijs, C. de Episcopis, &
clericis, Innocentius in cap. non minus de immu-
nitate Ecclesiarum num. 4. Glossa in cap. secun-
dum canonicam 23. quæst. 8. & in dicto cap. tribu-
tum, verbo de exterioribus, & in cap. 1. de immu-
nitate Ecclesiarum lib. 6. verbo bonorum, Panormi-
tanus in cap. 1. de censibus num. 6. & 7. & in cap.
fin. de vita, & honestate clericorum num. 12. di-
cens hanc doctrinam procedere in onere perpe-
tuo, & inuariabili: quia tunc intelligitur annexum
ipsis prædijs, & idem probat consil. 26. volumi-
ne 1. & consil. 3. & consil. 6. volumine 2. Syluest.
verbo immunitas el. 1. quæst. 5. Gregorius in l. 5. 1.
titulo 6. p. 1. glossa 4.

105 Et probatur ratione, nam res, quæ ha-
bet onus annexum, transit cum onere suo: ergo si
bona antequam essent Ecclesiæ, habebant onus
annexum, debent in Ecclesiam transire cum illo
onere, idque probat text. in cap. ex clericis de pig-
noribus, & in cap. si quis laicus 16. quæst. 1. nemo
enim potest plus iuris in alium transferre, quam
ipse habet, ergo qui non habet dominium rei, ni-
si cum illo onere non poterit rem sine tali onere
in Ecclesiam transferre, & confirmatur etiam ex
regula text. in cap. verum de conditionibus ap-
positis, ubi dicitur, quod si bona Ecclesiæ donan-
tur sub aliqua conditione, necesse est conditionem
seruare, idem ergo de onere rei annexo dicendum
est, neque enim religionis ratio ordinem iustitiæ
debet turbare.

106 Sed obijci potest factum Ioseph Genes. 47.
ubi cum totam terram Ægypti Pharaoni redde-
ret tributariam, terram tamen sacerdotalem exem-
mit, quo casu tributum illud non ex mera regia
iurisdictione, sed ex pacto proficiscitur: nam
cum Ægyptij triticum à rege emere velint non
habentes pecuniam Pharaoni regi possessiones
loco pretij dabant, quas ab ipso rege sub onere
tributi soluendi quintam partem fructuum tan-
quam à proprio domino acceperunt, cum ergo

possessiones sacerdotum ab illo tributo fuerint
exemptæ, satis significatum est bona Ecclesiasti-
ca libera esse debere etiam ab his pensionibus,
quæ ex pacto imponuntur.

107 Sed respondetur, quod in dict. cap. 47.
Genesis: non erat sermo de tributo prius impo-
sito terris sacerdotibus, sed potius de imponen-
do: illæ enim prius sacerdotibus liberæ datæ fue-
rant, ut indicant verba eiusdem text. ibi: *Præter
terram sacerdotum, quæ à rege data fuerat eis, terra
ergo illa non fuit exempta à tributo antea impo-
sito, sed ab imponendo, neque etiam fuit sacerdo-
talis terra à tributo illo exempta ex aliquo pri-
uilegio, sed quia nunquam pacto subiecta fuit;*
cum enim eo tempore ex publicis horreis ale-
rentur sacerdotes, necesse non fuit possessiones
suas, sicut laici vendere Pharaoni.

108 Sit secunda conclusio. Bona Ecclesiasti-
ca exempta sunt à proprijs tributis, quæ ex vi re-
gie iurisdictionis sunt imposita, etiam si talia bo-
na antequam ad Ecclesiam peruenirent, illi tribu-
to essent subiecta. Sic probat expressè Panormi-
tanus dicto consil. 26. ubi superiorem proposuit
distinctionem, & sic sunt intelligendi omnes Do-
ctores allegati, & ostendit rectè videndus Gutier-
rez multis alijs relatis in practicis lib. 1. quæst. 3.
declarans verba legis Regiæ 11. tit. 3. lib. 1. com-
pilationis ibi: *Los clerigos que compraren heredades
tributarias en que sea el tributo apropiado à la heren-
dad paguen el tal tributo.* Ait enim allegatus Do-
ctor eam legem intelligendam esse, quando præ-
dia antea erant affecta onere tributorum expres-
sè, & specialiter ex conuentione partium; secus
verò si tantum sint affecta, vel obnoxia tributis
ex generali lege; si enim ad clericum, vel Eccle-
siam ea bona perueniant, non transeunt cum eo
onere tributorum.

109 Quibus suppositis non obstant iura in cõ-
trarium adducta supra num. 100. & sequenti: res-
pondet enim glossa in dicta l. de ijs, C. de Episco-
pis & clericis, ea omnia iura procedere secundum
antiquum morem, iam verò reuocata esse, & ma-
iora priuilegia Ecclesijs concessa, quæ responsio
pro legibus ciuilibus in contrarium allegatis d.
num. 101. facile acceptari posset, quæ omnes per
constitutionem Federici reuocata sunt: imò &
nunquam potuerunt esse valida ex defectu po-
testatis statuentium, & contra libertatem Eccle-
siasticam, quod tamen attinet ad ius canonicum;
incredibile est aliquando fuisse approbata huius-
modi tributa præsertim tempore Imperatorum
fidelium.

110 Quare antequam ad iura in contrarium
allegata supra n. 100. respondeamus, scire oportet
priuilegium non soluendi tributa de bonis
Ecclesiasticis à principio inditum, & cum ipsa Ec-
clesia quasi natum fuisse, quod patet ex dictis su-
pra de origine Ecclesiasticæ libertatis. Hoc enim
ius intrinsecè oritur ex ipsa Ecclesiæ institutio-
ne à Christo facta, ex cuius vi capax est Ecclesi-
a adquirendi bona tam immobilia, quam mobilia

ad

ad solum cultum diuinum, & opera pia deputata,
nec dicendum est hanc capacitatem accepisse ab
Imperatoribus, sed ex natura rei, ut colligitur ex
cap. videntes 12. quæst. 1. ubi Urbanus Papa hu-
ius rei mentionem fecit, qui vixit anno 227. &
commemorat iam antea id fuisse à Pontificibus
præceptum, ita ut fideles pro arbitrio bona Ec-
clesiæ donare possent, idque à tempore Constani-
tini mirum immodum creuit, ut constat ex text.
in cap. futuram 12. quæst. 1.

111 Vnde cum hæc bona, quæ Ecclesiæ tra-
duntur, Christo adquirantur tanquam princi-
pali domino, non enim adquiruntur Ecclesiæ nisi
tanquam corpori mystico, cuius principale caput
est Christus, ideo rectè dicimus ea bona necessa-
riò esse exempta à tributis: nam Christus ipse ca-
put Ecclesiæ, & dominus talium bonorum non
solum habet hanc exemptionem, sed etiam pote-
statem, & dominium super omnes reges terræ,
vnde certissimum est Christum immediatè exe-
misse ea bona ab onere tributorum.

112 At verò de facto hæc exemptio à tribu-
tis non semper fuit in vsu Ecclesiæ, nec certò cõ-
stare potest, quo tempore cepit obseruari, sed
credendum est incipisse à tempore Imperato-
rum fidelium, & à pastoribus Ecclesiæ, quantum
fieri potuit obseruatam; imò ante tempora Federi-
ci, & Honorij constat iure canonico obseruari
iustum esse; ut in Concilio Lateranensi relato in
cap. non minus, c. aduersus de immunitate Eccle-
siarum, imò ex eisdem decretis constat hoc ius il-
lis multò antiquius esse, de quo plura Baronius
anno Christi 387. à num. 13.

113 Vnde ad auctoritatem Ambrosij relatam
in dicto cap. si tributum 11. quæst. 1. omittis va-
rijs glossarum explicationibus rectè respondet
Baronius, ubi supra, dicens verba illa dicta fuisse
ab Ambrosio permittendo potius, quam appro-
bando factum asserendo, non verò ius confiten-
do. Eo enim tempore, cum puer esset Valentinia-
nus, mater eius Iustina gubernauit, quæ cum es-
set Arriana tributum aliquod ab Ecclesijs exe-
git, & prudenter censuit Ambrosius illi resisten-
dum non esse ad vitanda mala, & pericula inimi-
centiæ, ut longiori sermone ipse Ambrosius ibi-
dem declarat concludens his verbis, *Imperatori
non dono, sed non nego.* Potuit enim Ambrosius faci-
lius tolerare tributorum exactionem, quam vsur-
pationem bonorum Ecclesiæ, & eodem modo in-
telligendus est text. in dicto cap. conuenior 23.
quæst. 8.

114 Ad text. verò in dicto cap. tributum 23.
quæst. 8. reperitur Cardinalis Albanus in tracta-
tu de immunitate Ecclesiastica, eodem modo di-
cens Urbanum de facto fuisse loquutum non de
iure asserens persoluendum esse tributum ab Ec-
clesia sponte ad maiora mala vitanda, non tamen
ex debito iustitiæ, idque probat ex illis verbis,
pro pace, & quiete. Hæc tamen interpretatio non
placet: nam ex verbis text. apertè colligitur Ur-
banum non dixisse tributum esse soluendum ad

vitanda maiora mala, sed potius soluendum esse
Imperatoribus propter officium, & obligationem;
quam habent tuendi Ecclesiam, quare alij text. il-
lum intelligunt de solis bonis, quæ ad Ecclesiam
peruenerunt cum onere tributi, quod etiam est
improbabile. Nam text. expressè loquitur de ve-
rò tributo, quod Imperatori soluitur ratione pu-
blii muneris, quod Ecclesia nunquam soluere
debit.

115 Quare dicendum puto textum in dicto
cap. tributum, relatum esse à Gratiano ad Urba-
num Papam coniecturamur, ergo fuisse Urbanum
Primum, quamvis non constet, quis fuerit ille Ur-
banus. Credimus enim Urbanum Primum loquu-
tum fuisse iuxta morem illius temporis quando
Imperatores erant Gentiles, & Idolatræ, & Ecclē-
sia nondum sibi libertatem ab huiusmodi tribu-
tis vindicauerat; iam verò omninò cessasse pro-
culdubio dicendum est.

116 Neque etiam obstat text. in cap. sancitum
23. quæst. 8. ubi specialiter exempta propo-
nuntur quadam bona Ecclesiæ à tributis, & sta-
tim dicitur his verbis: *Est amplius aliquid habuerint,
inde senioribus suis debitum seruitium impendant.*
Nam rectè respondet glossa ea verba intelligenda
esse de antiquioribus oneribus realibus priuatis
veluti ex pacto, ut iam diximus, & colligitur
ex verbis eiusdem text. ubi nec de tributis, nec
de principibus mentio fit, sed de senioribus, qui-
bus debitum seruitium soluendum est, & verbum
debitum seruitium proculdubio non solum verum
tributum, sed etiam alia onera comprehendere
potest, per seniores autem intelligunt glossa, &
Doctores in cap. 1. de censibus dominos antiquos,
à quibus res, & bona ad Ecclesiam translata sunt
cum onere suo, quando non pertinent ad māsimum
Ecclesiæ; & alia bona specialia, de quibus fit men-
tio in dicto cap. Sancitum.

117 Quarto principaliter obijcitur Hispani-
æ praxis circa causas Ecclesiasticas, quæ ad su-
prema tribunalia per viam violentiæ, deferuntur
ex regula text. in cap. Regum, cap. administrato-
res, cap. Imperatoribus 23. q. 5. cap. boni princi-
pis 96. distinctione, sed puto praxim hanc non
esse reprobendam, sed vtilem esse in republica;
ut rectè aduertit Cobarruias in practicis ca. 35.
Olaus in Pedemontanis decisione 30. Hieron.
de Sese in tractatu inhibitionum Aragoniæ cap.
8. §. 3. per totum. Tum, quia ex dictis iuribus ad
Principes sæcularē pertinet in suis regnis, vi op-
pressos de manu opprimentium liberare iuxta na-
turalem rationem. Tum etiam allegari solet im-
memorialis consuetudo Hispaniæ quasi Pontifi-
cum voluntate approbata, ut sentit Gregorius to-
mo 1. responforum lib. 4. cap. 9. num. 83. Grego-
rius in l. 31. tit. 11. p. 2. verbo *non fuerat.*

118 Hæc tamen omnia dupliciter reduntur
dubia. Primò, nam supposita laicorum incapaci-
tate vix potest intelligi qualiter supremi iudices
de causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesi-
sticas per viam violentiæ cognoscere possint;

Secundò

Secundò, nam hæc Hispaniæ consuetudo non potest obtinere in præiudicium Ecclesiasticæ iurisdictionis, vt expressum est in dicto cap. clerici de iudicijs, imò nec lex, nec consuetudo laicorum quidquam inducere potest in præiudicium Ecclesiasticæ immunitatis.

119 Sed pro Hispaniæ praxi responderi potest vnicò verbo: nam in causis, quæ deducuntur ad suprema tribunalia per viam violentiæ senatores suprema vel princeps, quem ipsi representant, non cognoscunt de causis clericorum, vel de rebus Ecclesiasticis nisi tãtòmodo per modum extraiudicialis defensionis, ne pars aliqua grauetur, & opprimatur, vt ex multis respondet Cobarruias dicto cap. 35. num. 3. Tunc enim princeps oppressus à violentia iudicis Ecclesiastici liberat, donec à superiore Ecclesiastico præstatur iure debitum auxilium, quo casu potuit esse consuetudo Hispaniæ rationalis, quæ fundata est in ipso iure canonico propter rectam boni regiminis reipublicæ rationem.

120 Quintò: principaliter obijci solent plurima iura canonica, ex quibus constat iudicem laicum, tam in criminalibus, quam in ciuilibus clericorum causis cognoscere posse, vt in cap. 1. de apostatis, cap. perpendimus 23. de sententia excommunicationis, cap. filijs, vel ne potibus 16. q. 7. Quæ omnia de causis criminalibus loquuntur, & in causis ciuilibus, probat text. in cap. cæterum de iudicijs, cap. verum, cap. ex transmissa de foro competenti: imò & laicis Ecclesia ita postulante habet potestatem in spiritualibus, capit. petimus, cap. istud 11. quæst. 1. cap. postulasti de homicidio, cap. cum non ab homine de iudicijs.

121 Pro cuius explicatione generaliter supponendum est, laicum nunquam posse de causis clericorum propria auctoritate cognoscere, vel legis ciuilibus auctoritate, posse tamen de illis cognoscere ex licentia Pontificis, & auctoritate iuris canonici, & sic procedit text. in cap. 1. de apostatis vbi clericus, qui dimisso habitu clericali manet in apostasia non gaudet priuilegio fori, sed de illo poterit cognoscere laicus. Eo enim casu lex canonica, quæ clericum apostatam fori priuilegio priuauit, dedit iudici laico potestatem cognoscendi de illo, de quo videndus Salcedo in præctica criminali cap. 111.

122 Sic etiam procedit text. in cap. perpendimus, de sententia excommunicationis, vbi percutiens clericum, qui dimisso habitu clericali varijs, & immanibus se criminibus immiscuerat, nõ est necesse quòd à Pontifice absoluat, & idem dixit text. in cap. 49. tit. 6. p. 1. l. 14. l. 15. tit. 3. lib. 1. ordinamenti.

123 At in explicatione text. in dicto capite perpendimus, non leuiter controuersum est, an clericus incorrigibilis ipso facto priuetur priuilegio canonis, & priuari putat Nabarro cap. 27. num. 79. & mouetur ex text. in cap. cum non ab homine de iudicijs, & supponendum est regulariter esse seruandam formam, text. in dicto cap. cum

non ab homine. Nam clericus criminofus prius est per Ecclesiasticum deponendus, & si id non sufficiat excommunicandus, & contumacia crescente anathematizandus, quòd si adhuc incorrigibilis existat, credit Panormitanus statim absque alia sententia priuilegio clericali priuatum esse.

124 Humanior tamen videtur sententia, quæ ex Cardinali sequitur Franciscus Suarez de censuris disp. 2. sect. 1. num. 9. videlicet in ea specie clericum nõ ipso facto priuatum esse priuilegio clericali, sed necessariam esse sententiam declaratoriam Ecclesiasticam, qua clericum criminofum declarat incorrigibilem. Est enim hæc priuatio priuilegij fori clericali noua pœna, quæ non incurritur ipso iure, neque contrarium probat text. in dicto cap. cum non ab homine ibi, per *secularem comprimendus est potestatem*: quæ non excludunt sententiam declaratoriam, ita vt iudex laicus propria auctoritate non possit clericum comprimere, nisi ab Ecclesiastico requisitus, vt aperte probat text. in cap. vt famæ de sententia excommunicationis.

125 Nec puto clericum etiam declaratum incorrigibilem totaliter priuatum esse priuilegio clericali: nam saltim gaudebit priuilegio canonis: nam text. in dicto cap. cum non ab homine solum dixit per *secularem potestatem comprimendum esse*, qua verba non excludunt canonis priuilegium; imò vt dicitur in d. cap. vt famæ, quando Ecclesia concedit iudici laico, vt clericum comprimat, ea concessio ad alios casus extendi non potest, non ergo dicendum est clericum illum amisisse canonis priuilegium.

126 Fatemur tamen esse aliquos speciales casus, in quibus clericus incorrigibilis tanquam nõ clericus habendus est, etiam nulla expectata sententia, vt in specie text. in capit. contingit el 2. & in cap. in audientia, de sententia excommunicationis, vbi clericus incorrigibilis, qui post trinam prælati monitionem adhuc perseuerat in contumacia, tanquam non clericus habetur, quod attinet ad priuilegium canonis, quibus in locis sufficit illa trina nominatio prælati, vt iudex laicus clericum possit comprimere.

127 Et adhuc existimat Nabarro in dicto cap. 27. num. 81. nec etiam eam trinam monitionem esse necessariam ad amittendum priuilegium clericale, quando clericus habitu, & tonsura relicta turpibus, & enormibus se immiscet criminibus, pro qua doctrina solum allegatur text. in dicto cap. perpendimus de sententia excommunicationis, vbi comes quidam occidit clericum, qui seruis, & turpibus criminibus se immiscuerat, & ait text. non indegere Pontificis absolutione.

128 Posset tamen responderi ex eo text. nõ probari, quòd in illo casu non incuratur excommunicatio: nam statim dicitur interfecto esse pœnitentiam imponendam, ergo solum concludit eo casu excommunicationem canonis nõ esse reseruatum. At verò cum text. dicat esse imponendam pœnitentiam, non tamen exprimat esse absol-

absoluendum à censura canonis aperte probat interfectorem peccasse, non tamen censuram canonis incurrisse. Tum etiam nam text. in cap. cum non ab homine, de sententia excommunicationis expressè ait occisores clericorum, qui dimisso habitu clericali enormitatibus se in verecundè immiscerent canone latæ sententiæ non coerceri, quamvis aliàs peccare certum sit, & puniendi sint, ergo in ea specie clerici amittunt priuilegium canonis.

129 Sic etiam intelligendus est, text. in cap. vnicò de vita, & honestate clericorum lib. 6. vbi clericus ioculatores Hispanè *Bufores*, si per annum perseuerant, ipso iure priuantur priuilegio clericali, quæ propria est pœna huius criminis, & ideò ad alia crimina non extendenda, etiam si grauiora sint, vt rectè aduertit Panormitanus in dicto cap. perpendimus num. 8. Neque in illa specie necesse est habitum clericalem dimittere, sed sufficit delictum cum tali perseuerantia vnus animi, neque etiam requiritur trina monitio, sed sufficit factum ipsum cum annuali pertinacia; si enim trina monitio à prælato facta præcedat incurritur dicta pœna etiam ante annum, ita vt ipso facto post tertiam monitionem priuatus sit omni priuilegio clericali.

130 Neque etiam obstat text. in dicto capite filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. supra allegatus num. 119. dum probat, quòd si patronus viderit clericum suæ Ecclesiæ bona dilapidare, denūtiat Episcopo, & post Episcopum Metropolitanò ipsique nolentibus occurrere conqueratur regi, & de primo ad vltimum de personis, & rebus Ecclesiasticis iudicare poterit princeps. Respondet tamen varijs modis glossa, & interpretes ibidem primo dicunt textum illum procedere, quando Episcopus, aut Metropolitanus propter nimiam clericum potentiam illum comprimere non possunt. Tunc enim auxilium regis implorandum est, vt in cap. petimus 11. quæst. 1. Secundo respondet text. illum procedere secundum antiquum morem nouioribus constitutionibus abrogatam, sic post alios Panormitanus in cap. qualiter, & quando de iudicijs num. 7. sed existimo non esse necesse ad huiusmodi asylum confugere. Nam in ea specie non recurritur ad principem tanquam ad iudicem; sed tanquam ad protectorem, vt hortetur, & instet prælatos Ecclesiæ, vt debitum remedium adhibeant, & iustitiam administrent, & vt manu regia, & potenti extra iudicialiter Ecclesiam oppressam liberet à tyrannide.

131 Neque etiam obstat text. in dicto capite cæterum de iudicijs, cap. ex transmissa, cap. verum de foro competenti, vbi causæ feudales etiam inter clericos ad dominos feudi pertinent, qui de illis cognoscere debent, sed facile respondetur hoc fieri non auctoritate legis ciuilibus, sed virtute legis canonice, quæ id iure speciali iustissimè in feudalibus controuersijs statuere voluit, quæ nõ iuxta iuris regulas, sed iuxta consuetudines inuestituræ leges, & pactiones sunt terminandæ, eò

enim pacto feuda concessa fuerunt iuxta textum in cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum, vt latius dicemus in dicto cap. cæterum, Iulius Clarus in §. feudum quæst. 90. quare cum hodie feuda adinstar patrimonialium redacta sint, sicut de patrimonialibus, sic etiam de feudis pertinebit cognitio ad iudices ordinarios, vt aduertit Gregorius in l. fin. tit. 26. p. 4. verbo *otros vassallos*, Zefalus consil. 1. num. 67. volumine 1. Valafcus de iure emphyteutico quæst. 38. & quæst. 39.

132 Neque tandem obstat text. in dicto cap. petimus 11. quæst. 1. & in dicto capit. cum non ab homine de iudicijs cum alijs adductis supra num. 119. in quibus dicitur laicum contra clericos cognitionem habere Ecclesia ita postulante. Nam respondetur facile eam iura agere de inuocatione brachij sæcularis iuxta formam in illis iuribus præscriptam: ab ipso enim exordio nascentis Ecclesiæ receptum fuit brachium sæculare ab Ecclesia inuocare contra clericos, aut laicos resistentes. Tunc enim nulla Ecclesiæ iniuria irrogatur, imò debitum ei præstatur obsequium, vt rectè explicat Pontifex in cap. 1. de officio ordinarij ibi: *Et cum opus fuerit publicum conuocent auxilium non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ a Deo placita sunt, prosequendum*. De quo plura dicemus in dicto capite cum non ab homine infra isto titulo.

133 Sextò principaliter obijcitur text. in cap. decernimus de sententia excommunicationis, lib. 6. vbi laicus de excommunicatione cognoscitur, quæ causa spiritualis est, & ad iudicium Ecclesiæ pertinet, cap. quærenti de verborum significatione, cap. dilecto de sententia excommunicationis lib. 6. Imò etiam cognoscit de causa illegitimitatis quamvis Ecclesiastica sit: argumento text. in l. 1. C. de ordine iudiciorum, ca. causaque el 25 qui filij sint legitimi. Tandem etiam nam quamvis excommunicandi potestas spiritualis sit, potest laicus eam exercere, cap. me nam 2. q. 4. cap. præter, vers. *scribit* 32. distinctione.

134 Sed respondetur, quòd in specie text. in dicto cap. decernimus, non dicitur laicum posse de excommunicatione cognoscere, sed solum dicitur iudicem laicum posse excommunicatum à iudicio repellere. Supponendum enim est laicum de causa spirituali, neque incidenter, neque principaliter cognoscere posse: nam quamvis incidentia sit modus tollendæ incompetentiæ, non est modus tollendæ incapacitatis, vt expressè probat text. in cap. tuam de ordine cognitionum.

135 Sic etiam procedit text. in dicto l. quoties C. de iudicijs: iudices enim incompetentes dicuntur, qui iurisdictionem habent saltim in habitu veluti præstos vnus loci respectu subditorum alterius iurisdictionis. Incapaces verò dicuntur, qui neque potentia, neque habitu iurisdictionem habent, sed habentur tanquam personæ priuatae, veluti laicus in causis Ecclesiasticis, ideòque causa incidentia non tollit incapacitatem: iudex tamen Ecclesiasticus respectu laicorum, quamvis non habeat

habeat iurisdictionem in actu, habet tamen in habitu, & potentia, & ideo non dicitur incapax, sed incompetens: tex. enim in dicta l. quoties loquitur de iudice incompetenti, qui cum habeat iurisdictionem in habitu ex iusta causa, reducitur ad actum veluti ex incidentia, ne aliàs causæ continentia diuidatur, & sic procedit etiam tex. in l. 1. C. de ordine cognitionum, & in l. nullum, C. de testibus, cuius regula an procedat in clerico falsum deponente, explicat Abendaño de exequendis 2. p. cap. 27. num. 5. Bernardus Diaz in praxi cap. 87. Bofius in praxi tit. de falsis n. 100.

136 Quare dicendum est, quod in dict. cap. decernimus, laicus non cognoscit de excommunicatione, neque incidet, neque principaliter, sed solum cognoscit de mero facto excommunicationis, non verò de quæstione iuris. Quæstio enim facti etiam rei Ecclesiasticæ temporalis est, quando enim de mero facto quæritur, nihil spirituale disputatur, secus verò quando agitur incidenter: nam saltem de quæstione iuris incidenter agitur. Sic respondent communiter Doctores, & relati à Cobarruias in practicis cap. 35. Ofasco in Pedemontanis decisione 137.

137 Huic tamen receptæ solutioni obijci solet: nam rei Ecclesiasticæ factum etiam laicis interdicitur est ex generali decisione text. in cap. lator, qui filij sint legitimi, & in cap. inquisitionis §. prohibemus, vers. *quoquo modo* de hæreticis, lib. 6. cap. si iudex laicus de sententia excommunicationis lib. 6. vbi laicus non potest cognoscere de illo facto, an litigans sit clericus, vel laicus.

138 Respondetur tamen laicum regulariter loquendo de quæstione facti rei spiritualis rectè posse cognoscere quasi de re temporali, neque contrarium probant verba text. in dicto cap. inquisitionis, dict. e. prohibemus ibi *quoquo modo*, vt statim dicemus, neque obstat iuris regula, qua docemur, quod ex facto ius oritur, l. si ex plagijs 53. §. in libro Capitolino. ff. ad l. Aquiliam, & ideo videtur dicendum laicum, neque etiam de facto rei spiritualis posse cognoscere quasi ius à facto sit quid inseparabile. Nam respondetur, quod licet ex facto ius oriatur, non tamen semper oritur ius spirituale, nec valebit dicere facti causam esse etiam spirituale, quia ad quæstionem facti immediate consequitur quæstio iuris, & ratione cōnexitatis pertinebit ad Ecclesiasticum facti quæstio: argumento tex. in cap. quanto hoc titulo de iudicijs, vt considerat Fulgosius consil. 133. Nam respondetur, quod in prædicta specie non agitur de causa ipsa facti, sed de ipso facto, vnde quamvis iuris quæstio non possit separari à facto; at quæstio facti separari potest ab ipsa quæstione iuris, quæ inter se causæ sunt omninò separabiles. Si enim contra probantem factum matrimonij, vel excommunicationis opponatur exceptio nullitatis matrimonij, tunc causa remittenda est ad Ecclesiasticum ex dicto cap. decernimus de sententia excommunicationis lib. 6. & in dicto cap. tuam de ordine cognitionis.

139 Sed communiter obijcitur tex. in cap. si iudex laicus de sententia excommunicationis lib. 6. vbi iudex laicus non potest cognoscere de illo facto, an captus sit clericus, vel non, quamvis hæc sit puri facti quæstio, sed ea causa remittenda est ad Ecclesiasticum, & est communis opinio glossæ, & Doctorum ibidem Butrius in cap. ex parte de privilegijs, Baldus in l. si qua per calumniam, C. de Episcopis, & clericis, nec dicendum est, vt nonnulli voluerunt eam causam mixti fori esse, vt resoluit Rota decisione 3. sub titulo de sententia excommunicationis, Franciscus Marcus decisione 1063. 1. p. & decisione 268. num. 5. 2. p. Rolandus consil. 4. nu. 20. volumine 2. Cobarruias in practicis cap. 33. num. 1. Marta de iurisdictione 2. p. cap. 31. num. 17. Farinacius de inquisitione quæst. 8. à num. 33.

140 Quod supposito maior oritur dubitatio ex decisione text. in dict. cap. si iudex laicus, cui variè respondent Guido Papa consilio 38. Beronius in præfenti num. 71. Nabarro in cap. nouit de iudicijs oppositione 7. qui sic distinguit: nã quædam sunt de iure diuino naturali, v. g. excommunicatio, & vsura, de cuius facto laicus potest cognoscere cap. ad nostram 20. de iure iurando, cap. post miserabilem de vsuris. Quædam verò sunt de iure diuino supernaturali, veluti ordo sacer, de cuius facto non cognoscit laicus, & sic dicunt procedere textum in dicto cap. si iudex laicus. Ea enim quæstio, an captus sit ordinatus vel non, quãvis facti sit, est tamen iuris diuini supernaturalis, & ideo eius factum etiam censetur spirituale.

141 Hæc tamen interpretatio manifestè cōuincitur: nam sacramentum matrimoniū est, quid iuris diuini, & supernaturalis, & nihilominus certum est sine vlla controuersia laicum de facto matrimonio posse cognoscere, quare alij respondent distinguentes quædam esse spiritualia ratione rei dumtaxat, non tamen ratione personæ, v. g. excommunicatio, & matrimonium, quæ etsi spiritualia sint, cadunt tamen in laicos, & ita non sunt spiritualia ratione personæ. Quædam verò spiritualia dicuntur ratione rei, & personæ v. g. religio, & ordo sacer, quæ vtroque modo spiritualia sunt, cum solum personis Ecclesiasticis competere possint. Sic distinguunt relati à Menochio de recuperanda, remedio 15. num. 334. Vnde dicunt quod de facto rei spiritualis, quæ spiritualis est, solum ratione rei rectè potest laicus cognoscere, & ita cognoscit de facto excommunicationis, vel matrimonij, vt in dicto capit. decernimus de sententia excommunicationis lib. 6. quando vero res spiritualis est ratione rei, & personæ, vt ordo sacer, laicus illius facti cognitionem habere non potest. Omni enim modo à iurisdictione exclusus est, cum & res sit spiritualis, & persona sit Ecclesiastica, & hac ratione in specie text. in dict. cap. si iudex laicus de facto clericatus laicum cognoscere non posse, dictum est, vt indicant eiusdem text. verba ibi. *quia de re Ecclesiastica, & spirituali*, & hæc est receptior interpretatio.

142 Adhuc

142 Adhuc tamen ego arbitror dicendū verba text. in d. c. si iudex laicus multò clariora esse, vt neque etiam ad eorū interpretationē supradicta distinctione, etiam tenenda vti necesse sit: nam si verba text. rectè attendantur in eius tex. specie nō agebatur de quæstione facti, & clericatus, sed verè de quæstione iuris, & ideo non est mirum, quod Pontifex dixerit causam pertinere ad Ecclesiasticum, idque sine dubio constat: nō enim in illa specie quæstio erat, an captus esset clericus, vel non, sed an esset talis. quod privilegio fori gaudere deberet, id non dubiè iudicant eiusdem text. verba, ibi, *quod idem malefactor sit clericus, qui huiusmodi privilegio gaudere debeat*, hæc igitur non facti, sed iuris quæstio est.

143 Communi tamen distinctioni obijci potest: primo, nam hæresis crimen est spirituale ratione rei, non verò ratione personæ, cum possit in laicum cadere: at nihilominus de facto hæresis laicus cognoscere non potest, vt probat text. in d. cap. inquisitionis, §. prohibemus de hæreticis, lib. 6. in illis verbis *quo quomodo*, quæ denotant laicū de crimine hæresis nullo modo posse cognoscere: nam illa verba. *quo quomodo*, vtramque cognitionem comprehendunt, & iuris, & facti, sed facile respondetur laicum de facto hæresis rectè posse cognoscere; secus tamen de iuris quæstione, de qua neque incidenter, neque principaliter cognoscere poterit, vt aduertit Bernardus Diaz in praxi criminali. cap. 114. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 9. & tit. 45. & illa verba, *quo quomodo*, nō referuntur ad quæstionem facti, sed precisè ad quæstionem iuris, quasi dicat quod de crimine hæresis nullo modo possit cognoscere laicus, neque incidenter, neque principaliter, vt aduertit Decianus in praxi, lib. 4. cap. 9. num. 125.

144 Secundo obijci potest: nam decimæ quid spirituale censetur ratione rei, & ratione personæ: nam Ecclesijs, & ministris Ecclesiæ applicantur, cap. 1. capite cum homines, capite parrochianos de decimis, & nihilominus de illarum facto quotidie cognoscit iudex laicus. Sed respondetur, quod licet decimæ spirituales sint, & solum Ecclesiasticis conueniant, dependent tamen à personis laicorum, quatenus ab illis soluntur, & ideo de illo facto an soluta, vel non soluta fuerint, iudex laicus rectè potest cognoscere: nam eo casu habet laicus illum subiectum, quo sæcularis iurisdictione fundetur, & sic intelligendus est, Felinus in capite causamque, numero 15. de præscriptionibus, & ibidem, Mantua, numero 29. Rebus de decimis, quæst. 13. num. 91.

145 Qua retenta doctrina ille casus valde difficilis est, ponamus, quod clericus tanquam actor cum laico coram iudice sæculari litigat, & quod laicus reus clericorum coram eodem iudice sæculari reconueniat in causa ciuili, & simul petat, vt iudex laicus clericum, tanquam excommunicatum à iudicio repellat iuxta regulam text. in dict. capite decernimus de sententia excommunicationis, libro 6. quæritur, an eo casu

possit iudex laicus de tali facto excommunicationis cognoscere, & videtur, quod non: nam eo casu tota causa spiritualis est ratione rei, & personæ: nam factum excommunicationis est spirituale; tum etiam, & persona, quæ est Ecclesiastica, ergo de illo facto excommunicationis non poterit cognoscere laicus ad effectum repellendi clericum à iudicio, sed contra puto verius, videlicet, in eo casu iudicem laicum clericum coram se litigantem à iudicio repellere posse, iuxta speciem text. in d. cap. decernimus de sententia excommunicationis, lib. 6. nam quotiescumque laicus competens est in causa clerici, veluti quando clericus coram illo agit, contra laicum proculdubio in eo iudicio poterit iudex laicus omnes actus iudiciales contra clericum exercere, sicut & potest etiam illum compellere, vt positionibus respondeat, ergo à fortiori illum excommunicatum poterit à iudicio repellere; si vero clericus replicauerit excommunicationem non esse validam, tunc articulus iste ad Ecclesiasticum remittendus est ex regula text. in d. cap. tuam de ordine cognitionis.

146 Tandem non obstat text. supraductus num. 132 in d. cap. me nam, 2. q. 4. & in d. c. præter verba scribit 32. distinct. vbi dicitur laicum quãuis incapacem excommunicandi potestatem habere posse, pro cuius explicatione sciendum est, text. in d. c. me nam, deductum esse ex Gregorio lib. 11. epistola 8. ad reginam Francorum, & videtur inde dicendum excommunicandi, & absoluedi potestatem non solum esse posse. penes laicū, sed quod magis est, penes faminam, vel ad minus purgationem presbyteri mulieri esse commissam: at vero Ibo Carnotensis 10. p. decreti, c. 5. hunc locum citat ex epistola Alexandri secundi ad Raynaldum Cumanum Episcopum, quod si hoc verū esset, nulla remaneret dubitatio: Raynaldus enim Episcopus rectè eam iurisdictionem spiritualem exercere possit.

147 Sed retenta communi inscriptione respondent communiter Doctores, quod in illa specie laicus talem habere potuit excommunicandi potestatem ex delegatione Pontificis, sic respondet glossa in d. c. præter, verbo *ducibus*, & in c. bene quidem, verbo *laico*, 96. distinct. & vtròque Archidiaconus, & Turrecremata, & est communis ex text. nostro, ex Innocentio. hostiensi, Panormitano, & alijs, & relatis à Rolando, consil. 23. n. 16. vol. 2. Deciano in praxi lib. 4. c. 9. n. 42. Cobarruias in practicis, c. 31. n. 4. Garcia de nobilitate, gloss. 2. à n. 23. neq; obstat incapacitas laicorū respectu iurisdictionis spiritualis: nã, vt sæpè diximus, laici in talibus pacis sunt, ne propria authoritate de his causis cognoscant, nō verò ex delegatione Papæ: nã eo casu nō propria, sed Pōtificis authoritate cognoscunt, neq; obstat dicere saltem eo casu vti proprio iudicio in ea delegatione, c. prudētia 21. §. illagupē, de officio delegati: at text. noster expressè, prohibet spiritualia laicorum iudicio diffiniri; respondetur tamen, quod illud, verbo *iudicio*, in text.

D nostro

nostro non refertur ad mentis sententiam, sed ad imperium, & iurisdictionem.

148 Nec nouum est in iure nostro, quod laicus ex concessione Pontificis hanc exercent spirituales potestatem: receptum enim est Reges Gallie ex priuilegio Apostolico beneficia, dignitates, & præbendas conferre in suo Regno; sic Ipecculator, tit. delegato, §. nunc tractemus in versic. *Sed numquid legatus*, & colligitur ex text. in cap. dilectus el 3. de præbendis, ibi: *Pro eo quod in eis non fit mentio, quod præfatus decanus ex donatione Regis eiusdem Ecclesia collationem præbendarum haberet*, & probat Carolus de Grafallis, 2. part. regalium Francie priuilegio 1. glossa etiam idem refert de rege Apulie, qui autoritate Papæ confert beneficia Ecclesiastica, sine Episcopi autoritate, quamuis aliàs collatio beneficiorum sit adeò spiritualis, vt in laicum cadere non possit, cap. si quis deinceps 17. quæst. 7. Ioan. Andreas in cap. 2. de præbendis lib. 6. hoc ergo ius in his casibus nullo modo poterat regibus competere, nisi ex priuilegio Apostolico, & gratia Sedis Apostolicæ, Selua de beneficio, quæst. 23. Casaneus in Catalago, 5. part. consideratione 24. num. 177. idem etiam refert Baldus de Rege Vngarie in l. rescripta, C. de precibus Imperatori offerendis, & notatur communiter in cap. quod sicut de electione, & ibi glossa, verbo, *Episcoporum*.

149 Vnde dubitari solet, an sicut Pontifex iurisdictionem Ecclesiasticam laico potest committere, similiter possit, & Episcopus in sua Diocesi, & receptissimum est non posse: nam quamuis Episcopus in causis Ecclesiasticis cognitionem habeat, non tamen habet potestatem tollendi incapacitatem, adeò vt nec possit eam simul delegare laico, & clerico, & sic est intelligendus text. in cap. per tuas de arbitris: nam, vt postea dicemus, loquitur, quando causa in clericum, & laicum compromittitur, tanquam in arbitros, non tamen loquitur de delegatione, vbi est iurisdictione; in arbitris vero sola notio est, l. ait prætor, ff. de re iudicata secundum vulgarem antiquorum allegationem, de cuius veritate nunc non disputamus: arbitrium enim plus habet facti, quam iuris, delegatio vero è conuerso plus habet iuris, quam facti: at iuris spiritualis laicus omni iure est incapax; tum etiam, nam iure canonico spiritualia laicis sunt interdicta, nisi quando illis eodem iure canonico permittuntur; cum ergo in dict. cap. per tuas, arbitriū in laicum fieri permittatur, non debet extendi ad casum delegationis.

150 Si tamen loquamur de causis Ecclesiasticis ciuilibus, quæ ex sua natura non sunt spirituales, ab Episcopo laico delegari posse probant Beroius in cap. contingit, num. 4. de arbitris Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. 1. part. quæst. 6. art. 1. nam cum his in causis leuior sit laicorum incapacitas, delegatione Episcopi tolli potest, & mouentur ex text. in cap. exposita, cap. dilecti de arbitris. Hæc tamen sententia mihi nunquam potuit placere; credo enim Episcopos laicorum incapaci-

tem tollere non posse; si enim cognitio laicorum iure canonico in causis Ecclesiasticis ciuilibus interdita est, planè constat Episcopos eam prohibitionem tollere non posse, neque text. in cap. exposita, quidquã in contrarium probat: nã ibi non agitur de delegatione Episcopi, sed Pontificis, & in d. c. dilecti nõ agitur de delegatione, sed de arbitrio, quorum disparẽ esse rationem diximus. Plenè ergo ex dictis constat laicū etiam de crimine clerici ex delegatione Papæ posse cognoscere, vt rectè Cobarruias in c. alma mater, 1. p. §. 1. n. 3. Victoria in 2. relectione de potestate Ecclesiæ, n. 4. Soto in 4. distinct. 20. q. 1. art. 4. Rolandus cons. 23. à n. 18. volumine 2. Conradus in templo iudicum lib. 2. c. 1. §. 3. lex enim diuina abstulit potestatem delegandi Pontificibus, vt rectè Bobadilla in politica, lib. 2. c. 18. à n. 42. Suarez de censuris disp. 2. sectione 3.

151 Sed obijci potest: nam hodie arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum, vt in leg. 1. ff. de receptis arbitris: at laicus in causis Ecclesiasticis potest esse arbiter, vt in dict. dilecti, cap. per tuas de arbitris, ergo sicut nõ potest esse iudex, nec poterit esse arbiter, vel è conuerso.

152 Sed omnis varijs solutionibus distinguendum est: nã vel laicus sit arbiter de rebus merè spiritualibus, aut de rebus temporalibus Ecclesiæ, aut de rebus pertinentibus ad patrimonium clerici: primo casu laicus arbiter esse non potest; & sic procedit decisio, text. in cap. contingit de arbitris, etiam de consensu Episcopi, & si contrarium multi existimant dicendum de arbitratore, vt in text. nostro neruose defendit Ripa à n. 13. Beroius in d. c. dilecti de arbitris, à n. 14. Decius à nu. 2. quorū opinionem non probo, nam arbitrium modus est transigendi, at transactio non habet locū, nisi in illis casibus, in quibus transigens ius suum remittere potest: at in rebus merè spiritualibus nulla est remittendi iuris potestas, veluti in matrimonio, excommunicatione, professione religionis, & similibus: ergo in istis non habet locū arbitrium in laicis, neque, vt in arbitros, neque, vt in arbitratore.

153 In secundo verò casu quando agitur de rebus temporalibus Ecclesiæ in laicum de Episcopi consensu poterit compromitti, & sic procedit text. in d. dilecti de arbitris cum alijs in argu adductis, quamuis multi existimēt. valere arbitrium in specie illorum iurium propter personam clerici, sed vtroque modo defendi potest, dum modò de re temporalis Ecclesiæ compromittatur in laicū autoritate Episcopi iuxta text. in dict. c. per tuas de arbitris, vbi laicus potuit esse arbiter interueniẽte Episcopi autoritate.

154 Neque obstauit dicere, quod in specie text. in d. c. per tuas, agebatur de re merè spirituali, de qua laicus adhuc interueniẽte Episcopi autoritate cognoscere non potest, etiam tanquam arbiter, vt in dict. cap. contingit de arbitris: nam respondetur negando, quod in illa specie ageretur de re spirituali, sed super quodã hospitali, quod cū nõ esse

esset concessum in titulum beneficij, non iudicaretur beneficium Ecclesiasticum, vt notatur in Clementina 2. de præbendis, glossa in Clementina dispendiosam de iudicijs, verbo, *beneficijs* glossa in cap. si pauper, verbo, *præuidere*, de præbendis, lib. 6. Siluester, verbo, *hospitali*, quæst. 6. Selua de beneficijs, 3. part. quæst. 59. Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 13. num. 8. neque etiam obstat text. in d. cap. exposita de arbitris: nam ibi factum fuit compromissum de rebus Ecclesiæ in ducem Venetorum, ex Pontificis commissione, vt indicant verba eiusdem text. ibi: *Litteras nostras miserimus*.

155 Sed obijci potest difficilis text. in cap. examinata de confirmatione vtili, vel inutili vbi supponitur validam fuisse compromissum super iure patronatus factum in laicum: nam & si reuocatum fuerit arbitrium, non tamen ex eò quod in laicum fuerat compromissum, sed quia arbitrium fuit contra iuris, & compromissi formam, sed respondetur, quod in illa specie ille vicedominus arbiter designatus erat Vicarius Episcopi, & consequenter persona Ecclesiastica, & non sæcularis; sic respondet Panormitanus in cap. quanto, infra isto titulo, num. 4. Felius num. 2. Decius num. 4. Ripa num. 81. nec posset defendi in laicum factum etiam ex confirmatione Pontificis; quoniam cum confirmatio esset facta in forma communi, non tollit personæ inhabilitatem: argumento text. in cap. non potest 21. in fine de præbendis lib. 6. sic Beroius in cap. 2. de confirmatione vtili, vel inutili, num. 4. Stabileus de litteris gratiæ, tit. de signatura gratiæ, §. postremo, nu. 3. & ratio est, quæ deducitur ex differentia inter confirmationem in forma communi, & confirmationem ex certa scientia: nam confirmatio in forma communi nullum ius nouum confert, nec dat valorem rei confirmatæ; si ipsa aliàs esset nulla, & ita non dicitur noua concessio, sed pura confirmatio, vt vulgò notatur in d. cap. examinata de confirmatione vtili, vel inutili, & in cap. quia diuersitatem de concessione præbendæ, & copiose ostendit Suarez, lib. 8. de legibus, cap. 18. num. 8. Oldradus, consilio 164. Iacobus Cancer, variarum resolutionum, cap. 3. de priuilegijs à num. 177.

156 Et ita si in specie, text. in d. cap. examinata confirmatio fuisset, non in forma communi, sed ex certa scientia valisset compromissum, etiã in laicum; nam habet vim nouæ concessionis, celebris glossa in d. cap. quia diuersitatem, & probant relati à Tusco in practicis, verbo, *confirmatio ex certa scientia*: per totum Cardinalis, consilio 44 Parisius cons. 19. num. 20 volumine 1. Rodericus Suarez cons. 10. num. 54. Garcia de nobilitate, glossa 1. §. 1. à num. 66. & reddit rationem Suarez, vbi sup. d. cap. 18. num. 12. nam princeps confirmans ex certa scientia actum nullum proculdubio est de nouo concedere.

157 Tandem in tertio casu, videlicet, quando agitur de rebus patrimonialibus clericorum, laicus arbiter esse potest, etiã sine Episcopi licentia: nam ea causa non tangit immediatè Ecclesiã,

neque his omnibus obstat, text. in cap. significauit 41. de testibus, vbi iudex laicus potuit cognoscere de causa iuris patronatus: nam ibi cognouit ex delegatione Pontificis, vt ibidem notant Cardinalis, & Felius Lambertinus de iure patronatus, 3. part. quæst. 5. art. 1.

158 Septimò, principaliter obijcitur; nam iuris iurandi religio, & interpretatio proculdubio ad Ecclesiæ iurisdictionem pertinet, cap. quanto 18. cap. & si Christus 26. de iure iurando, cap. venerabilem 34. de electione, sed laicus habet potestatem interpretandi, & remittendi iuramentum, ergo non est iurisdictionis Ecclesiasticæ incapax, minor probatur in cap. licet mulieres de iure iurando, lib. 6. l. adigere in principio, & in §. fin. ff. de iure patronatus, l. fin. in principio, ff. ad municipalē.

159 Hæc difficultas diu interpretum ingenia toruit, & auget difficultatem dispositio legum Hispaniæ, 11. & 12. tit. 1. lib. 4. compilationis, & aliæ similes irritantes, quosdam contractus iuramento firmatos, est ergo quæstio hæc varijs Doctorū opinionibus agitata, pro cuius explicatione, primo supponendum est iudicem sæcularem posse laicos compellere ad condonandum iuramentum metu, aut iniuria extortum, vel quando rem iuramento promissam tenetur creditor restituere, veluti in promissione viurarum, quod procedit, quando de hoc aperte constat, & etiam res, de qua quæritur, ad forum pertinet sæculare; si enim non pertineat, vel sit dubium probabile de efficacia iuramenti: aliàs solus iudex Ecclesiasticus poterit creditorem ad talem condonationem compellere, vt probant Azorius, lib. 1. moralium, cap. 9. quæst. 6. ad finem Gutierrez in authentica, Sacramenta puberum, num. 160. C. si aduersus venditionem, Auendaño in capitulis prætorum 2. part. cap. 27. num. 15. & relati à Sancio de matrimonio, lib. 1. disputatione 32 num. 18 in versic. *Hoc tamen intelligendum est*, Et ideò Panormitanus in cap. cum contingat, nu. 13. de iure iurando expressè docuit, quod quousque ex opinionum controuersia redditur probabile dubium de iuramenti efficacia, causæ cognitio necessariò ad iudicem Ecclesiasticum deferenda est.

160 Illud etiam in his casibus erit memoriæ tenendum, quod si iurans noluerit petere iuramenti relaxationem, poterit iudicem adire, vt compellat creditorem remittere huiusmodi iuramentum, & cum hæc sit materia spiritualis, potest iudex Ecclesiasticus etiam laicos ad id compellere, vt expressè dicitur in cap. 1. de iure iurando, Cobarruias, lib. 1. variarum, cap. 4. num. 5. & similiter ad id poterit, vt dictum est, compellere iudex laicus: nam cum sit competens ad cogendum laicū seruare iuramentum, per text. in cap. 2. de iure iurando, lib. 6. poterit etiam compellere ad illud remittendum: probant relati à Felino in dict. capite 1. numero 22. de iure iurando Greg. in l. fin. verbo, *quela fixo*, tit. 1. 1. part. 3. Afflictis decis. 263. nu. 3. Cobarruias in cap. quamuis pactum, 2. part. §. 3. n. 2. Gratianus reg. 272. Molina de iustitia, & iure tom. 1. tract. 2. disp. 149.

161 Secundo, supponendum est principem, & legem civilem, quamuis non possit iuramentum homini præstitum relaxare, sæpe tamen illud remittere potest, quando materia iuramenti subiecta est civili potestati, vt in specie sic intelligenda, de qua loquitur Iurisconsultus, in d. l. fin. ff. ad municipalem, ibi: *Imperatores Antoninus, & Verus rescripserunt gratiam se facere iuris iurandi ei, qui iurauit se ordini non interfuturum, & postea duumvir creatus est*: illa enim verba Papiniani, ibi: *Gratiam se facere*, non significant imperatorem iuramentum illud relaxasse: nam in hoc sensu proculdubio hodie esset falsa Papiniani sententia, sed solum denotant imperatorem illud iuramentum remittere, si ille in decurionem fuerit electus: nam cum princeps possit quemlibet compellere ad subeundos hos magistratus propter publicam vtilitatem, ea iuramenti materia principi subiecta est, & continet illam virtualem conditionem, nisi aliud princeps iusserit: hoc enim non est iuramentum relaxare, sed provenit ex illa tacita conditione ratione subiectæ materiæ, vt latius ostendit Cobarruias, in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 3. n. 11.

162 Hoc supposito duplex est pro explanatione difficultatis questio examinanda: primo, an princeps, vel civilis lex possit impedire obligationem iuramenti antequam præstetur, in qua questione receptior Doctorum sententia tenet id à principe, vel civili lege fieri posse, vt fatentur ferè omnes nostri interpretes Hispani defendentes dictarum legum regiarum iustitiam, sic multis rationibus probat Cobarruias in d. cap. quamuis pactum 1. part. §. 3. num. 8. & 2. part. §. 1. num. 8. Azeuedo in dict. l. 1. tit. 1. lib. 4. compilationis à num. 2. Auendaño in capitulis prætorum, 2. part. cap. 27. num. 14. Gutierrez in dict. authentica Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem à num. 46. Petrus de Ledesma tomo 2. Summæ tractatu 11. cap. 4. dubio 2. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio 1. part. à num. 73. cum sequentibus Molina de iustitia, & iure, d. disputatione 149. versiculo, ex his colligo.

163 Et ea ratione probatur exemplo dictarum legum regiarum, in quibus disponitur iuramentum irritum esse, si apponatur in quibusdam contractibus, contra illarum legum prohibitionem: nam talis dispositio non tendit ad amulationem iurisdictionis Ecclesiasticæ, vel ad illam impediendam, sed directè tendit ad defendendam regiam iurisdictionem, eò quòd ratione iuramenti additur forus foro, & res deuoluitur ad iudicium Ecclesiæ, vt in cap. nouit de iudicijs, cap. fin. de foro competenti, lib. 6. rectè potuit princeps subditis interdiceret, ne alterius iudicis prorogarent iurisdictionem.

164 Sed non leuis est controversia inter Doctores, circa explanationem modi, quo lex civilis possit impedire vim iuramenti, antequam præstetur, respondet Cobarruias in d. capite quamuis pactum, 2. parte §. 1. numero 8. legem civilem non aliter posse impedire iuramenti vim, quam effi-

ciendo, ne contractus iuramento firmetur, ait tamen iuramentum esse seruandum, donec relaxetur: nam vis, & robur contractus humani potestati legis civilis proculdubio subijcitur, cum verò iuramenti obligatio spiritualis sit, & diuina indiget relaxatione; sequitur etiam Barbosa in d. l. 1. ff. soluto matrimonio, num. 70. & 71. qua retenta sententia poterit proculdubio Episcopus iuramentum relaxare: nam id potest, quoties non confirmat contractum, vt rectè ostendit Sancius, tomo 2. moralium, lib. 3. cap. 21. per totum.

165 Aliter verò, respondet Menchaca de successorum creatione, lib. 3. §. 28. numero 30. Barbosa in dict. l. 1. ff. soluto matrimonio, 1. parte numero 73. 74. & 75. Auendaño in capitulis prætorum, 2. parte, capite 27. numero 6. legem civilem solum posse impedire vim iuramenti, ita vt contractus non habeat iuris civilis firmitatem, sed solum iurisdictionem, & canonici: & ideò dicunt posse eum, cui iuramentum præstitum est, adire iudicem Ecclesiasticum, vt compellat iudicem sæcularem ad faciendum obseruari iuramentum, quod valde dubium putat, Gutierrez in d. authentica Sacramenta puberum, num. 162.

166 Aliter respondet Matienço in l. 2. tit. 2. glossa 3. numero 7. & numero 12. lib. 5. compilation. dicens legem civilem posse impedire effectum iuramenti antequam præstetur non solum impediendo contractum eo iuramento confirmari, sed etiam efficiendo ne illud iuramentum obliget, ita vt nulla opus sit relaxatione, vt ei contrahatur, quod putat procedere, quotiescumque lex interdicit, ne contractui iuramentum adijciatur: nam intentio legis est, tunc ad culpam obligare iuramentem contra ipsius legis interdictum: nam aliàs lex non posset vim iuramenti impedire, nisi obligando ad culpam iuramentem, vt eo modo iuramentum non obliget, sed meritò, Barbosa in d. l. 1. numero 73. impugnat Matiençum; nam quamuis iuramentum interponere in ea specie, contra legis prohibitionem esset peccatum, potest tamen obligare, cum semper obliget ad sui obseruantiam, quoties sine peccato impleri potest, vt probatur communiter in capite quamuis pactum de pactis, lib. 6. & in cap. cum contingat de iure iurando, vbi eam proponit regulam Panormitanus, num. 7. Suarez tomo 2. de religione, lib. 2. de iuramento, cap. 22. num. 3. Sancius lib. 1. de matrimonio, disput. 32. à num. 1.

167 Vnde illud est mirabile, quòd, etsi iuramentum rei indifferens non obliget, sicut nec votum, vel rei bonæ impediens maius bonum, vt aduertit Sancius tomo 2. moralium, c. 9. n. 11. hæc procedit in iuramento, aut voto soli Deo factum, secus tamen si homini præstetur, & in eius vtilitate: eo enim casu proculdubio erit obligatorium, cum impleri possit absque dispendio salutis, vt ex multis ostendunt Suarez, d. lib. 2. de iuramento, cap. 12. num. 14. Rebellus de obligatione iustitiæ, 2. p. lib. 1. q. 9. dubio 4. n. 20. Nauarro in summa cap. 12. num. 17.

168 Qua-

168 Quare aliter respondet Molina, tomo 1. de iustitia, & iure disputatione 149. dicens Principem, aut legem civilem posse irritum reddere iuramentum laici, siue subditi in contractibus ad forum sæculare spectantibus impediendo vim iuramenti antequam præstetur, ne ex illo obligatio oriatur, quando id exigit finis gubernationis politicæ, & bonum reipublicæ, quam sententiam puto non esse tenendam, nisi maiori declaratione adiecta, videlicet, vt princeps, aut lex civilis non possit directè impedire obligationem iuramenti antequam præstetur, sed poterit indirectè, v. g. Ecclesia non potuit directè irritare matrimonium clandestinum, quatenus Sacramentum est, potuit tamen indirectè, & remote irritando directè contractum humanum, quo destructo, tanquam fundamento Sacramenti indirectè, & remote irritat Sacramentum, vt rectè explicuit, Sancius de matrimonio, lib. 3. disputatione 4. num. 6. similiter ergo, quamuis princeps sæcularis, nequeat sua lege irritare directè, & immediatè iuramentum præstandum, cum sit vinculum spirituale excedens potestatem sæcularem, potest tamen indirectè, & remote irritando contractum humanum antequam ineatur: nam contractu ipso irritato, & destructo irritatur, & destruitur consequenter ipsum iuramentum: hoc enim à solo supremo Principe fieri potest, qui solus potest contractus irritare.

169 Et hoc modo intelligi debent dictæ leges Regiæ super allegatæ, num. 158. vbi intelligendum puto iuramentum contractibus adductum, contra illarum legum prohibitionem omnino irritari, adeò vt nulla ex eo oriatur obligatio, neque etiam relaxatione indigeat: nam in illarum legum specie leges ipsæ irritant contractum, quo destructo consequenter destruitur iuramentum, vt dictum est: id enim potuit lex ipsa civilis efficere, vt verba ipsarum legum denotant, ibi: *Y la obligacion no valga*, & in hoc sensu puto defendi posse opinionem Molinæ, d. disp. 149. in verso, *quo ad potestates*, & disputat. 271. vers. *hoc tamen loco*, & aliter intellecta nullo modo defendi potest.

170 Sed non minor est secunda dubitatio, an scilicet potestas sæcularis possit relaxare obligationem iuramenti iam præstiti in qua questione Molina, d. disputatione 149. vers. *dixi deinde* nerbose defendit partem affirmatiuam, quando est inter laicos, & materia iuramenti est potestati sæculari subiecta, & constat sine dubio de iniustitia iuramenti, conatur ergo probare relaxationem etiam pertinere ad potestatem sæcularem, sicut ad Ecclesiasticam, eò quòd ratione iuramenti res efficitur mixti fori.

171 Hæc tamen opinio mihi nulla ratione probatur, sed proculdubio dicendum puto iuramentum iam præstitum à sola potestate Ecclesiastica relaxari posse, & ratio, quæ communiter adducitur, ea est: nam in tali relaxatione agitur de spiritali quadam, & diuina obligatione, cuius ab-

solutio ad eam solum potestatem pertinet, ad quæ religionis cura principaliter spectat, qualis est potestas Ecclesiastica: hæc sententia communiter à Doctoribus recepta est, Felinus in cap. 1. num. 27. de iure iurando, & in cap. 2. num. 3. de sponsalibus Cobarruias in cap. quamuis pactum 1. part. §. 3. de pactis, lib. 6. Gutierrez in authentica, Sacramenta puberum, num. 46. C. si aduersus venditionem, Azeuedo in l. 1. num. 3. tit. 1. lib. 4. compil. Petrus de Ledesma, tomo 2. Summæ tractatu 11. cap. 4. dubio 3. Manuel Rodriguez in 2. editione cap. 192. num. 9. & relati à Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio 1. part. num. 77.

172 Prior autem opinio Molinæ intellecta de relaxatione iuramenti iam præstiti faciendæ à potestate sæculari nulla ratione defendi potest, posset tamen sustineri in condonatione, aut remissione obligationis, quam creditor ipse, cui iuratur, facere potest, ita vt sicut creditor remittendo obligationem liberat debitorem ab ipso vinculo iuramenti, sic etiam potestas sæcularis poterit debitori remittere obligationem, & consequenter illum liberare à vinculo iuramenti, quando res promissa pertinet ad forum sæculare, & vterque debitor, & creditor laicus est supplendo consensum, quem ipse creditor præstare tenebatur: nã quando subditus in aliquo actu tenetur præstare consensum, & renuit; potest sæcularis potestas eo inuito id facere supplendo eius consensum, veluti quando necesse est rem alicuius vendere eo retinente poterit à iudice fieri venditio adeò, vt etiam Dominus ipse inuitus de euictione teneatur non minus, ac si ipse vendidisset, l. si ob causam, C. de euictionibus, & reddunt ibidè Doctores rationem: nam in eo casu factum iudicis reputatur factum partis, quando ergo creditor tenetur condonare obligationem iuramenti, v. g. per iniuriam, aut metum extorti poterit iudex ipso contradicente supplere eius consensum, & condonare iuramenti obligationem nomine ipsius, & in hoc sensu poterit intelligi doctrina glossæ, in l. adigere, ff. de iure patronatus, quam refert Cobarruias in d. c. quauis pactum 1. p. §. 3. n. 7. dicentis legem civilem habere vim apostolicam ad remittenda iuramenta: aliter enim intellecta glossæ sententia de vera, & propria potestate relaxandi iuramentum esset proculdubio falsa: ea enim potestas solum est penes Ecclesiam, & in specie probat Alex. de Nebo in c. 1. num. 13. & in cap. 2. num. 10. de iure iurando.

173 Vnde ex suppositione huius sententiæ dicendum est potestatem Ecclesiasticam, & sæcularem posse condonare iuramentum laici laico præstitum: nam ratione iuramenti contractus ille efficitur mixti fori, vt probatur in cap. nouit de iudicijs: vterque enim iudex de tali contractu poterit cognoscere, hæc tamen condonatio fieri debet à superiore illius, cui iuratum est, nam cum ea potestas exerceatur in creditorem, cui iuramentum præstitum est, necesse est, vt is, qui condonat, habeat in illum iurisdictionem: quado verò vterq; tā debitor iurans, quam creditor, cui iuratum est, clericus

cit solus iudex Ecclesiasticus; poterit hanc condonationem facere; quia solus est superior respectu creditoris clerici, cui iuratum est, & solus ipse potuit eum compellere ad condonandum, si verò creditor, cui iuratum est, laicus sit, quamuis iurans sit clericus, tunc vterque iudex cum sit, mixta iurisdictione, poterit iuramentum condonare.

174 Octavo, & ultimo obijci solet, text. in l. eos, C. de usuris, cap. ad nostram 20. de iure iurando, ibi: *Ante iudicem Ecclesiasticum, vel saecularem, ex quibus deducitur iudicem laicum de causis vsurarium cognoscere posse, quamuis aliàs earum cognitio ad Ecclesiam pertineat, cap. 1. cum sequentibus, 14. quæst. 3.*

175 Hoc argumentum petit, vt explicemus, an vsurarum cognitio pertineat ad Ecclesiasticum, an ad saecularem iudicem, pro cuius explicatione supponendum est vsuras omni iure prohibitas esse, diuino, naturali, canonico, & regio, à quo tamē iudice puniendus sit vsurarius, controuersum est, & sunt duæ communes opiniones: prior est, quod cum lege diuina, & naturali vsuræ sit prodita detestatio, eius cognitio pertinet ad iudices Ecclesiasticos, cap. quoniam 4. distinctione cap. 1. cum sequentibus 14 quæst. 3. cap. 1. cap. 2. cap. quia in omnibus, cap. super eo, cap. præterea cum alijs multis de usuris, cap. 1. cap. 2. de usuris lib. 6. glossa in capit. ex litteris de iure iurando in verbo, *occulta.*

176 Posterior verò opinio est priori omnino contraria, videlicet, huius criminis cognitionem ad magistratus saeculares pertinere, vt videtur significare, text. in d. cap. ad nostram de iure iurando, ibi: *Ante iudicem saecularem, vel Ecclesiasticum, & in cap. post miserabilem de usuris, ibi: Principibus saecularibus: legibus enim ciuilibus vsurarius certis poenis puniendus est, & ita iudex saecularis penam executioni mandare poterit, & ideò, glossa in cap. cum sit generale, verbo, malefactor es de foro competenti dixit esse crimen mixti fori adeò, vt inter vtrumque iudicem saecularem, & Ecclesiasticum locus est præuentioni.*

177 Alij verò, quos refert Cobarruias, lib. 3. variarum, cap. 3. Osafcus in Pedemontanis, decisione 137. Auendaño de exequendis, 2. part. capit. 27. has contrarias opiniones ea distinctione componere conantur: nam aut agitur de iure contractus, an sit vel non vsurarius; & tunc dicunt cognitionem ad Ecclesiam pertinere, iuxta priorē opinionem, aut agitur de poena, & eius executione, & tunc dicunt de causa vsurarum posse iudicem laicum cognoscere ea ratione: nam eo casu non de iure vsuræ, sed de facto cognoscit, vt iam diximus.

178 Hanc tamen doctrinam, & distinctionem improbat Couarruias vbi proximè: nam in hac specie ius à facto separari non potest, nec etiam placet aliorum distinctio dicentium, quod quando agitur de restituendis usuris, cognitio pertinet ad Ecclesiam, quando verò agitur de puniendis usuris ad iudices pertinet saeculares: manifeste enim

conuincitur; nam ius canonicum in restitutione vsurarum etiam admittit iudices saeculares, vt in d. cap. ad nostram de iure iurando, d. cap. post miserabilem de usuris, in d. de iure, & validitate contractus iudicem laicum cognoscere hodie praxis Hispaniæ obseruat, & etiam de punitione vsurarij, vt in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti, l. 1. tit. 21. lib. 4. compilationis. vt aduertit Cobarruias vbi supra, Maranta de ordine iudiciorum 6. part. cap. de Inquisitione, num. 110. ita tamen, vt in his iudicijs iudex laicus leges Pontificias seruari teneatur.

179 Quare dicendum est, quod cum in crimine vsuræ præuentioni locus sit, si contra laicum vsurarium iudex Ecclesiasticus in cognitione præuenerit, poterit laicum iudicem inhibere; quoniam ratione peccati, & prohibitionis diuinæ competens est Ecclesiasticus etiam ad procedendum criminaliter, quæ doctrina, quoad manifestos vsurarios receptissima est ex text. in cap. quia in omnibus de usuris, cap. quamquam eodem tit. lib. 6. Cobarruias lib. 3. variarum, cap. 3. num. 4. Julius Clarus in §. vsura num. 15. Menochius de arbitrarijs casu 135. Mascardus de probationib. conclusione 1419. in vsurarijs verò non manifestis id valde controuersum est, in eis tamen eandem procedere doctrinam verissimum puto, videlicet iudicem Ecclesiasticum iure optimo ad penam vsurarij non manifesti procedere posse; nā ad Ecclesiam legis diuinæ, & naturalis etiam pertinet vindictio, vt copiosè ostendit Cornens, consil. 19. num. 4. volumine 3. dicens communem, & relati à Menochio de arbitrarijs, casu 335. & casu 398. constat ergo vsuræ crimen esse mixti fori, & cum his finitur, text. iste.

S U M M A R I A.

Ad cap. quanto 3. in ordine huius tituli de iudicijs.

- 1 Proponitur conclusio, text.
- 2 Textus loquitur de iure Patronatus canonico, quod ab Ecclesia fuit institutum.
- 3 Pontifices ius concesserunt Patrono, qui fundauit, vel dotauit Ecclesiam, quod ius patronatus vocatur.
- 4 Ecclesia concessit patronis facultatem presentandi.
- 5 Intellectus glossæ.
- 6 Ius patronatus, aliud laicum, aliud Ecclesiasticum.
- 7 Differentia inter patronos laicos, & Ecclesiasticos, num. 8.
- 8 Laicus an semel possit variare, an toties quoties voluerit intra quadrimestre, num. 10. num. 11. num. 12.
- 9 Qualiter ius patronatus sit annexum spiritualibus, num. 14. num. 15.
- 10 Innocentius rectè in cap. quod sicut de electione.
- 11 Obijcit Butrius.

- 12 Assignatur vera ratio illius doctrine, num. 19. num. 20.
- 13 An simonia qua committitur in venditione iuris patronatus non solum sit contra ius Ecclesiasticum, sed etiam contra ius diuinum, num. 22. num. 23.
- 14 Patronus non potest in alium transferre ius patronatus, nisi modo, & in casibus à iure canonico expressis.
- 15 Quibus modis ius patronatus possit in alium transferri, num. 26. num. 27. num. 28.
- 16 Ius patronatus transit ad quoscumque heredes etiam extraneos.
- 17 Ius patronatus transit in successorem maioratus.
- 18 Ius patronatus annexum bonis dotalibus pertinet ad maritum.
- 19 Non obstat opinio Butrii, & Innocentij in cap. fin. de concessione prebende, num. 33. num. 34.
- 20 Barbosa opinio verissima est in l. diuortio, §. si vir, num. 58. ff. soluto matrimonio.
- 21 Ius patronatus non transit in conductorem fundi annexi iuri patronatu.
- 22 An, quando maioratus cui annexum est ius patronatus pertinet ad uxorem ius presentandi transeat ad maritum, num. 38.
- 23 Interpretatio ad text. in cap. cum Bertoldus de re iudicata, num. 40. num. 41.
- 24 Ius patronatus transit in fideicommissarium heredem, num. 43. num. 44.
- 25 Non obstat costæ consideratio in cap. si pater, 2. part. verbo Trebellanite, num. 4. num. 46.
- 26 An ius patronatus confiscatis bonis transeat in fiscum, num. 48. num. 49.
- 27 Ius patronatus transit in emptorem cum re vendita, num. 51. num. 52.
- 28 An, quando ius patronatus non adheret bonis, sed personæ, venditis bonis transeat ad emptorem, num. 55. num. 56. num. 57. num. 58.
- 29 Quando ius patronatus, & bona inter se cõnexa sunt, ita tamen, ut ius patronatus bonis non cohereret, sed bona cohererent iuri patronatus, non est controuersia est, num. 60. num. 61. num. 62.
- 30 Ius patronatus potest transferri per liberalem donationem.
- 31 An, iem sit dicendum de iure sepulture, num. 65.
- 32 Quando aliquis locus sacer est effectus, & communis pro sepulturis fidelium, prohibet Ecclesia sepulturam alicui vendere, num. 67. num. 68.
- 33 Simonia est accipere pretium pro loco sepulture magis honorifico.

AD TEXT. IN CAP. III.

Quanto in ordine huius tituli de iudicijs.

- 1 **T**ext. nostro deducitur causam iuris patronatus, cū sit spirituali annexum, coram iudice Ecclesiastico agitandam esse, quæ nostri text. conclusio nullam

habet in toto iure concordantem: decisionem; probatur tamen in l. 5. tit. 6. part. 1. & in l. 1. tit. 15. part. 1. de qua præter ordinarios in text. nostro disputant Lambertinus de iure patronatus, lib. 3. quæst. 9. principali: art. 1. Cabedo de patronatibus Regiæ Coronæ, cap. 49. Rosiniacus de re Pontificia, lib. 2. cap. 1. Renatus Copinus de sacra politia, cap. 4. Spino de testamentis, glossa 5. in principio, Barbosa in l. diuortio, §. si vir à num. 56. ff. soluto matrimonio.

2 Pro cuius explicatione primò sciendum est, quod inter varias huius vocis *patronus* acceptiones, de quibus per Doctores in l. aduocati, C. de aduocatis diuersorum, & in l. rem non nouam, §. patronus. C. de iudicijs, Tiraquellus de nobilitate cap. 19. num. 19. Casaneus in catalogo gloriæ mundi 7. part. consideratione 27. Balduinus in 12. tabulis, cap. 5. ea sola acceptio est, quæ ad propositum pertinet, vt solum loquamur de iure patronatus canonico, quod ab Ecclesia fuit institutum in quadam gratitudinis ostensionem illius, qui aliquam Ecclesiam fundauit, vel dotauit: is enim dicitur patronus Ecclesiæ, id est pater: quia illam quasi genuit, diciturque patronus, quasi pater oneris: nam sicut pater filio in omnibus consulere debet, sic & patronus Ecclesiæ vtilitati, vt notat Lambertinus de iure patronatus, 1. part. in principio, num. 8. & probatur expressè in l. 1. tit. 15. part. 1. ibi: *Patronus en latin, tanto quiere dezit en romance, como padre de carga, &c.*

3 Vnde Pontifices merito ius aliquod concesserunt patrono ad illam Ecclesiam, quam fundauit, aut dotauit, quod ius patronatus appellatur: multa autem patrono competunt propter hoc ius patronatus ex concessione Ecclesiæ, & ideò honorificum, vtile, & onerosum appellatur honorificum: quia patrono conuenientia obsequia præstari debent, v. g. locus honorificus in ea Ecclesia honorosus: nam debet Ecclesiā defendere, ne bona eius dilapidetur modo præscripto in cap. filijs, vel nepotibus 16. quæst. 7. vtile, quia si patronus ad paupertatem deueniat, Ecclesia ei debet subuenire maiori cura, & obligatione, quam alijs pauperibus, cap. quicumque 16. quæst. 7. cap. nobis de iure patronatus, cap. piæ mentis 16. quæst. 7. Vbi omnes imò ad ipsum pertinet ministrum in Ecclesia præsentare, aliàs collatio, aut institutio ab Episcopo facta non valebit, c. decernimus 16. quæst. 6. cap. illud de iure patronatus, l. 1. tit. 15. part. 2. quæ omnia veluti ex naturali gratitudine patrono debita videntur, & hoc modo, hoc ius patrono debitum censetur ex ipsa Ecclesiæ concessione, vt significat text. in cap. præterea el. 2. de iure patronatus.

4 Hac ergo ratione Ecclesia, vt magis alliceret fideles ad hæc pietatis opera, specialem gratiam voluit patronis concedere illis concedendo facultatem presentandi clericum ad suas Ecclesias, & in hoc sensu gratia Ecclesiæ appellatur huiusmodi ius patronatus, vt in Concilio Arausicano, 1. cap. 1. & in cap. 1. 16. quæst. 5. quare glossa in d. cap. piæ mentis existimat iure antiquo huiusmodi ius patro-

patronatus presentandi non fuisse patronis concessum, & mouetur, ex d. cap. p̄sentis, & ex d. cap. filijs, vel ne potibus, & ex text. in cap. 1. 10. quæst. 1.

5 Hæc tamen iura glossæ sententiam non probant: in illis enim nullo modo negatur patrono ius presentandi, sed solum denegatur ius in bonis Ecclesiæ, vt illa vsurpare, vel administrare præsumant, neque in illis iuribus de iure presentandi mentio aliqua fit, & in hoc sensu illorum iurium verba intelligenda sunt, imò text. in cap. quoniam de iure patronatus, vbi loquitur Lateranense Concilium de iure presentandi vocat illud: *Potestatem in qua Ecclesia hucusque patronum sustinuit*, quæ verba aperte denotant illud ius in Ecclesia esse antiquissimum, imò etiam dictum Concilium Araucanicum satis antiquum est, sed quidquid sit de initio huius iuris certum est iustissime institutum, & patronis concessum fuisse.

6 Secundo, supponendum est huiusmodi ius patronatus esse in duplici differentia, aliud laicum, aliud Ecclesiasticum, & sic patroni, aut sunt laici, aut Ecclesiastici, cap. 1. §. 1. de iure patronatus, lib. 6. cap. cum vos de officio ordinarij, cap. quod autem, cap. si verò, cap. præterea de iure patronatus, laicus patronus est, qui acquirit ius patronatus ex fundatione Ecclesiæ, aut dotatione ex suis proprijs bonis facta, siue hæc fundatio, & dotatio fiat à clerico, siue à laico semper ius patronatus laicum dicitur, Ecclesiasticum verò ius patronatus dicitur quotiescumque ex bonis Ecclesiæ, datur, vel fundatur Ecclesia, quod aliàs Ecclesiæ, vel ministerio Ecclesiastico, vel alicui dignitati adhæret, cap. cum autem de iure patronatus, cap. 1. eodem tit. lib. 6. tit. 1. §. part. 1. adeò vt etiam si huiusmodi ius patronatus sæculare transeat in clericum non ideò dicitur Ecclesiasticum, sed adhuc manebit sæculare, id enim, quod ex natura sua à laico possideri potest, quamuis per accidens ad clericum perueniat, non mutat naturam iuris patronatus sæcularis ex mutatione personæ, nisi quando qualitas Ecclesiastica inheret rei non ratione ipsius, sed ratione personæ, vt in Clementina vnica, versiculo, *Prioratus* de supplèda negligentia prælatorum, vt explicat Matienço in l. 1. tit. 10. lib. 5. compilationis, Peralta in l. cum patronus, num. 28. ff. de legatis 2.

7 Inter quos patronos laicos, & Ecclesiasticos ea est notissima differentia, quòd laicus habet tempus quadrimestre ad presentandum, Ecclesiasticus verò habet semestrem, cap. 1. §. 1. de iure patronatus, lib. 6. sic relati à Gomezio in regula de non tollendo iure quæsito, quæst. 1. Gutierrez de iuramento confirmatorio 3. part. cap. 13. num. 2. quod si patronus intra dictum tempus non presentauerit ordinarius iure deuoluto conferre poterit, cap. si vero, cap. cum propter, cap. eam te de iure patronatus, dum tamen conferat habenti qualitates à fundatore requisitas, vt multis relatis docet Lambertinus de iure patronatus, lib. 2. 3. part. art. 13. quæst. 7. principali, & 1. part. quæst. 10. artic. 7. nu-

mero 3. eodem lib. 2. Gutierrez consil. 1. num. 15. Petrus Gregorius de beneficijs, cap. 34. num. 1. Cabedus de patronatibus Regiæ Coronæ, cap. 28. num. 3. Azeuedo in l. 5. & in l. 11. tit. 3. lib. 1. compilat.

8 Secundo: ea etiam est notabilis differentia inter patronum laicum, & Ecclesiasticum, quòd Ecclesiasticus, semel facta presentatione variare non potest, secus tamen laicus qui variare potest, vt probat text. in cap. quod autem, cap. pastoralis de iure patronatus, l. 6. tit. 1. §. part. 1. & ratio colligitur ex eo, nam licet regulariter non possit, quis in alterius præiudiciũ mutare cõsilium, cap. mutare de regulis iuris, lib. 6. l. nemo potest, ff. eodem titulo, & ita dicendum videbatur patronum variare non posse, postquam semel presentauit, neque alium presentare, hoc tamen procedit, quando primo presentato ius quæsitum esset, secus tamen aliter nam eo casu variare potest, vt vulgo agnoscunt Doctores in l. apud Aufidiũ, ff. de optione legata Panormitanus in cap. bona el. 2. num. 11. de postulatione prælatorum. cum ergo presentato à patrono laico, ante institutionem non sit ius quæsitum, cap. cum dilectus de iure patronatus, imò neque etiam ius ad rem durat quadrimestre, iuxta glossam in cap. cum Bertoldus de re iudicata, & in cap. dilectus, verbo, *plus iuris*, de officio legati. ideò poterit patronus laicus, vsque ad quadrimestre variare.

9 Dubitari tamen solet, an patronus laicus possit, semel tantum variare, an verò toties quoties, voluerit intra quadrimestre, & posse quoties voluerit probant glossa in Clementina plures, verbo, *plures*, de iure patronatus, Decius in text. nostro, num. 5. Berolius in cap. quod autem, num. 19. de iure patronatus, Gutierrez de iuramento confirmatorio, 3. part. cap. 13. num. 3. Nauarro in cap. placuit de poenitentia, distinctione 6. num. 167. quæ sententia in puncto iuris verior est: nam durante quadrimestri nullum ius quæsitum est presentatis, ideòque quoties voluerit, poterit alium, vel alios presentare, cõtraria tamen opinio receptior est, quam tenent Calderinus, consilio 16. sub titulo de iure patronatus, Gregorius in l. 6. tit. 1. §. part. 1. Gomezio in cap. cum in multis, num. 25. de rescriptis, lib. 6. Lambertinus de iure patronatus, 2. part. lib. 2. art. 23. quæst. 7. prior tamen opinio non est intelligenda ita vt à prioribus presentationibus, per vltimam recessum videatur, vt aduertit Panormitanus in cap. quod autem de iure patronatus in 1. notabili Lambertinus, vbi proxime, art. 27. quæst. 7. num. 4. Rochus de iure patronatus, verbo, *honorificum*, quæst. 13. num. 44. quidquid in cõtrarium dixerit, glossa 1. in d. cap. quod autem, & ibidem, Berolius, num. 8.

10 At vero patronus Ecclesiasticus, semel facta presentatione, nullo modo variare potest, sed necesse primo presentatus præferendus est, sic docent vbique glossæ, in d. cap. cum autem de iure patronatus, & in cap. pastoralis, verbo, *robur*, eodem tit. & in cap. vnico, §. fin. eodem tit. lib. 6. & in

in cap. cum vos, verbo *minus idonea* de officio ordinarij. l. 7. tit. 1. §. p. 1. discriminis rationem constituant communiter Doctores: nam presentatio patroni Ecclesiastici habet vim electionis, quod non ita est in presentatione patroni laici, vnde sicut in electione non variatur, sic etiam neque in presentatione sic respondent Doctores communiter, in dict. cap. cum autem de iure patronatus, Felinus in c. cum Bertoldus de re iudicata, num. 7. Lambertinus de iure patronatus, 2. p. lib. 2. q. 7. art. 1.

11 Hæc tamẽ discriminis ratio conuincitur ex eo: nam manifestum est discrimen inter electionem, & presentationem patroni Ecclesiastici: nam per electionem acquiritur ius in re, gloss. in cap. quanto, 63. distinctione, Berolius communem dicens in cap. 1. num. 22. de confirmatione vtili, vel inutili, Selua de beneficio, 3. p. quæst. 1. num. 14. quidquid dixerit Decius in l. more maiorum, num. 27. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Nauarro in cap. accepta de restitutione spoliatorum oppositione 6. num. 2. per presentationem vero patroni Ecclesiastici, non datur ius in re, quia totum pendet ex institutione Episcopi, vt rectè aduertit Lapus allegatione 98.

12 Quare respondent Baldus in cap. cum vos de iure patronatus, Didacus Perez in l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti discriminis rationem esse: nam in patrono laico præsumitur ignorantia, & quòd ex eo facile possit errare; ideoque ei variare posse permittitur, donec dignum presentet, & competentem rectorem Ecclesiæ, & ideò cum in patrono Ecclesiastico maior præsumatur sciẽtia, quem semel elegerit creditur dignus; ideoque vt hoc rectius possit inspicere, ei dantur sex menses ad presentandum sciens, quòd postquam semel presentauerit, amplius ei non datur locus presentandi: at vero patrono laico solum datur quadrimestre, quo durante poterit variare, postea vero nequaquam.

13 Quare vt iam explicemus veram decidendi rationem, ad textum nostrum videre oportet, qualiter ius patronatus sit annexum spiritualibus, & procedit dubitatio habito respectu ad ius patronatus, quatenus in se ius presentandi continet: nam reliqui fauores patronorum temporales sunt, & per se non habent annexionem cum spiritualibus; quamuis pertineant ad actum religionis, vel pietatis, veluti ædificare, vel dotare Ecclesiam: nam licet tales fauores ex eo resultent: illa tamen non est annexio ad spirituale neque repugnat ex spirituali aliquid temporale resultare veluti ex iure decimarũ resultat in parcho in dominium decimarum; quod semel adquisitum est quid mere temporale, ideoque decimæ iã possessæ vendi possunt, ita similiter ius patronatus, quoad honorem humanum, & defensionem, & vtilitatem temporalem, quasi iure naturali gratitudinis nascitur, etiam si iure canonico stabilitum sit, & secundum hos respectus semper temporale remanet: nam, & ius canonicum potest aliquid

temporale præcipere, & licet id præcipiat ex aliquo fine spirituali non sufficit ad annexionem de quonoster procedit sermo.

14 Dicimus ergo ius patronatus, quo ad effectum presentandi spirituali annexum, quia annexitur ministerio Ecclesiæ, vt aduertit Soto de iustitia, & iure, lib. 9. quæst. 6. art. 1. Nauarro in manuali, cap. 23. num. 100. Victoria de simonia, numer. 4. quare Berolius in republica de iudicijs, num. 43. exillimat ius patronatus ideo appellari spirituali annexum, quia est quædam seruitus Ecclesiæ imposita: verius tamen existimo annexum dici, quia annexitur beneficij collationi, Ripa in republica de iudicijs, num. 81. Decius, n. 8. Chopinus de sacra politia, lib. 1. cap. 4. non enim annexitur principaliter Ecclesiæ, sed collationi beneficij: nam presentatio procedit beneficij institutionem, & inde sortitur naturam rei spiritualis, de qua non potest iudex laicus cognoscere.

15 Cum ergo ex dictis appareat ius patronatus, non esse simpliciter spirituale, sed spirituale annexum, Butrius in tex. nostro, nerbose probare conatur rationem nostri text. deducendam esse, non ex eò quòd, sit spirituali annexum, sed quia re vera tale ius patronatus natura, & origine est quid spirituale, non vero spirituali annexum. Hæc tamen sententia merito communiter rejicitur primo: nam ius patronatus non censetur ante fundationem in esse productum; sed eius origo dependet à voluntate laici: ergo non est ab origine simpliciter spirituale: secundo, nam ius patroni nihil aliud est, quàm presentare personam à prælato instituendam, cap. 1. l. 6. quæst. 5. Adeò vt ex tali presentatione nullum ius videatur presentato quæsitum, & ita patronus, vt diximus variare potest: solum enim consequetur ius petendi collationem à prælato, cap. pastoralis de iure patronatus; si enim ex presentatione presentato ius quæsitum esset, non haberet locum variatio: argumento text. in cap. si tibi absenti de præbendis, lib. 6. Est enim presentatio dispositio tendens ad spiritualitatem obtinendam, quare cum patronus presentando, nihil exerceat spirituale; sed solum dispositionem ad spirituale ab origine spirituale dici nõ potest, & in hoc sensu dicimus annexum spirituali.

16 Quare rectè Innocentius, in cap. quod sicut de electione docuit electionem non concedi laico: nam per electionem initiatur matrimoniũ inter electum, & Ecclesiam, & ideo iuris eligendi laicus incapax erit: ius vero patronatus nõ est spirituale, sed annexum: nam ex presentatione, nullum vinculum cõtrahitur inter presentatum, & Ecclesiam, ex dict. cap. pastoralis: ergo colligitur aperte ius patronatus non esse quid simpliciter spirituale, sed spirituali annexum.

17 Obijcit tamen Butrius primo à posteriori colligi ius patronatus esse quid spirituale: nam laicus huius iuris est omnino incapax, & in eo tolleratur, non ex iure communi, sed ex gratia Ecclesiæ, cap. 3. de iure patronatus respondetur, tamen

tamen verum esse ius patronatus laicis esse cōcessum ex gratia, & indulgentia Ecclesie, vt laicius explicat Lambertus de iure patronatus, l. p. q. 1. art. 4. numer. 9. Cobarruias in regula possessor, l. 10. numer. 7. 2. part. non tamen ex eo sequitur, quod sit quod simpliciter spirituale; imo neque ex eo quod annexum sit, dicendum est iure communi ad laicos pertinere non posse: nam aliquando laici capaces sunt eorum, quæ spiritualibus sunt annexa, vt egregie distinguit, D. Thom. 2. 2. quæst. 10. a. 4. ea enim incapacitas procedit; quando annexum spirituali est annexum dependenter ab illo veluti beneficium, quod annexum est ordinibus dependenter; sic & sacra ministrare, & similia iuxta ea quæ notantur in capit. in noua de penitentis, & remissionibus ius etiam eligendi, vt in cap. sacrosancta. cap. Masana de electione inter quæ non computatur ius patronatus, quod in fundatione, aut dotatione consistit: nō enim ea ratione opus fuit indulgentia Ecclesie, quia annexū sit dependenter ab spirituali, cum potius sit annexum antecedenter, & absque dependentia.

18 Vt ergo illius doctrinæ veram assignemus rationem, supponendum est iure communi attento omnes Ecclesias ædificatas in diocesi alicuius Episcopi ad ipsum pleno iure pertinere, capit. omnes Basilicæ, l. 6. quæst. 7. cap. de monachis de religiosis domibus, fundatoribus tamen Ecclesiarum eodem iure communi solum reseruabatur honor prioris sessionis in Ecclesia, c. pia mentis, l. 6. quæst. 7. ideoque, vt laici magis inuitarentur ad Ecclesiarum fundacionē, ius præsentandi presbyterū illis fuit concessum in cōcilio Toletano, in cap. decernimus, l. 6. quæst. 7. constat ergo illis cōcessum fuisse ex gratia Ecclesie, vt aduertunt Firmianus, lib. 1. de Episcopatu, 3. part. quæst. 16. Spino de testamentis, glossa 4. numer. 43. cum sequentibus.

19 Sed adhuc obijcit Batria, ius patronatus esse materiam simoniæ, ex quo deducit esse, quid simpliciter spirituale, ex aduerso tamen non esse materiam simoniæ ex eo probari videtur: nā licet hoc ius ab Ecclesia manuerit, tamen in se mere temporale esse videtur, & ideo non esse materiā simoniæ, sed vendi posse, præcipue si attendimus esse ius quoddam ex se laicis commune, qui iuriū spiritualium sunt incapaces: tum etiam, quia transfertur ad hæredes iure sanguinis, aut hereditario, quod in spiritualibus non potest habere locum: tandem quia tale ius solum videtur continere in se humanum quædam honorem videlicet præsentationem ad beneficium, quod non videtur spirituale, per illam enim præsentationē, nullum ius spirituale confertur, sed solum est modus applicandi materiam, circa quam prælatus Ecclesie operetur, quod valde remotum est ad actionē, vel effectum spiritualem.

20 Sed proculdubio dicendum est, ius patronatus, quatenus est ius præsentandi ad beneficia, esse materiam simoniæ: hæc communis Doctorū sententia, & probatur in cap. quia clerici de iu-

re patronatus, vbi aduocata vendi prohibetur, & significat ibidem, *aduocata*, idem quod ius patronatus, vt explicat Glossa, & Ioann. Andreas, & colligitur ex verbis eiusdem text. sæpè enim sub nomine aduocati, & defensoris comprehenditur patronus, cap. saluator, l. quæst. 3. & ibi eadē continetur prohibitio: prohibetur enim vendi officium defensoris: procedit enim de aduocato, & patrono vnde etiam in capit. præterea de iure patronatus, glossa nomine aduocati patronum intelligit, & idē dicitur in cap. de iure patronatus, vbi redditur ratio prohibitionis: nam ius patronatus est quid spirituali annexum, & simonia non solum in spiritualibus, sed etiam in annexis committitur, cap. questum de rerum permutatione, cap. 1. de transactionibus, cap. querelam de simonia.

21 Pro huius autem doctrinæ explicatione dubitari potest, an simonia, quæ committitur in venditione iuris patronatus, non solum sit contra ius Ecclesiasticum, sed etiam contra ius diuinum: nam ex dicta ratione deduci videtur, non esse contra ius diuinum, sed contra solum Ecclesie prohibitionem: nam vendere ea, quæ annexa sunt spiritualibus antecedenter tantum, non est per se intrinsece malum: ergo idem dicendum est de iure patronatus, quod solum ratione annexionis inuendibile est: ergo non ex sua natura, sed solum ex prohibitione Ecclesie.

22 Tum etiam: nam ius patronatus solum est, ex institutione Ecclesie; neque consistit in aliqua consecratione, aut benedictione, per quam fiat res sacra, aut spiritualis: ergo non erit materia simoniæ contra ius diuinum, & confirmatur: nam ius habendi in Ecclesia locum honorificum, & ius sepulture seclusa Ecclesie prohibitione vendi possunt: ergo, & ius præsentandi, hanc sententiā probant communiter Theologi, in 4. distinctione 25. vbi D. Thom. quæst. 3. art. 2. Paludanus, Ricardus, Durandus, & Syluester, verbo *simonia*, quæst. 12. Soto de iustitia & iure, lib. 9. quæst. 7. art. 1. Nauar 10 in manuali, cap. 23. numer. 99. & numer. 108. quam sententiam verissimam puo, quidquid in contrarium varijs argumentis connetur probare Franciscus Suarez, tomo 2. de religione, lib. 4. de simonia, cap. 28. à num. 7. vbi tandem cum Antonio de Butrio sentire videtur ius patronatus esse simpliciter quid spirituale, & intrinsece eisdem ferè argumentis, quibus mouetur Butrius.

23 Cum tamen in dubitatu sit, ius patronatus attento iure Ecclesiastico esse materiam simoniæ inde infertur vendi nulla ratione posse, quamuis (vt dicemus) transire possit cum re vendita, dū tamen carius ea ratione non vendatur, vt communiter notatur, in cap. ex literis, cap. cum sæculum de iure patronatus ratio est: nam sicut ius canonicum potuit patrono laico hoc ius præsentandi concedere potuit etiam concedere, non solum pro eius persona, sed etiam pro suis hæredibus, vel successoribus, vel potuit illud concedere cum facultate transferendi, vel potuit concedere tale ius, ita vt si rei temporali inhæreat, transeat cum ipsa re

in quemcunque successorem: at vero in nullo humano contractu, vel solutione, aut compensatione rei temporalis poterit haberi ratio iuris patronatus: hoc enim esset aperte simoniacum, vt late varijs exemplis obseruat Panormitanus in cap. quoniam, & in cap. ex literis de iure patronatus.

24 Vnde infertur patronum, non posse in alium transferre ius patronatus, nisi modo, & in casibus à iure canonico expressis, vt rectè aduertit Menochius multis relatis, conf. 90. numer. 79. & deducitur ex iuris regula, qua docemur, quod laici non possunt in spiritualibus, nisi idque à iure canonico concessum habent, iuxta gloss. in cap. fin. & Panormitanus, & Innocentius, in cap. quanto de consuetudine, & ratio est manifesta: nam ordinaria, & quasi naturalis conditio horum iurium spiritualium ea est, vt priuata autoritate nō transferatur, sed cū ipsis dignitatibus Ecclesiasticis, vel à prælatis Ecclesie solum: ergo competit hæc facultas patrono ex speciali gratia Ecclesie, & ideo non poterit excedere iuris dispositionem.

25 Vt ergo hæc doctrina, & nostri text. sententia plenius declaretur, videndum est, quibus modis possit ius patronatus in alium transire; supponendum ergo est, quod quibusdam modis, & in aliquibus casibus, hæc facultas patrono concessa est, vt notat glossa in cap. cum sæculum de iure patronatus: primus est iure hereditario, quod extenditur non solum ad necessarios, sed etiam ad voluntarios, & extraneos hæredes, hoc autem controuersum est: nā multi putant, non transire, nisi iure sanguinis, sic Beronius in cap. 1. numer. 10. de iure patronatus, & relati à Rocho, eodem tractatu, quæst. 8. verbo *ipse velis*, numer. 8. & mouentur, ex iura, & in l. filij, ff. de iure patronatus, vbi probatur filium abstinentē se à bonis paternis non amittere ius patronatus: ergo non transfertur iure hereditario, idem in c. filijs, vel nepotibus, c. quicūq; l. 6. q. 7. ideoque nec amittit ius patronatus, si bona patris confiscentur, l. familiaria, cum sequentibus, ff. de religiosis, & sumptibus funerum, è contra vero alij probant ius patronatus transire iure hereditario, sic Menochius, & ab eo relati, conf. 504. numer. 44. volumine 6. Costa in capit. si pater, verbo *Trebellianica*, numer. 4. de testamentis, lib. 6. Cobarruias in practicis, cap. 36. Spino de testamentis, glossa 5. à num. 46. mouentur ex text. in cap. significauit, 41. de testibus, cap. 1. & 2. de iure patronatus, Clementina plures eodem tit. dict. c. ex literis: iura autem adducta pro priori opinione dicunt procedere, solum in iure patronatus libertorum, non verò de iure patronatus Ecclesiastico, in quo ratione spiritualitatis ius quoddam singulare versatur, ad text. vero in dict. cap. filijs vel nepotibus dicunt procedere in filijs hæredibus, vt frequenter euenire solet.

26 Huic tamen sententiæ obijci solet: nā quoties iure hereditario succeditur, fieri solet hereditatis diuilio, pro hereditarijs portionibus, l. 1. l. pro hereditarijs, de hereditarijs, l. si adultas: at ius patronatus transeat in solidum, cap. 1. & 2. de iure patronatus:

ergo non potest transire iure hereditario.

27 Pro ea tamen sententia responderi potest, quod etsi ius patronatus indiuiduum sit, & transeat in solidum ad similitudinem seruitutis, l. viæ ff. de seruitutibus, l. 1. §. si v. usufructus, ff. ad legem Falcidiam, nihilominus quamuis ius patronatus, & seruitutes istæ sint indiuiduæ ex Bartol. & alijs in l. stipulationes, numer. 18. ff. de verborum obligationibus: at vero, quantum ad commoditatem, & exercitium sunt diuiduæ, vt apparet in seruitute prædiali, l. 5. §. v. ff. de seruitutibus rusticorum; curare quamuis ius presentandi, sit in solidum penes singulos hæredes, præsentatio verò ita est apud omnes, quod non sit penes singulos, cū omnes patroni præsentare possint, c. 3. de iure patronatus, Decius cōf. 149. sicut iurisdictio pluribus delegata apud singulos reperitur in solidum, eius tamen exercitiū ita est apud omnes, vt nō sit apud singulos, l. duo ex tribus, ff. de re iudicata, c. vno delegatorum de officio delegati.

28 Adhuc tamen quidquid dixerint Costa, Menochius, & Cobarruias, & alij, dicendum existimo eorum sententiam verioreni esse, si dicamus ius patronatus nō transire præcisè iure sanguinis, aut iure hereditario, sed regulariter iure successio nis vniuersalis transire, quocunq; modo bona transferantur, quibus adhæret ius patronatus, vt sentit ipse Cobarruias, lib. 2. variarum, cap. 18. numer. 6. Tiraquellus de primogenijs, quæst. 36. Paulus Fuscus singulari, l. 14. Molina de primogenijs, lib. 1. capit. 24. ita vt regulariter loquendo filius non succedat in iure patronatus, quia filius est, vel quia hæres, sed quia successor bonorum est ex gratia, & concessione Ecclesie.

29 Vnde primo infertur, quod eò iure successio nis vniuersalis ad quoscunque hæredes transfertur ius patronatus, etiam si sint extranei, siue ex testamento, siue ab intestato, vt aduertit Glossa in dict. cap. cum sæculum, Costa in cap. si pater, 2. part. verbo *Trebellianica* de testamentis, lib. 6. Cobarruias d. c. 18. d. n. 6. & 7. Rolandus cōf. 46. n. 6. lib. 1. nam huiusmodi ius patronatus venit cū ipsa vniuersitate bonorum, siue ad masculos, siue ad foeminas in distincte, iuxta cōmunē Doctorū traditionem in dict. cap. ex literis, Glossa in capit. quoniam inuestituræ, l. 6. quæst. 7. Gregorius in l. 8. tit. 15. part. 1. glos. 4. ad eò vt ius patronatus nō transeat in filium patroni, qui vel ex hæredatus est, vel paternam repudiauit hereditatem, vt notat Cobarruias vbi supra, numer. 7 non enim attenditur qualitas sanguinis, sed successio in bonis, quibus adhæret ius patronatus, vt aduertit Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 8. numer. 6. Spino de testamentis, Glossa 5. numer. 50. ad eò vt si quis ius patronatus sibi, & filijs suis reseruauerit, intelligitur de filijs hæredibus, & expressè resoluit Cobarruias in cap. Reynutius, §. 9. numer. 12. de testamentis, & dict. lib. 2. variarum, cap. 18. numer. 7. quamuis enim ius patronatus ad bona Ecclesie pertineat ex sententia Nauarri in apologia de rebus, monitorio, 24. numer. 8. at vero speciali Ecclesie concessio-

ne transit ad hæredes, vt laici melius vitentur ad fundationem Ecclesiarum; notat Cobarruias, in practis, quæst. 36. num. 6. sicut, & prædia Ecclesiarum laicis, & eorum hæredibus conceduntur, cap. aures de rebus Ecclesiarum, R. pa. in l. 1. numer. 9. ff. de priuilegijs creditorum, Sarmiento lib. 3. selectarum, cap. 7. num. 2.

30 Deducitur secundo ius patronatus transire in possessorem maioratus, in quem transeunt bona, quibus annexum est: Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 24. num. 1. possessor, namque maioratus toto vitæ suæ tempore omnibus bonis maioratus vititur, & fruitur quasi dominus: at ius patronatus nullum habet vsum, aut emolumentum, nisi præsentare, Glossa fin. in cap. cum Bertoldus de re iudicata.

31 Et eodem modo ius patronatus annexum bonis dotibus constate matrimonio pertinet ad maritum, in quem transeunt bona dotalia, Rota decisione, 422. num. 1. sub titulo de iure patronatus Palaciosrubios in cap. per vestras, §. 43. in principio: Baeza de decima tutoris, cap. 23. num. 19. & in tractatu de non meliorandis, cap. 26. num. 1. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 24. numer. 3. Tiraquellus post connubiales, glossa 9. num. 7. Menochius conf. 66. num. 27. lib. 1. quæ doctrina praxi receptior est, quidquid dixerint relati à Tiraquello in connubialibus, Glossa 5. num. 221. Spino de testamentis, d. Glossa 5. num. 119. Barbosa in l. diuortio, §. si vir, à num. 56. ff. Solutio matrimonio, ad eod. vt concurrentibus duobus præsentatis alterum à marito, alterum ab vxore: à marito præsentatus præferendus est: nam certum est ius patronatus transire cum vniuersitate bonorum, vt in dict. cap. ex litteris cum similibus, cum ergo dominium, & possessio bonorum dotalium transeat ad maritum saltem reuocabiliter, l. in rebus. C. de iure dotium, l. dotale, §. dotale prædium, ff. de fundo dotali, l. si prædium, C. de iure dotium, l. 1. 2. ancillam, C. de rei vindicatione Pinellus in l. 1. 3. part. C. de bonis maternis, Ioann Bandus quæstionum iuris, lib. 2. quæst. 3. Est ergo necesse dicere, quod ius patronatus, transit etiam in maritum, præcipue nam præsentare est fructus iuris patronatus, Glossa in cap. cum Bertoldus de re iudicata, gloss. in cap. cum olim de maiestate, & obedientia, & considerat Bart. in l. fin. num. 3. ff. Solutio matrimonio: consideratur enim præsentatio quasi fructus, qui renascitur: nam mortuo præsentato noua fieri potest præsentatio, ergo debet ad maritum pertinere iuxta regulam, text. in l. diuortio, §. si vir, ff. Solutio matrimonio: sic probant innumerati relati à Barbosa in d. l. si vir, num. 56.

32 Neque obstabit pro contraria sententia argumentum Butrij, & Panormitani in cap. fin. de concessione præbendæ, & aliorum, quos refert Baeza de decima tutoris, cap. 23. nu. 30. asserentiū ius præsentandi non ad maritum, sed ad vxorem pertinere: nam etsi fructus omnes dotis pertineant ad maritum constante matrimonio, hoc procedit in fructibus proportionalibus ad sustinenda onera

matrimonij, quod iure præsentandi non potest verificari, & ideo non pertinebit ad maritum.

33 Respondetur enim non esse necessarium, vt fructus pertineant ad maritum, quod debeat esse tales, vt consumantur in oneribus matrimonij, cum sine distinctione cautum sit, omnes fructus generaliter ad maritum pertinere: l. pro oneribus, C. de iure dotium, vt aduertit Felinus in cap. Bertoldo ad finem de re iudicata, & patet ex eo: nam quamuis fructus dotis excedant onera matrimonij, neque in illis consumenda sint, adhuc pertinent ad maritum: celebris Glossa 1. in l. dotis fructus, §. ff. de iure dotium; vnde cum ad usufructuarium fundi omnes fundi fructus pertineant, l. item si fundi, 10 in princ. ff. de usufructu ad illum quoque pertinebit ius præsentandi, quod censetur fructus iuris patronatus, quod transfertur cum vniuersitate fundi in usufructuarium, sic Molina lib. 1. de primogenijs, c. 24. n. 4. Menochius conf. 66. à n. 36. lib. 1.

34 Poterit ergo contraria opinio solum procedere, quando ius patronatus non est annexum vniuersitati bonorum, sed per se subsistens, hoc enim neque in maritum, neque in usufructuarium potest transire sine Episcopi licentia, cap. illud de iure patronatus, & ideo eo casu nec maritus, nec usufructuarius poterit præsentare, vt rectè ostendit Spino de testamentis Glossa 4. num. 112. si tamen ius patronatus annexum sit fundo, & bonis dotalibus, cum illis transit in usufructuarium, & maritum sine licentia Episcopi, cap. ex litteris, c. cum sacculum de iure patronatus.

35 Vnde verissimam puto Barbosa opinionem in dict. l. diuortio, §. si vir, num. 58. ff. Solutio matrimonio in versiculo, ex quibus consequitur, docentis, quod cum in maritum transeat ius patronatus, & præsentandi ipse solus præsentare poterit, & nullo modo mulier: Palaciosrubios in cap. per vestras, §. 43. à num. 3. de donationibus inter, vnde profus redditur supervacua controuersia Doctorum, quis videlicet sit præferendus, an præsentatus ab vxore, an à marito, de qua Panormitanus in capit. fin. ad finem de iure patronatus: Ferretus, conf. 131. numer. 8. Tiraquellus post connubiales Glossa 9. num. 6. Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, num. 19. & relati à Baeza de non meliorandis, cap. 26. num. 1. nam cum ex dictis constet ius præsentandi ad solum maritum pertinere non solum eius præsentatio præferri debet, sed præsentatio vxoris non erit admittenda, si enim ius patronatus remaneret penes vxorem ipsa sola præsentare posset, sic Tiraquellus post connubiales, Glossa 5. num. 221.

36 Quare receptum est in conductorem fundi non transire ius patronatus fundo annexum, vt communiter notatur, in c. cum Bertoldus de re iudicata, quoniam nullum ius transit in conductorem, l. non solet, ff. locati solum enim habet conductor facultatem percipiendi fructus fundi, l. necessario §. fin. ff. de periculo, & commodo rei venditæ, & ideo cum in eum non transferatur ius patronatus præsentare non poterit, sic Boerius decisione 224.

num. 9.

num. 9. Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. 2. part. quæst. 9. principali. art. 2. si tamen locatio sit ad longum tempus, cum saltem vtile dominium transferatur in conductorem, l. 1. §. quod autem, ff. de superficiebus: consequenter præsentare poterit, vt aduertit Glossa, 1. in cap. ex litteris de iure patronatus Barbosa in d. l. diuortio, d. §. si vir, num. 58.

37 Quod vero attinet ad maritum, ille casus non leuiter controuersus est, an quando maioratus, cui annexum est ius patronatus, pertinet ad vxorem, ius præsentandi transeat in maritum respondet Molina de primogenijs, cap. 24. nu. 32. Burgos de Paz in proœmio legum Tauri, num. 5. & numer. 19. Palaciosrubios in cap. per vestras, §. 43. num. 10. in ea specie ius patronatus, & præsentandi non transire in maritum: nam cum bona maioratus alienari non possint. Authentica res, quæ C. communia delegatis, sic neque etiam tit. dotis in maritum transferri potuerunt, & ideo nec maritus poterit præsentare.

38 Sed puto veriore contrariam sententiam: nam possessor maioratus potest in rebus illius constituere vsum fructum toto vitæ suæ tempore duraturum, argum. text. in cap. 16. §. quid ergo, de inuestitura de re aliena facta, & aduertit Pinellus in l. 1. 3. par. num. 71. C. de bonis maternis, & planè in usufructuarium transit ius præsentandi, vt supra probauimus; neque obstabit dicere, vt inquit Molina lib. 1. de primogenijs, capit. 20. num. 4. & 8. prædictam doctrinam solum esse admittendam, quando fuerit tacita prohibitio de non alienando, iuxta speciem text. in dict. Authentica res, quæ C. communia delegatis, si tamen fuerit expressa prohibitio, vt communiter fit in maioratibus, non poterit possessor constituere vsum fructum duraturum toto vitæ tempore: nam talis constitutio continetur sub prædicta expressa prohibitione, l. fin. C. de rebus alienis non alienandis: nam respondetur, quod & si hoc admittendum esset, limitari tamen debet, vt non procedat, quando mulier ex causa propriæ dotis constituit vsum fructum, dum vixerit marito: hoc namque nunquam censetur prohibitum, capit. nuper de donatio inter, vbi feudum habens potest constituere feudi vsum fructum, dum vixerit etiam sine consensu domini per modum donationis inter nuptias, & tamen adest expressa prohibitio ne feudum alienetur sine consensu domini, cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione per Federicum, & ratio est: nam talis constitutio, & translatio facta videtur ex quadam necessitate, vt mulier dignas nuptias inueniat, & sub generali prohibitione alienationis non continetur alienatio necessaria, l. cum fidei, ff. de fideicommissarijs libertatibus, l. peto, §. prædium, ff. delegatis, 2. l. alienationes, ff. familiæ Eriscundæ, resoluit Ruinus in l. filius familias, §. diui, num. 56. ff. delegatis 1. & ibidem Alciatus, numer. 28. facit text. in l. mulier, 2. §. cum proponeretur, ff. ad Trebellianum.

39 Ex quibus deducitur interpretatio, ad textum in cap. cum Bertoldus de re iudicata, vbi in creditorē, cui pignoris nomine datur villa, vel dantur alia bona, quibus ius patronatus annexum est, non transfertur ius patronatus, nec præsentare potest dubitationem mouet: nam ius patronatus bonis annexum transit cum illis bonis, & hoc modo venditione transfertur, vt statim declarauimus; ideoque transit etiam in conductorem perpetuum, in quem transit rei locatæ saltem vtile dominium, possessio, & commoditas, & omnis fructus possessionis, l. 1. & 2. ff. si ager vectigalis, l. 1. §. 1. ff. de superficiebus, l. possessores, ff. de fundis patrimonialibus, lib. 1. Balascus de iure emphyteutico, quæst. 1. num. 2. Pinellus in l. 1. 3. p. n. 11. C. de bonis maternis, Gomecius in l. 45. Tauri, num. 100. ergo similiter debet transire in creditorem, qui pignoris nomine rem possidet.

40 Pro cuius explicatione controuerti solet an ius patronatus transeat in creditorem, cui bona in pignus dantur, quam præter ordinarios in dict. cap. cum Bertoldus, disputant Rochus de iure patronatus, verbo *ipse velis*, num. 16. Duarenus de sacris Ecclesiarum ministerijs, lib. 3. cap. 10. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 2. respondet Glossa, quod in specie, text. in dict. cap. cum Bertoldus, ea ratione non transit in creditorem ius patronatus, quia fuit exceptatum: hæc tamen diuina communitè reprobatur, & merito: nam ex eod. text. constat creditorem fuisse admissum ad percipiendam pensionem, 10. solidorum ratione iuris patronatus, quod non ita fieret, si exceptum esset: quare receptum est, in ea specie præsentare non potuisse: nam præsentatio est iuris patronatus fructus, creditor tamen fructus pignoris non lucratur, l. 1. C. de pignoratitia actione, cap. conquestus de vsum, cap. cum contra de pignoribus præcipue si consideremus præsentationem non esse fructum pretio estimabilem, & consequenter nullo modo potuisset debitori restitui: sic enim intelligendus est, text. in d. c. ex litteris de iure patronatus: ideo enim potuit in illa specie miles præsentare: nam in illum translatum fuit dominium bonorum, saltem vtile facta locatione ad longum tempus.

41 Neque obstabit dicere in creditorem, cui pignus conceditur, possessionem bonorum transire, l. per seruum, 37. ff. de acquirendo rerum dominio, cum adductis à Donello de pignoribus, c. 9. Gregorius in l. 1. 3. tit. 10. p. 7. nam respondetur creditorem non possidere pignus simpliciter: nam pro alieno possidet id est, possidet ad utilitatem debitoris, l. pignori rem, 13. ff. de vscapionibus, & ideo soluta pecunia rem pignoratam debitori cum fructibus restituere tenetur; adeo vt si fructus consumpti sint, creditori in sortem principalem computantur, d. l. 1. & 2. ff. de pignoratitia actione, c. ad nostram de iure iurando. Cobarruias in c. quauis pactu, 1. p. §. 4. n. 9. Zaballus in pract. c. 13. 1. cū ergo præsentatio restitui non possit; neque etiam computado illa in sortem principalem, ideo

E neque

neque in creditorem transire potest: unde quando creditor fructus pignoris lucratur, ita ut eos non teneatur in fortem computare, in eum proculdubio transibit ius patronatus, ut resoluit Lambertinus de iure patronatus, 2. p. lib. 1. q. 9. principali, art. 2 & q. 10. art. 2. n. 3. 2. & ea ratione maritus, cui bona, qui bus annectitur ius patronatus, pignorantur cum fructus pignoris pro oneribus matrimonij subsistendis lucratur absque onere computationis, c. salubriter de usuris, poterit proculdubio presentare.

42 Inde etiam oritur, quod cum ius patronatus iure successione vniuersalis vel translationis transeat, transibit etiam in fideicommissarium restituta hereditate ex Trebelliano, & non remanebit penes heredem scriptum, quod verum putato, quamuis contrarium senserint nonnulli ex Doctoribus per textum in l. 1. quia perinde, §. restituta, ff. ad Trebellianum, ibi. *iura sepulchrorum restituta hereditate, apud hereditatem remanent, ex quo textu deducunt Bart. & ceteri antiqui ius patronatus Ecclesiasticum, de quo loquimur non transire in fideicommissarium, sed apud heredem remanere, pro qua doctrina plures retulit Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 24. num. 5. Mieres de maioribus, 3. part. quæst. 1. 1. num. 9. & relati à Cobarruias lib. 2. variarum, cap. 18. num. 8. & Nerbosè defendit Costa in c. si pat. 2. p. verbo Trebellianica, num. 4. de testamentis, lib. 6. & mouentur ea ratione; nam ius patronatus iure hereditario transfertur.*

43 Adhuc tamen placet sententia Romani in l. si patroni, num. 5. ff. ad Trebellianum: asserentis ius patronatus Ecclesiasticum in fideicommissarium transire. Primum, nam ius patronatus transit ad omnes heredes etiam extraneos, ut omnes communiter fatentur, nulla ergo ratione negari potest in fideicommissarium transire, qui loco heredis vniuersalis habetur. Secundò, nam ius patronatus inter viuos alienari potest, tit. vniuersali, ut in d. c. ex litteris cum similibus, à fortiori ergo poterit in vltima voluntate; debet ergo ad fideicommissarium transire, ad quem bona perueniunt ex voluntate testatoris. Tertiò, nam ius patronatus ex natura sua transit in illum, in quem vniuersa devoluitur hereditas, non tanquam quid hereditarium, sed tanquam ius quoddam, quod necessariò sequitur omnium bonorum successorem ex d. c. ex litteris, d. c. cum sacculum de iure patronatus; ergò cum vniuersa bona transeant in fideicommissarium per obliquum effectiue transibit, & proculdubio cum illis ius patronatus.

44 Neque obstat text. in d. l. quia per inde, §. restituta, ff. ad Trebellianum, qui fundamentum præbuit contrariæ opinioni; nam respondet Molina lib. 1. d. c. 24. n. 1. quod text. ille expressè loquitur de iure sepulchrorum, de quo probat apud heredem remanere: id tamen ius patronatus Ecclesiasticum nullo modo trahendum est: ius enim sepulchri ad solum heredem transire potest, l. ius sepulchri, C. de religiosis, & sumptibus surterum, ibi. *non etiam ad alium quemquam, qui non est hæres pertinere potest,*

l. familiaria, ff. eodem; ideòque ius sepulchri nullo modo transit cum vniuersali venditione bonorum: at vero ius patronatus ex natura sua sequitur vniuersitatem bonorum, quocumque modo transeant.

45 Neque obstat arguta Costæ consideratio in d. cap. si pater, 2. p. verbo Trebellianica, d. num. 4. dicentis, quod & si ius patronatus transeat in quemcumque heredem extraneum, non vero in fideicommissarium: nam & si vniuersa hereditas ei restituitur, non habetur loco heredis, sed legatarij partiarij id est, cui pars bonorum legata erat, ita ut restitutio faciendâ sit deducto ære alieno, ut ipse Costaconatur probare, d. verbo Trebellianica, 2. p. nu. 1. 2. & 3. ad explicationem, text. in d. l. & si sine, C. ad Trebellianum: quare inquit ius patronatus transire non potest in fideicommissarium, quasi in legatarium particularem absque licentia Episcopi, c. illud, c. laico, c. suggestum de iure patronatus.

46 Sed respondetur verius esse fideicommissarium siue totius hereditatis, siue alicuius portionis non succedere in quota bonorum, sed in quota hereditatis, & loco heredis habetur, in quem transeunt actiones hereditariæ actiue, & passiuæ, l. 1. §. de illo, vbi omnes, ff. ad Trebellianum; unde cum ius patronatus transeat: tit. vniuersali hereditatis, & non tit. particulari necessaria non est Episcopi licentia.

47 Inferitur etiam ex dictis illius quæstionis resolutio, an confiscata vniuersitate bonorum transeat in fiscum ius patronatus, de qua videndi sunt relati à Zenedo ad Decretales collectaneas, §. n. 3. Molina de primogenijs, lib. 1. cap. 24. nu. 26. Costa d. verbo Trebellianica, num. 7. Gigas de crimine læsæ maiestatis, lib. 2. titulo de poenis committentiū nu. 45 respondent ergo distinguendo; nam aut ius patronatus consistit in bonis, & tum transit in fiscum cum bonis confiscatis ex generali doctrina, quod ius patronatus transit cum vniuersitate bonorum, aut ius patronatus est personale, & eo casu non transit cum vniuersitate bonorum.

48 Quæ doctrina, quidquid in contrarium dixerit Costa vbi supra, procedit etiam quâdo bona confiscantur per sententiam iudicis laici, neque obstat Costæ consideratio, quod videlicet de causa iuris patronatus laicus neque etiam incidenter cognoscere potest: nam respondetur, quod quando iudex laicus sententiam confiscationis protulit, in eâ per accidens continetur ius patronatus, ita tamen ut ex eo nullo modo de iure patronatus cognouisse videatur: nam & si bonis confiscatis transeat in fiscum, non tamen transit ex vi sententiæ, sed quia cum ex natura sua bonis annexum sit, cum illis necessariò defertur, ut in d. c. ex litteris de iure patronatus, sicut etiam iudex laicus cognoscit inter cõcedentes de vniuersali bonorum successione, & eo casu dicta à iudice laico sententiâ certum est bona ad viciorum pertinere, & cum illis ius patronatus: quare quando ius patronatus est personale, cum iudex laicus in confiscatione solum de bonis cognoscat, non pertinet sententiâ ad ius illud patronatus, quod ea non

non obstante remanet in persona delinquentis condemnati, quo usque à iudice Ecclesiastico priuatur: argum. text. in cap. inquisitionis, §. prohibemus, c. cum secundum leges, versiculo confiscationes de hæreticis lib. 6.

49 Hæc tamen doctrina, & si instricta iuris disputatione vera sit, praxi tamen non obseruatur: nam confiscatis bonis ius patronatus non transit in fiscum, ita ut fiscus presentet, sed fauore Ecclesiæ receptum est Ecclesiam eo casu, quasi liberam manere sub Episcopi potestate, ut resoluit Rochus de iure patronatus, verbo ipse velis, q. 29. num. 68. Lambertinus lib. 3. quæst. 8. art. 8. nu. 22. Simancas de catholicis institutionibus, tit. 9. de bonis hæreticorum, num. 96.

50 Tandem etiam certum est ius patronatus in emptorem transire cum re vendita ex d. c. ex litteris, dict. cap. cum sacculum de iure patronatus, & expressè dicitur in l. 8. tit. 15. part. 1. ibi, (*pagar puede el derecho de patronazgo de vn hombre a otro en quatro maneras, o por heredamiento, por donatio, por cambio, o por vendita.*)

51 Pro huius autem rei explicatione sciendum est ius patronatus laico dupliciter conuenire posse aut ratione alicuius rei, quam possidet, cui ius patronatus coheret, vel immediate ratione suæ personæ, quâdo ergo ius patronatus inest fundo, aut villæ v. g. & reale dicitur vendita villa, aut fundo, cui adhaeret, transit cum illa sine vlla venditione, & sic procedunt text. in dict. cap. ex litteris, & in dict. cap. cum sacculum, & ratio deducitur ex generali regula, quod accessorium sequitur suum principale: tunc autem ius patronatus se habet tanquam accessorium bonorum, quibus adhaeret: est enim quasi accidens illis inhærens.

52 Cum vero necessarium sit, quod bona (ut diximus) ratione iuris patronatus carius non vendantur, dubitari solet, an sit venditio simoniaca, quâdo in venditione ius patronatus exprimitur: alij dicunt simoniacam esse venditionem, alij negant, alij vero distinguunt in forma expressionis verborum: nam si dicatur vendi fundum, & ius patronatus dicunt adesse simoniâ, si vero dicatur fundum vendi cum iure patronatus, negant esse simoniam, sed rectè dixit Syluester, verbo Simonia, q. 2. hæc distinctio parum refert in foro intetiori: nam si bona sunt intentio, & pretium non excessit ratione iuris patronatus, parum refert hæc vel illa verborum conceptio: imò exillimo etiam in foro externo præsumendum esse contractum licitum, si aliâ ex coniecturis, & circumstantijs aliud verisimiliter non appareat: nam utroque verborum modo potest dari sensus à culpa excusans, qui sensus semper præsumendus est ceteris paribus, ut rectè aduertit Nauarro conf. 12. sub tit. de simonia: potest namque fieri, ut ius patronatus in venditione exprimitur, ut solû de illo constet, vel ut non credatur referuatum, aut separatim à bonis venditis, erit ergo tutior forma verborum negatiua v. g. fundum, aut villam vendere non excepto iure patro-

natus quamuis aliâs eo ipso, quod non excipiat, censetur translatum iuxta expressa verba text. in d. c. ex litteris, ibi, *non excepto iure patronatus.*

53 Quando vero ius patronatus non adhaeret bonis, sed personæ, dubium est, an venditis bonis cum illis transeat ius patronatus, quo casu si patronus rem aliquam vendiderit, v. g. fundum vel domum non transit ius patronatus: nulla enim est connexio, vel translationis ratio; si vero venditio fiat omnium bonorum: multi ex nostris dicunt etiam ius patronatus in emptorem transire, ut refert Cobarruias, lib. 2. variarum, c. 18. num. 6.

54 Hæc tamen opinio mihi non probatur, nec in toto iure canonico eius fundamentum inuenio: verior ergo est contraria sententia, quam sequitur innumeri relati à Cobarruias vbi supra, Lambertinus de iure patronatus, lib. 1. 2. p. qu. 5. principali art. 14. num. 20. & art. 15. numer. 8. & num. 13. & ratio est manifesta: nam si ius patronatus non coheret rei venditæ, nullo modo transferri potest ex vi venditionis illius: cum enim ius patronatus nullam habeat cum re vendita connexionem: nulla est ratio, ob quam re vendita, & in alium translata ius etiam patronatus transfertur.

55 Obijci tamen potest, quod si hæc ratio esset, vera sequeretur, quod huiusmodi ius patronatus personæ coherens, non rebus non posset transire cum hereditate, cum personale sit: cum enim hereditati non cohereret quamuis ipsa ad heredem transeat, non transibit ius patronatus.

56 Sed responderi potest, quod verum est in ea specie ius patronatus ad heredem transire: nam quamuis non transeat ex vi bonorum, quæ relinquuntur heredi; transit tamè ex vi iuris, & ratione iuris transit cum hereditate: ius enim canonicum ex recta ratione ita in heredem concessit; negauit tamen in emptore, neque ab vno ad aliû potest fieri illatio: nam hæres repræsentat defuncti personam, non tamen emptor: in heredem namque transeunt omnia iura defuncti actiua, & passiuâ, non tamè in emptorè, ut patet in iure sepulture, quod in heredem transit. Argum. text. in l. quia perinde, 42. ff. ad Trebellianum, & in iure patronatus libertorum, l. si patroni 55. ff. eodem tit. n. 1.

57 Idque declaratur, nam hæres regulariter solet esse sanguine, aut particulari amicitia affectione defuncti coniunctus, & ideò iusto titulo Ecclesia illi voluit facere talem gratiâ; in emptore vero nulla procedit similis ratio, & ita in illum non transit ius patronatus, nisi quando inhæret rebus venditis, & necessariò cum illis fertur. Tum etiam nam heredis institutio continet donationem quâdam omnino gratuitam, & ideò ad ius patronatus, facilius potuit extendi ex ipsa præsumpta testatoris voluntate: secus vero est in venditione bonorum: nam voluntas vendendi non potest licite ad ius patronatus extendi, ideòque si ex vi connexionis, cum ipsis rebus venditis non extendatur, ex vi voluntatis vendentis transferri nullo modo potest: sic eruditè decla-

rat Franciscus Suarez tomo 1. de religione, lib. 4. de simonia, cap. 2. §. 8. num. 20.

58 Sed obijci potest posse venditorem habere voluntatem transferendi gratis ius patronatus seclusa bonorum venditione: respondetur tamen id non præsumi in venditore, idè quod ius canonicum huic præsumptæ voluntati non fauet: tum etiam, nam quamuis venditor hanc voluntatem habeat erga emptorem, tunc per accidens, & quasi committanter coniungitur venditio vnus, & donatio alterius, vnde sicut ius patronatus donari non potest alicui sine consensu Episcopi, vt statim dicemus, ita nec tunc fieri poterit, & sic nullo modo tale ius patronatus, de quo loquimur, in emptorem transferri potest.

59 Vnde etiam non leuis est controuersia, quando ius patronatus, & bona inter se connexa sunt ita tamen, vt ius patronatus bonis non cohercat, sed è contra bona cohæreant iuri patronatus, v. g. quia voluit fundator, vt qui esset patronus, semper talia bona possideret, non tam in fauorem patroni, quam in gratiam, & vtilitatem Ecclesie videlicet, vt Ecclesia indigente melius à patrono succurratur, in qua specie multi dicunt, quod venditis bonis non transit ius patronatus in emptorè: nam tunc ius patronatus: non est accessorium ad bona, vt illa sequatur, sed potius bona sunt accessoria ad ius patronatus hoc autè valdè difficile videtur: nam sequeretur bona temporalia, tunc esse omnino inuendibilia ex vi foundationis, quod patet; quoniam vendi non possunt transferendo ius patronatus: hoc enim esset simoniacum: nam tale ius non transfertur cum ipsis bonis venditis, cum bona adhæreant iuri patronatus, & illi sint accessoria; neque sine illo vendi, aut transferri possunt: non enim possunt ea bona à iure patronatus separari iuxta expressam testatoris mentem, imò fundator noluit prohibere bonorum alienationem, sed imò voluntas patroni impleri potest, simul vtrumque transferendo, & bona, & ius patronatus, etiam si bona iusto pretio vendantur, fundator enim solum voluit, quòd bona semper iuri patronatus cohærescent, non tamen disposuit, quòd essent in vendibilia; neque eo casu aliqua interuenit simoniæ ratio: supponimus enim bona non vendi maiori pretio propter coniunctionem ad ius patronatus.

60 Quare ad huius rei declarationem distinguendum puto: nam aut illa bona ita sunt annexa iuri patronatus, vt fructus illorum ex obligatione conuertendi sunt in vsus Ecclesie, quasi spirituale seruitium iuris patronatus, & eo casu dicendum censeo vendi non posse transferendo cum illis ius patronatus, & moueor: nam tunc non habent moraliter loquendo æstimationem ratione suorum prouentuum temporalium: nam omnes pertinent ad Ecclesiam: ergo solum possunt æstimari ratione honoris iuris patronatus, quod fieri non potest: hoc enim esset vendere ius patronatus.

61 Aut illa bona ita cohærent iuri patro-

natus, vt semper cedant in temporalem commoditatem patroni, & eo casu dicerem esse æstimabilia pretio, & vendibilia non obstante connexionem cum iure patronatus: nam eo casu habent temporalem vsus, & commoditatem, ratione cuius pretio æstimabilia neque tunc venditur ius patronatus supponendo, quòd illius intuitu pretii venditionis non augetur.

62 Neque obstabit dicere, quòd semper remanet scrupulus: nam ea bona temporalia sunt accessoria ad ius patronatus: nam puto, non esse totaliter accessoria: nam per se suam commoditatem, & considerationem habent, quare hac ratione inspecta onus succurrendi Ecclesie tempore necessitatis est quid accidentale, & accessorium illorum bonorum. Vel secundo responderi potest: nam illa inseparabilis accessio bonorum ad ius patronatus non prouenit ex natura rei, sed ex voluntate fundatoris, & idè parum refert ad rationem simoniæ illa consideratio accessoria, vel principalis, quæ solum orta est, ex fundatoris intentione: sufficit enim inspicere, an in venditione vnus ab alio separari possit, quòd rectè fieri potest, non obstante connexionem facta alio respectu ab ipso fundatore.

63 Tandem transferri potest ius patronatus per liberalem donationem, vt expressè dicitur in cap. circa de iure patronatus, & receptissimum est, hanc donationem factam alteri Ecclesie, vel loco religioso validam esse absque Episcopi consensu, vt expressè habetur, in capit. vnico de iure patronatus, lib. 6. cap. illud extra eodem titulo, & ibidem Glossa, Innocentius, & Hostiensis, & in cap. cura eodem tit. dicitur autem communiter talem donationem priuato factam sine Episcopi consensu non esse validam, nec facile huius rei ratio inueniri potest: hæc enim conditio consensus Episcopi in dict. capit. cura non postulatur ad valorem talis donationis; neque inueniri potest aliqua iuris canonici decisio, quæ talem exigat conditionem expressè allegatur, namque communiter textus in cap. quod autem, & in cap. nullus, cap. cum laici de iure patronatus, cap. nemini, 16. quæst. 7. hæc tamen iura non loquuntur de ipso iure patronatus, sed de ipsis Ecclesijs, & beneficijs, quæ sine autoritate Episcopi in alium transferri non possunt, non solum alijs priuatis personis, verum nec locis religiosis, quòd vero attinet ad donationem iuris patronatus priuato factam, vt Episcopi consensus sit necessarius, nullo modo in illis iuribus exprimitur, cum tamen in d. cap. illud de iure patronatus, & in d. cap. vnico eodem tit. lib. 6. ad tantam speciale concedatur locis religiosis, vt donatio iuris patronatus, sine Episcopi consensu valeat; idè alijs facta merito censetur invalida, & sic vera est communis Doctorum sententia.

64 Ex dictis constat, qualis sit iuris patronatus natura, & qualiter sit materia simoniæ, videamus ergo, an idem sit dicendum de iure sepulturæ, & an eius venditio sit simoniaca. Et 1. dicendum est, quòd vendere terram communem ad sepulturam, vel

vt ibi constituatur sepulchrum non est simonia, vt explicat D. Tho. 2. 2. qu. 10. art. 4 ad 3. Glossa, & Panormitanus in capit. abolendæ de sepulturis Redoanus de simonia, 3. part. c. 16. n. 14. & supponitur in cap. aurum, 12. qu. 2. & ratio à simili deducitur: nam etiam ad sacramenta conficienda licitum est vendere materias remotas: ergo multò magis ad sepulturam; imò etiam terra illa ex natura pretio æstimabilis est, & res temporalis, quòd autem emptor illam ad illum vsus comparauerit est quid per accidens, sicut etià ad Ecclesiam ædificandam potest fundus emi, & vendi, vt in d. capit. aurum, 12. quæst. 4. capit. comperimus, 14. quæst. 6.

65 Secundò dicendum est, quòd quotiescunque terra aliqua ad fidelium sepulturam benedicta est, & publicè dicata, nullomodo vendi potest habito respectu ad benedictionem: nam illa benedictio est constitutiua illius loci sacri. Docent communiter omnes Doctores; si vero quis habeat proprium sepulchrum emptum, vel ædificatum non erit materia simoniæ si vendatur quoad proprietatem attento fundi valore, & habito respectu ad expensas in ædificio factas, ibi enim non venditur benedictio, nec ius sepulture, sed materiale ad quòd alia sequuntur, vt aduertit Syluester, verbo *simonia*, q. 12. versicula, tertio.

66 Quando verò locus aliquis sacer effectus est, & communis pro sepulturis fidelium tunc prohibet Ecclesia sepulturam alicui vendere, c. abolendæ de sepulturis, c. quæst. 1. c. sequentibus, 13. qu. 2. & notatur in c. audiuius de simonia: prohibetur igitur in his iuribus absolute aliquid exigere pro sepultura in illa terra, nec dubium erit, quin peccatum contra illam prohibitionem esse simoniam saltim quia prohibita, quidquid dixerit Vgolin. de censuris, c. 44 §. 2. n. 10. qui quauis peccatum esse fateatur, negat tamen esse simoniam, quòd negandum non est, cum materia sit religiosa, nec negotiationi exponenda, vt rectè in d. c. abolendæ facta est absolute prohibitio, & contrarium appellatum est, *peruersitas consuetudinis*, quæ verba rectè conueniunt simoniæ: idem significatur in c. audiuius, c. cum in Ecclesia, c. ea quæ de simonia, c. in Ecclesiastico, 13. qu. 2. vbi adducitur illa ratio, *gratis accepistis gratis date*, quæ planè simoniam indicant.

67 Pro huius rei explicatione supponendum est, quòd hæc prohibitio potest attendi aut respectu clericorum in ordine ad loca sacra in comuni deputata ad fideles sepeliendos, & in hoc sensu loquuntur decreta canonica, & hoc modo simoniæ ratio magnam habet fundamentum etiam ex natura rei: nam clerici illius loci domini non sunt, etià quatenus quædam terra est, & ideo nullum ius habet ad talè venditionem, quare cum solum vendere videantur vsus sepulturæ consequenter solum quid spirituale vendunt, & sic rectè dixit D. Tho. in 4. dist. 25. qu. 3. ad secundum, *sepultura non potest vendi ratione consecrationis, vt scilicet aliquis pro pecunia, ibi sepeliatur*: videtur ergo significare esse simoniam.

68 Vel attendi potest locus sepulturæ de

putatus non prout est locus communis, sed proprius alicuius priuati, quo casu ex natura rei non videtur prohibitum patrono; ne possit aliquid accipere pro licentia sepeliendi aliquem extraneum; neque tunc videtur esse tam clara simonia ex natura rei: apparet enim esse quædam locatio terræ, quæ non videtur per se mala, & idè dubitari potest, an in ea specie prohibitio Ecclesie ad eum casum extendenda sit, ego autem existimo eam extensionem factam esse in dict. cap. in Ecclesiastico, 13. quæst. 2. sunt enim eius verba generalissima, ibi, *inter dictum sit omnibus Christianis*: ergo clericis, & laicis iuuat: Panormitanus in text. nostro, num. 10. vbi docet laicum habentem ius sepulturæ in loco sacro non habere dominium, nec propriam possessionem, sed quandam tolerantiam ex Ecclesie benignitate, Glossa, & Innocentius, ibidem Felinus in cap. ad audientiam, el. 2. numer. 9. de rescriptis, cum ergo ius illud verum, & firmum laico competens sit spirituali annexum, merito eiusdem vsus venditio prohibita est videlicet vt pretium accipiat pro dāda ibi alteri sepultura.

69 Vnde infertur tutum non esse à simoniæ labe pro loco magis honorifico sepulturæ pretium accipere, v. g. intra Ecclesiam, & non in cœmenterio, vt aduertit Antoninus, 2. p. tit. 1. §. 2. Syluester, verbo *simonia*, q. 11. ratio est manifesta: nam ibi tota ratio pretij est loci sanctitas, vel respectus ad maiorem sanctitatem: fateor tamè aliquos Theologos dixisse talem venditionem licitam esse; quasi ibi solum quidam humanus honor vendatur in hominum apprehensione solum consistens, hanc tamen opinionem non admitto: nam licet motiuum ementis sit honor ille humanus, id tamen, quòd venditur sanctum est, & honor ille annexitur spirituali, sicut etià honor humanus est quid annexum dignitati Ecclesiasticæ, & sicut in hoc casu committeretur simonia, similiter & in illo: nam huiusmodi maior honor humanus non ex alio prouenit, quam ex maiori loci sanctitate: ergo ea ratione locum vendere erit simonia: certissimum tamen erit sub Ecclesie prohibitionem contineri, & hæc sufficiant pro declaratione huius textus.

S U M M A R I A.

Ad textum in cap. at si clerici 4. huius tituli.

- 1 **P**raxi celebrem esse nostri text. tractationem ordinarij asserunt.
- 2 Proponitur conclusio text. nostri.
- 3 Dubitationis ratio, quæ oritur ex conclusione, n. 4.
- 5 Crimina dupliciter probari possunt confessione, aut conuictione, n. 6.
- 7 Confessio sine causa non probat in prauidicium confitentis, nam. 8.

- 9 Confessione facta per iudicem, vel per testem in articulo mortis in præiudicium terij non adhibetur fides, n. 10. n. 11.
- 12 Confessio iudicialis erronea non præiudicat confidenti, num. 13.
- 14 Confessio iudicialis an omnino impediatur appellationem à sententia lata virtute confessionis, numer. 15. num. 16.
- 17 Respondetur ad text. in l. 2. C. quorum appellationes.
- 18 Ratio nostri textus.
- 19 Confessio facta in actu nullo, ex defectu processus valet, num. 20.
- 21 Confessio facta in tormentis non plene probat.
- 22 Confessio facta coram iudice incompetenti nec valet, nec probat, n. 23.
- 24 Non obstat text. in cap. multi, §. nos vero, 2. q. 1. num. 25.
- 26 Purgatio canonica an sit imponenda clerico propter infamiam ortam ex confessione, n. 27.
- 28 Confessus in iudicio pro condemnato haberi.
- 29 Respondetur ad l. iubemus, C. de liberali causa, num. 30.
- 31 Prorogatio habet locum in criminalibus causis.
- 32 Non obstat text. in cap. 2. de exceptionibus, lib. 6.
- 33 Confessio facta per clericum in iudicio seculari probat saltem in vim extraiudicialis confessionis.
- 34 Confessio extraiudicialis in criminalibus non sufficit ad condemnandum.
- 35 Confessio facta per clericum in iudicio seculari ad torturam in iudicio Ecclesiastico, n. 36.
- 37 Non obstat text. in cap. quam sit grane.
- 38 Conclusio nostri text. in vers. si vero.
- 39 Clericus quando deponendus, quando suspendendus est.
- 40 Crimina clericorum ad tres species reducuntur.
- 41 Que crimina sint de positione digna, n. 42.
- 43 Multò mitius agendum est cum confesso, quam cum conuicto.
- 44 Conclusio nostri text. in §. de adulterijs.
- 45 Dubitandi rationes, num. 46. num. 47. num. 48. num. 49.
- 50 Opinio Stoicorum est erronea, qui dicunt omnia crimina esse paria.
- 51 Hæresis, infidelitas, blasfemia sunt crimina gravissima.
- 52 Depositio est realis, & verbalis, n. 53.
- 54 Textus noster non est intelligendus de actuali depositione.
- 55 Ratio textus nostri.
- 56 An ad valorem dispensationis causa sit necessaria.
- 57 Episcopus non potest punire clericum suspensum à lia pœna.
- 58 In quibus casibus index secularis potest cognoscere de causis clerici, n. 59. n. 60.
- 61 Clericus dimissis vestibus, & tonsura an gaudeat privilegio clericali, n. 62.
- 63 Clericus traditus præmissa degradatione iudici seculari an ab eo possit puniri, n. 64.

- 65 Obstat text. in cap. cum non ab homine infra istotitulo, n. 66.
- 67 Non obstat textus in l. Codicillis, §. matre.
- 68 Episcopus post condemnationem non potest dispensare, sed solus Pontifex, n. 69. n. 70. n. 71. n. 72.
- 73 Non obstat cap. de his, §. o. distinctione.
- 74 Non obstat cap. fin. 1. q. 5.
- 75 Qualis sit potestas Episcopi ad dispensandum in criminibus clericorum.
- 76 Intellectus decreti Tridentini sess. 24. de reformatione, cap. 6. n. 77. n. 78. n. 79.
- 80 Non obstat, quòd clericus per depositionem actuali amittere privilegium fori.
- 81 Credendum est iudici asserenti, se causam instā habere ad minorandam, vel ampliandam pœnam.

AD TEXT. IN CAP. AT SI Clerici 4. huius tit.

PRAXI celebrem, & frequentissimā esse nostri huius text. tractationem asserunt in presenti ordinarij omnes, quam ultra eos prosequuntur Mascardus de probationibus conclusionem 352. & 357. Bantius de nullitatibus tit. quibusmodis sententia nulla defendi possit, Antonius Gomecius tom. 3. Variarum, cap. 12. à n. 8. Farin. in pract. crimin. q. 81. c. 6. & alij plures infra referendi, cuius text. littera maioris claritatis gratia in tres partes diuidenda est, 1. est in principio, 2. in vers. si vero, 3. in §. de adulterijs; quarum omni vnaquæque sigillatim examinanda est.

Ad textum in principio.

2 Ex verbis huius text. deducunt interpretes, quòd clerici propter confessionem factam in iudicio seculari non sunt aliquatenus condemnandi in iudicio Ecclesiastico.

3 Quæ conclusio eam patitur dubitandi rationem: nam delinquentis confessio efficacissima probatio est, vt colligitur ex Soto, ff. de confessis. Clerici ergo confessi crimen in iudicio seculari ab Episcopo puniendi sunt, tãquam criminosi, præcipuè in crimina, quomodo cūque claruerint, puniendū sunt propter reipub. publicā vindictā, c. ecce 24. q. 1. vt famæ de sententia excommunicationis, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquilianam: at post delinquentis confessionem nullæ sunt partes iudicis, nisi ad condemnandum, c. 1. c. primates, c. nos imò quemquam, 2. q. 1. l. qui sententiam, l. cum reis. C. de pœnis: nam in iudicio confessus pro condemnato habetur, l. l. certum, ff. de confessis, l. vnica, C. eodem, l. si confessus, ff. de custodia, & exhibitione reorum adeò vt neque confessi appellatio sit villo modo admittenda, l. 1. C. quorum appellationes non recipiuntur, c. ei qui, §. sunt etiā, 2. q. 6. Ergo clericus coram seculari confessus habendus est pro condemnato saltem in iudicio Ecclesiastico.

4 Facit dubitationem, nam confessio coram vno iudice facta, coram alio etiam fidem facit l. iubemus 41. C. de liberali causa ibi: *Voce propria apud alium iudicem patuerat.* Imò, & acta omnia coram iudice laico facta habent authoritatem rei iudicatæ in iudicio Ecclesiastico. Text. celebris in capite 2. de exceptionibus, lib. 6. ergo confessio clerici facta in iudicio seculari debet præiudicare confidenti in iudicio Ecclesiastico, quod fortiter confirmatur: nam confessio clerici facta in iudicio seculari propter iudicis laici, & Tabellionis publicam authoritatem maiorem vim habet, quàm extraiudicialis confessio: hæc autem sufficit, vt clericus à iudice Ecclesiastico condemnatur, ergo confessio clerici facta coram iudice seculari valebit in iudicio Ecclesiastico saltem, vt extraiudicialis confessio.

5 Sed his non obstantibus verissima est nostri textus conclusio, pro cuius explicatione, & totius huius materiæ. Primò, supponendum est crimina dupliciter probari posse, aut per conuictionem, aut per confessionem ipsius accusati, vt indicant nostri textus, verba ibi: *At si clerici coram seculari iudice conuicti fuerint, vel confessi,* conuictio fit per concludentem probationem testium, aut instrumentorum, quæ parem vim habent in exercendis litibus, l. in exercendis, C. de fide instrumentorum, & notant Hipolytus singulari 157. Zepolla, cautela 253. Zacardus in l. fin. num. 129. C. de edicto Diui Adriani tollendo, & copiosè Castrèsis in l. testium, C. de testibus, adeò vt sufficiant duo testes in quocumque negotio, cap. 12. quæst. 4. cap. præsul 2. quæst. 4. vbi glossa celebris, verbo præsul; ita Abbas consilio 16 num. 1. lib. 1. Soto de iustitia, & iure, lib. 5. quæst. 7. artic. 2. Didacus Perez, lib. 8. titulo 3. in l. 32. ordinamenti, in glossa, testimonio de dos, & copiosè Cobarruias in cap. cum elles, num. 3. de testamentis, asserit contra Pontificem duorum testium testimonium sufficere, quod difficillimum est: nam idem textus expressè probat contra Episcopum, & Cardinalem non sufficere testimonium duorum: nam contra Episcopum desiderantur septuaginta, & duo testes: contra Cardinalem quadraginta, & quatuor: contra quenque alium clericum septem, quod ex communi Doctorum sententia concessum fuisse Cardinalibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ex privilegio Syluestri Pontificis obtinuit, vt aduertunt Geminiannus in tractatu de testibus 1. part. à num. 83. Barbacia de præstantia Cardinalium, 1. part. quæst. 11. Romanus singulari 207. copiosè Men. de præsumptionibus, lib. 1. quæst. 80. à num. 23. cum sequentibus, sed ego glossæ sententiam omnino falsā puto, neque villo modo crederem contra Pontificem sufficere minorem probationem, quàm contra Cardinalem, vel Episcopum, vt expressè affirmant prædictam glossam impugnantem, Abbas in presenti num. 3. in cap. 3. loco de probat. num. 6. Decius in præfenti num. 2. Berolius num. 7. Pelagius, lib. 2. de planctu Ecclesiæ, cap. 10. Rojas de Hæreticis, 2. part. assertionem 4. num. 87. Iure vero

ciuili an in crimine capitali sufficiat probatio duorum testium, dubitari solet per textum in l. qui sententiam 16 C. de pœnis, quam explicat rectè Marsilius singulari 106. & 262. & obtinuit sufficere, vt probant Boerius, decis. 163. Grammaticus decis. 8. & relati ab Alfano, collectanea 280. per scripturam autem crimen etiam probari posse communis est doctorum traditio, per textum ibi, in cap. finalide iure iurando, lib. 6.

6 Secundò, supponendum est confessionem iudicalem adeò esse efficacem, vt habeat vim rei iudicatæ præcipuè in ciuilibus, quasi facta confessione nihil desit, nisi præceptum de soluendo; textus est expressus in l. vnica, C. de confessis, estque super omnes probationes adeò, vt respectu confidentis, & in præiudicium eius superet quancumque probationem contrariam, siue testium, siue instrumentorum, vt eleganter respondet Romanus, cons. 391. num. 8. Maranta de ordine iudiciorum, actu 5. 2. part. num. 21. & appellatur probatio probata, l. 2. tit. 13. part. 2. l. 15. tit. 1. part. 7. adeò vt in ciuili causa confessus habeatur pro condemnato, ita vt alia sententia non sit necessaria, vt in l. 1. C. de confessis; nisi confessio facta fuerit præcedente causa processu: nam tunc non habetur pro condemnato, sed iudicis sententia necessaria est, vt aduertit Decius in præfenti num. 23. in criminali vero causa semper desideratur sententia, vt docet Bartolus in l. si confessus, ff. de custodia reorum, & consuluit Corneus, cons. 260. lib. 4. Maranta, vbi supra 6. part. verbo, confessio, num. 30. & tradunt innumeri relati à Mascardo de probationibus, conclusione 348. per totam.

7 Quæ doctrina habet triplicem limitationem praxi celebrem: prima est, vt quoties facta est confessio sine expressione causæ, v. g. si Titius confessus fuerit centum alteri debere, & non dixerit, ex qua causa, v. g. mutui depositi, vel aliorum: tunc confessio, neque habet vim, neque probat in præiudicium confidentis: est textus, vbi omnes interpretes, in cap. si cautio de fide instrumentorum, l. cum de indebito, §. fin. ff. de probationibus, gloss. in l. 1. verbo, apud ff. de interrogatorijs actio. & in l. instrumenta, C. de probationibus, quam doctrinam sequuntur relati à Mascardo de probationibus, conclusione 345. num. 1. Dueñas regula 118. quamuis receptum sit huiusmodi confessionem aliquam facere præsumptionem: textus est secundum intellectum glossæ, ibidem in l. instrumenta, C. de probationibus, & idè in criminalibus in præiudicium confidentis talem confessionem probare saltem ad torturam receptum est ex Bartolo, & alijs: probant Parisius consil. 153. numer. 23. volumine 4. Rom. consil. 1. n. 1. Menochius de arbitrarijs lib. 2. casu 331. centuria 4. & relati à Mascardo vbi supra num. 3. imò neque sufficere expressionem generalem causæ, veluti si quis fateatur centum Titio debere ex causa emptionis: non enim inducit huiusmodi expressio obligationem, vt testatur glossa celebris in l. fin. verbo, specialiter, C. quod cum eo, l. generaliter, C. de non numerata, ibi: *Specialiter,*

ter, l. filius familias, ff. de donationibus: nam idem est causam non exprimere, aut exprimere incertam: generalis autem incerta censetur, & est communis doctrina in l. 2. §. circa ff. de doli exceptione.

8 Secundò, limitatur, vt procedat solum respectu ipsius confitentis: nam in præiudicium tertij nihil operatur confessio etiam in iudicio, vel solemniter facta. imò neque parte præsentem, l. Scia in principio 28. ff. ad Veleianū, & consuluit Parisius, conf. 19. num. 6. lib. 3. & conf. 52. in principio & conf. 85. eodem libro, Imè, quando confessio facta est pro exoneratione conscientia, quamuis dubitari soleat, an præiudicet confitenti, vt disputant Doctores in d. l. certum, §. si quis absentis, ff. de confessis, glossa magna in cap. fin. de confessis: copiosè Bartolus, conf. 114. Vicentius Carocius, decis. 90. per totam: Afflictus, decisione 375. & quamuis huiusmodi confessionem confitenti præiudicari multò verius sit, vt docuit Baldus in l. generaliter, quæst. 10. num. 15. C. de non numerata. Maranta in Speculo 7 part. tit. 8. de confessis, num. 16. & relati à Tiraquello de priuilegijs pæ causæ, priuilegio 117. Mascardo de probationibus conclusione 347. num. 19. & conclusione 1171. num. 68. at vero respectu alterius tertij nulla est controuersia, aut dubitatio, quo minus aliena confessio, tertio non præiudicet, vt resoluit Bartolus in l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Silianum: loquitur enim de confessione facta in articulo mortis, quæ semper censetur facta pro exoneranda conscientia: nam, vt ipse Bartolus notat conf. 476. lib. 5. non est præsupponendum existentem in articulo mortis mentiri, sed potius memorem esse salutis æternæ, sed nihilominus solum probat in præiudicium confitentis, vt copiosè Menochius de præsumptionibus lib. 5. præsumptione 5. num. 17.

9 Qua ratione in celebri quæst. ita respōdet Bartolus in d. l. si quis in graui, §. si quis moriens, ff. ad Silianum; quòd si iudex in articulo mortis pro exoneratione conscientia declarat se tulisse iniustam sententiam, aut testis asserat se falsum dixisse testimonium; huiusmodi declarationes in præiudicium eorum, pro quibus lata est sententia, vel testimonium dictum nihil operantur, neque eis fides adhibenda est; sequitur Felinus in cap. exhibita, num. 24. de iudicijs, & relati ab Antonio Gabriel, lib. 7. communium, conclusione 32. num. 2. & eleganter explicuit Menochius de arbitrarijs lib. 2. Centuria 1. casu 89. num. 30. in pulchra quadam quæstione.

10 Sic enim quamuis filius familias possit cōparere in iudicio pro patre sine mandato, per textum in l. exigendi, C. de procuratoribus: filij tamē iudicialis confessio patri nulla ratione præiudicat, vt respondet Franciscus Marcus, decisione 265. per totam, l. 1. C. quibus res iudicata non noceat, l. filius, C. de pactis, l. nec filius, C. de rebus creditis, & consequenter quòd patris confessio filio non noceat, vti certissimum respondet Alex. conf. 57. num. 1. volumine 5. Octavianus in Pede-

montanis, decisione 172. numer. 14. & idem penitus procedit in confessione matris declarantis filium non esse legitimum, sed ex adulterio natum, quæ nihil probat in præiudicium filij: ex celebri Menochij doctrina, vbi supra, d. casu 89. Boerius decisione 299. num. 8. etiam, vt ipse affirmat quauis huiusmodi confessio facta fuerit in articulo mortis, & proprio Sacerdoti, qui eam postea de licentia confitentis declarauerit, & expressè affirmat Panormitanus in cap. per tuas à num. 3. de probationibus, Paleotus de notis, & spurij, capite 24.

11 Cuius doctrina ea est ratio: nam sententia lata à iudice virtute confessionis alteri præiudicare non potest, ergo multò minus præiudicabit confessio: textus est celebris in l. 1. & 2. C. quibus res iudicata non noceat, vbi Bartolus, & in l. sæpè, numero 4. ff. de re iudicata, & in l. 1. & 2. C. res inter alios acta: tradit Gregorius in l. 9. tit. 9. part. 6. verbo, *no es el heredero tenudo*, & in l. 10. tit. 5. part. 3. verbo, *fasta el quarto grado*, Mathesilanus singulari 15. vbi resoluit confessionem, sententiam latam, & acta probatoria tertionon præiudicare, sicut nec transactio, l. si dictum, §. si compromissero, ff. de emptionibus, sequitur Guido Papa, singulari 415.

12 Tertio, denique limitanda est superior doctrina, vt confessio iudicialis erronea, nequaquam præiudicet, etiam confitenti, l. error, C. de iuris, & facti ignorantia: is enim qui errat non fatetur, l. non fatetur, ff. de confessis, & est communis opinio doctorum in cap. fin. de confessis: notat Curtius, conf. 69. num. 8. quod procedit etiam, si sæpè fuisset repetita, & deliberata, teste Decio conf. 408 Romanus conf. 391. Parisius conf. 131. num. 35. lib. 7. & quod magis est, procedit hæc doctrina, etiam si prædicta confessio erronea iurata sit: in hoc enim casu loquitur Decius, d. conf. 408, quamuis verum sit prædictam confessio nem iudicalem numquam presumi erroneam; quare errorem alleganti incumbit onus probandi, teste Bartol. in d. l. non fatetur, ff. de confessis, Beroio, conf. 87. num. 11. lib. 2. & conf. 152. à num. 8. lib. 3. veluti si quis sponte in iudicio fateatur hominem occidisse, & non appareat homo occisus, dubitabatur, an virtute confessionis condemnandus esset, & obtinuit non esse condemnandum: nam hæc confessio quasi erronea, nec probat, nec præiudicat confitenti, vt rectè probat Marsilius in Rubrica, C. de probationibus, num. 103. Boerius, decisione 164. num. 10. nisi aliàs saltim per famam publicam probaretur hominem occisum esse, vt tradunt supra relati, quamuis si forsam iudex confitentem condemnauerit, nō tenebitur postea syndichatu, vt ex Alexandro, & alijs docuit Boerius vbi supra num. 10. quæ doctrina similiter etiam procedit in causis status; confessio namque contra libertatem nō semper præiudicat confitenti, l. nec si volens, l. interrogatam 24. l. Arrianus 27. l. liberos 39. C. de lib. berali causa, l. 6. tit. 13. part. 3. ibi: *Otro si dezimos, que si alguno que era en verdad libre otorgase delant*

del juzgador de su voluntad, sin conienda ninguna, que era seruo, no seyendo pleyto mojado de otro, que le demandasse en razon de ser uindombre tal conocencia como esta no le empece al que la haze, ni es valedera, mas si alguno le demandasse delante del juzgador, diciendo que era sus seruo, y el otro sin premio lo conociese de su grado, entonces dezimos que tal conocencia como esta empece al que la haze: pero si ante que sea dado juyzio sobre ella probare por cartas valederas. o per buenos testigos de como es libre, no le embarga tal conocencia, porque semeja que la hizo por bierro. Colligitur ergo erroneam confessionem non præiudicare confitenti contrarium probanti per testes, aut instrumenta, neque quidquid oblatuerit scriptura confessionis, vt in l. Imperator 8. ff. de statu hominū.

13 In alijs autem casibus regulariter confessio iudicialis magnam habet auctoritatem, & sic intelliges textum in cap. fin. de cohabitatione clericorum, & in cap. cum olim de verborum significatione, quatenus probant confessionem in iudicio factam notorium inducere, & rei euidenciam, quæ nulla tergiversatione celari potest: habet enim auctoritatem rei iudicatæ, vt in l. post rem iudicatam 56. ff. de re iudicata, vt copiosè tradit Butrius in tractatu de notorio articulo 2. & eodem modo procedit textus in l. cum transegissem, C. de transactionibus, quatenus ait confessionem iudicalem habere auctoritatem instrumenti gaurentigij, & consequenter paratam exequutionem, & quod quamuis in iure nostro negatiua probari nō possit directè, cap. cum Ecclesia futrina de causa possessionis, cap. quoniam contra de probationibus, & copiosè tradit Herculanus vno integro tractatu de negatiua probanda, nihilominus directè per partis confessionem probatur: nam partis confessio est omnibus alijs probationibus maior, l. ampliore §. 1. C. de appellationibus: nam & si post conclusum in causa nullæ sint admittendæ probationes, iuxta celebrem doctrinam text. in cap. cū dilectus de fide instrumentorum, tum partis confessio admittitur, vt in d. l. ampliore 37. §. 1. C. de appellationibus.

14 Sed ille casus est indifficilis, sit ne confessio iudicialis tantæ virtutis, vt impediatur omnino appellationem à sententia lata virtute confessionis: dubitandi ratio deducitur ex text. celebri in l. 2. C. quorū appellationes non recipiuntur, quatenus probat reum de crimine accusatum, & à iudice condemnatum, non aliter ab appellatione excludendum esse, quàm si, & testibus conuictus, & propria confessione confessus fuerit: crimen idem probatur in cap. ei qui 41. §. nullus 2. quæst. 6. quibus iuribus ex diametro aduersantur text. in cap. cum speciali 41. §. porro, & in cap. Romana, §. si autem eodem tit. lib. 6. quatenus expressè probant ad excludendam appellationem partis confessionem iudicalem sufficere, vt indicant illa verba, *vel ipsius confessione*, & illa, *si legitima probatione conuictus, vel spontanea confessione*, & c. quibus concordat Regia lex 16. tit. 23. part. 3. ibi: *O por su conocencia hecha en juyzio, sin violen-*

cia, quorum iurium decisio manifesta nititur ratio: nam appellationis remedium non est inducendum ad defensionem iniquitatis, sed ad innocentiæ præsidium, vt inquit textus in d. cap. cum speciali, §. porro cōfessio etenim inducit notorium, vt supra diximus; at notorium omnem appellationem excludit, vt probat textus in cap. cum sit Romana, §. præterea de appellat. cap. ad ne stram el 3. de iure iurando, quare rectè glossa in d. cap. ei, qui §. nullus in verbo, *notorius*, 2. quæst. 6. Iure optimo reprehendit Gratianum, eòquòd cum in d. §. nullus, transcripsisset etiam legem secundam, C. quorū appellationes superflua, addidit verbum, *notorius*: nam probatio, quæ resultat ex confessione iudiciali inducit notorium, vt supra dictum est.

15 Quare ego in hac quæstione breuissimè constituo (quam copiosè disputant relati à Ducñas regula 157. Romanus sing. 625. Beroius in presenti à num. 29. Cobarruias in practica, cap. 23. à num. 5.) conuictum simul, & confessum appellentem non esse audiendum, neque à iudice, à quo sententia lata est, neque à iudice, ad quem appellauit: quæ doctrina ind. l. in d. eò procedit in omni causa civili, aut criminali, vt communiter asserunt omnes in d. l. 2. C. quorū appellationes, & multis relatis communem dicit Ludouicus Carreius in practica criminali in principio: quare apud supremos iudices praxi receptum est, vt quandoque reum de crimine legitima probatione conuictum torquere soleant, vt sic per criminis confessionem reus verè conuictus sit, eique denegetur appellatio, vt expressè docuit Baldus in d. l. 2. numero 9. C. quorū appellationes, quamuis ego non dubitarem periculosam esse huiusmodi praxim: nam tormentis locus non est, vbi alijs probationibus crimen concludenter probatur iuxta textum in l. Diuus Pius, & in l. edictū, ff. de quæstionibus, & in cap. illi qui 5. quæst. 5. vbi passim adnotarunt iuris vtriusq; interpretes, & copiosè Carreius, & ab eo relati in practica criminali in principio à num. 188. Boerius decisione 163. num. 1. debent enim iudices cautè quæstionibus, & tormentis vti, cum sæpè eueniat propter huiusmodi criminum inuestigationes innocentes condemnari, & plura sanctissimè scripsit Diuus Augustinus lib. 19. de Ciuitate Dei, cap. 6.

16 Secundò, constituo confessum in iudicio quamuis alijs probationibus non sit conuictus, regulariter non admitti ad appellationem, neque in civili, neque in criminali, iuxta textum expressum in d. cap. cum speciali 41. d. §. porro, & in d. cap. Romana, §. si autem, & est communis doctrina omnium interpretum ibidem, quæ tamen ita procedit, vt tradit Cobarruias vbi supra, vt confessus crimen non sit admittendus ad appellationem, nisi expresserit causam, quæ appellationem iustificet, tūc proculdubio sententiæ exequutio suspendi debet: nam quoties à iure prohibita est appellatio, si tamen in appellatione exprimat iusta appellandi causa, admittetur appellatio, iuxta celebrè doctrinam glossæ in d. cap. Romana, §. si autem, verbo,

bo, *mandetur*, de appellat. lib. 6. & prosequitur Decius in cap. consulit el. 1. de appellat. Bartolus in l. a sententia, ff. eodem, Cumanus, conf. 60.

17 Neque his obstat text. in d. l. 2. C. quorum appellationes cum similibus, quibus varie responderi potest ex multorum opinionibus: nam Cobarruias ex sententia Carrerij ait huiusmodi iura esse intelligenda, quoties reus accusatus est de aliquo illorum criminum, de quibus in illis iuribus fit mentio, veluti de adulterio, homicidio, aut maleficio, quæ sententia mihi non probatur, neque verbis illorum iurium arridet: quare Romanus secure affirmat ubi sup. discrimen esse constituendum inter ius civile, & Canonicum: nam iure civili conuictum, & confessum esse necesse est, ut denegetur appellatio, iure vero Canonico sola confessio sufficit, quasi iam hodie dispositio legis 2. C. quorum appellatione sit derogata, ex dict. capite cum speciali, & ex dict. l. 16. part. ibi: *Conuencido por restigos, o por conocencia hecha en juyzio*, & ibidem notat Gregorius Cobarruias in practicis, capite 23. numero 6. Antonius Gomez, tomo variarum, capite 13. numero 26. quæ sententia communis est, quamuis ego magis probo Beronij explanationem dicentem: in presenti, numero 29. solam confessionem sufficere ad excludendam appellationem siue iure civili, siue iure canonico, quoties spontanea fuerit; secus tamen, si aliquo modo coacta, & sic intelligit text. in dict. l. 2. C. quorum appellationes; text. autem in dict. capite cum speciali cum similibus loquitur de spontanea partis confessione, quæ rem notoriam facit, ut supra diximus: quare proculdubio dicendum est partis confessionem metu tormentorum factam non sufficere ad excludendam appellationem, ut est communis opinio Doctorum in l. 1. ff. de questionibus, & notat Cobarruias ubi supra, Farinacius in practi criminali 3. tomo capite 84. a numero 1. Carrerius in praxi tituli de exequendis sententijs, capite numero 73. Sigismundus in tractatu de ordine iudiciorum, lib. 1. cap. 47.

18 His ergo suppositis ratio nostræ conclusionis manifestè deducitur, propter quam clerici confessio in iudicio seculari facta nihil probet, neque propterea aliquo modo condemnandus est in iudicio Ecclesiastico: nam cum clerici, & personæ Ecclesiasticæ exemptæ sint in civilibus, & criminalibus à iurisdictione seculari, ut supra latius diximus in capite 2. huius tituli, sequitur confessionem clerici in iudicio seculari factam, & probationes aduersus eum receptas nullius esse momenti; & consequenter neque ratione illarum clericum ab Episcopo condemnari posse: nam sicut sententia à non iudice lata non tenet, ut in l. 1. C. si à non competente iudice ita similiter confessiones, & probationes coram seculari factas non valere, certum est propter iudicis incapacitatem: quare coram Ecclesiastico nouo processu operari est, ut expressè ait in presenti Baldus.

19 Neque obstat dicere pro maiori hu-

ius rationis explanatione confessionem factam in actu nullo ex defectu processus, aut sententiæ, quamuis iudicium sit omnino nullum, validam esse, & probare, ergo quamuis processus factus contra clericum in iudicio seculari sit nullus ex defectu iurisdictionis: at confessio probat concludenter contra clericum, qui crimen confessus est: antecedens probatur, ex text. in capite Pisanis 19. de restitutione spoliatorum, & tradit Innocentius in capite, qualiter, & quando de accusationibus: nam respondeo verissimum esse confessionem factam in processu nullo probare contra confitentem, quando nullitas provenit propter libelli ineptitudinem, vel lapsam instantiam, vel alia simili causa, & hoc modo procedit text. in d. capite Pisanis de restitutione spoliatorum, in capite 1. & 2. de accusationibus lib. 6. nam ex supra dictis constat confessionem notorium inducere, in notarijs verò ordo iudicialis non est necessarius, sed solum tela iudicij, cap. quoniam de filijs presbyterorum: ita in proposito copiosè nota. Batus de nullitatibus, tit. quibus modis sententia nulla reparari potest, num. 126. idque apertè probatur in d. cap. 1. & 2. de accusationibus, lib. 6. latissimè Tiraquellus de utroque retractu in principio, num. 5. & in tractatu de iure constituti 3. part. limitatione 7. a num. 19. verum hæc regula non procedit ex concordia sententia Doctorum, nisi quando confessio facta est in actu, seu processu, nullo tamen coram iudice competenti, aliàs nec valet, nec probat, ut aduertit Iason in l. si ita stipulatus, §. Chryzognus ff. de verborum, num. 47. Baldus in l. si confessus, ff. de custodia reorum, & sequuntur Imola, Paulus, & Alex. in d. §. Chryzognus: in casu ergo nostro confessio clerici facta in iudicio seculari non solum est facta in processu nullo propter iuris ordinem omissum, sed propter incapacitatem iudicis, qui negotia Ecclesiastica ullo modo tractare prohibitus est, & idè nihil probat, nec inducit notorium; quoniam nec tela iudicij considerari potest, videlicet iudex, qui persona substantialis est iudicij, ut in cap. forus de verborum significatione: non enim huiusmodi confessio facta est coram iudice incompetenti solum, sed etiam incapaci: confessio enim facta coram incompetenti saltim facit indicium ad torturam non minus, quam extrajudicialis, ut infra dicemus in solutione ad 2. argum. text. in l. capite quinto, ff. ad legem Iuliam de adulterijs, & in text. nostro notant Abbas, & Felinus, Baldus in l. omnes, C. de appella. Angelus in l. magistratibus ff. de iurisdictione omnium iudicum, quavis hoc inter Doctores controversum sit, & nos dicemus infra.

20 Nec obstat etiã dicere clericum coram iudice seculari crimen confitentem, aut conuictum illius se iurisdictioni subijcere, ut in l. 1. & 2. ff. de iudicij, clericus tamè, qui se iurisdictioni iudicis secularis subijcit; ab Episcopo puniendus est, c. placuit, c. inolita 11. q. 1. c. si diligenti de foro competenti; ergo dicendum videtur clericum coram laico confessum ab Episcopo puniendum esse: nam respondeo, quod quoties clericus voluntariè coram iudice seculari litigat, & ab

& ab eò se iudicare patitur, tunc pœnis statutis in d. cap. si diligenti plectendus est, quando verò inuitus ad iudicium trahitur, v. g. quia deprehensus est in delicto, tunc nullo modo puniendus est propter confessionem non spontaneam.

20 Quare ex dictis magis comprobatur nostræ conclusionis decidendi ratio; nam inter alias qualitates, quæ necessario desiderantur ad hoc, ut confessio efficaciter probet, & præiudicet: prima est, quod confessio sit omnino spontanea, aliàs non condemnat confitentem veluti illa, quæ facta est in tormentis, quæ & si semiplenam faciat probationem, non tamen plene præiudicat, ut ex multis tradit Mascardus de probationibus, tomo 1. conclusionem 355. per totam: quæ doctrina procedit, quando confessio facta est in tormentis præcedentibus iudicij; nam si nulla præcesserint iudicia, & nihilominus reus à iudice torquatur, confessio facta erit omnino nulla, ut respondet Marsilius, confilio 29. num. 28. ex glossa celebri in l. penultima, ff. de questionibus copiosè Herculanius de negatiua probanda, num. 198. verso, quinto fallit, Tiraquellus de retractu conuentionali, §. 1. verbo, in limitè contractus, glossa 5. num. 21. & similiter procedit hæc doctrina, si iudex minatus sit eum torqueri: nam ex tali metu non censetur spontanea confessio non minus ac si in tormentis facta, ut resoluit Marsilius ubi supra, Baldus in l. interpositas, C. de transactionibus in fine, ubi omnes, Alexand. in l. 1. §. Diuus, ff. de questionibus, per text. in d. l. 2. C. quorum appellationes, ibi: *Aut tormentorum formidè*, & in l. item apud Labeonem, §. adijcitur, ibi: *Vellens territi*, l. idem est, §. si armati, C. ad legem Corneliã de falsarijs, l. 1. §. Diuus, ff. eodem titulo, in eum, C. quod metus causa.

21 Cum ergo huiusmodi confessio facta in tormentis spontanea non sit, non est plena probatio, l. 1. §. idem Cornelio, & §. Diuus Seberus, & §. questionibus, ff. de questionibus, ubi rectè probat Ulpianus non esse fidei tormentis adhibendam: plerique enim patienter tormenta subeunt, ut veritatem occultent, & plerique potius mentiri, quam tormenta pati volunt, ut eleganter diserit Quintilianus, lib. 5. institution. oratoricæ, in principio & Cicero lib. 2. de inuentione, & lib. 2. ad Herennium, Anton. Augustinus, lib. 4. emendationum, cap. 8. & probatur etiam in cap. 1. 2. quæst. 1. in l. 3. & 4. tit. 30. part. 7. pluraque tradiderunt præter ordinarios, in d. l. 1. ff. de questionibus. Arnaldus Albertinus de agnoscendis assertionibus, quæst. 25. Medicis de casibus fortuitis, quæst. 8. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 13. Antonius Gomez tomo 3. variarum, cap. 13. a num. 23. Mascardus ubi supra; quare necesse est, ut confessio facta in tormentis probet, quod reus extra questionem interuallo interrogatus de eodem crimine perseueret in confessione facta, & quod verissimiliter cessauerit dolor questionis, videlicet interuallum unius diei, v. g. 24. horas iuxta, d. l. partitæ.

22 Secundo, desideratur necessario, quod confessio fiat coram proprio iudice competenti, aliàs

nec probat, nec præiudicat confitenti, ut supra diximus, num. 17. quare duplici ex causa confirmatur supra dicta decidendi ratio. Primò; nam idè in specie nostri text. confessio clerici facta in iudicio seculari non valet efficaciter: quia non est spontanea, sed coacta, ut rectè sentit glossa nostra in presenti ab interpretibus communiter recepta: nam si fuisset voluntaria confessio, clericus puniendus esset ab Episcopo, quasi delinquens, ut in d. cap. inolita, d. cap. placuit 11. quæst. 1. cum adductis, supra num. 18. Secundò, valere non potuit talis confessio, ex eò quod facta fuerit coram iudice incapaci, & consequenter eius valori resistet absque dubio lex Pontificia, quando ergo lex resistit actui, ex eò nullus sequitur effectus, l. qui contra 12. & in l. cum lex 47. ff. de fideiussoribus; & est vulgatum iuris axioma, ex text. in l. non dubium, C. de legibus, & ego expendo, text. in l. si minor, 4. ff. de seruis exportandis, quæ loquitur de lege Ælia Sentia, *Lex quippè eorum consilio resistit*; cuius legis mentionem fecit Iuriscultus in l. 1. cum sequentibus, ff. de manumissis vindicta; quæ cautum erat minorem viginti annis seruum manumittere non posse; est ergo lex resistens manumissioni.

23 Et fortius in proposito procedit hæc regula iuxta mentem Marcelli in d. l. si minor: quatenus ait manumissionem factam à minore 20. annis nullam esse, etiam si conferatur in tempus habile, v. g. quando minor vigintiimum annum impleuerit, & dubitatio inde oritur, nam in iure nostro, idè est aliquid fieri tempore habili, vel fieri tempore inhabili, si effectus, & executio in tempus habile conferatur, l. in tempus 62. ff. de hæredibus instituendis, l. si quis locupletis 57. ff. de manumissis testamento, l. infusa, C. ad legem Flabiam de flagitijs, eius text. occasione Patormitanus in cap. de vxore de sepulturis, existimat electionem sepulture factam à Monacho, vel seruo non valere, quamuis contrarium dicant Ioann. Andrea, & Hostiensis ibidem; nam executio electionis confertur in tempus habile, videlicet, in illud tempus, quo seruus, vel Monachus sunt extra potestatem superioris, vel Domini, eadem tamen ratione contrarium asserit Abbas: nam prædictæ electioni ius ipsum canonicum resistit, & quado actui resistit ius; nullo tempore potest actus valere; iuxta celebrè text. in d. l. si minor, ff. de seruis exportandis; quare in proposito confessio facta à clerico in iudicio seculari numquam potest valere, etiam si facta sit, ut deferatur in iudicio Ecclesiastico; quare cum tali confessioni lex resistat, à principio nullo modo potest valere, neque in ea ratione huius resistentiæ potest habere locum clausula codicillaris, ita Buttrius in presenti num. 28. Abbas, num. 14. Imola 7. Decius 105. Beronius 38.

24 Neque his omnibus obstat debet text. in cap. multi, §. nos verò 2. quæst. 1. in illis verbis, *aut in aliquo sine seculari, siue Ecclesiastico iudicio*, & quæ significare videntur iudicem Ecclesiasticum posse punire confessum, vel conuictum, siue

in iudicio Ecclesiastico, siue in seculari: nam respondetur facile illorum verborum sensum esse debere, vt singula singulis referantur, videlicet, laicum conuictum coram seculari esse à communione repellendum; clericum verò coram Ecclesiastico conuictum ab Ecclesiastico etiam esse puniendum, neque obstat dicere, ergo secularis à seculari conuictus poterit à communione repelli, quod propriè spectat ad iudicium Ecclesiæ, cap. 1. de sententia excommunicationis, lib. 6. nam respondeo laicum de crimine coram seculari conuictum, si in crimine perseuerauerit ratione contumaciæ excommunicari posse, & consequenter à communione hominum, & Sacramentorum repelli, cap. sacro de sententia excommunicationis, & notat glossa in cap. ad mensam 11. quæst. 1. in verbo, *sententia*.

25 Denique illud obstat argumentum: nam negare non possumus, quin ex confessione facta in iudicio seculari grauata sit opinio clerici, ergo propter huiusmodi infamiæ notam puniendus est, vt probat text. in cap. qualiter, & quando el. 2. de accusationibus: fama enim in existimatione populi consistit, scriptum est cap. 22. prouerbiorum. *Melius est bonum nomen, quam multa diuitia, & Ecclesiastici, cap. 41. curam habe de bono nomine, magis perpetuum est, quam mille thesauri pretiosi, & vt inquit Cicero, lib. 1. de officijs, negligere aliquem, vt quisquis sentiat de se, quod voluerit non esse hominis arrogantis solum, sed omnino dissoluti, & plura tradit Augustinus relatus in cap. si mala fama, 2. quæst. 4. vel 2. quæst. 5. & copiosè Nauarro in cap. inter verba 11. quæst. 3. conclusione 4. num. 15. & in manuali, cap. 16. num. 43.*

26 Tota ergo dubitatio est, an propter huiusmodi infamiæ ortam ex confessione clerici sit imponenda ab Ecclesiastico purgatio canonica, quæ imponi solet, quoties aliquis laborat infamia, & non est accusator, neque legitima probatio criminis; text. celebris in cap. presbyter si à plebe, cap. si legitimi, cap. omnibus 2. quæst. 4. cap. infinuatum de simonia, cap. cum in iuuentute; & per totum de purgatione canonica, vbi omnes Simancas in catholicis institutionibus, titulo 55. Ianquinus de hæreticis, cap. 9. num. 5. Bermondus de publicis concubinarijs, §. in concilijs, in qua purgatione necesse est, quòd veniant purgatores eiusdem ordinarij, & dignitatis cum purgando purgatur: itaque infamatus iurando coram Episcopo propriam innocentiam respectu criminis, de quo infamatus est, & saltim purgatores iurant se ita verum esse credere, & hoc modo legimus sæpè purgatos fuisse ex charitate sanctos patres antiquos ad sedanda populi scandala, & firmanda fidelium corda, vt de Summo Pontifice Leone III. coram Carolo Magno, de Gregorio VII. coram Enrico III. de Sixto III. coram Valentino. Copiosè retulit Albertus Pichius, lib. 6. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 12. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 55. num. 5.

27 Quare in proposita quæstione, quæ vltro, citroque cõtrouersa est ab interpretibus nostris, dicendum puto, quòd quoties infamia clerici orta est ab inimicis, vel infamibus personis, nõ est sufficiens ad imponendam purgationem canonicam, nisi aliàs esset graue populi scandalum, & vehemens suspicio contra infamatum, si verò esset orta ab honestis, & grauibus personis haberet locum prædicta purgatio, & sic procedit text. in d. cap. qualiter, & quando, & ibi glossa verbo, *à maleuoli* de accusationibus, quare in specie nostri text. dicendum puto imponendam esse purgationem canonicam clericis propter infamiæ ortam ex eorum confessione facta in iudicio seculari, quoties graue scandalum esset in populo, sicque explicanda est glossa nostre sententia docentis ex tali confessione purgationem canonicam esse clerico imponendam, non ratione confessionis factæ in iudicio incapaci, sed ratione scandali, & suspicionis.

28 Quibus suppositis non obstant argumenta supra in principio adducta non primum, fateamur enim confessum in iure pro condemnato haberi, & confessionem esse efficacissimam probationem ex d. l. certum cum alijs in argumento adductis, ff. de confessis, l. cuiusque 4. & item qui confessum, ff. ad l. Iuliam maiestatis, adeò vt Bartolus & ab existiment in d. §. item qui confessum per illum text. eripientem à carcere delinquentem qui crimen confessus est læsæ maiestatis reum esse: nam confessus ipse condemnatus cõsetur; quòd ita receptum testantur Cobarruias in practicijs cap. 23. num. 5. decisio Pedemontana 134. Rolandus consilio 70. lib. 1. Bosius in praxi, tit. de confessis, & conuictis, quamuis text. ille loquitur in eocasu, quando à carcere eripitur de crimine læsæ maiestatis accusatus, & confessus, quæ omnia non obstant: nam obtinent in confessione facta coram iudice habente iurisdictionem: at concl. nostri text. procedit in confessione facta coram incapaci, & idèò nullam esse, vt supra diximus.

29 Neque obstat 2. ex d. l. iubemus, C. de liberali causa, quæ probare videtur confessionem etiam coram alieno iudice factam validam esse, ita vt ratione confessionis iurisdictionis defectus purgatur, quasi confessus videatur exceptioni iurisdictionis renunciaisse, & sic intelligendum esse text. illi aiunt Purpuratus in l. is apud quem, num. 63. C. de edendo, Zephalus cons. 100. num. 17. lib. 1. Bosius in praxi, tit. de confessis, num. 52. hæc vero consideratio non aduersatur decisioni nostri text. nam fatemur libenter spontaneam partis confessionem defectum iurisdictionis purgare posse iuxta text. in d. l. iubemus, & procedit quando confessio fit coram illo iudice, cuius iurdictio potest partis voluntate prorogari, iuxta regulam text. in l. 1. & 2. ff. de iudicijs, & in l. si conuenerit, ff. de iurisdictione omnium iudicum, veluti apparet in iudice incompetenti, cuius iurdictio facilè prorogatur, vt in presenti, ex d. l. iubemus: resoluit Beronius num. 38. Decius 3. Burgos num. 119. Marfilus num. 260. & relati à Surdo, cons. 28. num. 51. volumi-

volumine 1. Decianus in praxi, lib. 4. cap. 23. num. 15. at hæc regula non potest procedere in text. nostro, vbi confessio non fuit facta coram incapaci iudice, sed coram incapaci: quare defectus iurisdictionis ex dicta confessione omnino nulla purgari nõ potest, sicut nec potest spontè à clerico prorogari iurdictio secularis ratione incapacitatis.

30 Sed lögè maior oritur dubitatio: nam sequeretur ex supradictis in causis criminalibus prorogatione alieni iudicis habere locum, quod est valde difficile: nam iure perspicuum est delinquentem esse improprio foro puniendum, & accusandum, l. in criminali, C. de iurisdictione omnium iudicum, c. 1. c. postulasti, c. cum nõ cõtingat de foro cõpetenti, & est ratio: nam delicto offenditur magistratus, & res publica, quibus criminis punitione satisfaciendum est, l. si quis ad se fundum, C. ad l. Iuliam de vi, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquiliam, quæ omnia cessarent, si delinquens alterius iurisdictionem prorogare potuisset: quare in criminalibus prorogationem non esse admittendam, iuxta text. in d. l. si conuenerit, agnoui glossa 1. in cap. si diligenti de foro cõpetenti, & relati à Maranta de ordine iudiciorum 4. p. 6. distinct. num. 38.

31 Sed contraria sententia, videlicet, prorogationem, & regulam, d. l. si conuenerit etiam habere locum in criminalibus causis, & verior, & praxi receptior est, ex glossa in d. l. 1. ff. de iudicijs, & ibi, Castrèsis, n. 20. & relati à decis. Pedemontana 90. num. 6. quæ doctrina iure Regio receptior est, & iure ciuili verissima: nam sicut ratione delicti iudex incompetens efficitur competens, l. 1. C. vbi de criminibus, l. nullum, C. de testibus, cap. fin. de foro cõpetenti, sic etiam, & prorogatione tollitur incompetentia: at vero iure pontificio securè dicendum est clericum non posse prorogare iurisdictionem iudicis secularis, ita vt in ciuili caderet à causa; in criminali verò deponeretur, ex d. c. si diligenti de foro cõpetenti; imò si alterius prælati iurisdictionem prorogaret, prorogatio non esset valida, ipseque pro arbitrio Episcopi puniendus esset: nam iurdictio Ecclesiastica, vt iã diximus, supra in cap. 2. hoc tit. non ipsis clericis concessa fuit, sed Petro, & Apostolis priuatiuè, quare pacto priuatorum tolli non potest, absque proprii prælati cõsensu, c. 1. c. significasti de foro cõpetenti; quare clericus coram seculari crimine cõfessus virtute confessionis de crimine puniendus nõ est ex iã dictis: si verò crimine spontè cõfiteatur, in illo iudicio puniri poterit ab Episcopo, qui iurisdictioni seculari cõsensisset, vt notat in presenti, Beronius, num. 128.

32 Neque his omnibus obstat text. in arg. adductus in c. 2. de exceptionibus, lib. 6. vbi ait Pontifex facta coram iudice seculari habere autoritatem rei iudicæ coram Ecclesiastico, & reprehendit, tam Ecclesiasticos, quam seculares iudices aliorum sententiarum fidem non adhibente: nam text. iste loquitur, quando sententia lata est à iudice seculari in casu à iure præmissio: tunc enim si illa sententia coram Ecclesiastico allegaretur, admittenda esset, & nullo modo repelli posset: at verò text. noster loquitur, quã

do secularis cognoscit in casu vetito, & prohibito, quod cum nullum sit, non potest effectum producere.

33 Neque obstat vltima argumenti difficultas, quæ probat confessionem clericis factam in iudicio seculari valere saltim in vim extrajudicialis confessionis, & consequenter virtute dictæ confessionis esset clericum à prælato aliquo modo puniendum, pro cuius intelligentia sciendum est extrajudicialem confessionem parte præsentate factam plenam facere probationem, vt colligunt Doctores, ex text. in l. Publica Mensa, §. fin. ff. de positi, l. cum de indebito, §. fin. ff. de probationibus, l. generaliter, C. de non numerata, & docet Baldus in l. 1. nu. 4. C. ne ex delictis defunctorum, Socinus, cõs. 228. num. 9. volum. 2. qui ex presse ait actorem liberari ab onere probandi per solam confessionem extrajudicialem aduersæ partis eo præsentate factam, & copiosè Dueñas, reg. 119. & plures retulit Mascardus de probatio. tomo 1. conclusione 347. à numero 1. parte ergo præsentate dicitur facta confessio, quando nuncius, vel negociorum gestor pro absente confessionem partis acceptat, vt cõfessio respondet, Aymon Craueta, consil. 272. num. 16. nam per negociorum gestorem domino acquiritur ratum habent: nam ipse gestor tenetur actiones cedere, l. huiusmodi in principio, ff. de legat. 1. Quæ doctrina tam in ciuilibus, quam in criminalibus procedere, respondet Decius in confessione facta præsentate parte, consilio 146. num. 3. Abbas, numero 16. & in ciuilibus communis est opinio; in criminalibus verò nonnulli negant: at verò parte absente, neque etiam in ciuilibus probat, vt in l. certum, §. si quis absente, ff. de confessis, l. fin. & ibi glossa, ff. de interrogatorijs actionibus, quam communem dicit Herculanus de negatiua probanda, num. 198. verso 46. fallit, & plura tradit Mascardus de probatio. vbi supra conclusione 347. à numero 1. quæ omnia procedere debent in confessione facta parte præsentate, & acceptante, vt rectè aduertit Salicetus in l. vnica opposit. 15. C. de confessis, & in l. iuuenimus, C. de liberali causa, in l. generaliter in 6. q. C. de non numerata, Bald. inauth. quod obtinet, C. de probat. & innumerati relati à Masc. vbi supra, n. 11.

34 Secundo, sciendum est confessionem extrajudicialem in criminalibus nõ sufficere ad cõdemnationem, vt in l. Diuus la 2. in principio, ff. de custodia reorum, c. de hoc, & ibi glossa verbo, *in iure*, de simonia, facit tamen sufficiens iudicium ad torturam, gloss. fin. in l. cap. 5. ff. ad l. Iuliam de adult. vt copiosè notat Antonius Gomecius, 3. tom. variar. c. 13. Anton. Gabriel, lib. 1. cõmunium, tit. de confessis, conclus. 1. 2. & 3. Menochius de arbitrarijs, casu 33. Pedemontana decisio 79. & 138. etiam quando dicta extrajudicialis facta est, coram alieno iudice, vt resoluit Imola in præsentate, numero 7. Menchaca, lib. 3. de successione creation. 3. 23. num. 32. & relati à Iulio Claro, lib. 5. sententiarum, §. fin. quæst. 21. num. 32.

35 Quare multi existimant confessionem clericis factam in iudicio seculari ex d. l. Diuus: sufficere ad torturam eiusdem clericis in iudicio Ecclesiastico.

clericali, & ita explicandam esse nostri text. regulam defendunt in presenti, Imola num. 7. Decius, numero 17. relati à Bosio in praxi, titulo de confessis numero 56. Clarus, dict. quæst. 21. num. 32. Sed falluntur proculdubio; nam clerici confessio, neque in vim extrajudicialis valet ad condemnationem, neque ad torturam: nam cum nulla sit iure resistente, nullum etiam potest habere effectum, vt supra diximus, numero 21. & 22. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, l. si pater, & ibi glossa, C. ne de statu defunctorum, & c. ergo non potest esse ad torturam sufficiens: nam aliàs iuris resistetia, nihil operaretur, & idè text. noster ait propter tales confessiones clericos non esse aliquatenus condemnandos, quòd fortius deducitur ex integra, & originali huius text. 2. tomo conciliorum inter epistolas Alexandri III. capite 4. de punitione clericorum, vbi legitur *non sunt aliqua sententia condemnandi*, & sic, nec definitiua, quæ respicit condemnationem ratione criminis, nec interlocutoria, qualis est, *la que dezimos sententia de tormento*, l. 2. ff. de appellationibus recipiendis, l. 1. §. cum quis, ff. de quæstionibus; imò potius quodammodo habet vim sententiæ definitiua; cum contineat damnum irreparabile per definitiuam; hanc partem tuentur in presenti, Felinus, numero 5. Butrius, & Abbas numero 14. Beroius numero 124. Burgensis, num. 43. & ita praxi seruandum puto.

36 Neque obstabit dicere extrajudicialem confessionem esse illam, quæ facta est, vel extra iudicium, vel coram iudice non competente, ergo clerici confessio facta coram seculari censetur extrajudicialis: nam respondeo. Primò, quòd sola clerici confessio extrajudicialis ad torturam non sufficit, nisi fama sit, cap. 1. de deposito. ibi: *Induimus*, & ibidem, glossa verbo, *quæstionibus*, estque communis opinio, vt tradit Bernardus Diaz, regula 125. Simancas in Catholicis institutio. titulo 62. numero 27. Padilla in l. 1. numero 4. C. de iuris, & facti ignorantia; tum etiam, nam quamuis fama præcessisset, non obtinet ea regula in specie text. nostri, nam diuersa est consideratio confessionis extrajudicialis, & huius; nam illa omni iure probata, & recepta est in utilitatem reipublicæ, ne aliàs delicta maneant impunita, quod etiam, & ipsæ Ecclesiæ interèst: animaduertere enim debet in clericos facinorosos, dict. capite quàm sit graue de excessibus prælatorum: at verò iudicialis ista confessio facta in iudicio seculari Ecclesiæ authoritati resistit, & hac ratione nullo modo ferenda est.

37 Et sic non obstat text. in dict. capite quàm sit graue, vbi probatur confessionem extrajudicialem sufficere ad clerici depositionem: nam omisissis varijs solutionibus dicendum est in illa specie clericum depositum esse ab Innocentio III. propter iactantiam, quod graue crimen est attentio magno iactationis per iudicio, de quo loquitur textu ille, quod procedit in confessione iactationis, propter quam est pro-

culdubio clericus puniendus, non vero procedit in confessione, de qua loquitur text. noster propter iuris resistantiam, quæ omnes effectus eiusdem confessionis tollit, & sic soluitur argumentum & finitur principium huius textus.

Ad eundem textum in versiculo, si vero.

38 **C**olligunt ex hoc versiculo interpretes, quòd Episcopus clericum in proprio iudicio conuictum, vel confessum secundum criminis naturam, aut deponere debet, aut suspendere, dicendi ratio deducitur ex manifeste Reipublicæ utilitate, quæ exigit delictorum punitionem laici vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, cap. vt famæ 35. de sententia excommunicationis.

39 Quando vero sint deponendi, & quando suspendendi, latè disputant ordinarij omnes. Pro cuius explicatione, primò sciendum est ex Abbate in presenti num. 7. diuersam esse depositionem & suspensionem: depositio est à ministerio altaris perpetua remotio, suspensio vero est remotio ad tempus, de quibus plura tradidit Hostiensis in summa de pœnis §. *quot sint species*, varias ergo refert pœnarum species à iure canonico statutas text. in cap. ad reprimendam de officio ordinarij, inter quas sola depositio, & suspensio pertinet ad nostri text. decisionem: suspensio ergo variè fieri solet in iure nostro: nam quandoque fit à communionem fratrum simpliciter cap. si quis autem 18. distinctione: quandoque fit à fratribus alterius Ecclesiæ, cap. placuit 18. distinctione, c. fin. 58. distinctione: quandoque fit à communionem Eucharistiæ, donec peniteat suspensus, cap. Osius de electione cap. 1. in fine de his, quæ fiunt à maiori parte capituli: aliquando fit ab ablatione altaris cap. miror 27. quæst. 4. vel ab officio sacerdotali, vt in cap. sanè el segundo de officio delegati cap. 2. eodem titulo lib. 6. & plura alia retulit glossa magna in clementina cupientes, de pœnis, verbo suspensi.

40 Secundò sciendum est clericorum delicta regulariter ad tres species reduci solere, aut sunt leuia, aut graua, aut atrocia: leuia dicuntur regulariter, quæ proprium nomen non habent, veluti iurgia incontinentia, quorum solet esse penitentia elemosyna, multa, exilium, reclusio vltimè que ad suspensionem: graua dicuntur crimina, quorum est pœna verbalis depositio, quæ nunquam nisi pro magno crimine sunt imponenda, cap. inuentum 16. quæst. 7. cap. fin. de temporibus ordinandorum & in presenti in §. de adulterijs & est communis in presenti ex relatis à Bernardo in praxi cap. 40. Cobarruias lib. 2. variarum c. 20. num. 7. Julio Claro in praxi quæst. 74. num. 2. Atrocia vero dicuntur ex supradictis

grauissima crimina, quæ actalem depositionem merentur, vt in capite ad falsariorum de crimine falsi.

41 Dubitant ergo nostri Doctores, quæ crimina sint depositione digna, & communiter obtinuit id arbitrio iudicis esse relinquendum, vt tradit Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 4. casu 332. num. 3. De depositione verò illud certum est non esse, nisi pro magnis criminibus imponenda; magna autem reputantur in cap. cum non ab homine infra isto tit. furtum, homicidium, periuriu, & an ad similia crimina extendi debeat hæc pœna, quæri solet, & mouet dubitationem: nam cum depositio priuatio sit proprii iuris non est extendenda extra casus à lege expressos, argumento textus in l. si quis 14. §. Diuus ff. de religiosis authentic. de non eligendo secundo nubentes, c. fin autem, collect. 1. ibi: *Nec qualibet est lex aliquid tale dicens*, & notat Tiraquellus in l. si vnquam, verbo, *reuertatur*, num. 132. C. de reuocandis decisio Pedamontana 77. num. 1.

42 Sed multò verius est depositionem, etiam admitti in similibus criminibus ex iudicis arbitrio ex relatis à Menochio de arbitrarijs, centuria 3. casu 266. quod eo exemplo probatur: nam in principio nascentis Ecclesiæ ob simplicem fornicationem clericus deponeretur; eo namque tempore talis Ecclesiastica disciplina seruabatur seueritas, & ita est intelligendus text. in cap. Sacerdotes 50. dist. 1. cap. presbyter 81. dist. quod hodie nullo modo obseruatur, nisi præcesserit trina monitio, iuxta formam text. in cap. clericos, cap. sicut de cohabitatione clericorum, vel si ex simplici fornicatione magnum scandalum esset ortum in reipublica, vt latius dicemus in §. sequenti; tum etiam nam lex canonica statuit pœnam depositionis esse imponendam pro graui culpa generaliter, vt in d. cap. inuentum, ibi: *Gravi culpa*, cap. tuæ de pœnis, ibi: *In atrocibus, vel alijs magnis sceleribus*; quare exempla alibi relata non arctant regulam, indeque succedit superior doctrina, quòd iudicis arbitrio relinquitur, quæ sint magna crimina vel, non num. 41.

43 Sed illud videtur difficile circa huius versificationem: nam in eo æquiparantur confessus, & conuictus: at multò mitius agendum est cum confesso, quàm cum conuicto, cap. presbyteros, 50. dist. cap. in primis, verbo, *si autem Episcopi*, 2. quæst. 1. cap. instruit de electione, & est communis opinio ex Beroio in presenti num. 88. Burgensis 25. & relati à Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 55. num. 6. sed facile respondetur, prædictam iuris regulam procedere, quando confessus spontè, & liberaliter confessus est crimen, non vero quando confessus est timore probationis: nam tunc non agitur mitius cum confesso, quàm cum conuicto, teste glossa in cap. de hoc de simonia, verbo, *in iure*, & relati à Tiraquello de pœnis temperatis causa 30. num. 9. sed quoniam multis videtur difficile distinguere confessionem liberalem ab illa, quæ facta est metu probationis, dicendum ar-

bitror confessum, & conuictum pari pœna puniendos esse, vt probat text. noster, & in cap. nos in quæquam 2. quæst. 1. quod euidenter probatur: nam confessus pro condemnato habetur adè, vt nullæ sint partes iudicis, d. l. certum, ff. de confessis, d. l. si confessus, ff. de custodia reorum, d. l. vnica, C. de confessis, ergo confessus pœna ordinaria legis puniendus est, & consequenter non agitur cum eo mitius, quàm cum conuicto, neque obstat text. in d. cap. presbyteros cum alijs: nam iura illa non loquuntur in pœna, sed in pœnitentia, & dispensatione, quæ facilius conceditur liberaliter confitenti, quàm conuicto.

Ad eundem textum in §. de adulterijs.

44 **C**onclusio est in adulterio, vel alijs minoribus criminibus, potest Episcopus dispensare cum clericis depositis, vel suspensis post peractam pœnitentiam, non tamen poterit clericum depositum indifferenter curiæ seculari tradere.

45 Sed contra primò facit dubitationem contra primam partem, quatenus probat adulterium esse de criminibus minoribus: nam adulterium connumeratur inter grauiora crimina, cap. cum non ab homine infra isto tit. cap. quod in omnibus 32. quæst. 7. l. codicillis, §. matre, ff. de legatis 2. l. fin. §. 1. ff. de publicanis, & vestig. cap. fin. de purgatione canonica, & vt eleganter aduertit Franciscus Sotius in demonstratione catholicis tractatu 7. cap. 1. in decalogo, videtur enim exodi, cap. 20. scriptu est *non mæchaberis*, legitur in Euangelio Mathæi, c. 19. *non adulterabis*, non enim adulteriū sola lege prohibetur, sed etiā prohibetur Euangelio: hæc enim voces, *mæchus, mæchia, mæchari*, apud Grecos adulterium significant, quòd adè graue crimen est; vt non delictum appellari debere existimauit Thobias ad filium loquens, cap. 4. quasi grauitas adulterij non satis delicti nomine significaretur, & idè inquit, *non est delictum, crimen est, & enorme scelus, per quod ordo natura primitus instituta violatur; Deus enim à principio vnum vni coniunxit, turbatur etiam lex Evangelica: nam Dominus in Euangelio matrimonium ad pristinam reduxit naturam*: is enim, qui adulteratur, alienæ vxori adhæret, & consequenter ipsam à proprio viro separat, & aduersatur Domino dicenti à Deo coniunctos à nemine separandos: nam vt inquit Apostolus 1. Ad Corinthios, cap. 6. *An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, vnum corpus efficitur*? Tum etiam Sacramento fit iniuria: nam adulter, quod in se est, tollit Sacramenti sanctitatem, & significationem, tum & magna fit iniuria coniugi, nam, & clam, & furtiue rumpitur fides illi tradita; præcipue nam ex coniugibus vnus habet alterius potestatem, & non ipse sui ipsius: is enim, qui adulteratur

alienum tradit non suum, vt i. ad Corinthos, cap. 7. scriptum est, quæ multò grauior est iniuria, quàm furtum alteri coniugi factum, ergo non rectè in præsentia adulterium inter minora crimina connumeratur.

46 Secundò facit dubitationem contra illam nostritext. partem, quæ probat Episcopum peracta pœnitentia cum clericis posse dispensare: nam Episcopus dicta depositionis sententia functus est officio suo, vt probat text. noster, ergo nec peracta pœnitentia poterit dispensare, quod solo Principi, & Pontifici Maximo concessum est; l. 1. §. fin. ff. de quæstion. l. 2. §. fin. ff. si libertus ingenuus esse dicatur, præcipuè si consideremus, quòd postquam à iudice lata est de crimine sententia reipublicæ ius acquiritur, l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam: ea autem, quæ pertinent ad reipublicam solus Princeps potest remittere, l. Diui fratres, ff. de pœnis, l. fin. ff. ad municipalem, ergo dispensatio huius rei ad solum Pontificem pertinet, non ad Episcopum.

47 Et confirmatur; nam si Episcopus dispensat non est necesse, quòd dispense post peractam pœnitentiam, sed sufficit inceptam esse, vt in cap. de his el 2. §. o. distinctione, cap. fin. de furtis, cap. ex tenore de filijs presbyterorum. Secundò confirmatur, nam non rectè in presenti hæc dispensatio solo Episcopo conceditur: nam præter consensum Episcopi capituli autoritas desideratur, cap. fin. 1. quæst. 5.

48 Tertio, facit dubitationem, nam Episcopus cum clericis peracta pœnitentia etiam dispensat in criminibus maioribus, vt in hæresi, homicidio, & simonia, cap. de his, cap. presbyteros §. o. distinctione, cap. de regularibus de simonia, quæ quidem maiora sunt crimina adulterio, cap. vergentis de hæreticis, cap. statutum eodem tit. lib. 6. cap. sicut el 1. cap. tanta est de simonia, ergo non rectè ait text. noster, quòd Episcopus solum in criminibus minoribus possit dispensare.

49 Quarto, & vltimò facit dubitationem, contra vltimam nostritext. partem, quatenus probat clericum depositum non esse indifferenter curiæ sæculari tradendum: nam priuilegium fori competit clericis propter ordines, cap. si diligenti de foro competenti, cap. placuit, cap. inolita 1. quæst. 1. at depositio est remotio ab ordine, & ministerio altaris, ergo Episcopus indifferenter potest clericum depositum curiæ sæculari tradere, & confirmatur; nam iudex, si id exigat delicti atrocitas, potest penam iuris augere, l. quid ergo, §. pena grauior, ff. de his, qui notantur infamia, l. & si seuerior, C. ex quibus causis infamia irrogetur, l. 2. C. de sportulis, ergo Episcopus clericum criminofum poterit duplici pœna punire, vt in cap. placuit 1. 6. quæst. 1. cap. ad falsariorum de crimine falsi, ergo falsa est nostritextus conclusio.

50 Sed his non obstantibus verissima est supradicta conclusio, pro cuius explicatione. Primò sciendum est erroneam esse Stoicorum opinionem, asserentium omnia crimina esse paria, quod est, &

contra fidem Catholicam, vt temerariè sequutus Stoicos conatus est defendere Iouinianus: est text. celebris in cap. homo Christianus 40. distinctione, cap. consideretur de pœnitentia, distinctione 5. & in Tridentino sessione 14. cap. 5. & 7. & plura tradit Castro, lib. 1. 2. aduersus hæreses, verbo peccatum hæresi 1. 2. Cobarruias in Clementina si furiosus de homicidio, 2. part. in principio, numero 6. Medina, 2. 2. quæst. 73. articulo 1. cum sequentibus, Fortunius de vltimo fine, num. 147. cõstat enim ex illo Ioann. cap. 6. peccata omnia non esse inter se omnino paria, sed vnum altero maius esse, ait enim, ibi, Dominus ad Pilatum, *qui tradidit tibi maius peccatum habet*, ergo cum Pilatus peccatum habuisset, vnum peccatum maius est altero: in hoc enim decepti sunt Stoici, vt inquit Diuus Thomas 12. quæst. 73. articulo 2. quod illi considerabant peccatum præcisè ex parte priuationis, quatenus, scilicet, significat recessum à ratione, & idè dicebant omnia peccata paria esse: quoniam priuatio non recipit magis, & minus, sed falluntur manifestè; nam duplex est priuationis genus, quædam enim est priuatio pura, & simplex, sicut motus est priuatio vitæ, & hæc non recipit magis, & minus: nam omnes mortui, siue prima die mortis, siue post longum tempus æqualiter sunt mortui; est verò alia priuatio secundum quid, quoniam aliquid de habitu oppositi retinet, quæ potius dicitur esse infirmitas, quàm infactio, sicut infirmitas, & similes, & hæc priuationes recipiunt magis, & minus, & idem est in peccato; nam & si omne peccatum sit recessus ab ordine rationis, recipit verò magis, & minus: multum enim interest ad grauitatem peccati, vt trum magis, vel minus recedatur à rectitudine rationis: quare constat non omnia peccata esse paria, quod ex eo fortius intelligi poterit: ne peccata recipiunt speciem ab obiecto, vt explicat Diuus Thomas 12. quæst. 73. art. 3. quare grauius dicitur peccatum illud, quanto nobilior est obiectum, quod directo offendit, vt rectè aduertit Soto lib. 5. de iustitia, & iure, quæst. 1. art. 7. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 64. art. 6. ad 2. idque probat textus in l. prætor edixit 7. §. fin. ff. de iniurijs, l. atrocem 4. C. eodem titulo.

51 Vnde colligitur omnium crimina grauiissima esse hæresis, infidelitas, blasfemia: primò, nã qualitas obiecti, quod per huiusmodi peccata offenditur, est superior omnibus, cū sit Deus ipse, qui directo, & immediatè offenditur, & huiusmodi peccatores Deo ipso opponuntur; pelsimū autem est, quod optimo opponitur, inquit Philosophus Ethicorum, c. 8. & probat text. in c. vergentis de hæreticis ibi: *Errantes in fide Iesum Christum Filium Dei offendunt*, text. in l. Manicheos 4. auth. Gajaros, C. de hæreticis, c. sicut 17. q. 7. & plura eleganter retulit Cardinalis, Osius lib. singuli de expresso Dei Verbo, pag. 67. Didacus Perez, lib. 8. ordinamenti tit. 4. pag. 85. Burnus de hæreticis, lib. 1. c. 2. Rojas de hæreticis, 1. part. num. 343. & num. 409.

52 Secundò, memoriæ tenendū est, quòd supra in d. vers. *si verò diximus*, num. 36. videlicet

depositionem distinctam esse à suspensione, quæ depositio duplex est, alia verbalis, alia verò realis, siue actualis: Verbalis depositio dicitur, quando clericus per solam iudicis sententiam deponitur, & ab ordinum executione suspenditur: Actualis verò dicitur, quando à clerico actuali quadam degradatione, & quibusdam cæremonijs contrarijs ordines, quos susceperat, quod attinet ad extra veluti euelluntur, iuxta textum in cap. degradatio de pœnis lib. 6. & in Tridentino sessione 13. cap. 4. & copiosè tradit Hugolinus in tractatu de irregularitate, cap. 45. §. 5. quamuis aliàs hic degradatus de facto possit consecrari: character etenim sacrum deleri non potest, vt notatur in cap. 2. de clerico excommunicato, vel deposito ministrante, nam, & si suspensus, vel depositus sit per verbalem, vel actualem degradationem ab ordinum executione, character verò, quod à Deo accepit, & Sacramenti formam amittere non potest, sed penitus, & omnino est indelebile, vt tradit Diuus Thomas, 2. 2. quæst. 39. art. 3. & 3. part. quæst. 82. artic. 8. Cobarruias, lib. 1. variarum, cap. 10. num. 8. Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione, cap. 2. 1.

53 Illud tamen est discrimen menti tenendum inter verbalem, & actualem degradationem, quòd is, qui verbaliter depositus est, nec fori, nec canonis priuilegium amittit; is verò, qui actualiter est degradatus, & fori, & canonis amittit priuilegiū, eòquòd omnino de foro sæculari cõsetur effectus, & quasi exul à foro Ecclesiastico ratione grauissimi criminis commissi, vt aduertunt Ioannes Andreas, & Butrius in cap. ad abolendam de hæreticis: Borgasius de irregularitate 6. part. nu. 20. quæ degradatio clerico non imponitur, nisi in casibus à iure expressis, vt aduertunt Butrius, & Panormitanus in cap. cum dilectus de purgatione canonica, & copiosè Bernardus in praxi, cap. 135.

54 Tertio, supponendum est textum nostrum non esse intelligendum de actuali depositione, quæ degradationem significat, sed de verbali tantum, quòd ex tota huius textus contextura apertè deducitur; nam postquam dixisset Summus Pontifex clericos delinquentes à proprio Episcopo esse, vel deponendos, vel suspendendos, iuxta criminis qualitatem, statim in hoc §. ait clericos ita depositos ab Episcopo posse restitui, ergo non potest intelligi de actuali degradatione, seu depositione quare hoc modo intelligit communis opinio textum nostrum, & in cap. Episcopus presbyter 1. 1. quæst. 3. & hoc modo est intelligendus textus in cap. 1. de homicidio, lib. 6. ibi: *Abque alia depositionis sententia*, & plura tradit Gambarà de officio legati lib. 2. num. 195. Nauarro in Manuali, cap. 27. num. 69. Declanus in praxi, lib. 4. cap. 9. num. 81. Cobarruias, lib. 2. variarum, cap. 20. num. 7. Capius de decisione 155. Roland. consil. 24. num. 10. libro 1. Macolus de irregularitate, lib. 3. cap. 22.

55 His suppositis ait textus noster, cum clericis propter adulterium, vel minora depositis, aut suspensis post peractam pœnitentiam Episcopum posse dispensare, cuius cõclusionis est ratio,

nam quamuis clericus non sit deponendus, nisi propter graue crimen, cum in grauia frequenter comitatur, oporteret frequentissimè à Sede Apostolica dispensationem impetrare, vt ergo tanto clericorum labori consuleretur lex Pontificia dispensandi facultatem Episcopis commisit, vt quemadmodum clericum deponere possunt, possint, & restituere: nam in causis criminalibus clericorum solus Episcopus est iudex, vt patet in Tridentino sessione 24. capite 20. non tamen poterit dispensare, nisi pœnituerit; quoniam nemo præter Pontificem, sine causæ cognitione potest dispensare, vt rectè docuit Nauarro in cap. fin. num. 4. de simonia. Gambarà de potestate legati, num. 3. & relati à Mandosio in praxi signaturæ gratiæ, §. dispensationes, vers. dispensare.

56 In ea etenim quæstione, an ad valorem dispensationis causa sit necessaria, distinguendum est: nam, aut inferior dispensat in lege superioris, veluti Pontifex in voto, vel iuramento, dum legem diuinam interpretatur, vel prælatus inferior in l. Pontificis vel concilij, & quamuis multi putent generaliter posse prælatos ad libitum in votis subditorum dispensare moti ex eo, quoniam in omni voto, & iuramento illa tacita conditio subintelligitur, *si superiori placuerit, vel saltem non contradixerit*, iuxta textum in capite venientes 19. de iure iurando, quatenus probat in omni iuramento semper cõferri exceptum ius superioris, sed apertè decipiuntur; nam dicendum arbitror dispensationem Episcopi, in l. Pontificis, vel concilij factam, sine causa esse omnino nullam, & irritam: ratio est: nam eo in casu is, qui dispensat in alienis, & ex aliena voluntate dispensare videtur; quare si nulla sit iusta dispensandi causa, præsumitur Deum, qui vere creditor est illius obligationis, non dispensare, & Pontificem non dispensare, quando Episcopus dispensat, quæ communis est Theologorum doctrina in 4. Sententiarum distinctione 38. docet Diuus Thomas, 2. 2. quæstion. 88. articulo 12. ad secundum, & tradit glossa recepta in capite non est, verbo, *adimplere*, de voto, quare si Episcopus, v.g. in leg. ieiunij dispenset, sine causa irrita erit dispensatio, vt notant Hostiensis, & Ioannes Andreas in capite cum ad monasterium de statu Monachorum, & ibidem Cardinalis, Panormitanus, & Enriqus, Soto de iustitia, & iure, quæstion. 4. articulo 3. Cobarruias in 4. 2. part. capite 6. §. 7. à numero 11. & relati à Gutierrez in quæstionibus canonicis, libro 1. capite 19. numero 5. si verò Princeps, vel Episcopus in l. propria dispensat proculdubio existimò validam esse dispensationem, sine vlla causa factam: nam tunc legislator in propria voluntate dispensat, & eam ad libitum mutare potest, vt aduertit Innocentius in capite dudum el 2. num. 16. de electione, & relati à Cobarruias in capite alma mater, 1. part. §. 1. numero 7. & innumeris alij, quos copiosè refert Thomas Sanchez de dispensatione, lib. 8. disput. 17. quæst. 2. à num. 24. quod, & nos latius alibi dicemus.

57 Secundò, deducitur ex textu nostro, Episcopum non posse punire alia pœna clericum depositum, vel suspensum, nec curiæ sæculari tradere, ne demus clericum duplici pœna affectum contra regulam text. in l. senatus, ff. nautæ, caupones, & stabularij, cap. quid ergo 23. quæst. 5. & est ratio, nam pœna semper debet delicto commensurari, cap. duo sunt 23. quæst. 4. l. 3. C. de Episcopali audientia, l. 1. §. legis, ff. ad legem Corneliam de sicarijs, & idè Episcopus clericum depositum, vel suspensum alia pœna punire non potest, præcipuè si consideremus, quòd Episcopus, lata semel depositionis sententia functus est officio suo, l. iudex posteaquam, ff. de re iudicata: ergo clericum iterùm alia sententia non poterit condemnare, si vero crimen atrocissimum sit, ita ut pœna depositionis nõ sit clericus sufficienter punitus, & data incorrigibilitate delinquentis, vel alia iustissima causa potest tradi curiæ sæculari, ut in cap. cum non ab homine infra isto titulo, cap. ad falsariorum de crimine falsi, cap. 1. de homicidio lib. 6. & ita decisum est in Concilio Toletano, 4. cap. 18. & in Tridentino, sessione 13. cap. 4. & plura tradit Iulius Clarus in praxi criminali, §. fin. quæst. 36. à nu. 40. Carrelius in praxi, §. homicidium. num. 59. ut ergo iudex sæcularis de clerico propter quodcunquè etiã atrocissimum crimen possit cognoscere, necesse est clericum prius degradatum esse, ut notant cõmuniter Doctores in d. cap. cum non ab homine infra isto titulo, cap. nouimus de verborum significatione, d. cap. ad falsariorum de crimine falsi, c. ad abolendam de hæreticis docet Cobarruias in practicis, cap. 32. num. 2.

58 Sed hæc doctrina in duobus casibus limitanda est, in quibus iudex sæcularis propter clericum crimen, absque aliqua solemnè degradatione de eo potest cognoscere, quasi verè per Ecclesiasticum iudicem brachio sæculari traditus sit. Primus casus est in crimine assassini, propter quod iure pontificio constitutum est clericum etiam in sacris absque vlla degradatione posse per iudicem sæcularem puniri; textus est celebris in cap. 1. de homicidio, lib. 6. vbi probatur clericum assassinum ipso facto, absque aliqua sententia depositum esse, & ab Ecclesiastico privilegio exclusum, ad cuius textus explicationem sciendum est assassinos dici, qui conducti pretio homines occidunt, ut ibidem explicant Vamquellius, Imola, & Ancharranus, qui communiter constitutionem illam intelligunt in omnibus illis, qui quemcunquè Christianum occidi iubent per homicidas pecunia conductos, etiã si Christiani sint: sequuntur Bartolus in l. non solum, §. si mandato, num. 14. ff. de iniurijs, & in l. Cicero, ff. de pœnis. Baldus, & Salicetus in l. nõ idè minus, C. de accusationibus. Angelus in l. qui sepulchra, C. de sepulchro violato, Hipolytus, in l. vnica, num. 103. C. de raptu virginum, quorum sententia consuetudine, & communis, & recepta est, ut copiosè notat Mascardus de probationibus, tomo 1. conclusionem 137. & 138. Est enim atrocissimum crimen pecunia conductum hominem occi-

dere: nam is, qui potum prægnanti dedit abortivis causa, si sequatur infantis animati abortus, pœna mortis puniendus est, l. penultima, C. ad l. Corneliam de sicarijs. l. Diuus, ff. de extraordinarijs criminibus. l. 8. tit. 7. part. 7. si tamen abortus sit infantis nondum animati pœna extraordinaria exilij puniendus est, l. si mulierem, ff. ad legem Corneliam de sicarijs: verò, nec mors, nec abortus ex potione sequatur, vilis damnandus est in metalli, honestus tamen in insulam relegendus amissa parte bonorum, l. si quis aliquid, §. qui abortioni, ff. de pœnis: at vero mulier, quæ propter pecuniam factum nondum animatum potionibus sumptis abegerit, ut locum faciat substituto ventris, pœna metus plectenda est; textus celebris, in d. l. Cicero, ff. de pœnis, cuius textus species elegantè refertur à Cicerone in oratione pro Aulo Cluentio.

59 Sed hæc communis, & probata opinio circa assassinos merito improbat à Cobarruias, libro 2. variarum, capite 20. numero 10. enim opinatur pœnas à iure statutas contra assassinos non procedere contra illos, qui pecunia conducti sunt indistinctè ad alium occidendum vel qui alios pecunia conducunt, ut hominem occidant, sed tunc his constitutionibus Pontificis locus erit, quando quis Christianum occidat, opera, & industria cuiusdam hominum infidelium, qui proprio, patrioque nomine assassini dicebantur, ut copiosè tradit Volleranus. libro 1. de sectis Syriæ. Paulus Æmilii de rebus Francorum, libro 5. & 7. ut refert Duarenus, libro 2. animaduersariorum, cap. 14. hi etenim sæpè conduci solebant ad occidendos homines, & idè omnes alij, qui tam immane crimen patrar non dubitant exemplo illorum assassini dicuntur, quæ doctrina apertè deducitur ex verbis textus dicti, capite 1. de homicidio, libro 6. vbi: *Cum nulli magnates*, &c. quæ apertè significant crimine assassini non ita latè accipiendum esse, ut communis Doctorum opinio existimauit, quæ comprobata est iam iure Regio in l. 3. titulo 27. part. 7. Vnde ego existimo canonis illius constitutionem relatum in dicti capite 1. non comprehendere Ecclesiasticas personas conducentes aliquem pecunia ad alium occidendum, nisi is, qui id fecerit operam illorum, qui de gente assassinorum erant: quare clericus, qui alium conduxerit ad aliquem occidendum non incurrit excommunicationis sententiam neque ipso facto censeretur depositus, ita ut curiæ sæculari tradendus sit, iuxta explicationem textus in d. c. 1. de homicidio, lib. 6. nisi quando conductus infidelis esset, & conductus ad Christianum aliquem occidendum, ut copiosè notat Cobarruias, lib. 2. variarum, cap. 20. num. 10. per totum.

60 Secundus casus est, in quo clericus etiã in sacris constitutus, absque aliqua degradatione puniri poterit per iudicem sæcularem, videlicet, quando verè incorrigibilis est; textus est in capite, cum non ab homine infra isto titulo iuxta

communem interpretationem, quæ probant Imola, Cardinalis, & Ioannes Andreas, quorum opinionem uti receptam sequitur Cobarruias in præcticis, cap. 32. num. 2. ad hoc enim, quòd clericus incorrigibilis censeatur, multa desiderantur, quæ referuntur in dicti cap. cum non ab homine; nam si præcesserit post depositionis sententiam trina monitio iustissimè clericus incorrigibilis, & contumax priuilegium fori amittit etiam degradatione non sequuta, & quod magis est clericus etiam in sacris constitutus, qui dimissis tonsura, & vestibus clericalibus varijs, & enormibus delictis se inmiscuit ipso iure priuilegio clericali etiam fori destitutus est, ita ut absque aliqua degradatione poterit per iudicem sæcularem puniri, quod procedit quando ad eò huiusmodi criminibus deditus est, ut scelerum minister censeatur ad eò, ut hoc in casu trina monitio non desideretur, quæ aliàs iure communi necessaria est: ita glossa in cap. ex parte de priuilegijs Hostiensis, & Barrius in cap. perpendimus per illum text. de sententia excommunicationis: Aufserius in clementina de officio ordinarij, regula 1. falla. 19. & expendo text. in cap. fin. de vita, & honestate clericorum, vbi clerici negotiatores amittunt priuilegium clericale, text. in c. 1. de apostatis, quam sententiam praxi receptam testatur relati à Cobarruias, vbi supra, Casaneus consuetud. reipub. §. num. 55. & in cap. vnico libro 6. de vita, & honestate, vbi clerici bufones omne priuilegium clericale amittunt, & à iudice sæculari puniendi sunt.

61 Sed non immeritò multis hæc nimis fævera iudicatur opinio, quòd clericus, ex eò quòd dimissis vestibus, & tonsura se multis euoluatur criminibus, absque aliqua monitione priuetur fori priuilegio, & ita Ancharranus in cap. 1. de apostatis scribit illius canonis decisionem seruandam esse, ut huiusmodi clericus solum amittat canonis priuilegium, non fori iuxta mentem Panormitani, & Cardinalis in dicti cap. perpendimus ita Alexan. consil. 8. lib. 1. num. 2. Socinus consil. 12. lib. 1. Syluester in summa verbo clericus, 3. §. 9. neque obstat text. in dicti cap. vnico de vita, & honestate clericorum lib. 6. nam cum illa constitutio sit pœnalis, ad alios casus non debet extendi iuxta vulgares iuris regulas, quod ita verum existimo explosa communi opinione, nisi quando clericus crimen commiserit in manifestam reipublicæ perniciem ad eò, ut æquum sit communem opinionem seruare.

62 Denique indistinctè seruanda est communis opinio in clericis primè tonsuræ: nam quauis isti sint solemnè cæremonia degradandi, ita tamen obtinuit praxis omnium tribunalium Ecclesiæ, ut si dimissis vestibus, & tonsura enormia crimina frequenter commiserint absque degradatione à iudice sæculari puniri possint, ita ut ipso iure priuilegium fori amittant, & idem erit quando crimen atrocissimum commiserit, propter quod aliàs esset presbyter degradandus, & brachio sæculari tradendus, ut aduertit Cobarruias lib. 2. varia-

rum cap. 22. num. 3. & in cap. quia nos de testamentis, num. 4. Boerius decisione 69. numer. 17. Benedictus in cap. Reynutius verbo vxorem in 2. num. 440. de testamentis, Abendaño de exequendis, cap. 22. numer. 3. copiosè Casaneus vbi supra, numer. 66.

63 Sed maior est dubitatio, an postquam clericus in sacris constitutus sit, vel præmissa degradatione curiæ sæculari traditus vel ipso iure, & factò priuilegium fori amiserit, à iudice sæculari pœna mortis puniri text. enim in dicti cap. cum non ab homine in pœnam exilij, vel alia simili condemnandum esse, vel alia simili probat, praxi tamen obseruat pœna mortis puniendum esse, ut copiosè notat Casaneus vbi supra, d. numer. 66. Clarus in practica criminali, §. fin. quæst. 36. Cobarruias lib. 2. variarum cap. 20. num. 10. an vero eo in casu iudici sæculari sit exhibenda copia processus facti contra clericum in iudicio Ecclesiastico, ut illum possit condemnare, controuersum est, ut constat ex illis, quæ tradit Bartolus in l. magistratibus, ff. de iurisdictione omnium iudicum, an vero ex sola traditione clerici ab Ecclesiastico sæculari curiæ facta possit ad condemnationem procedere.

64 In qua quæstione resolutionis causa triplex casus distinguendus est. Primus est, quando proceditur aduersus clericum in criminibus mixti fori, de quibus in cap. cum sit generale de foro competenti in l. 1. tit. 16. part. 1. Cobarruias in practicis, cap. 10. à num. 2. in his criminibus, si clericus degradatus curiæ sæculari tradatur, copia processus iudici sæculari danda est, & ratio est: nã cum degradatus omni careat priuilegio clericali, & crimen sit mixti fori tanquã contra laicum exhibitur copia processus, ut de illo cognoscat iudex laicus: eum enim debet condemnare secundum acta processus, l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præsidis. Secundus vero casus est, quando clericus degradatus curiæ sæculari traditur iam ad triremes condemnatus, & tunc copia processus iudici laico non est exhibenda, & est ratio; nam sæcularis eo in casu exequutor est iudicis Ecclesiastici, nec potest villo modo de iustitia, vel iniustitia sententiæ cognoscere, cap. pastoralis, §. quia vero de officio delegati. Tertius vero casus est, quando clericus pro crimine merè Ecclesiastico curiæ sæculari traditur veluti pro crimine hæresis: tunc enim copia processus non est iudici sæculari exhibenda; nam de de isto crimine neque directè, neque indirectè potest cognoscere, cap. vt inquisitionis, §. prohibemus de hæreticis libro 6. ad eò, ut eo ipso quòd clericus propter hæresim v. g. curiæ sæculari traditur degradatus absque alio processu à iudice sæculari condemnandus est ad mortem, & ita totius Ecclesiæ obseruatur praxis ex Bulla Bonifacij VIII. in Bullario Apostolico pro officio sanctæ inquisitionis: docuit Imola in cap. 1. num. 16. de officio ordinarij Bartoldus, Angelus, & Purpuratus in dicti l. magistratibus, Cagnolus in l. cum quædã puella, num. 53. ff. de iurisdictione omnium iudicum: Simancas in catholicis institutionibus, cap. 36. numer. 4.

mer. 4. Clarus in practica criminali, § fin. quæst. 96. num. 7.

65 Sed his omnibus obstat text. in d. cap. cum nō ab homine infra isto titulo, quatenus probat clericum realiter degradatum non esse tradendum curiæ sæculari statim, nisi sequuta incorrigibilitate, & ita multi intelligunt text. nostrum in actuali depositione non verbali, quasi significet clericum actualiter degradatum non esse indifferenter curiæ sæculari tradendum, nisi data incorrigibilitate, quod ex eo difficile redditur; nam semper clericus post degradationem brachio tradendus est sæculari, vt in dict. cap. 1. de homicidio, lib. 6. cap. si quis laicus, 2. quæst. 5. cap. sunt quædam, 23. q. 5. cap. contra idolorum, 26. quæst. 5. Sed ego breuissimè dicendum puto regulariter clericum degradatum non esse curiæ sæculari tradendum, nisi data incorrigibilitate, si vero degradatus sit propter atrocissimum crimen, statim tradetur curiæ sæculari, veluti apparet in hæretico non pœnitenti vel relaxo, in affasino, idolorum cultore, & similibus, in quibus loquuntur iura supra adducta: tradit Abbas in princ. huius text. numer. 39. Decius in præfenti num. 252. Cobarruias lib. 2. variarum capit. 20. num. 7. Clarus vbi supra, § fin. quæst. 3. 6. n. 40. Menchaca de successio-num creatione, lib. 3. § 2. 2. num. 5. huius autem degradationis formam, & solemnitatem referunt Petrus Gregorius, 3. p. Syntagmatum, lib. 3. cap. 30. à num. 8. Menochius de arbitrarijs casu 415. de qua re plura diximus infra in cap. cum non ab homine infra isto titulo.

66 His suppositis non obstant argumenta non primum, ex iuribus enim in argumento adductis multi putant adulterium esse connumerandum inter atrocissima crimina, ita Baldus in præfenti, num. 23. Decius à nu. 22. ponderantes verba text. in dict. leg. codicillis 88. §. matre, ff. de legati 2. ibi, *unum fratrem tuum filium nostrum occidisse, sed, & alia mihi deteriora fecit*, quæ verba interpretantur Baldus, & Decius de adulterio, & alij relati à Tirraquello in cōnubialibus, l. 13. quæsi grauius crimē esse existiment adulteriū, quàm homicidium, sed contraria sententia verior est, & omnino tenenda: homicidium grauius crimen esse adulterio, vt expressè probat Augustinus relatus in capit. si quod verius est, 3. 2. quæst. 2. ibi, *iam faciat adulterium, & non faciat homicidium*, cum ex sententia Augustini minus malum sit adulterium, quàm homicidium idem in c. 1. & 2. 13. distinctione, & prætereà ego probo euidenti ratione, nam vt supra diximus grauitas peccati à grauitate obiecti desumitur, sed obiectum homicidij est homo viuens, & corpus anima rationali animatum, vt inquit Augustinus lib. 9. contra Manichæum, cap. 23. relatus in cap. homicidium de pœnitentia dist. 1. & in cap. si homicidium, 23. quæst. 5. est ergo obiectum homicidij nobilius, quàm adulterij, cuius obiectum est aliena vxor, & honor mariti, & ita expressè ait Diuus Thomas, 2. 2. quæst. 73. articulo 3. Soto lib. 5. de iustitia, & iure, quæst. 10. art. 3. Padilla in l. transigere, num. 72. C. de transactionibus.

67 Quibus suppositis non obstat textus in d. l. codicillis, §. matre, nam illa verba, & alia mihi deteriora fecit, non sunt intelligenda de adulterio; nā in illa specie testator vxorem charissimam appellauit, quod non ita fecisset, si adultera fuisset: quare illa verba intelligenda sunt de aliqua iniuria personali, quæ in eius opinione grauior fuisset, neque obstat text. in dict. cap. in omnibus, 3. 2. quæst. 7. nā respondet Diuus Thomas 2. 2. quæst. 73. articulo 3. homicidium de per se grauius esse adulterio, & attentæ peccati natura, non vero in opinione mariti: quare text. noster non est intelligendus comparatiuè, quasi adulterium alijs criminibus compararet, sed dispositiuè, ita vt regula nostri text. quod Episcopus in adulterio, & alijs criminibus potest dispensare, non significat adulterium esse de minoribus in substãtia criminis, sed esse de minoribus, quod attinet ad dispensationem, ita vt quæadmodum in alijs potest Episcopus dispensare, sic in adulterio poterit.

68 Neque obstat, 2. videlicet cum clericis post condemnationem Episcopus non posse dispensare, sed solus Pontifex; nam, & si regulariter loquendo Episcopus non possit dispensare, tamē peracta pœnitentia in adulterio, & alijs criminibus minoribus dispensare potest, vt apertè probat text. noster, qui necessario est intelligendus in dispensatione post latam depositionis sententiam, ita Abbas in præfenti, num. 14. Imola. nu. 6. Felinus 16. Decius 18. dui omnes probant Episcopum dispensare posse etiam contradicente accusatore; nam lex Pontificia liberè Episcopis concessit dispensandi licentiam.

69 Quamuis tamen Episcopus clericum depositum possit restituere, quasi nunquam depositus fuisset; si vero lata depositionis sententia beneficium eiusdem ab alio fuerit impetratum, Episcopi restitutione non recuperauit beneficium alteri collatum; nam in præiudicium impetrantis, nihil operatur restitutio, cap. quamuis de rescriptis, lib. 6. Vbi gratia reuocata, & iterum restituta non cõsetur facta restitutio, quo ad beneficium inter inuacans, & alteri collatum, sed quoad vacaturum; nam semper est inutilis restitutio in præiudiciū iuriam quæsitam, l. quod si minor, §. Secuola, ff. de minoribus, vbi minor, qui restituitur aduersus omniſam hæreditatem à substituto additam ad pecuniã industria, & labore substituti partem non restituitur re non integra; imò quamuis nonnulli existimauerint minorem aduersus resignationem beneficij non esse restituendum: quia in beneficialibus maior reputatur, c. fin. de iudicijs, lib. 6. nihilominus tamen contraria opinio verior est: nam minori quantumcunque rem suam benegerent restitutio competit, & sic est intelligenda, lex 1. in fine, ff. de minoribus, l. 1. & ibi, Glossa, C. qui, & aduersus quos, imò, & contra tertios possessores competit, l. in causâ, 14. §. interdum, ff. de minoribus, & consequenter ad beneficium indistinctè restitui probat relati à Cobarruias, lib. 1. variarum, c. 5. n. 2. Costa in §. & quod si tantum, 2. p. à num. 49.

70 Sed

70 Sed ego distinguendum puto iuxta regulam text. in dict. §. Scebola, quod videlicet aut res est integra, id est, beneficium resignatum alteri collatum nondum est, & tunc habebit locum restitutio; secus vero, si collatum sit, vt in d. §. Scebola, & in dict. cap. quamuis ita Glossa in cap. ex parte verbo, quamuis in cap. ex parte de restitutione spoliatorum: Boerius communem dicens decisione 326. Menochius de recuperanda remedio 10. num. 104. & probatur ea ratione, nam institutus ius quæsitum habet in beneficio potius ex prælati institutione, quàm ex minoris resignatione, cap. ex frequentibus de institutionibus, c. 2. & 3. de renunciatione: quare restitutio postea minori facta instituto non nocet, nisi aliàs is, qui resignauit, vel esset minor quatuordecem annorū, vel dolo ad resignandum inductus, vt resoluit Rofiniacus de re Pontificia, lib. 3. cap. 17.

71 Neque ignoro esse etiam communem sententiam minorem restituendum esse ad beneficium alteri collatum, eò quod restitutio omnia in pristinum statum reuocat, & in proposito acerrimè defendit Cobarruias lib. 1. variarum cap. 5. num. 3. qui quidem (textum in dict. cap. quamuis contrarium significans) ait procedere in restitutione gratiæ, non iustitiæ; is namque, qui ex gratia restituitur, non restituitur aduersus tertios possessores; secus vero, qui restituitur ex iustitia veluti minor laicus in beneficij resignatione: restitutio enim gratiæ potius noua concessio censetur, quàm restitutio, quàm princeps in præiudicium tertij non potest facere, l. 2. §. si quis à principe, ff. nequid in loco publico, sed adhuc superior doctrina praxi seruanda est, vt ex multis defendet Caldas in l. si curatorem, verbo *laſis* à nu. 38 Parisius de resignatione lib. 3. quæst. 7. à n. 11. Petrus Gregorius de beneficijs, cap. 31. numer. 6. nam cum ius magis singulare versetur in beneficialibus, durum esset beneficium alteri collatum ab al quo absque eius culpa auferri.

72 Tum etiam nam, vt ego in proposito expendo, quamuis communis sit opinio minorem restituendum esse etiam contra tertium possessorem, in puncto iuris contrarium multo verius existimo; nam vt rectè aduertunt Faquineus libr. 2. controuersiarum, cap. 17. Antonius Faber de erroribus pragmaticorum, 1. part. decade, 7. errore, 2. & 3. restitutio, quæ minori competit ex edicto personalis est, in id namque conceditur, vt cū alia persona gestum rescindi possit; at minor nihil cū tertio possessore gessit, ergo aduersus illum non potest restitui, iuxta text. in l. ait prætor, 7. in principio, ff. de minoribus. Imò iniquum esset tertium possessorem, qui nihil cum minore contraxit cogendum esse cum eo de restitutione disputare, vt lauius disputant supra relati.

73 Neque obstat alia argumenti difficultas ex text. in dict. capit. de his, 50. distinctione, cum alijs: nam respondet communis opinio illorum iurium regulam obtinere in foro animæ, & in criminibus occultis, quo casu sufficit in-

ceptam esse pœnitentiam; at vero text. noster loquitur in criminibus in iudicium deductis, post latam depositionis sententiam: tunc enim vt posset Episcopus dispensare, peractam esse pœnitentiam necessarium est, iuxta nostri text. formam, vt resoluit Abbas in præfenti, num. 14. Decius, num. 23. quamuis consuetudine receptum sit, ali quando etiam ante peractam pœnitentiam vrgente clerici necessitate Episcopum posse dispensare.

74 Neque obstat vltima argumenti difficultas ex dict. c. fin. 1. p. quæst. 5. nam, & si olim Episcopus sine consensu capituli cū clericis non posset dispensare, vt in dict. cap. fin. hodie tamen potest ex text. nostro; neque obstat dicere dispensationem debere necessariam, & non voluntariam, vt in cap. constitueretur, cap. domino, 50. distinctione, non ergo in text. nostro arbitrio Episcopi relinquitur: nam dispensatio duplex alia iustitiæ, & necessaria: alia gratiæ, seu voluntaria; text. noster procedit in dispensatione gratiæ, text. vero in dict. cap. constitueretur, procedit in dispensatione iustitiæ, & necessaria: in illa potest Episcopus pro arbitrio dispensare, in ista vero dispensatione tenetur ad eò, vt si non dispense, ab eo poterit appellari tanquam ab inferente grauem, vt probat glossa in dict. cap. constitueretur, verbo *detrahendum*.

75 Neque obstat tertium argumentū, quod petit, vt videamus, qualis sit Episcopi potestas ad dispensandum in criminibus clericorum, & glossa nostra in præfenti ait Episcopum in maioribus adulterio dispensare posse, nisi in casibus à iure expressis, vt in iuribus in argumento adductis; in adulterio vero, & minoribus regulariter Episcopus potest dispensare, nisi in casibus à iure expressè prohibitis, quod apertè probat text. noster & in cap. dilectus de temporibus ordinandorum, ibi, *cum illi in hoc casu non fuerit dispensatio permissa*, quæ doctrina communis est, vt probant relati à Selba de beneficio, 4. part. quæst. 7. Bertachino de Episcopis lib. 4. 2. par. quæst. 49. Conrardus in templo iudicium, libr. 2. de potestate spiritali, c. 5. §. 4. Cuchus lib. 2. instit. tit. 6. qui omnes colligunt, 150. casus, in quibus potest Episcopus dispensare, & regulariter duo sunt memorandi casus: primus est quotiescunque lex Pontificia dispensationem concessisse reperitur; tunc enim in dubio Episcopis concessam esse creditur; text. celeberrimus in cap. in quibusdam de pœnis, & ibi gloss. fin. recepta ex Abbate in præfenti, num. 5. Felino, 6. Alciato, 4. Alius est casus, quando esset periculum in mora consulendi Pontificem, & maximo imminente scandalo poterit Episcopus in lege positua dispensare, veluti in impedimentis occultis matrimonij, si probabiliter putaret Episcopus ex separatione oriri scandalum in populo: poterit enim dispensare in occultis Episcopus ad eò, vt coniuges etiam impedimenti conscij ea dispensatione manebunt securi iuxta communem interpretationem: text. in capit. inquisitioni de sen-

sententia excommunicationis sequitur Decius in presenti nu. 11. & præter relatos Nauarro in manuali, cap. 22. num. 88. & consil. 84. num. 7. sub tit. de conuersione coniugatorum.

76 Quare sic ego existimo intelligendum esse Tridentini textum sessione 24. de reformatione, cap. 6. quatenus probat Episcopum, vel eius vicarium ad id specialiter deputatum posse dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario, vel illa, quæ in foro contentioso iam est deducta, & in alijs Sedi Apostolicæ reseruatis dispensare poterit in foro interiori: sed pro vera explicatione huius decreti sciendum est, quod dupliciter aliquid dicitur occultum, aut occultum de perse, aut per accidens; perse occultum appellatur, quod nullo sensu corporeo cognitum est, sed sola cogitatione mentis retinetur, & interiori cognitione percipitur, nec ad extra verbo, signo, vel facto patet vt in cap. si omnia, 6. quæst. 1. cap. cogitationis, capit. cogitatio de penitentia, distinctione 1. Soli enim Deo Optimo Maximo cordium cogitationes patent; notat D. Thom. 2. 2. quæst. 9. art. 4. Caietanus, 2. 2. quæst. 1. art. 3. & 4. Nauar. in dict. cap. cogitationis, num. 7. Occultum vero per accidens dicitur, quod signo, vel verbo exterius cognoscitur, per accidens tamen contingit, quod, vel nullus videt, vel audierit, & hoc modo procedit text. in Clementina 1. 1. verum de hæreticis; tradit Nauar. vbi supra, numer. 7. Cordoba in quæstionario, lib. 4. de potestate Papæ, quæst. 13. Castro de lege pœnali, cap. 15. lib. 2. Gutierrez in quæstionibus canonicis, lib. 1. cap. 13.

77 Vnde multa ex d. cap. 6. Concilij Tridentini inferuntur praxi notanda. Primò, quod Episcopus potest dispensare in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus prouenientibus ex delicto occulto v.g. si clericus suspensus à iure, vel ab homine celebrauerit, efficitur irregularis, quamuis delictum sit occultum; capit. 1. de re iudicata, lib. 6. cap. 1. de sententia excommunicationis, lib. 6. vbi is, qui ante vigesimum quintum annum ad sacerdotium prouenerit, ipso iure suspensus est, ex extrauaganti Pij II. vt refert Cobarruias in clementina, si furiosus, §. 9. & iste si celebrat, efficitur irregularis, à qua irregularitate, quæ contingit ex delicto occulto de per accidens, absolueri poterit Episcopus ex dict. cap. 6. concilij, & ab eadē irregularitate poterit absolueri confessarius in foro conscientiæ legitimè deputatus ab Episcopo ex priuilegio Bullæ Cruciatæ ibi, de qualesquier pecados, y censuras, aunque sean de los reservados a la Sede Apostolica, y de los declarados en la bula in cana Domini in eo tamen est diuersitas, quod ex virtute priuilegij Bullæ confessarius à censuris reseruatis non potest absolueri, nisi semel in vita, ab alijs vero poterit quotiescunque id exigat peccatorum necessitas, vt docet Rodriguez in explicatione Bull. §. 9. num. 63. Gutierrez in qq. canonicis, lib. 1. cap. 3. num. 6. Enriquez in summ. tomo 1. lib. 7.

cap. 13. num. 3. at vero in irregularitate, vel suspensionibus, quæ proueniunt ex delicto, vel non occulto, vel deducto in foro contentioso Episcopus dispensare non potest ex dict. cap. 6. concilij; nam exceptio firmat regulam in contrarium, l. nã quod liquidè, §. fin. ff. de penu legata, tradit Berouius in cap. cum dilecta, numer. 4. de confirmatione vtili, vel inutili. Villaguta in tractatu de extensione legis, cap. de extensione casus excepti à num. 1. ego cum dixerit concilium posse Episcopum dispensare in irregularitate, ex delicto occulto colligitur euidenter, in delicto non occulto non posse, nec confessarius absolueri: poterit in foro exteriori, imò clericus suspensus à confessario in foro animæ absolutus, si tamen celebrasset in foro exteriori, puniendus esset, vt notat vbi supra Gutierrez num. 8. Hugolinus de irregularitate, capit. 62. §. 2.

78 Secundò infertur ex dict. cap. 6. concilij Episcopum hæreticum occultum absolueri posse, quod ego puto intelligendum in hæretico occulto de per accidens, vt aduertit ex multis vbi supra Gutierrez num. 8. & in candelabro aureo 1. part. tit. de absolutione, cap. 1. 2. neque puto correctam esse prædictam concilij decisionem, ex Bulla in cana Domini, promulgata à Gregorio XIII. anno 1581. nam loquitur Bulla in hæretico manifeste cuius absolutio Pontifici, & eiusdem delegatis inquisitoribus reseruata est; tradit Enriquez in summ. tomo 1. lib. 7. cap. 3. num. 5. si vero hæresis alijs quibus saltim nota sit, ab ea non poterit Episcopus absolueri, nisi vel in extremo vitæ, vel in grauissima infirmitate iuxta text. in cap. eos de sententia excommunicationis, lib. 6. notant Cobarruias in cap. alma mater, 1. p. §. 1. num. 15. Nauarro in manuali, cap. 27. num. 80. at vero quando hæreticus occultus est de perse, quilibet potest absolueri confessarius, & est ratio; nam iste non est excommunicatione ligatus, ratione cuius absolutio hæretici Pontifici reseruata est; nam Ecclesia, quæ de occultis non iudicat, actus interiores animæ punire non potest, cap. cogitatio, cap. cogitationis de penitentia dist. 1. capit. humanæ aures, 22. quæst. 5. cap. tua nos, eap. sicut de simonia; tradit Cobarruias in regula peccatum, 2. part. cap. 7. Caietanus 2. 2. quæst. 11. art. 3. Castro de iusta hæreticorum punitione, lib. 2. cap. 13. sed nihilominus in irregularitate præcedente ex homicidio voluntario occulto non potest Episcopus dispensare ex dict. cap. 6. concilij, quæ dispensatio ad solum Pontificem pertinet, vt præter ordinarios in capit. sicut dignum de homicidio tradit Cobarruias in dict. clementina si furiosus, §. 3. & 4. 2. p. explosa penitus glossæ sententia, verbo consilium in d. sicut dignum contrarium asserentis.

79 Tertiò infertur ex dict. cap. 6. Concilij Episcopum non posse dispensare in alijs irregularitatibus, quæ non proueniunt ex delicto; idè non dispensat cum corpore vitiatum cum iudicibus, qui pœna mortis alios condemnarunt, & notat Hugolinus de irregularitate, cap. 61. §. 2. Maiolus eodem tra-

SUMMARI A.

Ad text. in capit. dilecti, 6. huius tit. l. edita actio, l. fin. C. de edendo.

- 1 **P**roponitur intellectus nostri text.
- 2 Iudex in omni negotio debet investigare facti, & rei veritatem.
- 3 Iudex iure canonico potest iudicare secundum notorium attenda veritate.
- 4 Falluntur Adrianus, & Corrasius, qui asserunt iudicem secundum suam scientiam iudicare debere, non vero secundum acta processus.
- 5 Ex nostro textu nequaquam colligitur iure canonico ordinem iudicalem non esse obseruandum.
- 6 Quid si in commissione ponantur illa verba à Principe, non obstante iuris solemnitate procedatis.
- 7 Nostri textus conclusio proponitur.
- 8 In iudicio neminem sine actione experiri posse.
- 9 Inepta actionis exceptio nocet proponenti.
- 10 Alex. respondet, non esse inquirendum, qua actio intentetur, sed factum ipsum parè, & simpliciter esse proponendum.
- 11 Actionis significatio latissima est.
- 12 Rectè Alex.
- 13 Opponitur textus in leg. edita actio, C. de edendo.
- 14 Ex l. 1. 2. tabularum, si reus volebat venire in iudicium, actor poterat in eum manum iniicere.
- 15 Prator dabat actiones litigantibus.
- 16 Difficile est inquirere, de qua editione actionis loquatur text. in dict. l. edita actio, num. 17.
- 17 Formula actionum fuerunt omnino sublata.
- 18 Libellus debet continere claram actoris intentionem.
- 19 Rei expressio in libello facienda est, quatenus rei natura id permittit.
- 20 Quid sit iudicium generale.
- 21 Quid sit iudicium singulare.
- 22 Diuersum est, an actio in rem, an in personam dirigatur.
- 23 Respondetur ad primum argumentum.
- 24 Neque iure canonico, neque civili nomen actionis in libello exprimere fuit necessarium.
- 25 Non obstat text. in l. 2. §. deinde, ff. de origine iuris, & in l. 1. & 2. ff. de prescriptis verbis.
- 26 Non obstat text. in d. l. si pupilli, §. videamus, ff. de negotijs gestis.
- 27 Causa vitatur propter actionem ineptè intentatam.

tractatu lib. 5. cap. 5. Nauarro consil. 39. sub tit. de homicidio neque obstabit dicere, quod sicut Episcopus dispensare in irregularitate ex delicto à fortiori poterit in illa, qua non prouenit ex delicto; nam hæc potestas dispensandi Episcopis concessa est à lege concilij; quare non debet extendi ultra casus à concilio expressos; vnde quamuis Episcopus in criminibus maioribus dispensare non possit, veluti in simonia, cap. erga simoniacos 1. quæst. 1. cap. dilectus, capit. à nobis de simonia, neque cum hæretico, cap. excommunicamus. §. credentes de hæreticis; at in casibus à iure expressis veluti in iuribus in argumento adductis poterit dispensare, & sic soluitur tertium argumentum.

80 Neque obstat vltimum argumentum: nã facile respondetur clericum per depositionem actuaalem, quæ degradatio quædam est amittere priuilegium fori; at vero text. noster, vt supra diximus, num. 49. intelligendus est, de depositione verbali, non actuali, ideòque non debet Episcopus clericum depositum indifferenter curiæ seculari tradere, neque obstat 2. difficultas argumenti; verum enim est iudicè ex iusta causa posse delicti pœnam augere, & pluribus pœnis delinquentem punire, veluti in casibus in argumento adductis, & hoc casu omnes pœnæ reputantur vna, & eadem argumento text. in capit. felicis de pœnis, lib. 6. receptissimum enim est iudicè posse ex causa pœnam à lege impositam minuere, vel augere, vt notat Martilius singulari 182. Boerius decisione 289. Menchaca illustrium, qq. lib. 1. c. 14. num. 4. & est communis Doctorum sententia l. 1. C. de precibus Imperatori offerendis, & in l. et si seuerior, C. ex quibus causis infamia irrogetur, & in l. hodie, & ibi glossa, ff. de pœnis, & probant innumeri relati à Menchaca vbi supra, quod procedere affirmat omnes, quamuis iurasset alias se leges non transgressurum, ita Guido Papa decisione 206 Franciscus Marcus decisione 910,

81 Quod si quæras quo nam modo poterit constare iudicem iusta de causa motum esse ad augendam, vel minuendam pœnam, dicendum est credendum esse iudici id asserenti, vt ait expressè Bartolus in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. quibus ex causis infamia irrogetur, & est communis opinio in l. si quis maior, ff. de transactionibus, & relatis à Menchaca vbi supra, quamuis tamen, & augere, & minuere pœnam à lege statuta possit iudex ex iusta causa, ad id tamè de necessitate non tenetur iudex, vt notat Cagnolus in dict. l. si quis maior, nu. 17. Menochius de arbitrarijs casu 329. num. 9. Plaça de delictis, lib. 1. cap. 32. num. 10. & in proposito possit, ne iudex, & quãdo augere, vel minuere pœnas, plura scripsit videndus Menochius de arbitrarijs, qu. 96. Farinacius varia qq. quæst. 17. num. 10. & cum his soluitur argumentum, & funitur iste text. à 2. de

Abril de 1610.

AD TEXTVM

In cap. dilecti 6. huius tituli, l. edita
actio l. fin. C. de edendo.

DV O necessaria sunt ad huius text. explicationem: primum litteralem eiusdem sensum explicare, secundum vero examinare veram illius conclusionem, & modum circa exprimendas actiones iure civili, aut canonico obseruandum: Ad primum ergo sciendum est, quod prior, & clerici illi contra Eboracensem Archiepiscopum litigantes ideò coram Summo Pontifice conuerti sunt; nam compellebantur actionem edere ab Archiepiscopo. data ergo a Pontifice commissione mandauit, vt explorata penitus iuris subtilitate solam veritatem, & factum ipsum examinandum, vt in iudicio proponeretur alij, vero textum intelligunt in eo sensu quasi iudicis, qui actionem edere compellebant, essent iudices quidam delegati Archiepiscopi id facientes secundam formam commissionis.

2 Hoc breuissimè supposito pro intelligentia huius textus supponendum est iure canonico attento in omnibus ferè negotijs iudicem ante omnia debere facti, & rei veritatē inuestigare, adeò vt possit iudex ex officio procedere circa libelli conclusionem, & eius vitia emendare: debet enim curare litium finem, cap. finem litibus de dolo, & cōtumacia, adeò vt in his possit iudex secundū ea, quæ sibi notoria sint iudicare absq; alia probatione in iudicio facta iuxta glossam celebrē in l. 1. verbo in concilio, C. qui, & aduersus quos, & aduertit Aretinus consilio 164. notorium enim quamuis non releuet ab onere proponendi in iudiciū, releuat tamen ab onere probandi iuxta glossam magnam in clementina appellati de appellatōnibus, & communiter omnes in c. vestra de cohabitatione clericorum.

3 Quamuis tamen iure canonico attento possit iudex secundum notorium attendere veritate iudicare; aliud tamen erit secundum id, quod notum est ipsi, non vero notorium: nam tunc etiam iure canonico attento debet iudicare inspectis probationibus iuxta textum celebrem in cap. iudicet, 3. quæst. 7. & in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio præfidi, quæ doctrina ea nittitur ratione; nam iudex fungitur publica auctoritate in iudicio, vt in l. Barbarius, ff. de officio prætoris, ergo debet iudicare secundum scientiam publicam, & non secundum priuatam: sic enim nō potest sententiam ferre ex instrumento non producto in iudicio, quamuis priuatim sibi sit exhibitum, vt conoscatur ius agentis, vel rei, cap. cum dilectus de fide instrumentorum. Tradit Marfilus singul. 17. Tum etiam: nam aliàs pax reipublicæ facillè turbaretur: nam cum populus de occultis non iudi-

cet videns non stari publicis probationibus aduersus iudicem proclamaret, ipsiq; relinquere: tur via excusandi se ab executione sententia: quod, & scandalum, & detrimentum esset reipublicæ, vt expressè docuit D. Tho. 2. 2. quæst. 67. art. 2. & cū eo omnes alij Theologi, & relati, à Co barruuias, libr. 1. variarum, c. 1. Pinello in l. 2. 3. p. cap. 3. à num. 33. C. de rescindenda.

4 Fallūt ergo manifestè Adrianus quodlibeto 2. Corrasius in miscellaneis, lib. 4. c. 9. Michaca lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 14. Nicolaus de Lira in annotationibus super cap. 23. Exodi, ibi, *Innocentem. & iustum non occidas*, qui asserunt iudicem secundum propriam scientiam iudicare debere, non vero secundum acta processus, & mouentur varijs argumentis: præcipuè nō iudex diuino, & naturali iure debet secundum veritatē iudicare, vt Deuteronomij, cap. 3. & c. 2. scriptum est: at is, qui contra veritatem priuatim compertam iudicat, verè iudicat contra veritatē, ergo non rectè iudicat, sic enim, & occidere cognitum innocentem est contra ius naturale, & intrinsecè malum, ergo is, qui condemnat innocentem improbè iudicat iuxta illud Exodi, cap. 23. sed manifestè falluntur, neque rationes istæ aliquid probant: nam iudex non debet iudicare secundum veritatem priuatam, quam vocant theologij speculatiuam, secundum veritatem publicam, quam vocant practicam, videlicet secundum illam, quæ ex actibus processus deducitur, quæ veritas à iudicibus obseruanda est.

5 Præterea sciendum est verba nostri text. ibi, *in commissionibus procedatur simpliciter*, & verè, non posse facillè intelligi: Butrius enim putat, verba ista excludere ordine à iure civili in dictum procedendi in causis, de quo tractatur in Clementina dispendiosam de iudicijs, sed fallitur manifestè Butrius, vt aduertit Panormitanus in præsentem: nam ex text. nostro nequaquam colligitur iure canonico ordinem iudiciale non esse obseruandum, & si illa clausula summarè, & simpliciter, & de plano aliquid operetur, & quodammodo forma iudicij censeatur remissa, vt in l. sæpè de verborum significatione, & notat Baldus in l. nec quidquam, §. planè, ff. de officio procuratoris, & in l. iudices, C. de iudicijs præcipuè quando illa clausula adijcitur, *sola facti veritate inspecta*, vt respondet Alex. consil. 6. in princ. vers. *accedit* lib. 3. Romanus consil. 69. Ruinus cōs. 12. n. 11. lib. 4. Bertrandus consil. 197. n. 2. vol. 3. nunquā tamē in cōmissionibus adeò simpliciter procedendū est, vt nullus ordo iudicialis seruetur: tradit in præsentem Abbas, Oldradus consil. 115. Marfilus singul. 102. Cardinalis in clement. sæpè, quæst. 4. de verborum significatione: quæ doctrina etiā procedit in legato à latere, vt neque is possit causam committere ordine iudiciario, omnino sublato, vt testatur glossa in cap. fin. de hæreticis, lib. 6. & in dict. Clement. sæpè verbo *mādamus* de verborum significatione: quare dicendum est, quod per illa verba nostri text. *procedatis simpliciter*, quamuis

nis non tollitur ordo iudicialis, tollitur tamē perniciosa subtilitas, quod memoriæ tenendum est: nam ferè in omnibus commissionibus principum hæc verba adijciuntur.

6 Si tamen in commissione à principe facta illa verba adijciantur, *non obstantè iuris solemnitate procedatis*, respondet Bartolus in l. filiusfamilias, ff. de donationibus, quod per illa verba censetur sublata solemnitas positua, non vero, quæ à iure diuino, vel naturali introducta est: nam princeps ius posituum derogare potest, non verò ius diuinum, vel naturale: vnde id praxi notabile animaduerto, quod quamuis aliàs ex qualitate causæ plures requirantur testes, ex vi tamen illorum verborum duo testes sufficient iuxta iuris diuini, & naturalis præcepta, quamuis aliàs testes parte nō citata recipi non possint: hoc enim pertinet ad defensionem, & consequenter ad ius naturale: quare per illam clausulam tolli non potest, vt notat Doctores in l. meminerit, C. vnde vi, & prosequatur, vbi supra Bartolus.

7 Quibus breuissimè suppositis nostri textus conclusio in præsentem examinanda talis est, *nomen actionis in libello exprimere necessarium non est; debet tamen factum ita clarè, & aperte proponi, vt ex eo ius agendi colligatur*. Mouet dubitandi rationem; nam ex text. colligi videtur iure canonico derogatum esse penitus actionis vsum, ita vt in iudicijs proponenda non sit, quod est contra expressam decisionem textus, in capite 1. de mutuis petitionibus, ibi, *quatenus actione*, & in cap. examinata infra isto titulo, & in cap. 1. de deposito, ibi, *tuam dirigas actionem*, capite finali de libelli oblatione: imò vtroque iure constitutum est actionem in iudicio esse proponendam. Textus celebris, in lege edita actio lege finali, C. de edendo, ibi, *exprimendo actionem*, lege omnes, §. fin. C. de Episcopis, & clericis, ibi, *proposita actione*, ergo actionem proponere necesse est in iudicio.

8 Secundò facit dubitationem; nam iure nostro cautum est sine actione, nemini in iudicio experiri posse: probat iurisconsultus in lege si pupilli, 6. §. fin. ff. de negotijs gestis, leg. quoties 10. §. item et si temporali, ff. de administratione tutorum, capite constitutis 47. de electione: ergo vsum actionis iure canonico non est exclusus; imò is, qui actionem non proponit, non potest aliquid ex iudicio exigere: exactio namque actionem præsupponit, cum sit actionis effectus.

9 Tertio facit dubitationem: quoniā ineptè exprimere, quod exprimere necesse non est, nemini nocere potest, l. 3. ff. de testamento militis, vbi miles, qui iure communi testari decreuit, si testamentum fecerit minus solemnne, validum erit; quoniam non impedit inepta testandi voluntas, quominus valeat testamentum, cum penitus non fuisset necessaria similis, text. in lege vnica, §. eodemque modo, C. de rei uxoriæ actione: at vero inepta actionis expressio nocet proponenti, vt probat

text. in dict. cap. examinata infra isto titulo, ergo necesse erat actionem exprimere, cuius inepta nocet expressio, quæ aliàs non noceret, si non esset exprimenda, vt in dict. l. 3. ff. de testamento militis.

10 Sed his non obstantibus contrarium respondet Alex. 3. in præsentem videlicet, non esse inquirendum, quæ actio intentetur, sed factum ipsum purè, & simpliciter esse proponendum, pro cuius explicatione sciendum est, aliud esse causam petendi, aliud verò actionem ortam ex illa petendi causa: nam causa petendi est factum ipsum, ex quo vinculum obligationis resultat; actio vero ad illius obligationis datur ad executionem, vt in lege 1. & 3. ff. de actio. & obligatio. laurifgentium, §. quoniam, ff. de pactis, lege 1. ff. de edendo, & est communis opinio, vt aduertit Orozco, ibidem numero 30. & ita extendendum est: aliud esse causam petendi, aliud obligationem, & aliud actionem causa petendi, quæ sæpè factum ipsum vocari solet, est contractus, vel quasi delictum, vel quasi obligatio verò illa dicitur, quæ oritur ex contractu, seu ex facto ipso, vel petendi causa: est enim obligatio iuris vinculum; ius autem ex facto oritur iuxta vulgarem allegationem textus in lege si ex plagijs, §. in Clivo Capitolino, ff. ad legem Aquiliam: hanc enim obligationem definiuit Iustinianus in principio instituta de obligatio. quod sit iuris vinculum, &c. actio verò est effectus ipsius obligationis.

11 Secundò sciendum est actionis significationem latissimam esse, & iure civili instricta significatione vocabuli actiones significabant formulas quasdam, seu verborum solemnes conceptiones, quibus iudicium à prætore certa de causa postulabatur; erat ergo actio formula, & modus rerum priuatim agendarum veterum ingenijs excogitata, & introducta, & ideò legis actiones dicebantur, quæ formam agendi in aliquibus rebus, seu formulam à legibus 12. tabularum præscriptam habebant, vt indicant verba Pomponij in lege 2. ff. de origine iuris, ibi, *ex his legibus eodem tempore ferè actiones composita sunt*, & ibi, *certas solemnèq; esse voluerunt*, quod non solum procedebat olim in actionibus ex contractu descendentes, sed etiam ex delicto, in quibus certa etiam erat præscripta formula, & solemnitas, vt colligitur ex Arnobio libro quarto, aduersus gentes, ibi, *de atrocibus formulas constitutis iniurijs*, & hæc scrupulosa solemnitas actionum, & Imperatorum, & Pontificum constitutionibus omnino sublata est, vt constat ex toto titulo, C. de formulis sublatis, & aduertunt Cagnolus, & Corrasius in dict. l. 2. ff. de origine iuris. Secundò significat actio causam petendi, vt constat ex supra dictis. Tertio significat proprium cuiusque actionis nomen, veluti ad exhibendam pignoratitia, confessoria, & similia, de quibus loquitur textus noster.

12 His suppositis rectè respondet Alex.

in presenti non esse necessarium in iudicio proprium actionis nomen exprimere, sed factum simpliciter proponere sufficit; quoniam lex non verbis, sed rebus imponitur lege 2. C. communia delegatis, capit. commissa de electione libro 6. Vnde rationi consentaneum est potius rei, & facti veritatem attendi in iudicio, quam verba: argumento textus in leg. penultima, C. de probationibus, ibi, *veritatem*, & in leg. 4. titulo 2. libro 4. compilationis: proindeque omnino fabulata fuit scrupulosa formularum observatio, de qua in dict. leg. 2. §. Deinde, ff. de origine iuris, & plura tradit Sigonius de antiquo iure populi Romani cap. 16. & lib. 1. de iudicijs, cap. 17. hodieq; & in iure Cæsareo, & Regio, & Canonico idem in iudicijs observatur.

13 His tamen omnibus solet obijci textus in lege edita actio, C. de edendo, quatenus ait actionem in iudicio proponendam ad speciem futuræ litis demonstrandam: quare ex hoc textu communiter deducunt Doctores actorem in libello debere nomen actionis exprimere, ad quod etiam expenditur text. in l. fin. C. de interdictis, & in leg. 1. verso. *si autem*, ff. si inensor falsum modum dixerit, cum ergo ex huius rei explicatione tota ferè nostri textus explicatio dependeat; rē ab origine repetendā esse duximus, ut videamus, sitne in hoc articulo actionis exprimendæ aliquod discrimen constituendum inter ius civile, & canonicum: primò ergo sciendum est, quòd, & si hodie nemo possit in iudicium trahi absque iudicis mandato, ut rectè aduertit Alex. in reipub. C. de edendo, n. 3. Duarenus in paraphrasi ad titulum de in ius vocando, cap. 2. per text. in l. fin. C. de exhibendis reis: olim verò actori permisū erat propria autoritate reum in ius vocare, ut observat Otho. de verbis iuris, verbo *antestari*, Duarenus lib. 1. disputat. capit. 1. Rebardus libr. singul. pro tribunali, capite 4. & ad leg. 12. tabularum, Antonius Faber 1. part. in Pandectas in l. 2. & 3. ff. de in ius vocando. rectè Cuiacius, libr. 7. observatio. capite 15. explicans antiquam, 12. tabularum legem, prætor tamen edixit reum cogendum non esse in iudicium venire, si cautionem præstaret iuxta totum titulum, ff. in ius vocati, ut eant, aut satis eo nomine dent, & notat Rebardus de varijs vsucapionibus diffinitione numero 1. & hæc cautio sistendi in iudicio vadimonium dicebatur à *vade*, hoc est, fideiussore, ut copiosè notat Budeus in lege 2. verso. *vindicias*, ff. de origine iuris. Cuiacius libro 10. observatio capite 10. Petrus Gregorius 3. part. syntagmatum libro 23. capite 3. numero 14. fideiussor ergo iudicium sisti idèò vas dicebatur: nam is, qui eum dederat vadendi accipiebat potestatem teste Rebaro ad l. 12. tabularum, cap. 5. præstita ergo prædita cautio ex utriusque partis consensu dies assignatur, quo in iudicium veniret reus, qui quidem dies appellabatur condictus, & idèò, ut notat Donellus libro 23. comment. capite 2.

actiones personales conditiones dicuntur; si verò ad præfixum diem convenirent pœnam de fecti vadimonij incurrebant, quam vocat condictus pœnâ desertionis in leg. 5. §. fin. ff. si quis cautionibus.

14 Sed si reus neque vellet in iudicium vocatus venire, neque cautionem præstare, poterat actor in eum manum injicere, & quod autem obtorto collo in iudicium trahere, ut constat ex lege 12. tabularum relata à Rebaro, ubi supra dict. capite 5. vocationis tamen actori testes adhibere debebat, ut indicant verba antiquæ leg. 12. tabularum, ibi, *si in ius vocatus ne eat, manus in ius cito en capito antestari*, id est præsentibus testibus, sed quamvis actor reum in iudicium trahere posset, quando eum vocabat causam vocationis exprimere non tenebatur, ut colligitur ex Plauto in Perfa actu 4. At vero postquam iudicium venerat, tenebatur actor reo causam vocationis indicare, & actionem exhibere, probat Vlpian. in lege 1. ff. de edendo: actio ergo reo edebatur, & tempus præstatur ad deliberandum, utrum ei intererat cedere, an iudicium contendere; quando verò reus contendere creuerat, prætor iudicium componebat: ipse namque rarè, aut nunquam iudicabat, sed ius dicebat, ut in lege 2. C. de Pedaneis iudicibus: tradit Duarenus in legè iurisperitorum, §. & idèò, ff. de pœnis: Corraus in miscella libro 3. capite 18. numero 2. Anton. Faber libro 4. coniect. capite; nisi in quibusdam iudicijs extraordinarijs, ut notat Rebardus libro singul. pro tribunali, capite 11. & copiosè Menochius de arbitrarijs, lib. 1. quæst. 2. quare cum prætor non iudicaret, iudicabat, lege 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum, lege cum prætor, lege iudicium soluitur, ff. de iudicijs, & hac ratione iudices dati dicebantur, ut in lege à Divo Pio, ff. de re iudicata.

15 Præterea etiam, & litigantibus prætor actiones dabat; veteres namque, ne populus, pro ut vellet actiones institueret, eas certas, solemnesque esse voluerunt, lege 2. §. his legibus, ff. de origine iuris: sic enim iurisconsultus in leg. si reus, 42. ff. de furtis actionem formulam vulgarem appellavit, ut explicat Donellus libro 24. commentar. capite 4. quas prætor in albo subscriptas habebat, ut observant Eguinarij, & Anton. Faber in lege 1. ff. de edendo: Cuiacius libro 8. observatio. capite 15. Duarenus, libro 1. disputatio. capite 13. Rebardus pro tribunali, capite 4. Parlād. libro 2. rerum quotidiana. capite fin. §. 7. à numero 2. actor ergo à prætor actionem impetrabat, ut colligitur ex titulo C. de formulis, & impetrationibus sublati: impetrata ergo à prætorè actione reo huius actionis copia dabatur: vnde constat duplicem fieri debere editionem actionis, alteram actionis nondum à prætorè impetratæ, quam actor existimabat sibi competere: alteram actionis, & formulam à præ-

à prætorè concessæ prior editio fiebat apud prætorè: secunda verò apud iudicem datum.

16 Quibus suppositis difficile est inquirere, de qua editione actionis loquatur text. in dict. edita actio, ff. de edendo, quod nondum satis assequuti sunt antiqui interpretes, cum penitus ignorasset veterem iudiciorum formam: denique ego existimo text. in dict. leg. edita actio, intelligendum esse de editione illius actionis, quæ nondum à prætorè impetrata fuerat: illa namque actio in libello edenda erat, quæ futuræ litis speciem demonstrabat, ut reus cognosceret, an cedere, vel contendere deberet iuxta textum in dict. leg. 1. ff. de edendo; quare illa verba text. *edita actio speciem futuræ litis demonstrat*, sic explicanda sunt id est conceptio verborum, quæ actor ius suum reum intimavit, & cuius fecit copiam apud prætorè, ut causam vocationis cognosceret, futuræ litis demonstrat speciem, & explicat, de qua re, & quale postea sit apud iudices Pedaneos futurum iudicium, neque hæc interpretatio aliena est à verbis textus in dict. leg. edita: nam, etsi nomen *actio* sæpè significat actum, ut in leg. 3. §. fin. ff. de donatio. inter, & notat Bolognetus in leg. singularia, numero 26. ff. si certum petatur, plerumque tamen significat ius persequendi in iudicio, ut aduertit Sigonius, libro 1. de iudicijs, capite 17. Charondas libro 3. versimilium, §. 1. Medicis libro 2. de diffinitio. capite 25. at in dict. leg. edita; non potest intelligi in ista significatione: nam, ut notat Gilchenius in dict. leg. edita, numero 60. actio quatenus significat iuris vinculum, emendari non potest: at text. ille in 2. part. loquitur de actione; quæ potest emendari; quare illa sola emendari potest, quæ descriptionem quandam verborum significat, quæ actor ius suum reo demonstrat.

17 Vel secundo dicere possumus text. in dict. leg. edita actio intelligendum esse de secunda editione actionis, quæ fiebat apud iudicem Pedaneum, postquam prætoris autoritate iudicium compositum erat apud Pedaneum iudicem, tenebatur actor actionem cum solemnibus formulæ à prætorè impetratam exhibere, dict. leg. 2. C. de formulis sublati, & idèò verba illius legis ita sunt explicanda, *edita actio*, id est, *edita formula actionis à prætorè impetrata*, quæ cum sit negotio, de quo agitur, consentanea, futuræ litis speciem denotat: ita Vaconius libro 6. declarationem iuris, capite 88. numero 8. & rectè siquidem dicimus editam actionem speciem futuræ litis demonstrare: lis namque non incipit ab editione actionis, sed à litis contestatione, leg. unica, C. de litis contestatione, quam coniungendam esse cum dict. edita actio, aduertit Cuiacius, lib. 9. observat. cap. 21.

18 At vero postquam formulæ actionum fuerunt omnino sublata, ut constat ex dict. lege 2. C. de formulis, & impetrationibus sublati, cap. 21. & prætor ipse de rebus cognoscere non iu-

dices dare, ut in lege placet, C. de Pedaneis iudicibus, successit in locum edendæ actionis editio libelli, quæ includit manifestè actoris intentionem, ut in authentica offeratur, C. de litis contestatione, & colligitur ex definitione libelli, ut copiosè notat Maranta de ordine iudiciorum, 6. part. membro 3. Afsinius in praxi iudiciorum, §. 3. capite 4. Est enim libellus scriptura breviter claram actoris intentionem continens; idèò enim scriptura dicitur; quoniam de iure communi libellus est in scriptis porrigendus, ut in dict. authentica offeratur, capite 1. de libelli oblatione, & notarunt Bartolus in lege 1. ff. de edendo, numero 4. Iason, numero 9. & rectè ibidem Cuiacius: at vero iure regio an libellus sit in scriptis offerendus, vel non arbitrio iudicis delinquitur, ut in lege 10. titulo 17. libro 4. compilat. & eleganter docuit Abendaño responsio. 1. numero 15. Azeuedo in dict. lege 10. numero 69. quamvis in supremis tribunalibus omnino sit necesse libellum in scriptis porrigere; ut testatur Matienzo in dialogo relatoris, 3. part. capite 43. numero 1. In alijs vero tribunalibus inferioribus, quamvis libellus non offeratur, solemniter debet tamen procedere aliqua petitio saltim facta viva voce, & per notarium in scriptura processus redacta, ut commode possit ferri sententia clementina 1. verso. *verum* de verborum significatione, & tradit Abendaño, ubi supra, numer. 17. Menochius de recuperanda remedio 15. numer. 241.

19 Vnde deducitur libellum debere continere claram actoris intentionem, nā cum oblatio libelli successerit in locum editionis actionis, sicuti olim editio actionis formam futuræ litis demonstrabat, sic etiam libelli oblatio aperta debet esse, ut futuri iudicij formam demonstret: quare, etsi latissimo satis sermone disputent Doctores in dict. leg. 1. ff. de edendo, quæ desiderentur in conceptione libelli, ut dicatur actorem intentionem suam clarè exprimere, ego existimo rem istam paucis comprehendere posse: in primis enim libellus debet continere perspicuam facti narrationem, ut aduertit Gilchenius in dict. l. edita actio numero 59. & hæc facti narratio debet completi nomina actoris, & rei libellorum, ff. de accusationibus, capit. præscripta, §. libellorum, 2. quæstione 8. leg. 40. titulo 2. part. 3. & notat Baldus in dict. leg. edita, numero 27. deinde etiam debet in libello res certa designari, ut in leg. si in rem, ff. de rei vindicatione leg. 1. §. si quis argentum, ff. de positi, leg. si quis uxori, §. si libra, ff. de furtis, capite 2. de libelli oblatione: quoniam sine re, quæ petatur, nulla potest intelligi persecutio in iudicio, neque poterit reus deliberare, an cedere, an contendere expediat, si rem, quam petit actor, ignoret, ut notat Donellus lib. 23. comment. cap. 4.

20 Hæc verò rei expressio in libello faciendā est, quatenus rei natura id permittit: nam aliquando res, quæ petitur, certitudinē non patitur

v. g. si petatur interesse, quod ex natura sua incertū est, l. 1. ff. de actio. empti, l. fin. ff. de pretorijis stipulatio. tunc enim libellus generalis, & incertus substinetur, vt notat Baldus, per text. ibi in cap. cum dilectus de fide instrumentorum, l. ass. in dict. l. 1. num. 6. ff. de edendo, pro cuius explanatione sciendum est diuersum esse, an quis expectatur iudicio vniuersali, an generali, an denique speciali, vt aduertit cum glossa omnes in presententi, & in capite 2. de libelli oblatione vniuersale enim appellatur iudicium, quoties multa petuntur respectu vnius totius, v. g. petitio hæreditatis, l. 4. ff. de petitione hæreditatis, vel si petatur oppidum, aut territorium, l. 1. §. cum vrbem, ff. de officio prefæti vrbis: in his enim iudicijs vniuersalibus singulæ res hæreditariæ exprimendæ nõ sunt: sufficit enim quod actor partem, in qua hæres est, exprimat in libello, vt in ea declaretur hæres, l. licet 10. ff. de petitione hæreditatis, & resoluit Cobarruias in practicis, capit. 12. per totum; postea vero in executione sententię examinari debet, quæ sint res hæreditariæ iuxta text. optimū in l. defensionis facultas, C. de iure fisci, libr. 10. quem text. ad hoc valde commendat Bartolus in l. 1. n. 7. ff. de edendo, & inde vtiliter deducit, quod si statuto cautum est instrumentum posse executioni mandari, quod apud nos constitutum est in l. 4. & sequenti tit. 8. lib. 3. ordinamenti; poterit actor petere, vt exequatur instrumentum, quo interesse fuit promissum damnorum, aut expensarum: nam quamuis interesse sit omnino incertum, & indefinitum; potest tamen summario iudicio citato reo ad liquidam quantitatem reduci, sed quauis iudex per sententiam definitiuam ad id, quod interest, reum condemnauerit, non poterit iubere, quod reus in carcerem ducatur, vel pignora capiatur, quousque id, quod interest reductū sit ad certam quantitatem, vt resoluit Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam quarta limitatione ad l. Regiam.

21 Iudicium autem generale est, quoties actoris petitio in genere multas respicit species, quæ non habent rationem totius, quæ simul collectæ ex se considerantur, vt videre est in actionibus negotiorum gestorū tutelæ societatis, & similibus in quibus, etsi libellus generalis admittatur, nec sit necesse rem nominatim exprimere: nam in his iudicijs solum ratio administrationis exigitur, nihilominus tenetur actor in prima instatia exprimere res, quas reus administravit, & id, quod ex causa administrationis ad eum peruenit, vt in leg. 2. ff. de negotijs gestis, vbi omnes: nam sententia, quæ à iudice profertur in his iudicijs solum reo præiudicat in causis illis, quas prosequutus est actor, vt in leg. licet, C. de iudicijs: in hoc non distinguuntur hæc iudicia generale, & vniuersale: nam in vniuersali actores exprimere non tenentur, & est ratio; nam in eo iudicio actor dumtaxat petit se declarari hæredem, vt supra diximus ex dict. leg. licet de petitione hæreditatis, & ex Bartolo, &

alijs copiosè notat Cobarruias in practicis, capite 12. quare necesse non est in prima instatia res singulas hæreditarias exprimere: at vero iudicium generale directè tendit ad condemnationem rei conuentæ, ideòque actori incumbit onus probandi id, super quo petit reum condemnari apud ipsum esse, vel saltem ipsum debitorem esse, vt aduertit Bartoldus in l. 1. num. 9. ff. de edendo.

22 Iudicium autem singulare dicitur, quod ad vnam rem tantum conceditur, vt cum agitur actio in rem, vel in personam, & de aliqua re particulari tractatur; tunc necesse est rem petitam certis demonstrationibus assignare iuxta formam præscriptam in dict. leg. si in rem, ff. de rei vindicatione, & in dict. leg. 1. §. si quis argentum, ff. de politi, vt aduertit Gilchenius in dict. leg. edita actio, à numero 73. quod procedit respectu rei, quæ principaliter in iudicio petitur, non vero accessorij, vt v. g. si quis petat rem cum fructibus præmissa rei expressione non est necesse fructuum quantitatem exprimere; ita Bartolus in dict. l. 1. numero 10. ff. de edendo per text. in leg. ex diuerso, §. 1. ff. de rei vindicatione: imò et Baldus in dict. leg. edita actio, num. 65. sustinet debere libellum, in quo petitur villa cum pertinentijs, argumento textus in capit. inter dilectos de donat. & in capit. cum venissent de restitutione spoliatorum, & comprobatur hæc sententia in l. 4. tit. 2. libr. 4. compil. & quod magis est causa, propter quam petitur, exprimenda est in libello, l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo, cap. fin. de libelli oblatione, l. 40. titulo 2. part. 3. alias vero reus non posset deliberare, nisi instructus esset de causa petitionis, vt in leg. nec causis, C. de appellat.

23 Est tamen diuersum, an actio in rem, an in personam dirigatur, vt aduertit glossa in dict. leg. 1. verbo, proinde, ff. de edendo: Bartolus ibidem, numero 12. Baldus 13. & copiosè Andreas Gail, libro 1. obseruationum 161. nam in actione in personam non est sufficiens in libello exprimere causam generalem, quam dicunt interpretes proximam, sed etiam causam specialem, seu remotam verbi gratia, non satis est dicere in libello peto decem, quia mihi debes, sed peto decem, quia mihi debes ex causa mutui; at vero in actione reali actor communem causam agendi tenetur declarare, verbi gratia, quia Dominus est rei petiti, & neque est necesse exprimere in libello causam specialem dominij adquisiti, quæ differentiæ inter reales, & personales actiones deducitur ex textu in leg. & an eadem 14. §. actiones, ff. de exceptione rei iudicatæ, vbi glossa verbo, actiones, & ibi Bartolus numero 11. Paulus numero 2. Abbas in presententi numero 14. & ratio differentiarum inde deducitur; quoniam in actione personalis, nisi actor vtrâque causam expresserit, nõ reus tenetur instructus reus, quoniam potest debere res ex diuersis causis, quod diuersum est in reali actione: nam cum actor dicat se dominum esse, suffi-

sufficenter declarat id, quod reo necessarium est, vt ipse videat, an cedere, an contendere debeat: nam ex quacunque causa actor, Dominus sit, tenebitur reus rem restituere, vt in l. officium, ff. de rei vindicatione, vt rectè considerat Donellus lib. 23. commentariorum, cap. 4.

24 His suppositis respondeamus ad primum argumentum; non leuis est inter interpretes controversia, an in libello nomen actionis exprimendum sit: glossa etenim nostrâ discrimen constituendum esse putabit inter ius canonicum, & civile: nam iure civili necesse est, quod actor proprium actionis nomen exprimat in iudicio iuxta textum in dict. leg. 1. & in dict. leg. edita actio, & in dict. leg. fin. C. de edendo, cum alijs multis: at vero iure canonico sufficit apta facta narratio, quæ contineat intentionem actoris, vt in textu nostro sequuntur glossam ferè interpretes ordinarij omnes Petrus Gregorius, 3. part. Syntagmatum libr. 21. capite 8. numero 6. Donellus in dict. leg. edita actio numero 10. qui pro hac sententia expendit text. in dict. leg. 1. ff. de edendo, & in leg. non videtur, ff. de iudicijs, & in leg. 2. §. deinde ex his legibus, ff. de origine iuris, quibus in locis iurisconsulti certas vocant actiones: quia certis nominibus constabant, leg. 1. & 2. ff. de prescriptis verbis: ille vero actiones, quæ certis nominibus non designabantur, dicebantur incertæ, leg. iuris gentium, verso sed, & si qui, ff. de pactis, l. rebus, C. de rerum permutatione, leg. 3. C. de inutilibus, neque obstabit inquit Donellus text. in dict. leg. 2. C. de formulis, & impetrationibus sublatis, hodie actorem non teneri actionem à prætore impetrare, neque actori, non impetratæ actionis exceptionem obijci posse; dum tamen constet eam esse aptam negotio, de quo agitur: nam illa constitutione ait Donellus solum de nouo statutum est impetrationem actionis non esse necessariam: at vero quoad omnia alia ius antiquum omnino integrum mansit: quare sicut olim in libello nomen actionis exprimere necessarium erat, sic etiam, & hodie neque circa expressionem actionis aliquid immutauit, text. in dict. l. 2. C. de formulis.

25 Sed adhuc ego existimo, quod neque iure civili, neque canonico nomen actionis in libello exprimere nunquam fuit necessarium, vt rectè notat Alciatus in dict. leg. edita numero 11. Cagnolus numero 17. Vaconius libr. 6. declarationum, capite 88. numero 4. Iura enim, quæ in contrariam partem adducuntur, nequaquam probant nomen actionis exprimendum esse: nam quod attinet ad text. in dict. leg. edita actio, constat ex supra dictis actionem, ibi non significare proprium nomen actionis, sed potius conceptionem illam verborum, qua actor ius suum reo dicebat, & cuius faciebat copiam apud prætorem, & hoc modo etiam sumitur in leg. 1. de edendo; sicque sunt communiter intelligenda alia iura, quæ actionis huius mentionem faciunt.

26 Neque quidquam obstat textus in

leg. 2. §. deinde, ff. de origine iuris, & in leg. 1. & 2. ff. de prescriptis verbis: fatemur enim libenter actiones descendentes ex contractibus nominatis proprijs nominibus esse designatas; negamus tamen, quod actor teneatur earum proprium nomen in libello exprimere, neque obstat dicere iurisconsultos sæpe dubitasse, vt in hac, vel illa actione sit agendum, vt in leg. 1. cum alijs, ff. de estimatoria actione. Id enim non procedit; quia teneretur actor nomen actionis exprimere, sed propter formulam actionis, quæ à prætore erat impetranda: nam cum hæc deberet esse negotio, de quo agebatur consentanea, necesse erat, vt constaret vtrum hæc, vel illa actio resuleret, vt iuxta eius naturam formula à prætore daretur, sine qua nemo poterat in iudicio experiri, & cum his soluitur primum argumentum.

27 Neque obstat secundo, ex dict. l. si pupilli, §. videamus, ff. de negotijs gestis: fatemur enim neminem sine actione in iudicio posse experiri adeo, vt etiam à iudice repelli possit, parte non opponente propter defectum actionis, vt copiosè notat Menochius de arbitrarijs, quæstione 16. debet enim text. in dict. §. videamus, intelligi de illa formula actionis, quæ dabatur à prætore, vt supra diximus, qua non impetrata nemo in iudicio poterat experiri.

28 Neque obstat vltimum: nam, & si multi valde probabile putent propter actionem ineptè intentatam causam vitari iuxta text. in leg. 1. §. si autem ex locato, ibi, intentionem non tenere, ff. si mentor falsum modum dixerit, & in leg. 2. ibi, aptam rei, C. de formulis, & in leg. vnica, §. eodemque modo, C. de rei vxoriarum actione, vbi in causa dotis non vitari ratione ineptitudinis speciale est, ergo vitatur extra dotis causam: nihilominus tamen contrarium receptum est communiter videlicet propter actionem ineptè intentatam causam non vitari ex textu nostro iuncta lege 3. ff. de testamento militis, ita Bartolus in l. 1. num. 8. ff. de edendo, l. asson numer. 3. Ripa in dict. l. edita, numer. 9. C. eodem: Abbas in presententi numer. 19. Felinus, num. 11. Maranta de ordine iudiciorum, 6. part. num. 69. quare ad text. in argumento adductum in dict. cap. examinata, infra isto titulo: respondet Aretinus, quod si actio ineptè expressa est omnino incompatibilis, cum ea actione, quæ alias propriè conuenit, causa vitatur, & ita debet intelligi prima opinio, & iura pro illa allegata: si tamen incompatibilis est, nõ vitatur causa, & obtinet secunda communis opinio. Alciatus vero in dict. l. edita: aliter respondet dicens, quod si ex actione ineptè expressa non poterat reus sufficienter informari, vitabitur causa, & sub hac distinctione sunt componendæ prædictæ contrariæ opiniones; ego vero, vt rem comprehendam, duos casus distinguendos esse puto: Primus est, quando factum ineptè proponitur adeo, vt reus intentionem actoris nõ cognoscat, & tunc omnes fatentur ratione huius ineptitudinis causam vitari ex omnibus iuribus

supra adductis. Secundus casus est, quādo factum simpliciter, & verè proponitur, actio verò ineptè intentatur, & in hac specie negat Bartoldus causam vitiari, cui ego libenter assentior, sicque tenendū est, & hoc modo debet intelligi text. in d. cap. examinata infra isto tit. & similibus, ibi: namque ideò causa vitiatur: quia propter actionis expressæ ineptitudinem factum, & intentio ipsa actoris non potuit perspicua manere, & cum his soluitur argumentum, & textus.

S U M M A R I A.

Ad cap. clerici, 8. huius tit.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
- 2 **D**ifferentia inter consuetudinem privilegio contrariam, & non usum privilegij, n. 3. num. 4. num. 5.
- 6 **C**onclusio nostri textus intelligenda est de consuetudine privilegio clerici contraria, num. 7. nu. 8. num. 9.
- 10 **C**onsuetudo ius positivum derogare potest, nu. 11. num. 12.
- 13 **C**obarruias pract. cap. 31. n. 5. n. 14.
- 15 **L**aicus cuiuscunque consuetudinis pretextu non potest cognoscere de causis clericorum, numer. 16.
- 17 **C**onstatque ex decisione, cap. qualiter, & quando isto tit.
- 18 **R**espondetur ad fundamenta contraria opinionis, num. 19. n. 20.
- 21 **C**onfessio clericorum an praedictet libertati Ecclesiastica, n. 22. n. 23.
- 24 **I**dem dicendum est de prescriptione, etiam in memoriali.

A D T E X T V M

In cap. clerici, 8. huius tit. de iudicijs.

PROBAT text. noster clericum super criminibus conveniri non posse coram iudice saeculari etiam non obstanti prima contraria consuetudine: docet ergo text. noster exemptionem clericorum nulla contraria consuetudine amitti, vel diminui posse.

2 Pro cuius decisionis explicatione sciendū est differentiam esse constituendam inter propriam consuetudinem privilegio contrariam, & non usum privilegij: si enim loquimur de puro non usu privilegij absque usu contrario, certum est per

talem non usum privilegium fori clericalis amitti.

3 Idque manifesta ratione probatur, quod privilegium non amittitur per non usum, nisi vi tacite renuntiationis, aut ratione praescriptio- nis alterius contra privilegium; cum ergo id- ri non possit neque priori, neque posteriori modo constat nullo modo amitti posse.

4 De renuntiatione id aperte constat: n- ficit in hoc privilegio non potest habere: cum expressa renuntiatione a fortiori, nec tacite iuxta notata in capit. fideligenti de foro competenti: constat ergo non usum privilegij, nec afficere posse in vi tacite renuntiationis.

5 De praescriptione etiam id aperte constat: nam si non usus sit merè negatiuus sine usu contrario contra privilegium praescriptio induci non potest, ut expressè probat Panormitanus in capite Ioannes de clericis coniugatis, numer. sicut enim per non usum purum non potest duci consuetudo, similiter nec praescriptio, ut deconcludit Panormitanus, quod per negati- nem actus, quæ non est contraria legi praecipiti, sed tantum permittenti non inducitur praescriptio.

6 Superior ergo conclusio huius text. etiam intelligenda est de consuetudine privilegio clericali contraria, ut tenet communis Doctorum traditio in text. nostro, ubi Panormitanus numer. 5. Decius 14. Ripa in capite 2. huius tituli de iudicijs, numero 15. Imò, & Probus capite 2. de probationibus, assertionem dictam merito extendit ad consuetudinem immemorabilem. Rota in antiquis decisione 3. & decisio 16. & decisione 840. sub titulo de consuetudine Bartolus in leg. de quibus, numero 5. ff. de legibus, Gregor. in leg. 2. titulo 2. part. 1. numero Nauarro in capit. cum contingat de rescriptis medio 1. Aufrerius de potestate civili super clericos regula 1. & 2.

7 Et aperte probatur in text. nostro licet enim sermo sit de privilegio fori in criminalibus, communiter tamen de tota immunitate privilegij Ecclesiastici intelligitur, ut latius ostendimus in capit. 2. huius tituli: alij enim canones absolute de immunitate Ecclesiastica loquuntur, ut in capit. cum terra de electione, ubi damnata est quædam consuetudo, & redditur ratio: ibi, quia in gravamen, & perniciem Ecclesiasticæ libertatis redundabat, & colligitur etiam ex text. in capit. ad nostram, capit. cum inter de consuetudine authentica, Cassa, C. de sacrosanctis Ecclesijs, ubi consuetudo quælibet, contra libertatem Ecclesiasticam reprobat, idem in capite mouerit de sententia excommunicationis.

8 Et ratione probatur primò: nam ut probauimus, supra in capite 2. huius tituli, hæc exemptio est de iure diuino, contra quod consuetudo præualere non potest: cap. fin. de consuetudine, idque declaratur: nam aut illud ius diuinum est, etiam naturale, & tunc contraria consuetudo

erit iniqua ex dicto: cap. fin. aut est ius diuinum positivum, & tunc actiones humanæ, etiam quantum cumque multiplicatæ non possunt contra Christi voluntatem præualere, aut à Christo statutum mutare.

9 Secundò, alia ratio adduci solet: nam talis consuetudo est iuri canonico valde contraria, & ideò contra illud præualere non potest: nam inferior non potest ius superioris abrogare, idque denotat text. noster, ibi: In canonibus generaliter tradidi, &c.

10 Urget tamen in contrarium: nam consuetudo ius positivum derogare potest, ut notum est in materia de legibus, & vulgò traditur in cap. fin. de consuetudine, & in cap. 2. de probationibus, ergo poterit ius positivum canonicum abrogare; nihil ergo refert, quod consuetudo sit contra sacros Canones, cur ergo consuetudo non poterit præualere contra Canones hanc immunitatem statuentes, sicut potest in omnibus alijs materijs dato, quod hæc immunitas sit de iure canonico, ut est probabile: præcipue nam sicut consuetudo est potens ad acquirendam iurisdictionem, ut in cap. irrefragabili de officio ordinarij, similiter potens erit ad illam amittendam.

11 Sed respondetur vulgarem regulam decentem consuetudinem posse legem positivam vincere, & canonicam non procedere, quando ius canonicum consuetudinem prohibet supponendo illam esse iniquam, & hoc modo prohibet ius canonicum consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, ut decisum est in cap. 1. de consuetudine & in cap. ad nostram eodem tit. & hac ratione leges omnes contrariæ Ecclesiasticæ immunitati, tãquam iniquæ à iure canonico reprobantur, ut constat ex toto titulo de immunitate Ecclesiarum, & docuit Bartol. in l. de quibus, num. 4. ff. de legibus: idem ergo de consuetudine dicendum est, quæ legi æquiparatur, ut eodem argumento probant Batrius in cap. cum ex officijs, num. 3. de praescriptionibus, Rochus in cap. fin. de consuetudine, num. 521. multos alios referens: nec dubium est, quod omnis consuetudo, quam lex canonica, ut iniqua reprobatur, verè irrationabilis est: mirum ergo non erit, quod legem canonicam non vincat, si quidem vim consuetudinis, cum sit irrationabilis, non habeat.

12 Urget tamen: nam licet respectu consuetudinis vniuersaliter exemptionem clericalem abrogantis efficax sit supradicta ratio: nam generalitas consuetudinis huius præ se ferret indecentiam, & irreuerentiam Ecclesiæ, adeò ut nec per legem scriptam talis derogatio immunitatis fieri possit, nihilominus tamen non videtur vniuersaliter procedere de omni consuetudine particulari, quæ introduci potest in certis materijs, vel causis, vel personis, vel prouincijs, quo casu non semper erit irrationabilis consuetudo.

13 Qua ratione Cobarruias in practicis cap. 31. num. 5. existimat in aliquibus casibus consuetudinem legitimè praescriptam posse restringere,

aut limitare hanc clericorum exemptionem, eo quod putat esse de solo iure positivo, quamuis fateatur id non procedere ex ea parte, quæ dedecus esset ordini Ecclesiastico, & damnum considerabile inferretur tranquillitati ministrorum Ecclesiæ, & sic putat sustinendam esse consuetudinem Anglorum, apud quos clerici coram saeculari iudice litigare cogebantur super realibus actionibus, quæuis eam reprobet in actionibus personalibus, de quo Aufrerius in Clementina prima de officio ordinarij, regula 2. num. 5. Guillelmus Benedictus in cap. Raynutius de testamentis, verbo, & uxorem, num. 322. Boerius de crimine 69. numero 26. Firaquellus, lib. 1. de retractu, §. 32. glossa 1. num. 81. qui de simili consuetudine apud Gallos obseruata testantur, sequuntur etiam Ioann. Garcia de nobilitate, glossa 9. num. 44. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum, §. fin. quæst. 36. num. 3.

14 Horum autem opinionem non probò: verius enim est omnem consuetudinem siue generalem, siue particularem contrariam libertati Ecclesiasticæ esse iure reprobata, & irrationabilem, adeò ut non possit immunitas hæc contra illam consuetudinem aliqua ex parte derogari, & moueor ex omnibus decretis canonicis allegatis, qui loquuntur etiam de particularibus consuetudinibus, easque omnino reprobant, & ita sæpe Pontifices, & concilia declararunt, ut constat ex cap. Inolita, cap. placuit, cap. si clericus, cap. si quis ex fratribus cap. peruenit 11. quæst. 5. & multis relictis probat Azorius, tomo 1. moralium, lib. 5. cap. 12. quæst. 1. §. sed dubitari posset.

15 Ideò receptissimum est non posse laicos cuiuscunque consuetudinis pretextu de causis clericorum cognoscere: sic Baldus in textu nostro ad finem, & ibidem Butrius, num. 2. & num. 11. Panormitanus, num. 5. & 6. Decius, num. 58. & in capite 2. de iudicijs, num. 167. & conf. 156. num. 4. & communiter tradunt Doctores in capite 2. de præbendis, ubi Monachus, num. 5. Ioann. Andreas num. 6. Romanus, num. 13. Panormitanus in cap. quisquis de electione, num. 3. dicentes in spiritualibus, quæ non cadunt in laicum, nihil operari consuetudinem, quæ non potest incapacem reddere habilem, & capacem, ut expressè notat Panormitanus, in cap. quanto, num. 2. de consuetudine. Probus in cap. 2. de præbendis, num. 7. Decius, in cap. 2. de iudicijs, num. 36.

16 Idque aperte probant verba text. nostri, prout habentur integra, ibi: Clerici maxime in criminalibus causis in nullo casu possunt ab aliquo quam ab Ecclesiastico iudice condemnari, etiam si consuetudo regia habeat, ut fures à iudicibus saecularibus iudicentur, quæ verba aperte probant particularem consuetudinem non posse privilegio clericali ex parte derogare; imò & constat ex text. nostro eam reddi inter alias rationem: quoniam Imperator prædictos Canones sequi sit professus, videlicet, ut in authentica, ut clerici apud proprios Episcopos. Imperator enim Federicus in constitutione de statutis, & consuetudinibus, contra libertatem

Ecclesiæ, de quibus in l. statuimus, C. de Episcopis, & clericis, recedens ab errore veterum legum statuit nullam Ecclesiasticam personam, in quacunque causa trahi posse ad iudiciū sæculare, ita ut merito Panormitanus in text. nostro, num. 6. Decius numero 5. eius decisionem ad causas, etiam civiles clericorum, extendendam dixerint.

17 Imò, & constat ex decisione text. in c. qua litera & quando de iudicijs, ubi ne clerici trahantur à laicis ad iudiciū sæculare, omnino prohibetur, quo loquendi modo inferioribus omnibus facultas dispensandi, siue per statutum siue per consuetudinem denegatur & aduertit Præpositus in cap. si quis cum clerico, l. 1. q. 5.

18 Ad fundamentum autem contrariæ sententiæ responderi potest ex multorum opinione consuetudinem semel reprobata[m] numquam præualere posse, aut reputari rationabilem ex quacunque circumstantia etiam de nouo exorta: fateor tamen hanc doctrinam generaliter sumptam duram esse, quamvis in casu, de quo loquimur, sit valde probabilis: tunc nam nunquam potest dari talis noua circumstantia, ut sit Ecclesiæ conueniens fieri talem exceptionis diminutionem, aut derogationem: nam licet fortasse in aliquo loco expediat, non inde statim sequitur ibi esse consuetudinem rationabilem: nam cum hoc privilegium toti collegio clericorum concessum sit, fieri potest, ut illi non expediat.

19 Præterea nam omnis consuetudo, quæ contra libertatem Ecclesiæ introduci solet, est principum, & aliorum laicorum exercentium iurisdictionis actus in clericos: hæc tamen quamvis possit iuri civili derogare, non verò iure canonico; ergo nec poterit huic privilegio derogare, idque probatur ratione euidenti: nam consuetudo non est potentior lege cæteris paribus, ut communiter notatur in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo; sicut ergo lex civilis non potest iuri canonico derogare, nec etiam poterit consuetudo laicorum: certum enim est consuetudinem laicorum clericos obligare non posse, ut notant Innocentius in rubrica de consuetudine, num. 6. Panormitanus in cap. quod clerici de foro competenti, num. 2. Felinus in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constitutione, num. 100. & multis relatis ostendit Azorius, tomo 1. moralium lib. 5. quæst. 12.

20 Idque receptissimum est, quando talis consuetudo laicorum derogat Ecclesiasticæ libertati, ut aduertit Bartol. in l. 1. C. de summa Trinitate, & in l. 2. C. de legibus, & in l. 2. ff. eodem: idque per argumentum ab speciali probatur, in cap. fin. de vita, & honestate clericorum, ubi permittit Pontifex, ut clerici privilegio exemptionis abutentes, & qui sæcularibus negotiationibus lucrifaciunt, implicentur, consuetudinibus patriæ subijciantur, cum facto ipso privilegium amittant clericale; ergo text. iste firmat regulam in contrarium, videlicet, consuetudinem laicorum non posse clericos gravare: imò, & in illo casu necessaria fuit declaratio Pontificis, quævis amissio privilegij ipso facto eveniret.

21 Obijci tamen potest interdum fieri posse, ut consuetudo non sit solum laicorum, sed etiam clericorum voluntariè illam obseruantium, veluti ad eundo tribunalia sæcularia, vel soluendo tributa. Quo casu cum cõmunis sit consuetudo, etiam ligat clericos: unde Cobarruias in practicis, dist. cap. 31. Fatetur eo casu consuetudinem, quantum est ex ea parte, posse Ecclesiasticæ libertati derogare, si aliàs sit rationabilis.

22 Hanc autem opinionem non probò: nam consensus clericorum in eo casu, quando adest Ecclesiasticæ libertatis præiudicium, nihil operabitur: est enim priuata quædam renunciatio privilegij omnino inefficax, ut latius diximus in cap. si diligenti de foro competenti, & in proposito introducendæ consuetudinis aduertit Paulus de Castro consilio 159.

23 Tum etiam quoniam tali consensui clericorum numquam assistit expressus aut tacitus consensus Pontificis, sine quo nulla potest esse consuetudo iuri canonico derogans, ut sæpius tradidimus in cap. fin. de consuetudine; tum in c. 2. de probationibus: unde quando dicimus consuetudinem clericis, & laicis communem, clericos etiam ligare intelligendum est de consuetudine, quæ non præiudicat sacris canonibus, quo casu saltim consensus tacitus Pontificis desideratur: at in specie nostra in consuetudine privilegium clericale abrogate expressus Pontificis consensus desideratur, ideoque in particularibus casibus laicis in clericos iurisdictione à Pontifice concedi potest, consuetudine tamen nullo modo introduci, de quo plura in dictis locis plena manu tradidimus.

24 Tandem idem dicendum est de præscriptione, sicut enim nulla consuetudine privilegium clericale diminui potest, similiter nec præscriptio, etiam in memoriali: est enim laicus huius potestatis incapax, nec possidere potest consequenter, nec præscribere cap. causam, ubi omnes de præscriptio. & sic finitur text. iste.

SUMMARI A.

Ad text. in cap. causam 9. hoc tit.

- 1 **C**onclusio nostræ text. proponitur.
- 2 **O**bstat primò quod iudex ad priuatam utilitatem non potest iudicium suum impartiri.
- 3 **M**onasterium potest litigare sine licentiâ prælatis.
- 4 **C**onclusio text. verissima est.
- 5 **M**onachi nihil possunt in iudicio agere sine licentiâ prælatis.
- 6 **O**bstat text. in cap. parochianos 9. de sententia excommunicationis, num. 7.
- 8 **M**onasterium potest agere iniuriarum actionem pro iniuria illata monacho, sicut patet pro filio.
- 9 **F**ilius potest agere propter iniuriam sibi illatam quamvis à patre remissa sit.

- 10 **P**rælatus potest remittere iniuriam factam monacho, non vero iniuriam Ecclesiæ illatam.
- 11 **C**asus, in quibus monachus sine prælatis licentiâ potest in iudicio agere, num. 12.
- 13 **I**udex an possit ex officio repellere procuratorem non habentem mādatum, ne iudicium reddatur illusorium, num. 14.
- 15 **N**on obstat l. 20. tit 5. part. num. 16.
- 17 **R**espondetur ad argumenta supra adducta, n. 18.

A D T E X T V M

In cap. causam 9. hoc tit.

1 **I**UDEX ex officio providere debet, ne monasterium, vel collegium litiget coram eo, sine prælatis auctoritate, & debita solemnitate, ne aliàs iudicium frustratorium reddatur, quam conclusio nem ex textu nostro uti receptam sequuntur Abbas, Butrius, Beronius, & cæteri omnes; idem Baldus, & Salicetus per textum ibi, in l. omnes, §. nihilominus, C. de Episcopis, & clericis, & in cap. si qua de rebus 12. quæst. 2. & tractari solet in capite edoceri, cap. cum dilecta de rescriptis, cap. 1. de procuratoribus, l. 2. tit. 5. part. 3. l. 22. tit. 1. part. 7.

2 Sed contra hanc conclusionem facit primò dubitationem: nam iudex ad priuatam utilitatem non potest iudicium suum impartiri, l. fin. ff. de petitione hæreditatis, l. 4. ff. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto: ergo in specie textus nostri iudex ex officio suo non debuit emendare processum, ne postea lis suscitaretur: præcipuè si consideremus iudicem custodem, & interpretem esse iustitiæ, neque ad vnam partem declinantem, l. nullus, C. de iudicijs, cap. 1. de re iudicata, lib. 6. ergo iudex ex officio non tenetur legitime personas in iudicio litigaturas.

3 Secundo obstat, nam monasterium potest litigare, sine licentiâ prælatis, ergo falso ait text. noster necessariam esse prælatis auctoritatem: quilibet enim, sine mandato præstita debita cautione potest alium in iudicio defendere, cap. 1. de procuratoribus, ergo, & monachi id facere poterunt, sine licentiâ prælatis: monachus enim respectu monasterij, & clericus respectu suæ Ecclesiæ reputantur inter coniunctas personas, ut est celebris doctrina Panormitani, in d. cap. 1. de procuratoribus, num. 8. sed coniuncta persona potest præstita cautione, sine mandato pro coniuncta agere in iudicio, ergo, & monachus pro monasterio id poterit facere. Est bonus text. in cap. non liceat 12. quæst. 2. & quod magis est licentiâ, si aliqua esset necessaria in monachis ad litigandum deberet provenire à suo superiori, cap. monachi el 2. 16. quæst. 1. cap. 2. de postulando, ergo non rectè, ait textus noster esse petendam licentiâ ab Episcopo.

4 Sed his non obstantibus verissimum est iudicem ex officio providere posse, ne religiosi litigent sine licentiâ prælatis: & reddit text. rationem, ne aliàs lis semel finita valeat suscitari: ad publicam enim utilitatem pertinet, ne iudicium reddatur illusorium, partesque expensis non vexari, & litibus finem imponere l. minoribus, ff. de minoribus l. properandum, C. de iudicijs cap. 2. de causa possessionis cap. finem litibus de dolo, & contumacia: ex qua ratione orta est receptissima in omnibus negotijs praxis, scilicet, ante omnia litigantium personas litigandas esse, l. 2. & ibi glossa verbo *seruus*, C. de edicto Diui Adriani tollendo cap. 1. de accusationibus cap. 1. de procuratoribus: quare cum monachus sine licentiâ superioris legitime personam habere non possit in iudicio, ut in dict. cap. monachi, el segundo 16. quæst. 1. d. cap. 2. de postulando poterit iudex ex officio suo quærere, ut ante omnia doceat de licentiâ superioris, ne iudicium illusorium reddatur, & partes iniuste vexentur: quare nostri textus sententia procedit in monachis in procuratoribus in filijs familias, ut docuit Abbas in præsentem num. 3. Decius num. 4. & relati à Padilla in l. ubi pactum, num. 12. C. de transactionibus, & videnda sunt, quæ latè diximus supra in cap. 1. de procuratoribus.

5 Est ergo recepta sententia monachum, nihil posse in iudicio agere, sine prælatis licentiâ, ut notant Doctores in cap. cum dilecta de rescriptis, & ibi latè Felinus à num. 15. Bartolus in l. ita demum, C. de procuratoribus, Cardinalis in clausula 3. eodem tit. quod ita verum est, ut etiam si spoliatur proprijs vestibus, proprio nomine nihil agere possit: ipse etenim nihil habet, nihil possidet: Imò neque dicetur spoliatus, sed potius monasterium teste glossa recepta in cap. non dicatis 12. quæst. 1. cum aliàs pro mortuo habeatur, cap. placuit el 2. 16. quæst. 1. l. Deo nobis, C. de Episcopis, & clericis, & latè docet Baldus in authentica excipitur, C. de bonis libertorum, Molina Theologus de iustitia. & iure, disputatione 139. & 276. & 687. quare, neque etiam nomine monasterij agere poterit in iudicio, sine auctoritate prælatis, iuxta text. in cap. dilecta ubi omnes, & in cap. edoceri de rescriptis, Baldus in l. præses, quæst. vltima. C. de transactionibus.

6 Quibus obstare videtur text. difficilis, in cap. parochianos 9. de sententia excommunicationis, quatenus probat religiosi læsis, & iniuriatis esse ante omnia satisfaciendum, ex quo multi deducunt monachi proprio nomine agere posse iniuriarum causa, sed falluntur proculdubio: nam potius dicendum est etiam actione iniuriarum pro monacho prælatis, vel syndichum monasterij agere posse, ut resoluit Angelus in l. 1. §. item autè per semetipsum, ff. de iniurijs, rectè Boerius decisione 122. num. 10. & ita expressè docuit, glossa in d. cap. parochianos, verbo, *in monachos*.

7 Pro cuius intelligentia scire oportet, quod sæpè alteri per alterum iniuria fit: id enim aperte docuit Iustinianus in §. patitur, instituta de iniurijs:

rijs: *Patitur autem, (inquit) quis iniuriam non solum per semetipsum, &c.* Cuius rei plura adducit Iustinianus exempla: patri enim ex iniuria filij in potestate iniuria irrogatur, & similiter maritus actione iniuriarum agere poterit pro vxoris iniuria, quamvis vxor pro marito iniuria agere non possit: nam (vt inquit Iustinianus) defendi vxores à viris, non viri ab vxoribus æquum est: Idem Paulus in l. 2. ff. de iniurijs, sic etiam, & focer, nurus, nomine cuius vir in eius est potestate, iniuriarum agere potest, *si nupta filia famil.* (inquit Paulus in l. eum qui 1 8. ff. de iniurijs) *iniuriam acceperit, & vir, & pater iniuriarum agant Pomponius recte putat tanti patri condemnandum esse reum, quanti condemnaretur, si vidua esset viro tanti, quanti condemnaretur, si ea in nullius esset potestate, quod sua cuiusque iniuria propriam æstimationem haberet, & eodem modo seruis non fit iniuria, sed eorum dominis, quibus eo casu iniuriarum competit actio adeò, vt si communi seruo iniuria fiat æquum est non pro ea parte, qua dominus quisque est æstimationem iniuriæ fieri, sed ex dominorum persona; quia ipsis fit iniuria, vt inquit Iustinianus in §. seruis instituta de iniurijs: idem probat textus in l. illud, §. 1. l. 1. §. vsque adeò, l. si quis seruum meum, ff. de iniurijs notant Ias. in §. actiones, num. 68. institut. de action. Gregor. in l. 7. tit. 1. part. 7. gloss. 3. & in l. 1. tit. 9. part. 7. gloss. 2. Gomecius tomo 3. variar. cap. 6. num. 5. adeò, vt ex iniuria filio in potestate facta, etiam eo consentiente patri actio iniuriarum competat, in l. 1. §. vsque adeò, d. l. si quis seruum meum, ff. de iniurijs: solus enim pater potest, vt aduertit Baldus in d. §. patitur eam actionem exercere: Quæ omnia procedunt respectu filij, quem pater habet in potestate, quod intelligi debet, si in potestate esse non ignorat, qui iniuriam infert: sic enim Paulus respondit in l. cum qui innocentem, §. si iniuria, ff. de iniurijs, *si iniuria mihi fiat ab eo, cui ego sum ignotus, v. g. si quis putet me Titium esse, cum sim Gaius, præualeat, quod principale est solum iniuriam eum mihi facere velle: nam certus ego sum: quamuis ille me alium esse putet, & ideò iniuriarum actionem habeo: incertæ enim personæ iniuria non fit, litem apud Labeonem, §. conuicium el. 2. verso, cui, ff. de iniurijs. Et ita receptum est exprimentam esse personam, aduersus quã actione iniuriarum agitur, nisi in famosis libellis, l. lex Cornelia, §. fin. l. quod Senatusconsultum, ff. de iniurijs: at verò cum aliquis filium familias, patrem familias putat, non videtur patri familias iniuriã facere non magis, quam viro, si mulierem viduam esse credat: quia neque in personam eorum conferatur iniuria: si vero eum sciret esse filium familias, cuius tamen filius esse nesciret, posset proculdubio pater iniuriarum agere proprio nomine, & idè dicendum de marito, si iniurians scisset nuptam esse, quamvis maritum non cognosceret, & reddit Iurisconsultus rationem: nam qui hæc non ignorat, cuiusque patri, cuiusque marito, per filium, per vxorem vult facere iniuriam, de quo videndi sunt Zasius, lib. 2. singularium intellectuum, c. 17.**

Corrafius in miscellaneis, lib. 4. cap. 11. Bartol. in l. Barbarius à num. 20. ff. de officio prætoris, l. si per errorem, num. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum: copiosè Gomecius, tomo 3. variarum, cap. 3. num. 34. Cobarruias in cap. almamater 1. part. §. 10. num. 14.

8 Quæ omnia similiter procedunt in monacho, sicut in filio familias, adeò vt ex iniuria monacho facta iniuriarum agere possit monasterium, adeò vt monasteriũ illius iniuriam remittere possit, sicut & pater filij iniuriam potest remittere, nisi pater vilis persona sit, filius vero honestior, l. sed si vnus, §. filie familias, ff. de iniurijs: *non enim, (inquit Iurisconsultus) debet pater vilissimus filij suum meliorem ad suam vilitatem metiri,* explicat Iason in l. contra §. si filius à num. 15. ff. de pactis, Bartol. in l. 4. §. Cato. num. fin. ff. de verborum, Grego. in l. 2. tit. 5. part. 3. gloss. 5. & communiter id notant Doctores in d. §. filio familias, vbi glossa, Bart. & ceteri, glossa, & ordinarij in l. in personam 31. ff. de pactis relati à Pinello in l. 1. 3. part. num. 105. C. de bonis maternis; vulgò enim text. in d. §. filio familias intelligitur, vt pater remittere possit iniuriam filio factam, etiam inuito filio, quæ omnia multò melius procedunt in monacho, vt in filio iudicauit Capella Tolofana, quest. 241. Boerius decisione 120. Alciatus in l. pactum, num. 16. C. de pactis Romanus singulari 92. Hipolytus singulari 573. adeò vt, si iniuriant facta sit remissio, vel à monasterio, vel à patre cesset iniuriarum actio, filius vero impræiudicium patris non potest sibi illatam iniuriam remittere, similiter neque monachus, vt in d. l. in personam: vulgò agnoscunt Doctores ita Boerius, d. decisione 120. num. 7.

9 Sed in filijs hodiè ex decisione, text. in l. 1. C. de bonis maternis; Azon in sũma, C. de iniurijs, num. 13. & alij multi putant id non procedere, sed potius filium propter iniuriam sibi illatam adhuc agere posse non obstante remissione facta à patre, sequitur Hostiensis relatus à Boerio vbi supra, quod sentire videtur Albericus in d. §. filio familias, quam opinionem ego Pinellum sequutus magis probandam esse censeo, non ex decisione, textus in d. l. 1. C. de bonis maternis, vt ipse Pinellus aduertit ibidem, 3. part. num. 105. nam text. ille solum loquitur de bonis maternis, sed ex decisione text. in l. cum oportet, C. de bonisque liberis, quæ de omnibus bonis aduentitijs loquitur: iniquum enim est, & iuris regulis contrarium, vt solus pater remittat actionem iniuriarum filio competentem, cum ea actio sit de illis, quæ filio familias proprio nomine competit, l. filius familias 8. ff. de actio. & obligation. tutior ergo Azonis, & Hostiensis opinio videtur: nam saltim pecuniaria æstimatione iniuriæ filio est acquirenda, & consequenter patris remissio filio non potest nocere.

10 Eodem ergo profus modo prælatus iniuriam monacho factam remittere potest, non verò potest remittere iniuriam Ecclesiæ illatam, ex cõmuni Doctorum sententia in cap. cum desideres, & in cap. non dubium de sententia ex communica-

tionis, & notant Faber, Angelus, & Aretinus, in d. §. patitur, instit. de iniurijs: Blasius in tractatu correlatiuorum, quest. 5. verso. vigesimo fallit. Iacobus de bello visu, in praxi, tit. de iniurijs, verso, *sed numquid si filius:* Imò, certum est monachum pro iniuria agere non posse, nisi de licentia sui superioris abesset causa studiorum, & prælatus ab eodem loco longè abesset, quo casu ipse pro sua iniuria posset agere arg. in l. si longius, §. filius familias, & ibi glossa, & Doctores, ff. de iudicijs, & copiosè tradit Pandormitanus, cons. 88. volumine 1: Capella Tolofana, decisione 88 Felinus in cap. cum dilecta, verbo. *monachus non agit*, de rescriptis; vbi adducit regulæ plures limitationes, neque obstat text. in dict. cap. parochianos de sententia excommunicationis, dum probat religiosi læsis, & iniuriatis esse ante omnia satisfaciendum: nam intelligitur de satisfactione facta monacho, mediante prælato, aut syndicho monasterij, vt constat ex supradictis, & docet Angelus in l. 1. 6. item autem per semetipsum, verso, *speçbat enim ad nos*, ff. de iniurijs.

11 Quamuis tamèn regulariter receptum sit ex text. nostro & alijs, monachos non posse in iudicio agere, sine prælati licentia: sunt verò quidam valdè notandi casus, in quibus potest monachus in iudicio agere, sine licentia prælati. Primus est, quando monachus prælatum de crimine accusaret: nam, & si alium accusare non possit, sine licentia, ipsum verò recte potest: text. est c. bris, vbi omnes in cap. ex parte de accusationibus, & aduertit Nauarro, 1. tomo de regularibus, §. secundo nunc quoad iudicia, à num. 65. & est ratio secundum Felinum in d. cap. edoceri de rescriptis num. 9. nam quoties alterius voluntas ad actum desideratur, iure optimo omittitur, quando suspectam habemus eius voluntatem propter particularem affectionem; meritò ergo licentia prælati omittitur, quando aduersus prælatum in iudicio agendum est, sic etiam quamuis licentia patris sit necessaria, vt filius agat in iudicio, in illis tamen casibus, in quibus potest filius contra patrem agere, patris non est necessaria licentia, iuxta glossam magnã in l. cum non solum, C. de bonis quæ liberis, quamvis filio tunc dandus sit curator in litem, cuius spirauit officium lite finita, vt in §. fin. instituta de autoritate tutoris.

12 Secundus casus est, quando monachus agit in iudicio in casu suæ electionis: tunc enim potest in iudicio agere, sine licentia prælati, vt affirmant Innocentius, & reliqui omnes, per text. ibi, in d. cap. cum dilecta de rescriptis, quod debet intelligi ex sententia Imolæ, ita vt monachus electus in prælatum alterius monasterij agere non possit sine licentia proprii prælati in causa suæ electionis: text. est in cap. si religiosus 27. de electione, libro 6. l. 24. tit. 5. part. 1. & ibi gloss. fin. Tertius est casus, quando monachus habet aliquam administrationem: nam tunc ratione administrationis, poterit absque dubio agere in iudicio, vt communiter notant omnes, in d. cap. cum dilecta de rescriptis, per text. in cap. cum deputati, infra isto tit. quod

non debet intelligi de omni administratione: non enim omnem administrationem potest gerere monachus, sed illam solum, quam gerit virtute commissionis, & obedientiæ à superiore: tunc enim eò ipso quod gerit administrationem, omnia facere videtur, ex tacita autoritate, & licentia prælati, vt apparet in filio familias, qui peculium habet à patre familias concessum, l. qui peculij, ff. de peculio: enim circa peculij administrationem omnia ex voluntate patris familias facere videtur. Quartus casus est, quando abiens est prælatus, & periculum in mora petendi licentiam: est communis Doctorum sententia, in d. cap. cum dilecta: tunc enim monachus, sine licentia potest agere in iudicio: argumento text. in cap. vnico, ne sede vacante; lib. 6. quatenus probat, quod si beneficij collatio simul pertineat ad Episcopum, & capitulum vno eorum deficiente alter poterit conferre, ne diù maneat Ecclesia vacans. Quintus casus est, si monachus ageret pro defensione sui prælati iniuste incarcerati, sicut etiam, & agere potest pro rebus monasterij malè alienatis: argumento textus in cap. cum olim de testibus. Sextus casus est, si petierit monachus se restitui ad claustrum, tanquam iniuste eiectus, & consequenter si petat ea ratione alimenta, vt in cap. 1. cum dilecta: estantur Butrius, Imola, Abbas, & Felinus, per text. in capite placuit 15. quest. 1. Bart. in l. seruos ad custodiam, ff. de alimentis legatis. Septimus casus est, quando monachus datus in obsidem agit contra Abbatem, de quo Baldus in cap. ex rescripto de iure iurando, vbi latius dicemus, quod idem procedere, ait Baldus in filio à patre ob famem vendito, quia patre ad pinguiorem fortunam veniente potest, contra illum agere, vt cum redimat, quod ex Baldo, vt refert Felinus vbi supra notandus est ad text. in d. l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt.

13 Ex superioribus ergo deducitur, quid sit dicendum in illa questione, an iudex ex officio possit repellere procuratorem non habentem in datum, ne iudicium reddatur illusorium; & vt debita solemnitas seruetur, & glossa celebris, in cap. 1. verbo, *absentia*, de electione lib. 6. respondit iudicem ex officio suo talem procuratorem repellere posse, & mouetur ex regula, & ratione text. nostri: iudex enim id prouidere debet, ne iudicium illusorium reddatur: contrarium sequitur Bartolus in l. inter quos, §. alieno, ff. de damno infecto, qui secure affirmat iudicem ex officio suo non posse opponere contra personam inhabilitatam in iudicio cõparentis: Imò falsum esse ait dicere gestum cum falso procuratore esse omnino nullum, cum saltim sit validum respectu procuratoris, iuxta cõmunionem opinionem Doctorum in l. licet, C. de procuratoribus, quatenus significat falsi procuratoris exceptionem opponere necessarium esse, l. Plaucius, ff. de procuratoribus.

14 Sed adhuc multò veriore esse glossæ sententiam iure communi existimo, quam sequitur Baldus in l. exceptionem, num. 7. C. de probationibus, & in l. exigendi, C. de procuratoribus, & in l. 1.

1. i. C. vt quæ defunt aduocatis, Alexand. in l. licet, num. 6. C. de procuratoribus, Abbas in presenti num. 3. à qua glossæ sententiæ in iudicando, & confulendo nullo modo recedendum est: nam eius doctrina iam est hodie iure regio comprobata in l. 3. tit. 2. lib. 4. compilat. & in l. 5. tit. 1. lib. 3. compil. vbi cõstitutum est ex nostri text. ratione, ne aliàs iudicia illusoria reddantur, de quo iudex debet curare ex nostri text. regula, & in l. si prætor, ff. de iudicijs adeò, vt licet in causis criminalibus, vbi pœna infamiæ, aut corporalis imponenda est, quamuis reus velit renuocare defensionibus: id iudex pati non debet, ne postea lata sententia possit reus agere de nullitate, ex glossa in l. vbi pactum inter hæredem, ff. de pactis, Gomecius, tomo 3. variarũ, cap. 13. num. 33. in fine Hipolytus in practica, §. examinanda, num. 33. & ideò quando procurator alterius nomine in iudicio comparuerit, ante omnia ostendere debet mandatum, virtute cuius nomine alterius agit in iudicio, quod manu aduocati à tergo subscriptum sit, vt si postea insufficiens appareat, adeò vt eius defectu sit processus annullandus, teneatur aduocatus ad id, quod interest ratione litis: imò, quamuis iure communi sufficeret mandatum per testes probari: teste glossa in cap. 1. de procuratoribus, & in l. maritus, C. eodem tit. latè Boerius decisione 281. num. 1. At iure regio iudex ante omnia curare debet, vt ostendatur procuratoris mandatum redactum in scriptis, vt testatur Gregorius in l. 21. tit. 5. part. 3. gloss. 1. Didacus Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinamenti, fol. mihi 893. adeò vt, nec sufficiens erit tabellionem fidem in processu facere, quod procurator habeat mandatum: nam necesse est, quòd mandati instrumentum in iudicio producat, vt aduertit Alexand. consil. 6. num. 8. lib. 4. Auiles in capitulis prætorũ cap. 15. num. 23. copiosè Cobarruias, lib. 1. varia rum, cap. 6. à num. 2. & lib. 2. variar. cap. 5. à num. 8. de quò plura Vestrius de stylo curiæ, lib. 4. c. 5. Rebusus, 3. tomo, tit. de contumacia, art. 3. gloss. 1. à num. 2. Azeuedo in d. l. 3. per totam.

15. Neque quidquam obstat text. in l. 20. tit. 5. part. 3. quatenus significat, quòd si procurator non habeat mandatum, & causa, & iudicium prosequatur, valebunt acta processus nulla opposita per aduersam partem exceptione contra procuratorem: is enim textus, vt perperam existimauit, Azeuedo in l. 3. tit. 2. lib. 4. compil. non probat iudicem procuratorem, sine mandato agentem repellere non posse: nam dict. lex partitæ tunc inquit valere acta in iudicio, sine mandato, quando nulla opposita aduersæ partis exceptione Dominus gesta per procuratorem ratificauerit: nam deficiente hac ratificatione distinguendum est, quòd vel sententia potest exequi contra procuratorem, vel non v. g. si procurator obtulit se liti, ex l. 4. ff. de re iudicata in principio, l. Plautius 61. ff. de procuratoribus: quando sententia non potest exequi cõtra procuratorem: tum, etsi non opponatur ex aduersa parte de defectu mandati, iudicium redditur illusorium, neque valent acta processus, vt notant

Doctores, in l. 4. & in l. licet, C. de procuratoribus refert Padilla in l. vbi pactum, num. 70. & 12. C. de transactio. Ripa in d. l. 4. hoc autem iudicium, num. 49. ff. de damno infecto, Menchaca quæstio. 1. num. v. s. frequentium, lib. 2. cap. 16. num. 1. Lancelotus de attentatis, 3. part. cap. 28. num. 36. at vero quando sententia potest, contra procuratorem exequi, v. g. quando ipse se obtulit liti: tunc enim valebunt acta. & gesta per procuratorem non habentem mandatum, parte nihil de defectu mandati opponente, quod memoriæ tenendum est, & praxi seruandum. Resoluit Boerius decisione 171. num. 19. Bartolus in d. l. licet num. 3. C. de procuratoribus, Balduus consilio 498. lib. 2. Multa enim parte non opponente admittuntur, quæ aliàs non admitterentur: sic enim, quamuis non admittatur probatio contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur parte non opponente, vt resoluit Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 72. ff. de acquirenda possessione, Felinus in cap. fraternitatis, num. 6. de testibus, sic etiam parte non opponente admittitur probatio contra sententiam transactam in rem iudicatam, quæ aliàs admittenda non esset, teste Alciato de præsumptio. 2. part. num. 9. Ripa in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 72. ff. de acquirenda possessione, Hipolytus in practica, §. sequitur, num. 14. Azeuedo in d. l. 3. à num. 9. & plura tradit Cobarruias in practica, cap. 4. numero 9. Guido Papa, decisione 221. Boerius decisione 344. à num. 1.

16. Neque his obstat text. in d. l. 3. nouæ compilat. quatenus probat pro nullo esse iudicandum id omne, quod sine mandato actum fuerit: nã lex debet declarari secundum distinctionem relati in d. l. 20. partitæ, vt procedat parte opponente de defectu mandati: quotiescumque enim vna lex sub distinctione loquitur, & altera indistinctè lex indistinctè loquens non tollit primam, sed potius vna lex per aliam declaratur, vt copiosè resoluit Rebusus in constitutionibus Franciæ, 1. tomo in proemio, glossa 5. num. 129. opposita tamen exceptione per partem acta processus sine mandato nulla sunt omnino, adeò vt neque valeant, quamuis Dominus liti ea ratificauerit, vt in d. l. licet, C. de procuratoribus, & est ratio nam ratificatio nihil operatur in præiudicium tertij, qui iam habet ius quæsitum, & hoc eodem modo est intelligendus, text. in l. non eo minus, 14. C. de procuratoribus, dum probat validam esse sententiam, & iudicium latum in fauorem minoris gestum, cum eius procuratore non legitime constituto: debet enim intelligi cum prædicta distinctione, quando per partem aduersam nihil fuerit oppositum: aliàs enim non valebit sententia etiam lata in fauorem minoris, vt resoluit Iaf. ibidem, num. 1. & eodem etiam modo debet intelligi communis Doctorum traditio in leam transactionem, §. cum hi, ff. de transactionibus, quatenus dicunt, quòd gesta inutiliter in fauorem minoris valida sunt, si ipse minor ea approbauerit, quòd debet intelligi, quando approbatio fuerit à minore facta, ante quam ab aduersa parte

te oppositum fuerit de nullitate ex defectu mandati, vt resoluit Pinellus in l. 1. 3. part. num. 33. C. de bonis maternis, & plura Azeuedo in d. l. 3. com pilat. num. 14.

17. Neque obstant argumenta supra adducta non primuin; fatemur enim iudicem non posse ad priuatam vtilitatem officium suum impartiri ex d. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto. At Reipublicæ interest, ne iudicia reddantur illusoria, debet ergo iudex curare, vt litigantes habeant legitimam personam standi in iudicio, inde potest compellere procuratorem, vt exhibeat mandatum illius, cuius nomine litigat, & vt monachus non litiget sine prælati licentia.

18. Neque obstat 2. nam certissimum est monachum ad comparandum in iudicio indigere licentia sui prælati, non Episcopi. At in specie nostri textus ideò fit mentio Episcopi: nam Episcopus erat prælatus fratris Dulmenis monasterij, vt latissimè explicat in presenti Abbas, num. 8. 9. & 10. cum sequentibus, & sic soluitur argumentum, & finitur text.

S V M M A R I A.

Huius textus in cap. cum non ab homine 10.

- 1 Proponitur littera textus.
- 2 Triplex textus disputatio proponitur.
- 3 Pro quibus criminibus sit deponendus clericus.
- 4 Nonnulla de crimine furti notantur.
- 5 Declaratur text. in cap. de pœnis, idem num. 6.
- 7 Nonnulla de periurio notantur, & an inducat pœnam depositionis.
- 8 Prosequitur idem.
- 9 An periurus priuetur ipso iure beneficio; idem num. 10.
- 11 Quid de collatione facta periuro, idem num. 12.
- 13 Periurum ipso iure priuari probabilius, idem num. 14. & 15.
- 16 Quid in clerico falsum deponente, idem num. 17. 18. 19. 20. 21.
- 22 Quid in crimine homicidij.
- 23 Clericum homicidam beneficio priuari, & quomodo.
- 24 An possit accusatione pendente renuocare beneficium, idem num. 25. & 26.
- 27 De clerico incorrigibili.
- 28 Qualiter sit excommunicandus, & anathematizandus.
- 29 Prius esse excommunicandum, & postea suspendendum.
- 30 Quis dicatur incorrigibilis.
- 31 Quando curia seculari tradendus.
- 32 Necessariam esse ad hoc degradationem.
- 33 Quando non sit necessaria degradatio, idem num. 34. & 35.

- 36 In clericis prima tonsura non expectatur degradatio.
- 37 Declaratur textus in cap. si quem 59. de sententia excommunicationis.
- 38 Excommunicatio semper intelligitur de maiori.
- 39 Declaratur text. in capite 1. de exceptionibus libro 6.
- 40 Quid in sacris canonibus significet Anathema.
- 41 Anathema, an sit vox Hebraica, an Græca.
- 42 Declaratur textus in capite Guilisarius, 24. questio. 4.
- 43 Quid sit Maranatha.
- 44 Quid senserint de his vocibus Athanasius, & alij patres, & ibidem duodecim tabul. l. declaratur.
- 45 An differant excommunicatio maior, & Anathema.
- 46 Idem.
- 47 Declaratur text. in cap. fin. 3. quest. 4.
- 48 Agitur de duplici communicatione civili, & spiritali.
- 49 Declaratur text. in capite forte 23. quest. 3. capite quorundam 34. dist.
- 50 Proponitur tertia pars conclusionis de clerico incorrigibili post anathema.
- 51 Clericus depositus, quando curia tradendus.
- 52 Qualiter laicus de degradato cognoscat.
- 53 Ratio decidendi ad eam conclusionem.
- 54 Intellectus Panormitani reprobat.
- 55 Verus sensus textus nostri.
- 56 Qualiter procedatur in traditione curia.
- 57 An traditio curia fuerit ab Apostolis seruata.
- 58 Quid de seculari implorante auxilium Ecclesiastici.
- 59 Possit ne laicus ab Ecclesiastico censuris compelli, vt impartiat brachium, Idem num. 60. 61. 62.
- 63 Ratio superioris doctrina proponitur, Idem num. 64.
- 65 Quid dicendum, quando reus ab Ecclesiastico condemnatur in crimine mixti fori, Idem num. 66. 67. 68.
- 69 Declaratur textus in authentico de sacris Episcopis, col. 9. §. si vero crimine, Idem num. 70. 71. 72. 73. 74.
- 75 Declarantur iura in contrarium adducta, supra num. 51.
- 76 Declaratur textus in capite de Liguribus 23. questio. 5.

A D T E X T V M

In capite cum non ab homine 10. de iudicijs.

DE principali questione huius textus: an liceat regi, aut alijs principibus, magistratibus ve secularibus de crimini-

minibus clericorum cognoscere, plura scripsimus supra in capite 2. huius tituli: solum ergo nonnulla adnotanda sunt circa ordinem procedendi à iudice Ecclesiastico aduersus clericum incorrigibilem, & praxis huius rei præscripta videtur in text. nostro, dum docet, quòd si clericus deprehensus fuerit in furto, homicidio, periurio, vel alio crimine, & legitimè conuictus à iudice Ecclesiastico deponendus est; quòd si adhuc sit incorrigibilis excommunicandus est, & contumacia crescente anathematis mucrone feriendus, & tandem si id non sufficiat, cum Ecclesia, ultra quod facere non habeat, brachio sæculari tradendus est. Idem probat Tridentinum, sessione 14. capite 7. & præter ordinarios in dictis locis, Antonius Gomecius, tomo 3. variarum, capite 10. à numero 3. Cobarruias in practica, capite 32. à numero 2. & in capite quamuis pactum, 1. part. §. 7. de pactis libro 6. Iulius Clarus, §. fin. quæstion. 36. à numero 40. Carrerius in praxi, §. homicidium à numero 59. Spino de testamentis, glossa 3. à num. 78. Salcedo in practica, capite 90. & capite 139. Bobadilla in sua politica, libro 2. capite 18. à numero 75. copiosè Michael Axia in capite 1. de officio ordinarij: Segura de Abalos in directorio iudicum, cap. 13. & alij infra referendi.

2 Tria ergo principaliter in hoc text. deciduntur. Primum est clericum de crimine furti, periurij, homicidij, vel alio simili conuictum à iudice Ecclesiastico esse deponendum. Secundum est, quòd si adhuc clericus incorrigibilis sit, excommunicandus est, & tandem contumacia crescente anathematis mucrone feriendus. Tertium est, quòd si supra dicta non sufficiant, cum Ecclesia ultra non habeat, quid facere possit, curiæ sæculari tradendus est. De vna quaque, ergo huius doctrinæ parte sigillatim dicendum est.

Ad primam partem.

3 **P**robat prima pars clericum de furto, periurio, homicidio, aut alio simili crimine conuictum à iudice Ecclesiastico esse deponendum: quæsitum ergo fuit in specie huius text. an esset clericus his in casibus à Principe, alijsvè magistratibus sæcularibus puniendus, de qua quæstione plura diximus, supra in capite 2. huius tituli: hinc enim illa omnia repetenda erant.

4 Et primò de furto crimine nonnulla sunt aduertenda: furtum enim de maioribus, & grauioribus criminibus esse dicitur, vt Panormitanus notat in capite cum contingat de foro

competenti per regulam text. nostri: ideoque meritò dictum est in text. nostro huiusmodi: si enim presbyter in furto captus deponitur, in capite presbyter 81. distinctione. Sed difficulte est text. in capite tua de pœnis, dum probat clericos in latrocinij deprehensos degradatos suis ordinibus in arctum monasterium detinendos esse, quod scripsit Hostiensis in summa tituli de accusationibus, §. quid sit effectus; versic. & gratia exempli, & notat Ioannes Andreas in dict. capite tua. Simon Maius de irregularitate, libro 5. capite 28. à numero 1. Gregorius Lopez in d.l. 61. tit. 6. part. 1. glossa in verbo, *el furto*.

5 Sed rectè respondit Hostiensis in dict. capite tua de pœnis diuersam esse illius text. speciem, vt indicat verbum, *latrocinij*, loquitur enim de clerico fure, sed latrone: grauius enim crimen est latrocinium, quam furtum: latrones enim dicuntur viarum obfessores, & qui publicè, & quasi vi armata furantur, fures verò noctu, & sine violentia, vt cum fraude quisiunt. Decisio ergo textus in dict. capite tua de clericis latronibus pœnam detractionis impunit, non potest procedere in simplicibus furtibus, adeòvt quamuis clericus pro furto deponendus sit; non tamen est detrudendus, vt in specie textus in dict. capite cum non ab homine: secus verò dicemus in clerico latrone, & deponi, & detrudi potest, vt in specie textus in dict. capite tua de pœnis, vt notat Turcematia in capite presbyter 81. distinctione, vt Aretinus considerat in dict. capite cum non ab homine, textus in d. cap. tua intelligendus est: famoso latrone, qui furca suspenditur, vt in l. c. talium, §. famosos, ff. de pœnis. De qua differentia inter furem, & latronem videndi sunt Albi in capite 1. §. publici latrones, numero 3. de penenda, Socinus in capite 2. numero 2. & in capite suscepimus, numero 1. de homicidio. Tuffet. in practica, verbo latro, conclusione 54. numero 1. Farinacius de furtis, quæstion. 166. part. totam.

6 Sed nihilominus cum plerumque furtum, & latrocinium promiscuè sumantur, nonnullis hæc interpretatio probatur: precipuè nunc hodie in Hispania invaluit consuetudo, quòd pro vno magno furto quis pœna furti plectatur: quæ consuetudo iure optimo procedit, vt resoluit Baldus in authentica. Sed nouo iure, C. de seruicij gitijs, Panormitanus in capite inter alia, numero 31. de immunitate Ecclesiarum: Hippolytus in l. vnus, §. cogniturum, numero 79. ff. de quæstionibus, & relati à Menochio de arbitrarijs, libro 4. centuria 4. casu 295. num. 9. & eam in Hispania tribunalibus receptam testatur Padilla in l. trangete, num. 12. C. de transactio. et si contra sententiam Paulus, Salicetus, & Fulgosius, & alij relati à Cobarruias, lib. 2. variar. c. 9. n. 7. Ant. Gom. tom. 3. variar. c. 5. n. 7. Soto de iust. & iure, lib. 5. q. 3. art. 3.

ad secundum argumentum, neque ex eo quod Pontifex in dict. capite tua de pœnis post depositionem detractionis pœnam inflingat, sola à latronibus, & non à furibus commissa facinora punire visus est: sed eo in casu potius ad qualitatem, & quantitatem furti, quam ad illud discrimen inter latrocinium, & furtum attendendum est, neque ordo puniendi in dict. capite cum non ab homine præscriptus intelligendus est, quin & alijs pœnis clericus propter ea crimina puniri nõ possit, qua declaratione innumera dissoluitur argumenta.

7 Et eodem modo, sicut de furto, dicendum est de crimine periurij, ratione cuius clericus ab ordine, & beneficio deponendus est, vt probat text. noster, & in capite presbyter 81. distinctione, & resoluit Abbas in capite querelam in secundo notabili de iure iurando, qua ratione scripsit Iacobacius in tractatu de concilio, libro 2. articulo 5. quòd quando vocati sunt ad concilium generale illi, qui ad illum ire tenerentur propter iuramentum præstitum seruata forma textus in capite, ego enim de iure iurando, si non veniant, poterunt deponi ea dignitate, & beneficio ratione periurij: periurium enim pœnam depositionis inducit, vt & nos latius diximus in capite 2. de rescriptis: quæ doctrina optima procedit ratione: nam crimen periurij grauissimum, & detestabile est: scriptum enim est in Leuitico, capite 19. *Non peierabis in nomine meo*, & Matthæi capite 5. *Ero testis velocis maleficij, & periurij*, & Zachariæ, capite 5. *Maledictio commorabitur in domo iurantis in nomine meo, & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides eius*. Imò omnium gentium admonet consensus peierandum non esse: iuris iurandi enim contempta religio satis Deum habet ultorem, iuris iurandi, de iure iurando, *nemo inquit Plato, libro 11. de legibus: Deo inuocato mendacium dicat, aut decipiat, aut adulterare verbo vel re, quidquam audeat, nisi Deo velit odio esse, cui quidem odio est, qui falso iurans Deum parui pendit*, quod explicuit Aristoteles rectè in Rhetorica ad Alexandrum, & plura copiosè nos cumulauimus in capite, at si Christus de iure iurando.

8 Et eandem pœnam depositionis extendunt multi, vt non solum procedat in clerico periuro, sed etiam qui rupta fide præstita promissionem interpositione fidei vallatam violat, vt resoluit Ioannes Andreas, & Hostiensis in capite querelam, ne prælati vices suas: Panormitanus in dict. capite querelam de iure iurando, Angelus in summa, verbo *periurium*, §. 11. Selua in tractatu de beneficio, 3. parte principali, quæst. 3. Sed ego magis probò Butrij, & Cardinalis sententiam, qui contrariam sequuntur, & relati ab Staphileo in tractatu de gratijs, & expectatijs, folio 28. versiculo 3. periuros.

9 Illud verò hac in re valdè controuersum

est, an clericus periurus ipso iure priuetur beneficio, an per sententiam sit priuandus, & praxi obtinuit esse priuandum per sententiam ex communi omnium doctrina in capite 2. de rescriptis, vbi copiosè Felinus, glossa, & omnes in capite querelam, per illum text. de iure iurando, Lambertinus de iure patronatus 2. part. libro 2. quæstion. 9 articulo 15. Clarus in practica, §. periurium in principio, versiculo, *item clericis*, Franciscus Marcus, decisione 667. numero 3. 2. part. & plura nos olim cumulauimus in dict. capite 2. de rescriptis, sed nihilominus quamuis hæc sententia praxi seruetur, ab eaque in iudicando, & consulendo recedendum non sit, nihilominus tamen, quamuis periurus ipso iure beneficio non sit priuatus ante sententiam: superior tamen bene potest super sedere. & non admittere renunciationem beneficij factam ab eo, donec periurij causa sit definitiue finita, vt consuluit Dominicus, consilio 105. Philippus Probus in additionibus ad Ioann. Monachum in capite ad apostolicam de re iudicata, libro 6. numero 12. Neque obstat dicere, quòd cum retenta communi opinione clericus periurus iure retinet beneficium, quo usque per sententiam priuetur, & fructus suos facit, quasi nullum commisisset crimen iurij, quod eo tempore habet, poterit renunciare, adeòvt sententia priuationis lata, post renunciationem nullius est momenti, cum iam eo tempore clericus beneficio careat, vt aduertit Gomecius in regula de annali, quæstion. 42. Cobarruias in clementina si furiosus, 2. part. §. 3. numero 7. de homicidio: nam ego facile respondeo, quòd & si fructus faciat suos periurus ante sententiam, nihilominus poterit beneficij renunciationem ab illo factam superior non admittere, quasi de religiosa iuxta regulam totius tituli, C. de litigiosis, & latius diximus nos in capite 1. de confirmatione vtili, vel inutili.

10 Sed excusabitur proculdubio ab huiusmodi pœna, si probet periurium, absque dolo commissum fuisse, vt resoluit Baldus in l. obseruari, §. proficisci, ff. de officio proconsulis, & sequitur communem dicens, Iason in l. videamus in principio, ff. de in litem iurando: Cagnolus in l. si quis maior, numero 185. C. de transactione. Auendaño de exequendis, 2. part. capite 27. numero 10. Excusabitur præterea ab eadem pœna propter difficultatem ad implendi iuramentum, vt resoluit glossa 1. in capite breui de iure iurando; de quo plura scripsit Gomez Arias, in leg. 65. Tauri à numero 30. Clarus in practica, §. periurium, & copiosè Auendaño, d. cap. 27. vbi supra.

11 Illud tamen ego puto verissimum, scilicet collationem beneficij factam periuro ipso facto nullam esse, vt aduertit Panormitanus in dict. capite querelam: Angelus in summa, verbo, *periurium*, §. 12. Rebuffus de pacificis possessoribus,

ribus, numero 268. Felinus in capite 2. de rescriptis: & probatur aperte. Primò, in dict. cap. querelam ibi: *Non merentur Ecclesias regere, qui crimine periurij sunt irretiti.* Secundò, text. in capite accedens de accusatione. vbi periuro silentium imponitur, super præbenda, quam post periurium obtinuerat. Tertiò, probatur ex text. in capite fin. de iure iurando, lib. 6. vbi electus si periurus sit petens confirmationem, non auditur. Quartò, probatur ex text. nostro, dum ait clericum periurum ab ordine esse deponendum: at verò, sine ordine non est capax collationis beneficij, capite licet, Canon de electione libro 6. Quintò probatur: nam clericus periurus infamis efficitur, l. Lucius, vbi omnes, ff. de his, qui notantur infamia, capite infames 6. quæstion. 1. Collatio ergo beneficij facta infami est ipso iure nulla, capite infamibus de regulis iuris, lib. 6. de quo latius diximus in capite testimonium de testibus, & resoluit Calderinus, consilio 5. sub titulo de iure iurando, Cobarruias in capite quamuis pactum, 1. part. §. 7. numero 3. de pactis, lib. 6. Lambertinus de iure patronatus, 1. part. lib. 2. quæstion. 9. artic. 15. Cappella Tolofana, quæstion. 17. quæ doctrina intelligenda est, vt rectè aduertit Rebusus de pacificis possessoribus, numero 268. quòd collatio periuro facta nulla esset, quando per sententiam esset periurus condemnatus, & declaratus: tunc collatio postea facta non valeret, neque habet locum priuatio ratione periurij, nisi sit periurium iudiciale, & allegat pro hac doctrina Rebusus regulam Alexandri Sexti Papæ relata in rubrica de signaturæ gratiæ: sequitur Cobarruias in capite quamuis pactum, 1. part. §. 7. numero 3. & quòd ea ratione periurus non possit eligi in Episcopum, tradit Bertachinus in tractatu de Episcopis, lib. 2. quæst. 34.

12 Cum hac ergo Rebusi distinctione, videlicet, quòd collatio beneficij facta periuro per sententiam declarato non valet ipso facto, valet tamen, & rescindenda est per sententiam, si periuro facta sit, qui nondum in iudicio, vt talis fuerat, condemnatus intelligitur sententia eorum, qui dicunt collationem periuro factam validam esse, vt resoluit Federicus, consilio 50. Felinus in dict. capite querelam de iure iurando, & in capite 2. de rescriptis, Calderinus consilio 20. sub titulo de præbendis, & probatur in capite inter dilectos 11. de excessibus prælatorum, dum docet collationem beneficij factam indigno occultè cessari debere, & conferens secundo ante cessationem primæ collationis priuari debet ea vice potestate conferendi, quod procedit, nisi eo in casu, quando v. g. facta esset collatio infami notorio: tunc enim esset ipso iure nulla, vt explicat Panormitanus in dict. capite inter dilectos, numero 6. & in capite super eo de electione, Selua in tractat. de beneficio 3. part. quæstion. 3. Nauarro in capite si quando de rescriptis, columna 52. &

ideò, vt rectè inquit Cobarruias vbi supra, collatio facta tunc erit ipso iure nulla, quando esset facta clerico infami, quando hæc infamia ex periurio esset notoria. Tum, secundo nullum est ipso iure huiusmodi collatio, quando facta esset periuro autoritate literarum apostolicarum: nam tunc præcipua ratio concessioni est, quæ à morum honestate procedit, & ideò ipso iure est nulla, si facta sit virtute literarum literarum ei, qui infamis sit, vt reuertit Calderinus, dict. consilio 20. & consilio sub titulo de accusatione. Rebusus in tractat. de pacificis possessoribus, numero 222. quòd eo confirmatur: nam alienum est à mente Summi Pontificis infames, & periuros sub literis ad beneficia contineri.

13 Sed quamuis, vt supra dictum est, praxi seruandum sit clericum periurum non priuari ipso iure beneficio, sed per sententiam quam doctrinam sequuti sumus in capite de rescriptis: adhuc tamen in puncto iuris, in stricta disputandi ratione, videtur dicendum ratione periurij ipso iure priuationem incurri ante sententiam. Moueor 1. ex text. in capite 2. de rescriptis, ibi: *Amoueretur*: loquitur enim text. ille de clerico periuro, & in dict. capite querelam, ibi: *Remouentes*, de iure iurando, quæ verba nudam executionem denotant: argumento text. in capite Abbatem feci in principio, ibi: *Perijt ad iudicari eadem mouerit*, & vos exinde amoueri de re iudicata, lib. 6. & quando verba denotantia executionem ponuntur in dispositione, aut lege, denotant actualem executionem, & consequenter priuationem ipso iure inferunt, vt resoluit Bertachinus in capite insinuatum de simonia. Moueor 2. nam renunciatio, & iuramentum æquiparantur in dict. capite 2. de rescriptis, sed in renunciatione ipso iure amittitur beneficium, ergo idem dicendum est in periurio: nam æquiparatis dispositum in vno, in altero etiam habet locum, capite de multa de præbendis: In etiam in pœnalibus, & correctorijs argumentum ab æquiparatis procedit, ex Bart. in authentica, sed cum testator, C. ad leg. Falcidianam. Iass. consilio 133. volumine 1. Moueor 3. nam periurus infamis est: at infamia militem temporali priuat ipso iure sua militia l. 2. §. miles ff. de his, qui notantur infamia, l. infamia, C. de decurionibus libro 10. & est text. expressus in l. penultima, C. de dignitatibus lib. 12. ibi: *Dignitate quoque, qua per suum, videlicet, periurium indignos esse probauerint, spoliantur, vt in eos utpote illustri dignitate per suum facinus priuatos, &c.* Non enim inquit sua dignitate priuatos per sententiam, sed per suum facinus, quod aperte denotat ipso iure fieri, vt rectè ibidem aduertit glossa: valet ergo argumentum de milite armatæ militiæ ad militem celestis militiæ: Imò potius cum à iure civili

sit aperte constitutum, vt periurus ipso iure dignitate priuetur, etiam si iure Pontificio hoc indubio esset, standum esset decisioni iuris ciuilibus, vt omnes communiter agnoscunt in capite Raynuius de testamentis.

14 Neque obstat, si pro communi opinione, dicas quòd numquam priuationis pœna ipso iure incurritur, nisi quando in iure expressè imposita est, vt in authentico de non eligendo secundo nubentes, §. si autem collatione 2. glossa in capite fin. de iure patronatus: in dubio tamen numquam censetur pœnam ipso iure impositam esse: glossa in capite vnico de sagittarijs, Baldus in l. 1. in fine, C. de legibus: nam facile respondetur ex supradictis factis esse in iure expressum ex allegatis proximè iuribus. Neque obstat etiam text. in capite in nostra de procuratoribus, ibi: *Ipsam à Tullensi Ecclesia per sententiam remouendo*, & loquitur text. de crimine periurij: nam respondetur, quòd in eius specie ita iudices de facto procedentes fecisse constat prætermisso iuris ordine, & ideò processus, eiusque sententia irrita fuit declarata per iudicium appellationis, vel potest text. ille intelligi, quòd illa sint verba narratiua, quæ nihil disponunt: glossa celebris in lege vnica, Cod. quando non potentium parte. Neque etiam obstat text. in capite ad petitionem de accusationibus, ibi: *Per sententiam amouentes*: nam ille text. non loquitur de periurio, vt aduertit Felinus in capite Rodolphus de rescriptis, & in capite litteras de suppleta negligentia prælatorum: vel tertio respondetur, quòd text. ille intelligendus est de sententia declaratoria, non verò quòd ante sententiam non esset incurta pœna priuationis. Et eodem modo intelligitur text. in capite post electionem infine de concessione præbendæ, vbi non obstante abiurationis exceptione possessio præbendæ concessæ non retardatur: nam ibi non constabat de periuro, ideòque non datur ipso iure incurrisse priuationis pœnam: id enim denotant verba illius text. *si super abiuratione quidquam duxerit proponendum ordine poterit in iudicio experiri.*

15 Neque obstat etiam dicere, quòd homicida non est ipso iure priuatus, capite cum nostris de concessione præbendæ, capite ex litteris de excessibus prælatorum: nam facile respondetur, quòd ex diuersis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minoribus: separatorum enim plerumque debet esse separata ratio: leg. fin. ff. de calumniatoribus, & quamuis homicidium sit periurio grauius, capite miror 50. distinctione: at aliquando secundum aliquos respectus periurium maius reputatur homicidio, capite ille 22. quæstion. 5. neque interest dicere, quòd in dict. capite cum non ab homine æquiparantur: nam

illa æquiparatio periurij, & homicidij procedit precisè, quoad illius text. dispositionem. Neque obstat text. in capite peruenit de fideiussoribus, ibi: *Præfatos verò clericos, si religionem fidei, & iuramenti sui eos violasse confiterit, ab officio, & beneficio suspendaris: sed* respondetur, quòd in specie huius textus speciali quadam ratione clericus periurus non incurrit priuationem ipso iure: nam hæc priuatio resultaret in præiudicium fideiussoris: facti enim species est totius, verbi gratia, clericus à quibusdam mercatoribus accepit pecuniam mutuam, & iurabit se intra certum tempus soluturum, pro quo fideiussit Sempronius clericus, & transacto termino solutioni destinato pecuniam fideiussor pro principali debitori soluit: inquit text. quòd ne fideiussor damnum patiat, unde præmium meruisse constat de fructibus beneficij debitoris ei fiat satisfactio, & postea de periurio illius tractatur. Resultaret aperte in præiudicium fideiussoris, si debitor ratione periurij ipso iure incurreret priuationem beneficij: nam eo ipso fideiussori non posset de fructibus illius satisfieri: merito ergo ea ratione speciali ibi pœna periurij non incurritur ipso iure, sed sententia expectanda est, sed adhuc fateor non esse à communi opinione in praxi recedendum.

16 Quòd si clericus in causa siue civili, siue criminali falsum dixerit testimonium deponendus est, & in monasterium detrudendus, vt probat textus in capite si Episcopis 50. distinctione, de quo plura diximus in capite 1. de crimine falsi, vbi Panormitanus & alij Cobarruias in capite quamuis pactum 1. parte §. 7. numero 6. de pactis libro 6. quæ pœna propter grauitatem criminis iustissime contra clericum falsum deponentem iure imponitur: nam vt inquit Isidorus libro 3. de summo bono testis falsidicus tribus est personis obnoxius: primum Deo, quem perjurando contemnit: deinde iudici, quem mentiendo fallit: postremo Innocenti, quem falso testimonio lædit: scribit enim Salomon prouerbiorum capite 6. *testem fallacem odit dominus*, adeòque graue crimen reputatur, vt generalis remissio à Principe facta non abolet falsitatem: ita Bartol. in lege Lucius in fine, ff. ad Turpilianum, Hypolitus in rubrica, ff. ad legem Corneliam de falsis numero 12. quam doctrinam intelligit Præpositus, vt procedat: quando clericus de crimine directè accusatus, & conuictus est: secus verò si de periurio constaret incidenter, verbi gratia, quando contra clericum in testem productum probatur falsitatis exceptio: nam eo casu deponendus non est, sed solum à testimonio repellendus, & hoc siue in causa civili, siue in criminali quamuis attentis qualitatibus negocij, & personarum iudex teneatur arbitrat

circa huiusmodi de pœna imponenda.

17 Vnde pro huius doctrina maiori explanatione scire oportet, quod in his regnis testifalsum deponenti imponitur eadem pœna, quæ accusato imponeretur, si probatum esset eius delictum, vt probatur in l. 83. Tauri & in l. 1. §. præterea, vbi Hipolytus, ff. ad l. Corneliam de ficiarijs, l. qui falsò vbi gloss. ff. de testibus, capite satis 33. quæst. 5. & diuinis legibus sancitū esse constat Deuteronomij cap. 19. Danielis ca. 13. Baldus copiosè in l. data opera num. 20. C. qui accusare non possunt Iass. in l. etsi legibus num. 6. C. si cōtrarius vel utilitatem publicam, Bosius in practica titulo de falsis num. 138. & n. 169. & hac ratione falsidicus testis Tallionis pœna punitur in tribunalibus Sanctæ Inquisitionis: vt aduertit Simancas in Catholicis institutionibus cap. 62. num. 33. Roxas in tract. de hæreticis 2. p. assertionem 8. num. 160. Zanchinus de hæreticis capite 14. qua ratione Ecclesiastici iudices maximè aduertere debent, quod grauius, quam alibi puniri debent clericos in hoc delinquentes: cum videant tam acriter puniri laicos.

18 Vnde infertur primò, clericum excusari ab huiusmodi pœna falsi testimonij, quando falsitas nulli nociua est: quo casu solū de crimine falsi tenetur pœna ordinaria teste glossa in l. damus verbo *privatas*, C. de falsis Bartol. in l. 1. §. fin. ff. ad l. Corneliam de falsis, Corneus consilio 182. lib. 6. Rolandus consilio 38. num. 22. & num. 44. lib. 1. quamuis receptior sit in praxi sententia, quod eo casu sit imponenda pœna extraordinaria ex Baldo in l. 1. num. 2. C. de sepulchro violato: Vantio de nullitatibus tit. quoties & intra quod tempus num. 62. Afflictis decisione 21. num. 13. Menochius de arbitrarijs lib. 2. centuria 4. casu 306. numer. 22. Plotus de in litem iurando, §. 43. num. 15. & plures ab eo relati. Clarus in pract. §. falsum verficulo, item excusatur.

19 Secundo infertur clericum ab huiusmodi pœna ordinaria excusari: quando falsitas circa accidentalia causæ contingit: ita Bart. in l. si ex falsis num. 20. in 2. lectura, C. de transaction. Decius in d. 1. §. creditum num. 7. ff. si certum petatur, & in cap. licet causam num. 2. de probation. Hypolytus singulari 76. & in l. 1. §. præterea, ff. ad l. Corneliam de ficiarijs. Socinus Iun. consilio 31. numero 28. Grammaticus decisione 43. num. 4. & decisione 60. numero 16. Menochius de arbitrarijs centuria 4. casu 306. Hipolytus consilio 70. numero 11.

20 Tertiò infertur clericum ab hac pœna ordinaria esse immunem, quando falsitas sine dolo commissa esset nempe per errorem, vt cognoscunt communiter Doctores in capite, cum Ioannes de fide instrumentorum, Parisius consilio 169. numero 56. & numero 60. lib. 4. Plotus de in litem iurando, §. 43. numero 15. dicit communem Socinus Iun. consilio 39. numero 83. lib. 2. Imò potius in dubio præsumendum est falsi cri-

men minimè à clerico commisum fuisse, quam aliqua non intervenisset causa, vt respondet Senus Senior consilio 227. libr. 2. Aymon consilio 75. numero 14. quod in omnibus criminibus procedit ad tollendam, vel admittendam criminis suspicionem, si causa videlicet adsit, vel desit, vt ff. de furtis capite occidit 23. quæstione 8. quod respexit Cicero pro Roscio Amerino, dum illum defendens, quod parentem non occidisse ait: *Nam, vt illud incredibile est mortem oblatam esse patri à filio, sine plurimis, & maximis causis,* & in oratione pro Marco Cælio ait, *quo fuit casus quamobrem ista mulieri venenum vellet dare* & statim ait, *credibile est igitur tantum facinus, lam ob causam esse commissurum*: Idem Cicero in oratione pro Sexto Roscio, ibi: *Sic enim vitium humanum est, vt ad maleficium nemo conetur sine specie, que emolumento accedere.*

21 Quattò infertur pœna ordinaria clericum, & quemlibet alium esse puniendum, quando iudicio ordinario proceditur mediante accusatore; secus tamen si ex officio, & per Inquisitionem procedatur: nam eo casu pœna erit arbitraria, ex glossa in l. nullum, C. de testibus, Cobarruias in capite quamuis pactum 1. part. §. 7. numero 5. de pactis lib. 6. Menochius de arbitrarijs, casu 306:

22 Denique eà, quæ ex text. in dicto capite cum non ab homine, diximus de crimine furti, & perjurij procedunt, etiam in homicidio, quod inter grauiora computatur crimine, vt notat Panormitanus per textum ibi, in capite quæsitum de temporibus ordinandorum, capite Inquisitionis de accusationibus, capite numero 50. distinctione, & idè clericus homicida deponendus est, capite presbyter 81. distinctione dict. capite Inquisitionis in principio, quod procedit, quando homicidium à clerico patitur: dicto præcepto consilio lingua, seu exhortatione nam in quocumque casu deponendus est, vt aduertit glossa in capite sicut dignum, §. clericus verbo, *consilium* de homicidio, & est glossa communiter recepta. & post depositionem detrudendus est in monasterium, vt in dict. §. clericos, quæ detrusio temporalis erit: nam summus Pontifex in specie illius text. disponendo contra homicidas illius sancti viri Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, ait clericos delinquentes perpetuò depositos recludi in monasterium quinquenium.

23 Præterea is clericus homicida priuatus est beneficio, quod an sit ipso iure an per sententiam, controuersum est, & praxi obtinuit sententiam esse necessariam, ex Innocentio in capite cum nostris de concessione præbende Baldus in l. cum fratrum, C. de his, quibus, vt in dignis: Decius consil. 166. volumine 1. Cardinalis in clementina constitutione in, §. cæterum de electione. Ancharranus in regula peccatum in prima oppositione de regulis iuris, lib. 6. Capella Tolo-

Tolosana quæstione 207. Nauarro in manuali, capit. 27. num. 249. Gomezus in regula de annali possessore, quæstione 42. Cobarruias in clementina si furiosus, 2. part. §. 3. num. 6. Montalbo de reprobatione sententiæ Pilati art. 2. numer. 3. Plaça de delictis lib. 1. capit. 11. num. 2. Sed probabile est, vt aliorum sententia contraria concordatur, distinguendum esse: nam aut clericus homicidium commisit, non animo deliberato, & eo casu nõ incurrit priuationem beneficii ipso iure; sed per sententiam, & in hoc sensu superior sententia sine cōtradictione ferè recepta est, vt refert Igneus in l. necessarios, §. non alias, n. 13. ff. ad Silanianum: aut animo deliberato, quod Hispanè dicitur, *caso pensado*, homicidium commisit, & tunc probabile est ipsò iure incursum esse beneficii priuationem, vt resoluit Anchar. consil. 158. Abbas in c. At si clericum, n. 39. de iudicijs. Felin. in c. inquisitionis, n. 5. de accusationibus, quæuis contraria doctrina receptior sit, vt resoluit Hieronymus Gabriel consil. 196 num. 4. lib. 1.

24 Qua ratione etiã praxis obtinuit clericum litè, & accusatione pèdènte super homicidio possè beneficiū renūciare, antequã per sententiã priuetur, & validã esse renunciationem, vt testatur glossa celebris in c. 2. verbo finita, vt lite pendente lib. 6. quæ cõmuniter recepta est ex multis relatis à Rebuso in tractatu de pacificis possessoribus n. 261. Gomezio in regula de annali, q. 42. n. 3. quamuis Cobarr. in d. Clem. si furiosus, 2. p. §. 3. n. 7. Ex sententia cuiusdã auctoris hodie dånati asserit, quod quando talis renunciatio fit in fauorẽ certę personæ, non erit valida propter fraudem, quæ manifesta in eo casu videtur: à cõmuni tamè sententiã praxi nõquã recedendū est, & procedit hæc praxis etiã, quãdo aliquis à Summo Põtifice beneficiū homicidij impetrasset: nã adhuc renunciatio lite pèdente facta valeret, vt cõtra dominiũ cõf. 105. proliat cõmunis opinio ex gloss. in d. c. 2. vt lite pendente, lib. 6. Casaneus consil. 44. n. 2. Staphileus de litteris gratiæ fol. 64. & relati à Cobar. d. §. 3. n. 7. etiam si hæc renunciatio lite pendente facta esset data scientia prioris impetrationis, vt cõtra multos resoluit Cobar. vbi proximè, & eadem ratione clericus homicida omnes beneficii sui fructus lucrabitur, donec per sententiã priuatus sit, ad eò vt neq; ad illorũ restitutionem teneatur, vt diligèter explicuit Felinus in cap. de quarta, n. 33. de præscriptionibus, Boerius decis. 98. n. 4. Cobar. in 4. 2. part. c. 6. §. 8. n. 3. explosa aliorum contraria sententiã.

25 Illud tamen animaduersione dignum est, quod, etsi clericus homicida prius acquisita beneficia retineat, donec per sententiã priuetur, nõ tamè poterit de nouo beneficiū acquirere ante sententiã sine dispensatione, vt aduertit Inno. in d. c. cum in nostris de concessione præbende, & ibidè Butrius, qui distinguit, quod clericus homicida possit de nouo beneficiū acquirere per viã collationis, non verò per viam electionis: sequitur Calderinus in c. querelam de iure iurando. Albertus Trotius de vero, & perfectò clerico lib. 2. cap. 26. n. 9.

26 Sed his in casibus clericus à pœnã ordinaria homicidij excusatur; in quibus laicus homicida excusatur à pœna mortis, quorũ plures refert Hipolytus l. 2. ff. ad legem Corneliam de ficiarijs, & plures cõgessit Nebicatus in sylua nuptiali, lib. 1. 2. folio 18. Felinus in c. quærenti de officio delegati: Iass. in l. debitoribus, n. 15. ff. de re iudicata, Anto. Gomezius de delictis, c. 3. & hæc omnia, quæ dicta sunt, eodè ferè modo procedunt in alijs criminibus clericorũ grauioribus, ita tamè vt modus procedendi in d. c. cum non ab homine præscriptus, nõ sit semper necessariò seruandus; aliquãdo enim diminuitur, aut augetur pœnã, de quibus sigillatim suo loco differendum est; vt explicat Butrius in præfati num. 18.

Ad secundam partem conclusionis.

27 Secunda pars conclusionis probat, quod si adhuc clericus incorrigibilis sit, ex cõmunicadus est; & tandè contumacia crescente anathematis mitione feriendus: Ecclesia enim suis priuilegijs nõquam intendit clericos fouere proteruos, & idè in d. c. cum non ab homine rectè Cælestinus Tertius, statuit clericum à iudice Ecclesiastico depositum adhuc incorrigibile excommunicandum; & tandè anathematizandum esse, etsi adhuc in cõtumacia durauerit per iudicem secularem esse comprimendum: noluit enim, quod sola incorrigibilitas sufficiens esset, vt clericus à iudice seculari comprimeretur, nisi præcedentibus excommunicatione, & anathemate.

28 Mouet dubitationem contra hanc huius text. doctrinã: primò nam difficile videtur, quod in d. c. cum non ab homine scriptum est, dum docet incorrigibilem prius esse excommunicandum, postea anathematis mitione feriendum: nam idè est excommunicatio, ac anathema; siquidem appellatione excommunicationis comprehenditur omnis maior excommunicatio, c. si quem 59. de sententiã excommunicationis, l. 1. tit. 9. p. 1. & ibi Gregorius, gloss. 2. Cobarruias in c. alma mater, 1. p. §. 8. n. 5. Nauarro tomo 2. de datis, & promissis notabili 4. num. 8. & tomo 3. in manuali, cap. 27. num. 17.

29 Secundò mouet dubitationem: nam videtur dicendum non esse hac forma procedendum præscripta in d. c. cum non ab homine: nam prius clericus excommunicari debet, & postea suspendi, 3. deponi. 4. alia pœna grauiori: probat text. in cap. forte, 11. 23. quæst. 3. vbi, *Sancti iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, Ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documentis, testibus, & conuincitur, coercere, corr. pe. excommunicare, degradare*, idem in cap. quorundam 34. distinctione, vbi Episcopus contumax, & in crimine perseverans prius excom-

municandus est, & postea deponendus, quod aperte est contra formam præscriptam in d. c. cū non ab homine.

30 Vera tamen est text. nostri decisio, pro cuius explicatione sciendum est controuersum esse, quando dicatur clericus incorrigibilis, vt praxis text. in dict. capit. cū non ab homine seruari possit, & respondet Abbas ibidem incorrigibilem dici, quando ad priora delicta reuertitur, aut in illis perseuerat, quamuis Butrius, & Decius ibidem existiment idem esse dicendū, si alia à prioribus diuersa commiserit delicta; dicitur etiam incorrigibilis, si postquam in monasterium detruditur ad peragendam pœnitentiā, sequatur eius fuga, aut latitet, quamuis non perseueret in crimine: imò etiam eo casu post excommunicationem, & anathema per sæcularē est comprimendus potestatem ex supra dictis, de quo plura Bosius in titulo de foro competenti, num. 131. qui breuiter resoluit clericum incorrigibilem dici, qui præcedente trina monitione, nō incedit habitu clericali, vel secundo quando est depositus, & excommunicatus, & anathemate damnatus, & tandem in contumacia perseuerat.

31 Secundo scire oportet constituendū esse nullum esse concedendū casum, qui succedat post depositionem, & sufficiens sit, vt curiæ sæculari tradatur clericus, sed necesse est, quòd excommunicatio, & anathema præcedant: rectè Alciatus in præsentia, num. 213. text. in cap. de illicita 24 q. 3. cum adductis in cap. sacro de sententia excommunicationis: nam, & cū clericus depositus adhuc sit de iurisdictione Ecclesiæ, vt aduertit Panormitanus in c. Ioannes, & in c. ex parte de clericis coniugatis: Iudex Ecclesiasticus eum debet declarare incorrigibilem, quæ declaratio fieri potest absque eius citatione, vt notant Abbas, Felinus, & Cardinalis in d. c. cū non ab homine: Innocentius in c. 1. de homicidio lib. 6. Felinus n. 7. commune placitū interpretum esse ait, quòd potestas, quæ datur iudici sæculari super clerico deposito incorrigibili non exercetur, nisi prius iudex Ecclesiasticus declarauerit illam qualitatem incorrigibilitatis.

32 Tertio, vt superior doctrina melius intelligatur, sciendum est regulariter clericum non esse curiæ sæculari tradendum, nisi degradatum: de pœna enim degradationis fit mentio in capit. qualiter, & quando de accusationibus, vbi latius diximus, & in capit. tua de pœnis, quæ pœna pro nullo crimine clerico imponitur etiam atrocissimo, nisi in iure expressum sit, neque etiam sine accusatione potest, quis degradari, quamuis sit aliàs puniendus, vt in c. dilectus filius de simonia, vt resoluit Hostiensis in summa de accusationibus, §. qui sit effectus accusationis in verso. ergo sine accusatore, de cuius rei materia videndus est Carrerius in practica criminali, fol. 240. Clarus in practica, §. fin.

quæst. 36. & quæst. 74. Angelus Tabiena, & Suster verbo *degradatio*: Conradus Brunus lib. 2. de hæreticis, capit. 13. Simancas de catholicis institutio. titulo 46. numero 69. & numero 70. Albertus Trotius de vero, & perfecto clerico, lib. 1. cap. 5. num. 3. Petrus Gregorius, 3. part. synagmatum lib. 3. 1. capit. 30. per totum, quæ degradatorem vocat Diuus Hieronymus in epistola ad Pammachium, & lib. 2. contra Iovinianum, & contra Ioannem Hierosolymitanum regradatorem, vbi que dicens, quòd vbi, quis ab altiori gradu vitio ad inferiorem deuoluitur, degradari dicitur, in quo aperto labitur errore, Duarenus lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs, capit. 1. dum docet hunc morem tradendi clericos degradatos curiæ sæculari veteribus non fuisse notum, sed nouiter inuentum: nam de hoc multi existant antiqui canones, vt in cap. si quis tumidus, cap. Felix, 11. quæst. 7. & in concilio Toletano, 4. cap. 18. & in concilio Triburiensi, cap. 10. capit. degradatio de pœnis lib. 6. quibus in locis ad degradandum Episcopū duodecim Episcopi, ad presbyterum sex Episcopi, ad Diaconum tres Episcopi desiderabantur: cum tamen magna difficultate hæc Episcoporum congregatio fieret, ideò Gregorius in capite 1. de hæreticis, libro 6. statuit, vt solus Episcopus clericum etiam presbyterum degradare possit conuocatis Abbatibus, & alijsque personis religiosis: at nouissimè forma in degradatione seruanda præscripta est in Concilio Tridentino sessione 13. capite 4. de reformatione.

33 Hoc supposito, quartò supponendum est, quòd quando clericus incorrigibilis est, quæ non potest ab Ecclesia puniri, potest ipso iure iudice sæculari comprimi, absque vlla degradatione, vt sentit communis opinio ex Ioanne Andrea, & Butrio in dict. capite, cū non ab homine: Dominico in capit. nec licuit, 17. distinctione, & latius tradit Clarus in practica, §. fin. quæstione 36. versiculo successiuè quæro, quæ casu cum clericus sit propter incorrigibilitatem effectus de foro sæculari, puniri debet non ad voluntatem Ecclesiæ, sed prout iudici sæculari visum fuerit, vt docuit Abbas in dict. capit. cū non ab homine, vltimo notabili, & ita puniendus erit pœnis à legibus ciuilibus impositis pro illo delicto, vt probat text. in cap. ad falsariorum de crimine falsi.

34 Quintò supponendum est ex dictis quòd si clericus dimisso habitu clericali multis criminibus involuatur ipso iure erit priuilegio clericali priuatus, & ea ratione potest absque degradatione, & traditione puniri à iudice sæculari ex sententia glossæ in capite ex parte de priuilegijs: Hostiensis, Ioannes Andreas, & Butrius in capite perpendi de sententia excommunicationis sequuntur, communemque dicunt Aufrerius in clem. 1. de officio ordinarij reg. 1. fallacia 19. Cobarruias in practi-

cap. 32. nu. 2. plura Capicius decisione 161. Clarus dict. quæstione 36. vbi ait hanc opinionem de consuetudine seruata esse, & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo: Boerius decisione 69. num. 16. quòd ego seruarem non solum, quòd clericus se enormibus criminibus immiscuit, sed ulterius requiritur, quòd duro, & contumaci animo in illis perseuerauerit; vt adnotat Aufrerius in dict. clementina 1. de officio ordinarij, regula 1. fallacia 27. Bosius in practica sub titulo de foro competenti num. 139. & hæc communis sententia probatur aperte in cap. vnico de vita, & honestate clericorum, lib. 6. vbi casus ponitur, quòd clericus in sacris, absque vlla degradatione amittit priuilegium clericale ipso iure, etiā quoad forum iuxta vulgarem illius text. sententiam, & comprobatur in cap. 1. de apostatis.

35 Sed hæc communis opinio simpliciter sumpta mihi non probatur, credo equidem clericum, eò quòd dimisso habitu clericali multis se criminibus immisceat non amittere priuilegium fori Ecclesiastici ipso iure, nisi præmissa monitione, vt communem dicens resoluit Rolandus consilio 4. num. 31. lib. 1. Vinius lib. communium opinionum, verbo *clericus*: Menchaca lib. 3. de successione creatione, §. 22. num. 63. Albericus de statutis, 2. part. quæst. 42. vnde Ancharranus in dict. cap. 1. de apostatis scripsit illam decisionem non esse seruandam, nisi in casu illo, de quo expressè loquitur: Abbas vero, & Cardinalis in d. c. perpendimus affirmant decisionem illam, de qua in dict. cap. 1. de apostatis intelligendam esse quòd ad priuilegium canonis non fori, sequitur Socius consil. 12. lib. 1. Alex. consil. 8. n. 2. volumine primo, Syluester in summa verbo *clericus*, 3. §. 9. neque obstat text. in dict. cap. vnico de vita, & honestate clericorum, lib. 6. quoniam cum illius text. decisio pœnalis sit, & odiosa in proprio casu, in quo loquitur intelligi debet, neque ad aliū extendi potest, qua ratione priorem communem sententiam impugnat Cobarruias in practi. d. c. 32. & meritò non procedere existimat, nisi quando crimen esset in magnam reipublicæ perniciem, etsi degradatio expectaretur, esset imminens mortæ periculum, si criminofus maneret impunitus.

36 Communis vero sententia, sine distinctione seruatur in clericis primæ tonsuræ, in quibus vsus forensis iam pridè obtinuit, quòd si tonsura, & vestibus dimissis enormia crimina frequenter commiserint; absque vlla degradatione à iudice sæculari puniri possent: in his enim degradatio minimè moribus recepta est, vt aduertit Cobarruias in cap. quia nos, num. 4. de testamentis, quamuis degradandos esse probet text. in cap. 2. de pœnis lib. 6. Imò potius si clericus prima tonsura initiatus ea non dimissa, nec dimissis vestibus clericalibus aliquod crimen atrocissimū commiserit, propter quod in sacris constitutus curiæ sæculari esset tradendus præmissa degradatione, tunc de illo posset sæcularis cognoscere, vt tradit

Aufrerius in dict. clementina 1. de officio ordinarij, fallacia 19. Boerius decisione 69. numer. 17. Guillelmus Benedictus in c. Rey nutius verbo & uxorem, el segundo; num. 440. Abendaño de exequendis, 1. p. cap. 22. num. 4. Cobarruias in practicis, cap. 32. num. 3.

37 Neque his suppositis obstat primū argumentum supra pro dubitandi ratione adductū ex text. in dict. cap. si quem, 59. de sententia excommunicationis, pro cuius intelligentia sciendū est, quòd in specie illius textus dicitur; quòd in dubio quoties mentio fit excommunicationis, debet de maiori fieri interpretatio, cui doctrinæ illud obstat: nam in pœnis semper est benignior interpretatio desumenda, si præses, l. interpretatio, ff. de pœnis, ergo cum pœna sit excommunicatio in dubio de minori, non vero de maiori est intelligenda. Respondent multi illam regulam intelligendam esse in pœnis, quæ propriè sunt tales, in quibus benignior est sumenda interpretatio; non vero in pœnis medicinalibus; quarum est excommunicatio, capit. 1. de sententia excommunicationis lib. 6. ita Panormitanus, in dict. cap. si quem, sed hanc interpretationem, cum vere excommunicatio pœna sit, capit. quoniam frequenter, §. fin. vt lite non contestata, cap. corripiantur, 24. quæst. 3. & grauisima omnium pœna, quæ ab Ecclesia imponi potest, & ideò meritò eam rationem improbat Decius in l. semper in obscuris, ff. de regulis iuris num. 12. Quare respondet text. in dict. cap. si quem 59. ea ratione procedere: nam tractat de excommunicatione ab homine lata, quæ plerūque maior est: minor enim ab homine proferri non solet, & ideò ea constitutio meritò (inquit Decius) de maiori est intelligenda: hæc tamē Decij interpretatio duplicè præsupponit falsam propositionem: prior minorem excommunicationem ab homine ferri non solere contra text. in cap. Engeltrudam, 3. quæstione 4. posterior est, quòd decisio text. in dict. cap. si quem; non sit admittenda in excommunicatione à iure lata, cū omnium fere interpretum consensus sit eam decisionem in omni excommunicatione procedere siue ab homine siue à iure.

38 Quare pro huius rei intelligentia sciendum est primū, quòd communis vsus loquendi hanc interpretationem iam diu recepit, vt excommunicatio de maiori intelligatur in dubio, qui quidem vsus maximum obtinet locum in cuiuslibet interpretatione l. Labeo, ff. de supellestili legata, l. librorū, §. quod tamen Casius, ff. de delegatis, 3. cap. quanquam, 2. quæst. 7. secundum est, quòd cōm excommunicatio spiritualis pœna sit ad illud instituta, vt contumaces animos à peccatis auertat, & ad veram obedientiam reducat, rarissimè hunc effectum haberet; si de minori esset interpretatio desumenda: nam minor excommunicatio parum operatur ultra mortale crimē, hoc est parum inducit, quòd mortalis culpa non inducat, vt ergo hæc medicinalis pœna illum operetur effectum, quem eius significat institutio, necesse est

est de maiori non de minori illam interpretari, ita considerant Ancharranus in cap. statum de sententia excommunicationis lib. 6. Felinus in cap. dilecta de exceptionibus: Ananias in capit. unico de sagittarijs, quibus addendum est, quam sit rara minoris excommunicationis censura, & maioris quam sit frequens siue à canone, siue ab homine proferatur, quibus de causis iustissime statutum est, in d. c. si quem excommunicationis sententia esse de maiori in dubio intelligendam.

39 Sed fortiter vrget text. in cap. 1. de exceptionibus, lib. 6. dum probat, quod ut quis à iudicio repellatur propter excommunicationem, non sufficit, quod illi simpliciter excommunicatio obijciatur, sed expressa obiectio maioris excommunicationis necessaria est, ergo sub hac dictione excommunicatio non intelligitur maior: quare Panormitanus in cap. 2. de restitutione spoliatorum in eum sensum intelligit text. in dict. cap. 1. de exceptionibus lib. 6. ut existimet satis esse ad vim, & valorem exceptionis, quod auctori opponatur excommunicatio simpliciter, quauis quoad probationem huius exceptionis necessariū sit, quod testes non simpliciter, sed de maiori excommunicatione loquantur: nam licet exceptionis obiectio generalis sufficiat probatio; tum debet esse specialis, & concludens, & ideò dubia non sufficit, sed difficilis mihi hæc Panormitani doctrina videtur: nam si appellatione excommunicationis semper de maiori debet fieri interpretatio, cur hæc regula in testimonijs etiam non procedet: quare autoritate text. in dict. cap. 1. de exceptio. lib. 6. speculator in titulo de exceptione, §. viso, num. 21. expressè sentire videtur, quod non sufficit proponere excommunicationem in genere, sed necesse est in specie concipere exceptionem de excommunicatione maiori: sequitur Burgenfis in cap. penultimo de emptione, & venditione: unde existimo speciale esse, quod in dict. capit. 1. de exceptionibus lib. 6. disponitur, ne excipiens vagus sit, & cum periculo honoris alterius illudat auctori, iudici, & iudicio.

40 Quibus præmissis difficiliter redditur argumentum: nam propter excommunicationem maiorem frequentissime in canonibus mentio fit anathematis in eundem ferè sensum, in quo maior excommunicatio sumitur, quod ut explicemus, necesse est etiam, quid significet anathema explicare, & receptum est anathema, quoad vinculum non differre ab excommunicatione maiori; solumque differre quoad solemnitatem, ut probat text. expressus in cap. debent. 11. quæstio. 3. vbi Gratianus refert solemnitates anathematis, debent (inquit Gratianus) duodecim sacerdotes Episcopum circumstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusionem anathematis, vel excommunicationis projicere debent in terram, & concalcare pedibus, deinde epistola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causas excommunicationis: qua ratione glossa communiter recepta in cap. cum ab Ecclesiarum prælati de officio ordinarij, alle-

rlt ius, & potestatem anathematizandi solis Episcopis competere: denique anathema nihil aliud est, quam solemnis maledictio, quæ fit per executiones publicas aduersus excommunicatum, et si sæpe ab excommunicatione maiori non differat, dict. cap. Engeltrudā, 3. q. 4. semper tamen à minori differt: frequentissime enim anathema pro maiori excommunicatione sumitur.

41 Pro cuius rei perfecta explanatione non est ab instituto nostro alienum ab origine breuiter tamen, quid sit anathema, explicare, ut intelligatur, qua ratione in sacris canonibus anathema excommunicationem maiorem, & solemnem execrationem significet, & alij putant anathema Hebraicam dictionem esse summam denotans detestationem, sic enim scribit Diu. Hieronym. super epistol. ad Galatas, cap. 1. ibi, porro anathema verbum propriè Iudæorum est, &c. qua ductus autoritate Aiciatus in dict. cap. cum non ab homine, num. 106. dictionem Hebraicam, non Græcam esse censet, sequitur Suarez de censuris disputatione 8. sect. 2. Sed puto Hieronymum non dixisse palam hanc dictionem anathema Hebraicam esse, sed existimauit (ni fallor) sermonem istum, & loquendi modum quem septuaginta interpretes, & alij ad dictionem anathema transtulerunt propriè Iudæorum esse: imò Diu. Hieron. qui peculiari quodam opere nomina scripturæ Hebraica interpretatus est, huius vocis anathema mentionem non fecit: imò eam Græcam esse dictionem testatur Diu. Augustin. tomo 4. suorum operum, cap. 40. super numeros, ibi, hinc videndum est, quomodo dicatur anathema, quod uouetur, & tamen pro male dicto ponitur, sicut, & de isto populo dicitur, unde illud est si quis uobis euangelizauerit, præterquam quod accepistis anathema sit. Hinc vulgò dictum est, ut deuotio dicatur: nam deuotum se quemquam nemo ferè dicit nisi maledicens, & statim sequenti, cap. 41. explicans scripturæ uerba ibi, & anathemauit eum, & ciuitatem eius, & uocis est nomen loci illius anathema, inquit Augustinus hinc dictum est anathema, quod detestabile aliquid, & abominabile uideatur, ut enim nihil inde victor in sum usus auferret, sed totum in pœnam luendam uoueret, hoc erat anathema, quod vulgò dicitur deuotare, uigo autem huius uerbi est in Græca lingua ab his rebus, quæ uota, & persoluta, hoc est promissa, & reddita, seruum ponebatur in templis: & idem Augustinus in epistola 178. inquit, contemnat idem Apostolus Paulus, & nouissimis partibus ad Corinthios epistola, ubi plebem arguens simul Græco, & Syro utitur uerbo, si quis inquit, non amat dominum, sit anathema, maranatha, anathema Græco sermone dixit, contemnat maranatha, donec dominus redeat: Hieronymus in epistola 1. ad Corinthios, capit. 16. maranatham explicat Dominus uenit, & inquit magis esse dictionem Syriacam, quam Hebraicam, glossa in capit. Guilifarius uerbo, maranatha, 23. quæstione 4. ait maranatha significat aduentum Domini, id est, usque ad aduentum Domini excommunicatus.

42 Unde hoc modo intelligo ego text. difficilem in dict. cap. Guilifarius 30. 23. quæstione 4. in illis

in illis uerbis, est aliquis deinceps ullum unquam Episcoporum taliter deceperit, anathema, maranatha fuerit in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum, utitur enim text. ille simul utraque dictione anathema, & maranatha, & est text. iste Sylberij Papæ, ad Amatorē Episcopū, quamuis loquatur de Syluestro Papa: de Sylberio enim esse intelligendū constat ex Platina in Sylberio Primo, & uerbum maranatha explicat Felinus in cap. Rodolphus de rescriptis, num. 33. importare, id est, usque ad altum Domini sit excommunicatus, nisi pœniteat ex glossa in dict. cap. Guilifarius, uerbo maranatha, per text. in cap. de uidijs, 27. quæst. 1. neque legendus est Guilifarius, sed Belifarius: sic enim dicebatur ille, qui Syluestrum Papam, seu Sylberium carceri tradit, & mox ad insulam relegauit, de quo menit Pius Papa in suo dialogo: at Diu. Hieronym. in epistol. ad Marcellam maranatha, explicat id est, Dominus noster uenit, quam uocat Nicolaus de Lyra, communem expositionem in epistola 11. ad Corinthios, cap. 16. Burgenfis uero eam expositionem improbat, & ibidem latius conatur probare maranatha, idē esse, ac si diceretur destructio bonorum suorum, quod in Hebraico dicitur Macharum, sed ego Hieronymo, & Nicolao assentior: nam inquit Hieronymus hæc dicitio: maranatha, Syriaca est non Hebraica, ita explicant eas dictiones Augustinus epistola 178. Hieronym. epistola 147. Athanasius in quæstionibus ad Antiochum quæstione 136. Chrysoft. homilia 44. super Paulum 1. ad Corinthios, capit. 16.

43 Nec mihi omittenda uidetur Panormitani sententia dicētis in dict. cap. cum non ab homine, a. 23. quod anathema dicitur ab anā, quod est sursum, & Theta, quod est figura quædam ad formam litteræ, quæ olim imprimebatur in frontibus damnatorum, quasi anathema sit super na maledictio: nam quamuis hanc deriuationem impugnet Cobarruias in cap. alma mater, 1. p. §. 8. quasi non deriuetur à recta uocis illius etymologia, nihilominus ex illis, quæ ipsemet retulit Cobarruias, ubi proximè colligitur non esse omnino improbabilem Panormitani doctrinam: ut littera Græca, quæ his Latinis correspondet Th. & Theta in iudicialibus sententijs signum erat damnationis, ut aduertit Isidorus lib. 1. etymologiarum, & ex Aconio Pediano, & Erasmo refert Cobarruias ubi supra, & denique ex Persio, constat Satyra 4. Theta signum fuisse condemnationis.

Et potius es nigrum uitio præfigere Theta.

Et Martialis lib. 7. ad Castricum ait:

Nostri mortiferum quæstoris Castrice signum.

Est operæpretium discere Theta nouum.

44 Denique D. Athanasius super caput 9. epistolæ ad Romanos, anathema inquit sciunctio nem, & alienationem significare, Hieronymus in quæstione 9. ad Algasiam, occisionem uocat, alij

& restè ex illis dicunt anathema Græcè significare, quod Latine dicimus oblationem, aut sacrificium, ut aduertit Athanasius, & ita Chrysoftomus in homilia 16. super epistola ad Romanos id totum his uerbis explicat, quemadmodum anathema, donumq; id, quod Deo oblatum dedicatur, nemo est qui temerè manibus contingere audeat. sic & cum, qui ab Ecclesia separatur ab omnibus abscondens, ac tamquam longissime abducens, hoc nomine à contrario scilicet appellat magno cum errore omnibus interminatos ab eo, ut separentur, & pedem referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab Ecclesia abscessus erat, ex opposito omnes separabantur sententia: quæ propter separationem quidem, tum hæc, tum illa ex æquo à uulgo alienatio erat, separationis uero modus non unus, sed illi contrarius: ab illo enim abstinebant tanquam Deo dicato: ab hoc autem decedebant tanquam à Deo alienato, & ab Ecclesia abscesso. Hæc sunt Chrysoft. uerba, quæ totam hæc re aperta explicant doctrina, & ideò D. Tho. & Caietanus dict. cap. ad Romanos scribunt anathema generaliter esse omne id, quod à communivsu separatum est: de quo plura scribit Erasmus super Lucam cap. 21. ex patribus adnotans anathema dici dona omnia, quæ in templis suspenfa dijs sacrata erant, & ea ratione inquit ornamenta Græcè anathemata dicuntur, & ita hæc uox anathema censetur æquiuoca ita August. lib. 4. quæstio. super numeros, capit. 40. & 41. Chrysoftomus in sermone de anathemate tomo 5. Iustinus martyr. quæstione 121. inquit, anathema dicitur id, quod re conditum, & secretum est Deo, nec iam ad communem usum sumitur, aut quod uitijs, & peccatis causa à Deo alienatum est: in priori significatione sumitur apud septuaginta interpretes Numerorum, cap. 1. nam quod uulgata legis, omne quod ex uoto reddiderint filij Israel, tuum erit: ipsi 70. legunt, omne anathematis me non: in posteriori uero significatione sumitur Numerorum, cap. 21. nam ubi uulgata habet delebo urbes eius: 70. habent, anathematico ipsum, & ciuitates eius, & in eadem sumitur significatione Iosue cap. 6. & 7. & Deutero. capit. 7. & ad hanc explanationem congruit Budæi adnotatio in commentarijs ad linguam Græcam pag. 425. dum docet, quod anathema dicitur homo facer, cuius caput dijs inferis esset dicatum, ac deuotum: quoniā ueteres sceleratos, & facinorosos homines uocabant sacros quasi inferis dijs sacratos: sic enim ex Libio constat libr. 2. primæ decadis, sacrare dijs caput alicuius significabat deuouere, & libr. 3. inquit sacrare caput alicuius Ioui deuouere esse id est morti illum hominem adijcere. Sic enim intelligi debet, quod in duodecim tabulis præscriptum erat. Patronus qui clientulo fraudem faxit facer est: ratione enim præuaticationis facer dijs inferis dicebatur, id est uictima, quasi dicat patronus, qui clientulo fraudem faxit anathema esto, sacrata etiam leges dicebantur, quibus sancitum erat, ut si quis aduersus eas fecisset, facer alicui Deorū esset, id est, uictima, ut notat Præcius de uerbis iuris uerbo, sacrata leges, & ibidem Berrutius, cum ergo

ergo æquiuoca sit hæc vox anathema, ut iam diximus, non est difficile intelligere, quod Paulus ait se cupere anathema esse à Christo pro fratribus, quod latius explicant Origines in epistola ad Rom. cap. 9. Hieronymus in quæstionibus ad Algafiam, quæstio. 9. Bernardus sermone. 12. super cantica. Basilius in regulis fufius disputatis interrogatione 13. Chrystomus lib. 3. de providentia: intelligunt enim multi ex patribus hæc à Paulo dicta esse per hyperbolem, & excessum, ut maximum charitatis affectum, quem erga suos haberet, demonstraret: sed placet mihi eorum interpretatio, qui dicunt non per excessum, & hyperbolem id dixisse Paulum, sed quia verè desiderabat esse pro fratribus anathema à Christo, non enim anathema significabat, ibi, separatam à Christo, sed ex sententia Hieronymi super Zachariam capit. 14. significat Paulum voluisse Christum imitari, id est mala omnia aliorum super ipsam sumere, sicut & Christus pro omnibus passus est: anathema enim aliquando victimam significat, quasi si Paulus dixisset se pro omnibus victimam fieri voluisse, in quo magna charitas est: maiorem enim nemo videtur habere charitatem, quam qui animam tradit pro fratribus.

45 Vnde apparet simplicem excommunicationem maiorem ab anathemate essentialiter non differre, solummodo accidentaliter: vna enim tantum est excommunicatio maior, quæ omnem, maximamque continet priuationem: & cum ad maximum terminum peruenitur, non potest dari substantialis varietas, ut in proposito obseruat Suarez de censuris disputatione 8. sectio. 2. & similiter etiam anathematis nomine censura Ecclesiastica continetur. Neque obstabit argumentum, si eo modo concipiatur: nã in excommunicatione maiori gradus distincti considerantur: est enim maior quædam, quædam maxima: illa est enim summa priuatio, quæ omni priuati Ecclesiastica communionem: at vero quantum ex canonibus Ecclesiasticis colligitur, anathema est quædam censura excommunicationis maxima, exceditque simplicem excommunicationem maiorem, ut significat text. in cap. fin. 3. quæst. 4. vbi de Engeltruda dicitur nã solum excommunicatione, quæ separat à fraterna societate, sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore recidit percussam esse: & in cap. nemo Episcoporum, 11. quæstione 3. distinguitur enim ibi priuatio communis Ecclesiasticæ ab anathemate, idque apertè denotat text. in dict. cap. cum non ab homine, vbi contumacia crescente, qui antea erat excommunicatus maiori excommunicatione anathematizatur, & colligitur denique ex Tridentino sessione 13. vbi anathema fertur in illum, qui aliquam ex veritatibus fidei ibidem definitis negauerit: ibi enim fidei canones sub anathemate statuuntur pertinentes ad mysterium Eucharistiæ: at vero in canone vnde decimo, cum docuisset concilium post conscientiam peccati mortalis non obstante contritione præmittendam esse confessionem ante commu-

nionem, quia id non tanquam de fide definiendum ait, si quis autem docere præsumperit contrarium: ipso excommunicatus existat: loquitur enim ibi concilium de excommunicatione maiori, & proculdubio significat aliquid esse minus, quam anathema.

46 Sed verum est, ut in dict. cap. cum non ab homine aduertit Panormitanus num. 23. Declinatio. 13. quoad vim, & vinculum non esse maioris potentie anathema, quam excommunicatio maior, licet in accidentibus differant quoad solemnitates videlicet, & terrorem, & hinc in Ecclesiæ anathematizari dicitur ille, qui ab Ecclesia solemniter separatur: tanquam Ecclesia maledictus, & alijs fidelibus execrabilis, quæ falsim vsurpatur, quando talis censura in hæreticos fertur, ut videre est in omnibus concilijs præcipue in Tridentino in omnibus fidei definitionibus: si enim anathema refertur ad personam censuram significat Ecclesiasticam, qua quis ab Ecclesia solemniter, & execrabiler separatur, cui consonat illud Mathæi, cap. 18. *si tibi tanquam ethnicus, & publicanus*: aliquando verò non ad personam sed ad ipsas res refertur anathema, v. g. quando doctrina aliqua anathematizatur, nihil aliud est, quam illam hæreticam, aut execrabilem declarare. Illud enim certissimum est, omnem excommunicationem quoad substantiam esse quoddam anathema: id significauit Augustinus libr. de vnitatem Ecclesiæ, cap. finali, & de correctione, & gratia cap. 15. & habentur multa per totam, 11. quæstione: & in Tridentino sessione 25. cap. 3. pro eodem munitur excommunicationis gladius, & anathematis mucro, qui neruus dicitur Ecclesiasticæ disciplinæ, & ita aduertunt Syluester in summo verbo *excommunicatio* 1. in principio Soto in 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1.

47 Neque obstant iura in contrarium adducta: nam verissimum est excommunicationem & anathema diuersa esse secundum extrinsecam solemnemque formam, quasi anathema solum datur aliquid ad exaggerandam culpam, & penam. Et de hac accidentali differentia intelligenda sunt omnia iura, quæ constituunt discrimen inter excommunicationem, & anathema, & hoc modo facile intelliges adductum textum Tridentini super num. 45. qua ratione apparet facile verum intellectus ad text. in dict. cap. cum non ab homine, vbi aduersus contumacem primo indicenda est excommunicatio maior, deinde anathematis mucrone feriendus est, id est illis execrabilibus maledictionibus, ut ibidem aduertit Panormitanus num. 23. sed adhuc est difficilis text. in dict. cap. fin. 3. quæst. 4. quoad substantiam discrimen esse videtur inter excommunicationem, & anathema: dum inquit Engeltruda non solum excommunicatione, quæ separat ab Ecclesia, sed anathemate, quod ab ipso Christi corpore recidit percussam esse: quare multi dicunt excommunicationem ibi non significare propriam censuram, sed illud impedimentum, quod ad suscipienda Sacramenta

Ad 3. partem conclusionis.

50 Tertia pars conclusionis probat, quod si non obstare depositione, excommunicatione, anathemate adhuc in crimine perseueret clericus, cum Ecclesia non habeat ultra, quid possit facere, curiæ seculari tradendus est.

Dubitationem mouet primò: nam ratio, propter quam inquit text. ille curiæ seculari esse tradendum, ea est: quoniam Ecclesia non habet ultra, quid facere possit: quæ ratio falsa videtur: nam Ecclesia ultra prædictas pœnas alias habet, quas imponere potest clerico incorrigibili, videlicet relegationis, fustigationis, perpetui carceris, detractionis in monasterium, confiscationis, diffidationis, ut probat text. in c. in Archiepiscopatu de raptoribus, c. ut fama de sententia excommunicationis, c. cum secundum leges de hæreticis lib. 6. c. 1. de homicidio lib. 6. congruentius ergo faceret Ecclesia, si proprijs vteretur pœnis, quam si peruenerit ad traditionem curiæ secularis.

51 Secundò dubitationem mouet: nã clericus ob crimen depositus statim curiæ seculari relaxatur absque excommunicationis, anathematis, & incorrigibilitatis; forma ergo frustra præscribitur in d. c. cum non ab homine: forma excommunicandi, & anathematizandi, ut probatur in c. ad abolendam de hæreticis, c. degradatio de pœnis lib. 6. Secundo probatur in c. nouimus de verborum significatione, & in c. si quis laicus in fine, 2. q. 5. Tertio probatur in c. ad falsariorū de crimine falsi. Quarto probatur in c. si quis sacerdotum, 1. q. 1. Quinto probatur in cap. 2. de sortilegijs, c. 1. 26. q. 1. c. admo-neant, 26. q. 7. Sexto probatur in c. de Liguribus, 23. q. 7. Probatur in c. 1. de homicidio lib. 6.

52 Tertio mouet dubitationem nã laicus iudex, quoad spiritualia est incapax iure diuino, quo ad prophana iure positio, ut latius tradidimus supra in c. 2. huius tit. at causæ criminales clericorū propter ordines, quibus sunt insigniti, pertinent ad spiritualia, argu. text. in c. clerici supra isto tit. ergo nullò modo poterit effici, quod iudex laicus de clerico criminoso cognoscat.

53 Sed his non obstantibus vera tamē est supradicta conclusio, cuius decidendi rationem assignat Summus Pōtiffex in d. c. cum non ab homine; quoniam scilicet Ecclesia non habet amplius, quid facere possit: pro cuius intelligentia scire oportet, quod Pōtiffex ius in punitione criminū plerūque formam Christi imitatur, & magis attendit ad delinquentis penitentiam, quā ad eius penam; & cum clericorū vita sacramētis adhereat, dociliores iudicatur, & corū cōuersio facilius præsumitur; ideo cū Pōtiffex leges potius penitentiam, quā vindictam quærant, c. tuæ de pœnis, c. at si clerici, §. de adulterijs supra isto tit. ideo his vitur monitionibus: postquā verò clericus apparet incorrigibilis de illius penitentia desperatur, & diffidit Ecclesia, & ideo nientō eo casu statuit curiæ seculari esse tradendum: tunc enim verum est dicere, quod non habet Ecclesia ultra quid faciat.

ex quocumque peccato mortali naturaliter oritur, quæ interpretatio probari non potest: repugnat namque verbis eiusdem text. quæ apertè denotant Ecclesiasticam pœnam, vnde alij dicunt priorem illi text. partem esse intelligendam de excommunicatione minori, posteriorem verò, vbi sit anathematis mētio, intelligendam de maiori excommunicatione, sed refragatur hic sensus verbis eiusdem text. apertè denotantibus etiā in primā parte excommunicationem maiorem *ibique à fraterna societate separat*: excommunicatio enim minor separat à perceptione sacramentorū, non verò à comunione fidelium.

48 Quare ego alijs omisissis dicendum puto multiplicem esse communicationem, quæ inter fideles haberi potest: vna est pura civilis & politica consistens in externis actionibus ad humanam societatem pertinentibus, veluti confabulatio, mutua saluatio, & similia. Alia verò est communicatio spiritualis, quæ potest esse interior, aut exterior, aut mixta: interior dicitur participatio in gratia, & charitate, & fide, per quā fideles inter se, & cū Christo mysticè copulantur, ratione cuius vniōnis tibi inuicē comunicant merita, non quoad præmiū essentialē, & de cō digno, sed quoad impetrandū à Deo specialia beneficia, & peculiarē protectionē, aut providentiā, & sic intelligitur illud Psalmi 118. *ibi: participes ego sum omnium timendum te*, & ea ratione Genesis 8. dicebat Dominus ad Abraham propter decem iustorum, si in Sodomis inuenirentur, non deleturam ciuitatē: exterior verò dicitur participatio eorundem Sacramentorū, v. g. eiusdem sacrificij, & communicatio in alijs officijs, & rebus sacris Mixta verò dicitur participatio comunium Ecclesiæ suffragiorum, quæ ex interna, & externa constat: nã etiam habet effectum internū v. g. remissio alicuius pœnæ, fundatur tamen in aliqua exteriori communicatione: nã cum Ecclesia visibilis sit, semper requirit aliquam actionem externā, & sensibilem, ut est oratio vel alia pia actio, quæ intelligatur fieri nomine totius Ecclesiæ; quibus suppositis existimo text. in d. c. fin. 3. q. 4. in 1. p. esse intelligendum de illa excommunicatione minori, quæ olim erat in vsu, qua quis ab externa comunione, conuictu, & familiaritate fidelium separabatur, absque eò quod separaretur ab Ecclesiæ comunibus suffragijs, & eodem modo intelliges text. in d. cap. nemo Episcoporum 11. q. 3. ut explicuit Suarez de censuris disputatione 4. lectione 5.

49 Neque obstat secundū & vltimū argumentū supra adductū n. 29. ex text. in d. c. fortè 23. q. 3. cap. quorundam 34. distinct. dum in punitione clerici aliam formam esse seruandam dicit ab ea, quæ præscripta est in d. c. cum non ab homine: nã ea iura intelliguntur, quādo pœna incipit à delicto, quo casu criminis natura attenditur: nã ea attenditur, si eā pœnam meretur crimen, aut eadē ratione deponitur et si corrigibilis sit, non ultra proceditur: si verò incorrigibilis excommunicatur, et si id non sufficiat, anathematizatur, & tandem cum Ecclesia non habeat ultra quid faciat curiæ seculari traditur, & sic intelligitur text. in cap. clericus 3. q. 4. & in cap. si quis sacerdotum 1. q. 1. quæst. 1.

54 Neque obstat dicere, vt in primo argumēto dicebamus Ecclesiā habere alias pēnas, quas possit imponere: communis enim opinio ex Panorm. in præsentī n. 24. explicat non habere vltra, quid faciat referri ad clericū, qui de facto Episcopo resistebat, & idē alias pēnas in illū nō poterat exequi, sed hæc interpretatio non placet: nā aliās nostri text. regula nimis restringeretur ad solā speciem clerici resistentis: tūm etiam incongrua est: nā sicut Episcopus clericū curiæ sæculari tradebat, poterat similiter brachium sæculare invocare ad illum capiendum, vt praxi frequens ex text. in c. petimus, 1. q. 1. c. postulasti de homicidio, & resoluit Palacios rubios in c. per vestras notabili 2. §. 18. Rolāndus conf. 37. vol. 1. Menochius de recuperanda remedio 15. n. 212. vnde Decius in d. c. cum non ab homine, n. 13. illa verba, *non habet vltra, quid faciat*, retulit non ad pēnas, sed ad censuras, quasi dicat Ecclesiam non habere vltra anathema alias censuras, sed conuicitur: nam post anathema est & alia censura interdicti, & cessatio nis, c. quærenti de verborum significatione, c. alma mater de sententia excommunicationis lib. 6.

55 Quare ad huius text. explicationem scire oportet omnia crimina iuris Pōtificij esse in triplici differentia, quædam sunt crimina minorā, quibus certa, vel arbitraria pœna imponitur vsq; ad suspēsiōnē, vt in d. c. at si clerici verso, si vero, quædam verò dicuntur delicta grauiā, quæ depositionem mērentur, quædam verò dicuntur maiora, atrocitā, vel enormia, veluti crimen hæresis, & alij, de quibus dicemus in solutione ad secundum argumētum: quibus præmissis constituendū est text. in d. c. cum non ab homine, procedere in illo secūdo genere delictorum, qua grauiā dicuntur, in quibus inquit depositione vtendū esse, secundò excommunicatione, tertio anathemate, & tandē data incorrigibilitate deveniendū esse vsque ad traditionē curiæ sæcularis: vnde colligitur vera ratio ad text. in d. c. cum non ab homine: nā sicut ad separandum per excommunicationem Christianū trina vtitur monitione ius Pontificium, c. corripiantur, 24. q. 3. c. sacro de sententia excommunicationis: Tridentinū sess. 25. c. 3. ita similiter ad priuandum clericum priuilegio fori Ecclesiastici ratione delicti: hæc veluti trina monitio desideratur depositio, scilicet excommunicatio, & anathema, & vltimò cum Ecclesia de eius diffidit, pœnitentia illum tradet curiæ sæculari, quia nō habet vltra, quod faciat id est, non habet iā vltra alias diligētiās, quas faciat, vt ipse pœniteat, & sic illa verba intelligēda sunt: quæ ad pœnas delicti nulli datus referri possunt; & sic est intelligēdus text. in d. c. at si clerici, §. de adulterijs, vbi text. loquitur de crimine adulterij, quod est de grauibus, & inquit non esse ea ratione clericum indifferēter curiæ sæculari tradendum: quoniam nondū est forma text. in d. c. cū ab homine adimpleta, qui text. ista est intelligēdus, vt nō sit necessario forma iudiciādi ibidē præscripta seruanda à iudicibus, quominus etiam alia via procedere possint, sed solū

ea est vera interp retatio, quòd quoties peruenitur ad traditionē curiæ sæcularis, illa prorsus forma obseruanda est præscripta in d. c. cum non ab homine, sed si aliter clericum voluerit incorrigibiliter punire v. g. illū incarcerando id poterit facere, & que illa forma præscripta in d. c. cum non ab homine veluti in d. c. in Archiepiscopatu de rapibus, cum alijs adductis in primo argumento.

56 Quibus breuiter animaduersis iā explicandum nobis est, qualiter procedendū sit in traditione curiæ sæcularis, & eiusdem brachij invocatione à iudicibus Ecclesiasticis faciēda, pro cuius doctrinæ explicatione: Primò supponendū est iudicē Ecclesiasticū licitè posse brachiū sæculare inuocare, vt omnes vulgò agnoscunt per text. ibi c. 1. de offic. ordinarij, quod etiam in delegatōne pœ communiter fatentur Innocentius, & alij in significasti n. 3. de officio delegati per textum c. administratores, 23. q. 5. Oldrad. conf. 89. in Panorm. in c. si quis contra clericū de foro cōpetenti, Paulus, & Albericus in l. Episcopale, C. Episcopis & clericis: ab exordio etenim nascitur Ecclesiæ præsertim à tempore Constantini Imperatoris cepit Ecclesia, tū contra laicos inobedientes, tū cōtra clericos resistentes auxiliū brachij sæcularis invocare, & in ea specie loquitur text. in petimus. c. istud, 1. q. 1. c. postulasti, 2. 1. de homicidio, quæ doctrina receptissima est, eam verò proceditur exceptionē, vt nō procedat quotiescūq; ad dice Ecclesiastico appellatū est, quo casu cū pœte appellatione nihil nouari possit, c. 1. vbi idē simile explicuimus de appellationibus, l. 1. ff. de nouari, &c. non poterit brachij sæcularis auxiliū implorare, vt rectè aduertit Oldradus conf. 89.

57 Sed huic doctrinæ obijciēt aliquis, quæ Episcopi apostolorū successerint loco, vt diximus supra in c. 2. huius tit. & cōstat ex Trident. sess. 4. idq; denotauit D. Aug. P. sal. 44. exponens: *lud, pro patribus tuis nati sunt tibi filij: ibi enim dicit, nisi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt: sicut sunt Episcopi, de Apostolis verò nunquā dicitur brachiū sæculare inuocasse, et go neq; Episcopi illud vnquā debuerūt invocare: ad similitudinem Apostolorū: respondet tamē D. August. epist. q. id ab Apostolis factū non fuisse, quia eo tempore nullus erat Christianus princeps, cuius brachiū inuocaret: at vero postquā tempore Constantini principes ceperunt magis Ecclesiæ fauere, cepit etiam Ecclesia auxiliū brachij sæcularis implorare: nā sicut in Ecclesia sunt principes Ecclesiastici, & sæculares, qui veluti Ecclesiæ brachia sunt, vt in nouit infra eodē, sic etiā, & habet duplicē gladiū & spirituale, & materiale, & quādo manus dextera Ecclesiæ gladio spirituali non potest malos occidere, aut corripere, inuocat brachij sinistri auxiliū, & gladiū, vt eo gladio ferro eodē ceat; vtrūq; etiā explicat text. in d. c. 1. de officio ordinarij.*

58 Vnde infertur, quòd si iudex sæcularis implorauerit auxiliū Ecclesiasticū cōtra rebelles. Ecclesiasticus tenebitur suū auxiliū impartire sæculari illū Ecclesiasticis cēsuris inuadō, si fuerit

cesse: nā sicut gladius materialis Ecclesiæ est in auxiliū gladij spiritualis, vt omnes notāt in c. ad ministratores, 23. q. 5. & nos diximus in d. c. noui infra eodē: similiter, & gladius spiritualis in auxiliū materialis debet esse, vt tradit Innoc. in d. c. 1. de offic. ordin. Hostien. in summa de tregua, & pace, §. quid sit iustū bellū, vers. si ergo Dominus: cū ergo mūdus vtraq; & regia, & pōtificia potestate regatur, vt Gelasius Papa dixit in c. duo sunt, 96. dist. & res omnis tuta esse nō possit, nisi vtraq; potestate defendatur, c. res omnes, 23. q. 5. tenētur proculdubio hæc duæ potestates se ad inuicē iuuare ex Innoc. in c. 1. de offic. ordin. iuxta text. in auth. sed hodie C. ad legē Iuliā de adulterijs facit text. in c. dilecto de sentētia excommunicationis lib. 6. sed ea est inter vtraq; potestātē differētia, quòd sæcularis tenebitur Ecclesiasticū iuuare, nō ostensa illi iustitia sentētiæ, vt statim explicabimus: Ecclesiasticus vero suis cēsuris nō tenetur sæcularē iuuare nisi præmissa prius canonica monitione, vt testatur Innoc. in d. 1. de offic. ordin. & in d. c. dilecto; ita quòd Ecclesiasticus sæcularē iuuare nō debet cōtra rebelles suis cēsuris, nisi prius ei fiat fides de rebellionē per processū legitimè factū, quæ doctrina cōmunis est ex Decio. in d. c. at si criminali clerici supra eodem. Grammatico consilio 42. nu. 1. Viuius lib. communium opinionū verbo, *iudex laicus*. Abiles in c. pratorū, c. 20. n. 20. Paz in praxi tom. 2. in proemio n. 6. qui affirmat praxi ita seruari, vt acta corā ciuili magistratu corā Ecclesiastico producantur ad illius instructionē, ita Bernardus Diaz in practi. criminali canonica c. 116.

59 Sed illud est valde difficile, an magistratus ciuilis possit Ecclesiasticis cēsuris cōpelli, vt suum impartiat auxiliū Ecclesiastico iudice petente absq; eò, quòd sibi de processu fiat fides, & 1. certū est huic coactioni locū esse cēsuris Ecclesiasticis mediātibus, vt sæcularis iudex huiusmodi præstet auxiliū Ecclesiastico, vt expressè definitū est in c. 2. de maledicis, & est cōmunis sentētia ex Abbate in c. 2. de offic. ordin. & relati à Menoc. de arbitrijs casu 452. n. 4. qui asserūt magistratū ciuile arbitrio iudicis Ecclesiastici esse puniendū, si neglexerit suū auxiliū impartiri, sed hæc sentētia praxi nō est recepta: nā vt aduertit Segura de Abalos in directorio iudicū 2. p. c. 13. n. 32. praxi solū recipit, vt in obediētes, & cōtumaces iudices sæculares mucrone Ecclesiæ feriātur, donec mādatis Ecclesiasticis humiliter pareāt, adeò vt iudex laicus tenebitur sub peccato mortali exequi sentētiā ab Ecclesiastico latā cōtra criminosū eo præcipiente: ratio est: quoniam iusto præcepto superioris tenetur quilibet inferior sub peccato mortali parere: at in executione diætæ sententiæ Ecclesiasticus iudex superior, sæcularis vero inferior censetur, & quasi merus executor obedire subdiētē pœne. proculdubio tenebitur, quod idē æqualiter procedit in executione sentētiæ pro crimine mixti fori cuius cognitionē præuenit Ecclesiasticus: alias enim excommunicationem incurrit laicus proculdubio.

60 Sed quæret aliquis, ponamus, quòd laicū iu

dex Ecclesiasticus condēnauit pro crimine mixti fori; dubiū est, an eo in casu sæcularis teneatur exequi sententiā ab Ecclesiastico prolata: quando reus remissus est, adeò vt si nō exequatur sententiā, dato quòd Ecclesiasticus noluit de processu fidē facere sæculari; incurrat nihilominus excommunicationis sententiā, res quidē est dubia, & cōtrouersa: in dubio enim præsumendū est pro iudicis sententiā, quod tutius est ex Nauar. c. 27. n. 193. Dueñas regula 231. adeò vt si hoc in casu iudex laicus denūciatus sit ab Ecclesiastico ratione diætæ in obediētē tenebitur in foro exteriori, vt excommunicatus nō solū propter vitandū scādālū, sed etiā ex speciali obediētē virtute, vt aduertit Soto in 4. dist. 1. art. 3. ad finem, Richardus dist. 18. art. 3. q. 5. quod infra statim apertius est explicandum.

61 Secūdo pro huius rei maiori explicatione constituo, quòd si iudex Ecclesiasticus implorauerit brachij sæcularis auxiliū pro executione sentētiæ latæ in causa ciuili, debet ciuilis magistratus illud impartire, absq; eò quòd ei fiat fides de processu: hoc intelligitur, quādo sentētia trāsibit in re iudicatā, & postea iudex Ecclesiasticus pro executione suæ sententiæ fecit omne id, quod potuit excommunicatione v. g. vel interdicēdo, & adhuc illā exequi nō potuit, aliās his nō præmissis nō tenebitur auxiliū suū impartire sæculari, vt resoluit Oldrad. cōf. 89. Estq; cōmunis opinio DD. in d. c. 2. de maledicis, & hoc modo intelliguntur iura illa, quæ dicūt principē sæcularē teneri suū impartiri auxiliū ad requisitiōnē iudicis Ecclesiastici, vt inc. cū ad verū 96. dist. c. quoniam de offic. ordin. c. princeps sæculi, 23. q. 5. resoluit Alex. conf. 130. vol. 4. Anchar. in regula ea, q. 10. de regulis iuris lib. 6.

62 3. Constituo, quòd iudex laicus requisitus, vt suū impartiat auxiliū pro executione sentētiæ magistratus Ecclesiastici in crimine hæresis vel simoniæ tenetur, & debet illud impartiri absq; eò quòd sibi fiat fides de processu, seu de iustitia, & viribus sentētiæ, hanc doctrinā cōmunē vocāt Anchar. & Imol. in d. c. de offic. ordin. Abbas in c. fin. de statu regulariū. Baldus in auth. clericus in fine C. de Episcopis, & clericis. Angel. in l. Diuus, ff. de custodia reorū. Salicet. in l. ea quidē vers. *decimo quæro*, C. de accusationibus, & est cōmunis sētētia DD. per text. in c. vt inquisitionis, §. prohibem⁹, & in c. præfides de hæreticis lib. 6. et si Bart. in l. Diuus, ff. de custodia reorū contrariū senserit, sed pro cōmuni sentētia hodie est irrefragabile argumētū, extat nāque cōstitutio Federici Imperatoris, qua habēt inquisitores sub Bulla Papali in extrauagāti ad extirpanda, quæ habetur in Bullario nouo.

63 Cuius doctrinæ ratio inde nascitur: nā cum hæresis sit crimen merè Ecclesiasticū, sæcularis de illo neque directè, neque indirectè potest cognoscere, neque principaliter, neque incidēter, sed solū habetur, quasi nudus executor, & idē solummodo tenebitur exequi sententiā d. ca. vt inquisitionis, §. prohibemus de hæreticis lib. 6. ita D. Tho. 1. p. q. 95. art. 1. Soto de iustitia & iure lib. 2. in princ. Si mancas de catholicis institutionibus tit. 9. n. 36. & n. 45. Thesau. Christianæ religionis, c. 19. Cla-

in us, §. hæresis, n. 14 Roland. cōf. 20. vol. 3. Nauar. in c. nouit notabili 6. n. 44. Cobar. in practi. c. 33. nu. 35. in fine, de quo plura diximus supra in c. 2. hoc eodē tit. semper etenim causarū merē Ecclesiasticarū regibus; imperatoribus fuit interdicta cognitio, vt Anastasius loquens de imperatore Constantio Arriano testatur in epistola ad solitariam vitam agentes, & de Aureliano, Theodosio Juniore, alijsq; imperatoribus retulit, Eusebius lib. 6. historiæ c. 26. & lib. 3. de vita Constantini. Ambrosius epist. 32. August. epist. 162. de Valentiniano Seniore retulit Sozomenus lib. 6. historiæ, c. 7. & testatur Damasus in epist. 3. ad Stephanū: Innocentius I. in epist. ad concilia Carthaginēse, & Mileuitanum: Leo I. in epist. ad imperatorem Anastasiū: Gregor. lib. 4. epist. 52. ad Episcopos Galliarū, de quo plura supra tradidimus in d. c. 2. supra huius tituli.

64 Cū ergo in causis fidei sæcularis iudex sit merus executor sententiæ latæ ab Ecclesiastico tenebitur, absque eò quòd ei fiat de processu copia illā executioni mandare ex supra dictis, quæ doctrina nō solū procedit in crimine hæresis, sed etiā in quocunq; alio crimine merē Ecclesiastico v. g. simonia, in quibus idē, quòd in hæresi dicendū est à paritate rationis argum. tex. in l. illud, ff. ad l. Aquiliā, & resoluit Decius in l. magistratibus n. 13. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Butrius in cap. 1. de officio ordinarij.

65 Sed ille casus difficilior est, quid sit dicendum, quando reus ab Ecclesiastico condemnatus est in crimine mixti fori. & sæculari iudici remissus veluti sacrilegij, adulterij, concubinatus, & similia, cui dabitur iudicium, vt breuitati, & claritati consulā, sub distinctione respondeo: nā aut in hoc casu reus iustē cōdēnatus curiæ sæculari traditur aut potius traditur illi non condemnatus, sed condemnandus. In primo casu sit conclusio, quotiescunq; reus condemnatus sufficenti pœna pro crimine mixti fori ab Ecclesiastico sæculari iudici traditur, neq; Ecclesiasticus de processu fidei facere tenetur, neq; id petere debet sæcularis, sed absque vlla causæ cognitione sententiā Ecclesiastici iudicis exequi tenetur: hanc conclusionē posuit Panor. in c. 1. de officio ordinarij, n. 12. Decius in l. magistratibus n. 13. ff. de iurisdictione omnium iudicum: quæ deducta est, ex Bartulo, in dict. leg. magistratibus, quæ conclusio probatur: nam de iure præsumitur pro sententiā iudicis, quæ iā transijt in rem iudicatam, vt in c. in præsentia de renunciatione, l. Herenius, §. Caia, ff. de euictionibus: quæ præsumptio multo maior est in sententijs Episcoporum, quos sacrosanctos vocat text. in l. 1. Codicis Theodosiani de Episcoporum iudicio, & sacrorum canonum custodes vocātur in c. cum quibus, & sequentibus, 24. quæst. 3.

66 Tam etiā nam si iure præsumitur, quòd vbi interuenerit iudicis decretum, omnia alia de iure necessaria interuenisse, vt rectē ostēdit Alex. consil. 125. volum. 1. & consil. 22. & consil. 35. volum. 2. & vulgò notatur in c. cum inter, & in c. si-

cut de re iudicata: id ex ratione supradicta vt tuis in Episcoporum sententijs præsumendū quibus accedit, quòd in criminibus mixti fori locus est præuentioni, illius iudicis attenditur iurisdictione, qui illam primus præoccupauerit: text. in l. si quis postea, & in l. vbi captum, ff. de iudicijs, vnde si Ecclesiasticus iudicauerit, & vltius sententiā exequatur, eam sæculari remittitur tenebitur proculdubio eam executioni mandare in executione etenim iustitiæ eo in casu infervidetur sæcularis, & iudex Ecclesiasticus super vt supra diximus, & probatur in cap. princeps administratores, 23. quæst. 5.

67 Neque obstabit dicere sæcularē iurisdictionē, & potestatem prorsus ab Ecclesiastica separari, esse d. c. duo sunt 96. dist. de quo plura adnotamus in d. c. nouit infra eodē tit. neque dicendū decur, inquit Baldus in l. placet in fine, C. de sanctis Ecclesijs reū ratione mixti criminis vt que offendisse magistratū, & temporalē, & Ecclesiasticū: nā quādo reus pro qualitate criminis sufficienter punitus est, non poterit iterū alij pœnis, vt ostendit Cobar lib. 2. variar. c. 10. m. sicut neq; de delicto, de quo quis absolutus est test iterum accusatio admitti, c. de his de accionibus, l. licet, §. fin. ff. nauē, caupones, & sularij, c. veniam, 35. q. 9. Vnde sic intelligitur munem illam DD. traditionem dicentiū ablatā a crimine in foro Ecclesiastico, iterum in foro sæculari conueniri posse, vt resoluūt Butrius, & normitanus in c. 1. de officio ordinarij: Anac in c. 2. de adulterijs, Ancharranus in c. ea, quæ regulis iuris, lib. 6. intelligendum enim est de soluto in foro interiori, vel pœnitentiā Ecclesiasticam non verò de absoluto iudicio exteriori Ecclesiastico iudicialiter.

68 In secundo verò casu, sit secunda conclusio, quando reus in crimine mixti fori remissus non cōdēnatus, sed cōdēnandus: tenetur sæcularis petere, vt sibi fiat de processu fides, quæ Ecclesiasticus nō faciat, nō tenebitur sæcularis auxiliū impartiri: hanc conclusionē tenuit Bart. in d. l. magistratibus, ff. de iurisdictione omnium iudicū, & in l. Diuus, & in l. nō dubium de custodia reorū. Panor. & Butr. in d. c. 1. de officio ordinarij; & cōprobatur in authentico de iudicijs, §. si verò crimē collat. 9. dist. inquit, quòd post degradationē iuris sæcularis cōdēnandū leges litē examinet, & causæ finem imponat: at magistratus civilis causam secundum leges examinare non poterit, nisi ei prius de processu fiat fides: tenetur ergo Ecclesiasticus fidem facere, aliàs sæcularis non tenebitur reus sibi traditum condemnare.

69 Quæ doctrina ex vera interpretatione tenetur in d. authentico de sanctissimis Episcopis collat. 9. dist. in rō crimen apertius declarabitur verba text. ibi, siquidē apud Episcopū aliquis accusatur, & iudicium inuenire potuerit ab honore, aut gradu huiusmodi Ecclesiasticas regulas deiciat, & tunc competens iudex hunc comprehendat, & secundum leges litē

minas causæ finem imponat: apertè loquitur text. in de eo crimine, & casu quando iudex Ecclesiasticus aliquem deponit, & degradat: id enim significant illa verba, ab onere, & gradu secundum Ecclesiasticas regulas obijciat: illa enim verba, & tunc competens iudex, &c. denotant, id est, post degradationem iudex sæcularis, &c. cruciantur interpretes in explicatione huius text. Alciatus enim in d. c. 1. de officio ordinarij explicans Glossam in verbo publicum, existimat hunc text. esse intelligendum de illo reo, qui condemnatus fuerat curiæ sæculari remissus: nam ait remissum fuisse degradatum, c. contra verò Salicetus, Alex. & Angelus in l. ea quidem, C. de accusationibus, illum text. intelligunt de illo reo, qui condemnandus remissus fuit non cōdēnatus, quorū ego opinioni assentior, vt potè quæ verbis illius text. magis cōgruit.

70 Quòd vt intelligas, contra Alciatum scire debes, quòd non eò quòd clericus degradatus est, sæculari censetur traditus: nam licet actualis degradatio, quæ executionē pœnæ continet, priuet Ecclesiasticum omni officio, & beneficio, & priuilegio clericali absque restitutionis spe, præmissa quadam solemnitate, vt ostendūt Syluester, Tabiena, Armilla, Angelus in summa verbo degradatio, & colliges ex text. in cap. degradatio de pœnis libr. 6. nihilominus aliquando imponitur tanquam vltima pœna patratu criminis; quandoque vero imponitur tanquam pœna media verbi g. vt mediante degradatione reus curiæ sæculari tradatur, & omnino efficiatur de foro sæculari, & à ciuili magistratu secundum leges civiles puniatur: nam ante degradationem in eum iudex sæcularis nullam potest exercere potestatem; vt docuit Cobarrius in practi. cap. 32. num. 4. vers. 3. conclusio, facta tamen degradatione in illum poterit animaduertere, quamuis ei non sit traditus, vt resoluūt Clarus in §. fin. quæst. 36. verbo degradatio. Vnde quotiescunq; clericus curiæ sæculari traditur degradatus, vt pœna mortis, aut mutilationis membrorum afficiatur per iudicem sæcularē, quamuis degradatus remittatur, non tamen remittitur condemnatus, sed condemnandus per magistratum ciuile, & de clerico, qui hoc modo remittitur, loquitur text. in d. §. si vero crimen, vt indicant illa verba, & tunc competens iudex hunc comprehendat, & secundum leges litē examinans causæ finem imponat: quæ verba apertè denotant finem causæ non esse impositū ab Ecclesiastico, sed media degradatione finiendā esse causam à iudice sæculari. Obiter tamen aduertendum est, quòd etsi per degradationem priuilegiū clericale amittat, hoc intelligi debet nō de priuilegio canonis, si quis suadente, 17. q. 4. sed priuilegio fori, adeò vt percutio ne clericum degradatum incidet in illud canon, vt testatur gloss. in c. ad abolendā de hæreticis verbo prerogatiua Glossa, & ibi DD. in c. degradatio de pœnis, lib. 6. gloss. in c. accedens, 50. dist. gloss. in c. 2. §. 4. dist. verbo ceciderit, gloss. fin. in c. dictū 81. dist. Marfilij singulari 179. & Antoninus 2. p. 3. partis summæ tit. 25. cap. 1.

71 Sed pro maiori corū, quæ dicta sunt explicatione supra à n. 56. cū sequētib; scire oportet, quòd etsi sæcularis iudex requisitus ab Ecclesiastico teneatur regulariter auxiliū brachij sui impartiri, in quibusdā vero casibus ad id nō tenetur. Primus sit, quando sententiā lata ab Ecclesiastico, de cuius executione requisitus est laicus, fuit ipso iure nulla: eo enim casu nō tenetur brachij sui auxiliū impartiri: ratio est in præoptu: nā exceptio nullitatis sententiæ executionē impedit. vt interpretes omnes cōmuniter agnoscūt in l. 4. §. cōdēnatū, ff. de re iudicata, c. cū de iure de officio legati, cū adductis ab Alex. in d. §. cōdēnatū: nā sententiā nulla neq; debet appellari sententiā, neque vllum sententiæ effectū producere potest. Clem. pastoralis, §. vt igitur de re iudicata; adeò vt quāuis executor de iustitiā sententiæ cognoscere nō possit, poterit tamē de nullitate, vt testatur gloss. in c. pastoralis, §. quia vero de officio legati, & ibidē sequuntur Panor. & Imola, & cōmunē esse testatur Fel. in c. de cetero de re iudicata, & probatur apertè in l. ab executione, C. quorū appellationes nō recipiantur, dū probat executorē posse de exceptione nullitatis sententiæ cognoscere, & de oppositō: & idē erit si aduersus sententiā opponatur exceptio, quæ relata fuerit prætextu falsi instrumenti, aut falsi iudicij, vt in l. si prætor, §. ff. de iudicijs, & hoc intelligi debet ex doctrina Bart. in l. à D. Pio in princ. ff. de re iudicata, quādo executor nō merus, sed mixtus est: tūc enim de nullitate cognoscere potest. nō vt pronūtiat sententiā nullā esse, & nō exequendā, sed vt super se deat executioni, & illā ad iudicē illū, qui sententiā protulit, remittat, l. si prætor in princ. & in §. Marcellus, ff. de iudicijs: merus enim executor nec de exceptione nullitatis cognitionē habet, & hoc modo intelligitur text. in d. l. ab executione, C. quorū appellationes nō recipiuntur, & ostendit Baldus in l. etsi nō cognitio. C. si cōtra ius, vel vtilitatē publicā. Cardinalis in c. pastoralis, §. qui vero de officio legati, & in Clem. 1. §. penultimo in 5. quæstione de foro competentis. Angelus in l. si vt proponis, C. de executione rei iudicatæ.

72 Et eodē fere modo nō tenetur iudex laicus suū auxiliū impartiri ab Ecclesiastico requisitus pro executione sententiæ iniustæ: nā iniusto mandato iudicis Ecclesiastici parendū nō est, c. qui resistit, 1. q. 3. c. Julianus, c. si is qui præest, 1. q. 3. c. de cetero, 1. q. 5. imò in iustā sententiā non esse dixit D. Tho. 2. 2. q. 70. art. 4. & ibidem Caietanus, D. Thom. in opusculo 72. quæst. 13. ad 2. Soto lib. 3. de iustitiā & iure, quæst. 4. artic. 5. & in 4. distinctione 22. quæst. 1. artic. 3. nec obligat in conscientia, vt testatur D. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 1. Quæ doctrina intelligi debet iuxta canonistarum explicationem in cap. quia plerique de immunitate Ecclesiarum, vt procedat, quando sententiā continet intolerabilem errorē, quo casu vitio nullitatis dicimus laborare. Et hoc modo intelligitur facile text. in cap. pastoralis, §. quia vero de officio legati, dum expressè ait executorē teneri exequi

sententiam, quam scit esse iniustitiam: nam primò responderi potest hunc textum esse intelligendū, quando executor scientia priuata scit sententiam esse iniustitiam: scientia enim priuata nihil obest, quominus executio sententię late remoretur: nam sicut ad iudicandum scientia publica desideratur iuxta notata in l. illicitas, §. veritas, ff. de officio p̄fidis, similiter ad impediendum iudicium & sententię executionem, eadem est necessaria scientia. Et secundò respōdetur, quòd licet nō possit executor cognoscere de iustitia vel iniustitia sententię, potest tamen cognoscere de nullitate ante illum opposita, vt supra diximus.

73 Secundus casus est, quando reus à sententia Ecclesiastici appellauit, quo casu secularis requisitus ab eo non debet brachium suum impartiri: Ita Ioann. Andreas, Butrius, Cardinalis, & Imola in d. cap. 1. de officio ordinarij: nam sententię executio appellatione suspenditur cap. venientes de iure iurando cum adductis latissimè à nobis in ca. 1. de appellationibus, etiam si appellatio ab Ecclesiastico non fuerit admissa, quæ aliàs debuit admitti iuxta notata in cap. s̄p̄ de appellationibus.

74 Tertius casus est, quando sententia Episcopi v. g. intolerabilè cōtinet errorē, videlicet quia lata est in nō subditum: nā sicut sententia laici in clericum est penitus nulla, etiam tacente clerico ex defectu iurisdictionis, vt resoluit Auendaño in tractatu de exequendis c. 2. n. 2. similiter etiam & nulla est sententiā Episcopi in laicum super rebus merè profanis, vel si extra territorium iurisdictionē exerceat, quod sine peccato non fit ex D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 6. vel si lata est contra exemptum: clementina s̄p̄ de verborum significatione. Vnde exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium à principio nullum ex defectu iurisdictionis, potest etiam post sententiam opponi, & impedit illius executionem, etiam si sint tres sententię conformes, ex glossa in clementina 1. de re iudicata, & ostēdit Cobarruias in practicis c. 21. num. 4. & c. 33. num. 3. Ergo in his casibus non tenebitur suum auxilium impartiri iudex laicus.

75 Quibus sic explicatis non obstant in cōtra rium adducta argumenta in principio n. 50. ad primū enim iā supra responsum est n. 54. Neque obstat secundū, facile enim responderetur ex dictis supra n. 55. nā text. in dict. cap. cū nō ab homine, formā præscripsit procedendi in criminibus maioribus, veluti furti, homicidij, adulterij, & similibus: argumentū verò procedit in alijs criminibus, quæ atrocitas, aut enormitas dicuntur. Neque obstat dicere Summū Pontificē in d. cap. cum non ab homine non rectè respondisse interrogationi nisi de omnibus criminibus loquatur, nam cum esset interrogatus de forma procedendi in criminibus, formā dedit procedendi in furto, & alijs similibus quasi denotasset eam in omnibus alijs esse seruandā, sed verum est rectè respondisse, & formam illā solum intelligi debere in criminibus maioribus, quæ sunt secundi generis, non verò in atrocioribus, quæ sunt tertij generis, in quibus constat propriam esse tra-

ditionis formā, & ita hæreticus, assassinus, & alij de quibus in argumento, cum sint crimina tertij generis degradantur, & statim curiæ traduntur nō peccata incorrigibilitate: quia propter sceleris magnitudinem illa crimina aliā habent formam: & huius modo 1. intelligitur text. in d. ca. abolendam de hæreticis: loquitur enim de clerico hæretico, & eodem modo 2. procedit text. in cap. si quis laicus 22. q. 1. qui loquitur in clerico læsæ Maiestatis reo. Tertio intelligitur text. in cap. ad falsarios de crimine falsi: loquitur enim in clerico, qui falsum in litteris Apostolicis commisit. Quarto eodem modo intelligitur text. in cap. si clerici ca. si qui clericorum 11. q. 1. loquuntur enim ea iura de clerico conscripte in Summum Pontificem. Quinto eodem modo intelligitur text. in c. 2. de sortilegis c. 1. 26. q. 1. ca. moneāt 26. q. 7. hæc enim iura loquuntur de clerico sortilego, nihilominus receptior opinio est huiusmodi crimen ad crimina secundi generis pertinere, & idè in eo esse seruandam formam text. in c. cum non ab homine, & ita intelligitur text. in aliquanti cap. sortes cap. contra idolorum 26. q. 1. resoluit Bernardus Diaz in praxi ca. 91. Auendaño 2. p. c. 32. de exequendis, Menochius de arbitrijs casu 388. Castro de iusta hæreticorum punitione lib. 1. c. 13. Simancas de Catholicis institutionibus ca. 60. qui verbum illud *degradantur*, de quod d. c. admoneant 26. q. 7. intelligunt referri debere ad verbalem degradationem, quæ depositio est, et verò ad actualem.

76 Et eodem modo debet intelligi text. in d. ca. de Liguribus 23. q. 5. qui text. loquitur de clerico chismatico, & quamuis multi existimauerint in eodem esse, quod in hæretico: ego verius puto, quod in talis criminis punitione seruanda est forma præscripta in d. cap. cum non ab homine, verbum enim *contempserint*, de quo in d. ca. de Liguribus, ad incorrigibilitatem refertur. Resoluit Bernardus Diaz in praxi c. 105. Castro de iusta hæreticorum punitione lib. 1. c. 9. Simancas de catholicis institutionibus c. 56. quidquid dicat Veronius in d. cap. cum non ab homine n. 179. In crimine verò assassini, cuius fit de tertio genere, & sic enorme crimen, in eo non seruatur forma text. in d. cap. cum non ab homine vt probatur in c. 1. de homicidio lib. 6. hodie verò non verificatur attenda vera & propria significatione assassini, cum illud hominum genus non inueniatur, receptum tamen est hodie assassinos appellari omnes, qui illud crimen commiserint, vt agnoscunt interpretes in d. c. 1. de homicidio lib. 6. Cobarruias lib. 2. variat. c. 20. Menochius casu 360.

77 Neque obstat vltimum argumentum: nam facile responderetur laicos de clericis cognoscere nō posse, donec priuati sint priuilegio clericali, & ita de illis poterunt post degradationem cognoscere sed dicit aliquis, quod clericos ante degradationem priuilegium clericale non amittit capite dictum 81. distinctione dict. cap. degradatio de penis lib. 6. dict. cap. ad falsarios de crimine falsi: at in specie text. in dict. cap. cum non ab homine, clericus solum est depositus, postea excommunicatus

catus, deinde anathematizatus, & tandem incorrigibilis curiæ traditur seculari, ergo cū in eo text. nulla sit de degradatione mentio, dicendum est clericū adhuc gaudere priuilegio clericali, multi respondent laicum capacem fieri per Episcopi requisitionem: argumento text. in capite 2. de clerico excommunicato, sed apertè conuincitur: nam requisitio non est modus tollendæ incapacitatis, neque Episcopus potest committere huiusmodi cognitionem laicis, vt supra diximus, in capite 2. huius tituli: quare respondet Ioann. Andreas verbalem depositionem sequuta incorrigibilitate iuxta formam text. in dict. cap. cum non ab homine, locum degradationis habere, ex eaque fori priuilegium amitti: argumento text. in cap. perpendimus de sententia excommunicationis, sequitur communem dicens, Abbas in d. cap. cum non ab homine, num. 27. Decius num. 15. Bernardus Diaz in praxi cap. 131. Clarus in praxi quæstion. 36. num. 38. Bosius in tit. de foro competent. num. 232. & cum his finitur text. iste.

S U M M A R I A.

Ad text. in cap. quia V. 11. huius tituli.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
- 2 Sed obstat 1. num. 3. num. 4.
- 3 Comprobatur nostri text. conclusio.
- 4 Respondetur ad cap. significauit de rescriptis.
- 5 Respondetur ad l. an vitium, ff. de diuersis, & temporalibus præscript. num. 8.
- 6 Vitia personalia possessionis, quæ sint.
- 7 Respondetur ad cap. ex parte, & cap. compromissum de arbitris.
- 8 Declaratur, cap. cum ad sedem de restitutione spoliatorum.
- 9 Rescriptum non debet extendi de persona in personam.

A D T E X T V M

In capite quia V. 11. huius tituli.

CONCLUSIO est per rescriptū impetratum contra violentum possessorem, conuenire potest singularis successor, qui scienter in vitium successit.

2 Sed contra facit dubitationem: Primò, nam virtute prioris rescripti, contra violentum possessorem impetrati non potest successor vniuersalis

conueniri, ergo nec successor singularis, iuxta text. celebrem in capite significauit 36. de rescriptis præcipuè si consideremus, quòd vitium authoris: nō potest singulari successori nocere, text. est in l. an vitium, ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus, ergo per rescriptum impetratum cōtra violentum possessorem non potest conueniri singularis successor, quod etiam ex eo confirmatur: nam compromissum non extenditur ad compromittentis hæredes, capite ex parte, capite compromissum de arbitris, ergo similiter per rescriptū impetratum contra violentum possessorem non poterit conueniri singularis successor.

3 Secundò, facit dubitationem: nam interdictum vnde visolum competit contra spoliantem, mandantem, vel ratum habentem, vt in d. cap. ad sedem de restitutione spoliatorum, l. cum à te, ff. de vi, & vi armata: est ratio, nam huiusmodi interdicta, quamuis in rescripto contineantur, persona lia sunt, l. 1. in fine ff. de interdictis, ex quibus non actio realis, sed personalis producitur, quæ non rem, sed personam sequitur, l. fin § fin. ff. de cōtrahenda emptione, ergo per rescriptum impetratum contra violentum possessorem non poterit conueniri successor singularis.

4 Tertio, facit dubitationem: nam rescripta semper sunt strictè interpretanda, neque vnquam extendi debent de persona ad personam, de tempore ad tempus, de loco ad locum, ergo per rescriptum impetratum contra Vicentium violentum possessorem in specie textus nostri non debuit conueniri successor singularis, iuxta ea, quæ notantur in capite de causis, in cap. p. & g. in capite cum olim de officio delegati, quod etiam constat ita in contractibus, vt in l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pactis. l. si quis arbitrato, 43. l. ita stipulatus 126. §. Chrylogonus, ff. de verborum in testamentis, probat text. in l. si quis ita, §. si quis cū ignoraret, ff. de testamentaria tutela, l. qui liberis, hæc verba, ff. de vulgari, l. Titius, ff. de lib. & posthumis, & in rescriptis expressè probatur, in l. 1. in fine, ff. de constitutionibus Principum, & in cap. series de rescriptis, capite cum in multis eod. tit. lib. 6. capite fin. de præbendis, lib. 6.

5 Sed his non obstantibus, vera est nostri text. conclusio, & probatur in capite proposuit de concessione præbendæ, & in capite 1. de alienatione iudicij, & in l. vitia, C. de adquirenda possessione, & in §. furtiue instituta de vsucapionibus, & præter ordinarios explicat Baldinus, ad leges Romuli, capite 9. Connanus, lib. 3. comm. cap. 15. Petrus Gregorius 3. part. Syntagmatum lib. 39. capite 2. & relati à Cobarruias in regula possessor, 2. part. §. 9. & in regula peccatum, 3. part. in principio: ratio est in promptu: nam, etsi regulariter per rescriptum impetratum contra violentum possessorem non possit conueniri singularis successor: rescriptum etenim ad lites odiosum est, neque extenditur de persona ad personam ex iuribus in vltimo argumento adductis: at in textu nostro actor violenter fuerat spoliatus ab Ecclesia, quam possidebat,

debat, & singularis successor spoliū vitii sciens successit in ea Ecclesia, & cōsequēter in vitio violētiā possessionis, ideōque iultē potuit conueniri virtute rescripti, sicut etiam posset, qui rem accepisset ab alienante iudicij mutandi causa, vt in capite 1. de alienatione iudicij.

6 Neque obstant argumenta in contrarium adducta non primum ex dict. cap. significauit de rescriptis vbi ex rescripto, contra comitem impetrato non potuit conueniri eiusdem successor vniuersalis in comitatu: quoniam comes ille defunctus est iudicio nondum cæpto: nam respondet primo glossa: quia text. noster loquitur in eo, qui scienter successit in vitio, & cum in eo eadem rescripti ratio versetur, quæ versatur in primo; non est mirum, si virtute rescripti conueniri possit successor violenti possessoris, vel secundo respondet glossa in d. cap. significauit, quod in illa specie rescriptum fuit particulariter, & nominatim datum contra certam personam comitis, quo casu mortuo comite iudicio nondum cæpto finitur rescriptum, sicut etiam re integra finitur morte mandantis iurisdicatio delegata. l. & quia, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. mandatum, C. mandati, §. re. Et instituta de mandato, capite relatum de officio delegati: quare inquit glossa, quod si rescriptum esset impetratum, contra comitem generaliter, etiam si moreretur nondum cæpto iudicio transiret in successorem: nam videretur datum contra dignitatem, quæ nunquam moritur: vnde in specie nostri text. quodammodo dicere possumus rescriptum datum esse contra dignitatem, seu beneficium ratione violentæ possessionis: hoc etenim vitium reale est, & ipsi rei inhæret, & ideō rescriptum impetratum spoliationis causa contra violentum possessorem etiam eo mortuo re integra non expirat, dum res ipsa vitio illo violentiæ sit affecta.

7 Neque obstat textus in d. l. an vitium, ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus. quatenus probat vitium auctoris non nocere successor, cum quo pugnare videtur text. in l. sequitur, §. quod autem text. in l. vbi lex, & in l. non solum, ff. de vscapionibus, l. fin. ff. vi bonorum raptorū l. si partem, §. violenter, C. de vscapione pro empore, §. furtiua instituta de vscapionibus, quibus expressè probatur vitium furti, aut violentiæ contractum in persona auctoris nocere successor ad vscapionem; idem in l. vitia possessionum 11. C. de acquirenda possessione, sed respondet Accursius, vbi que distinguendum esse: nam vitia possessionum, aut realia sunt, aut personalia: realia sunt, quæ rem ipsam comitantur, vt furtum, violentia, & huiusmodi vitia; contra etiam semel in persona auctoris impediunt perpetuam vscapionem, quod expressè probant iura omnia supra relata, quæ omnia legem 12. tabularum prædictam vscapionem inhihentem sequuntur, quod postea lege Attinia cautum fuit, cuius erant verba rei furtiua, & vi posse aterna auctoritas esto, vt ex Gellio retulit Balduinus ad leges Romuli, cap. 6. Antonius A-

gustinus de legibus, & Senatusconsultus, verbo Attinia, quæ lex illud addidit 12. tabulis rem furtiuam, aut vi possessam vscapi posse, si reuersa esset in Domini potestatem, vt inquit Paulus in l. 4. §. quod autem ff. de vscapio: idque etiam operantur vitia quædam, quæ quasi realia dicuntur, vt si vendita sit res fiscalis pupillaris, vel homo liber, & generaliter quæcunque res alienari prohibita, argumento text. in l. vbi lex ff. de vscapionibus.

8 Vitia verò personalia possessionis sunt illa, quæ nō in re ipsa, sed in persona possidentis reperiuntur, veluti dolus auctoris dans causam contractui, mala fides ipsius, & scientia iniustæ possessionis, & rei alienæ quæ quidem vitia non efficiunt rem omnino in vscapibilem, sed ex parte personæ possidentis impediunt vscapionem: Imò etiam vscapionem remorantur in successore vniuersali, iuxta text. in d. l. vitia, C. de acquirenda possessione sic intelligendum, quamuis non impediatur fructuum perceptionem cum vere successor sit bonæ fidei possessor, l. bonæ fidei, ff. de acquirendo rerum dominio, si vero successor particularis sit ex tit. lucratiuo auctoris vitium ei nocere compertum est, l. apud Celsum §. de auctoris, ff. de vscapio. si suæ possessionis tempora prioribus temporibus iungere velit. si verò successor singularis sit ex titulo oneroso auctoris vitium ei nocere non potest, & sic procedit text. in d. l. an vitium, ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus.

9 Vnde ad argumentum responderi potest. Primò text. in d. l. an vitium: dum probat vitium auctoris non nocere successor, procedere in vitio personali, quod personam non egreditur, vt mala fides: at verò textus noster loquitur in vitio reali violentiæ, aut furti; quod cum sequatur semper rem etiam mortuo principali efficere potest, vt successor prescribere non possit, possitque; virtute rescripti conueniri: nam huiusmodi vitium notam vitium auctoris iudicatur, quàm ipsius rei, vel secundo tentari posse arbitror, quod in specie nostri text. datur interdictum hoc contra successorem in beneficio, tanquam contra successorem vniuersalem ex eo, quia cum causa beneficalis sit inæstimabilis, nullomodo peti potest ipsius præmium, sed ipsum beneficium restitui debet, quare nullomodo dicere possumus, quod bona violenti possessoris mansissent obligata, neque ipsorum successor respondere tenetur, sed possessor beneficii, qui succedendo in beneficio vniuersaliter successit in omnia onera defuncti, quantum ad illud beneficium, aliàs si contra successorem in beneficio mandaretur, spoliato actio eueniret, vt spoliatus ipse, nec possessorem bonorum, nec possessorem beneficii posset cōuenire, & sic omni auxilio esset destitutus propria re omnino priuatus, quod est absurdum.

10 Neque obstat text. in argumento adductus in d. cap. ex parte, & in d. cap. compromissum de arbitris: nam respondet ibidem glossa compromissum extendi non posse ad compromittentis hæredes: nam compromissi obligatio merè personalis

S V M M A R I A.

Huius textus in cap. nouit 13.

- 1 **F**Acti Episcopus huius textus proponitur.
- 2 Referitur conclusio textus, & multi de illa disputantes.
- 3 Huius textus disputatio in 2. part. diuiditur.
- 4 Vnicuique suam propriam iurisdictionem esse seruandam.
- 5 Feudalem quæstionem ad feudi dominum pertinere.
- 6 Summum Pontificem non rate peccati, sed iurisdictionem, etiam inter laicos cognoscere.
- 7 Quid sit in proposito potestas.
- 8 Duplicem esse potestatem sacularem, & Ecclesiasticam.
- 9 Neceffe est has potestates distinguere.
- 10 Considerantur textus diuersi status legis naturalis, scriptæ, & gratiæ.
- 11 Primogenitos in lege nostra fuisse Sacerdotes.
- 12 Declaratur secundus status legis scriptæ.
- 13 Declaratur tertius status legis Euangelicæ.
- 14 Christum fuisse primum, & magnum sacerdotem, secundum ordinem Melchisedech.
- 15 Declaratur Paulus in epistola ad Hebræos, capite 5.
- 16 Prosequitur idem.
- 17 Hebræorum error quidam notatus.
- 18 Vere Christi sacerdotium æternum dici, & qualiter.
- 19 In Christo fuisse omnem iurisdictionem, tanquam in fonte.
- 20 Hanc disputationem esse ad potestatem Ecclesiasticam comparabili ad sacularem.
- 21 Varijs argumentis probatur has potestates esse distinctas.
- 22 Idem prosequitur.
- 23 Potnuisset ne Deus vtrunque potestatem, simul in eodem coniungere subiecto.
- 24 Idem prosequitur.
- 25 De origine potestatis secularis.
- 26 Non esse vtrunque potestatem æqualem.
- 27 Explicatur qualiter non sit potest. nisi à Deo.
- 28 Qualiter potestas laica sit de iure naturali.
- 29 Omne reipublica regimen est in triplici differentia.
- 30 Quanta fuerit Christi potestas in temporalibus, idē num. 31. 32. 33. 34. 35. 36.
- 37 Qualem habeat Summus Pontifex in orbe potestatem.
- 38 Vnitam Ecclesia ex in vltis probatur, num. 39. 40. 41. 42. 43.
- 44 Summum Pontificem esse caput vniuersalis Ecclesiæ.
- 45 Primatus Petri declaratur.
- 46 Qualem potestatem habeat Pontifex in temporalibus, numero 47.

nalis est. & stricti iuris, ideōque non potest comprehendere, nisi personas incompromisso expressas: quare recte dicimus in specie illorum iurum obligationem compromissi non transire ad hæredes compromittentis: tum quæritur isti in compromisso non continentur, tum quæritur, cum esset personalis obligatio, extincta est cum persona compromittentis: at in specie nostri text. obligatio rescripti ratione violentiæ non personalis, sed realis sit, & non finitur cum ipsa re, sed potius transit in successorem.

11 Neque obstat secundo, ex d. cap. cum ad sedem de restitutione spoliatorum cum similibus: nam responderi potest. Primò, quod & si verum sit regulariter loquendo interdictum vnde vi non posse dari, nisi contra spoliantes, vel ratum habentes: hoc tamen fallit in successore vniuersali, contra quem, vt superius diximus hoc interdictum cōceditur, quod negaueris successorem in beneficio non esse vniuersalem, sed particularē successorē, respondere potest cum glossa in d. cap. cum ad sedem, verbo, interdictum, quod in beneficalibus hoc interdictum datur contra successorem particularem in beneficio ex remedio illo, de quo loquitur text. in capite redintegranda 3. quæst. 1. quod recuperandæ possessionis remedium in successorem particularem transire, quando res ipsa vitio aliquo reali affecta est, veluti furtum, aut violentia: communiter probant Doctores, vt ex multis resoluit Menochius de recuperanda possessione, remedio 15. num. 77. ad eod. vt, quamuis is, qui possessionem à violento possessore acceperit, bonam fidem habeat, nihilominus nec poterit rem vscapere, nec publicianam in rem actionem habebit, l. eum, qui §. prætor ait, ff. de publiciana, quæ doctrina in beneficalibus ea ratione confirmatur: nam successor particularis semper est conueniendus, quoties vniuersalis successor soluendo non est, vt sensit glossa celebris in d. l. cum à te, ff. de vi, & vi armata adducens ad text. in l. itaque fallo in principio, ff. de furtis, cum ergo in causa beneficali successor vniuersalis soluendo non sit beneficium: namque quid inæstimabile est, & per consequens, quasi deficient te successore vniuersali potest singularis successor conueniri, apud quem reperitur res ipsa, vt copiosè notat Corrasius in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 44 ff. de acquirenda possessione, Menochius de recuperanda, remedio primo, num. 154.

12 Neque obstat tertio, fatemur enim de persona ad personam rescriptum non debere extendi ex iuribus in argumento adductis: diuersum tamē est in specie textus nostri, & omiſſa explicatione glossæ dicentis, quod in textu nostro agebatur nō virtute prioris rescripti, sed potius secundi, dicendum est ex primo rescripto actum esse: nam successor rem alterius scienter occupauit in vitium prædecessoris succedens, ita Abbas in præſenti, Decius, Felinus, Auferrius ad Capellam Tolosanam, quæst. 266. & sic soluitur argumentum, & finitur text.

A D T E X T V M

- 48 An Pontifex habeat utrumque gladium, numero 49. 50.
51. Potest Pontifex in arduis negocijs temporalem exercere iurisdictionem.
- 52 Qualiter utrumque gladium habeat Pontifex. Idem num. 53. 54. 55. 56. 57. 58.
- 59 Decidendi ratio ad hunc textum.
- 60 Aliquando Ecclesiasticus procedit, contra laicos.
- 61 Lex 1. tit. 1. lib. 4. compil. declaratur, num. 62. 63.
- 64 Respondetur ad argumenta adducta in principio, num. 65. & 66.
- 67 Agitur de materia correctionis fraternae.
- 68 Varia significatio huius vocis correctio, aut correctio.
- 69 Correctionis fraternae definitio ex D. Thom.
- 70 Ex Evangelio probatur correctionem esse actum charitatis.
- 71 Correctionem non esse in precepto argumētis probatur.
- 72 Fraternali correctionem esse in precepto ostenditur, & veritatem esse catholicam. Tum ex precepto naturali, tum Evangelico, n. 73. 74. 75. 76.
- 77 Preceptum de correctione fraternae non esse impossibile.
- 78 Correctio fraternae, qualiter sit ex preceptis decalogi.
- 79 Qualiter fiat correctio, absque proximi prauidicio.
- 80 An secreta admonitio debeat precedere denuntiationem in ordine correctionis.
- 81 Quae dicantur publica, & quae occulta peccata.
- 82 Distinguntur gradus peccati secreti.
- 83 In peccato primo gradu, secreto enim habet locum correctio fraternae.
- 84 Sit ne in precepto, quod frater prius secreto corrigatur, deinde testes inducantur, & tandem fiat denunciatio.
- 85 Ordinem Evangelicum seruandum ex precepto contra Azebalum, num. 87. & qualiter sit in precepto, num. 87. num. 88. num. 90. num. 91.
- 92 Quorsum in secundo gradu correctionis testes sint adhibendi declaratur, & num. 93.
- 94 Quando debeat index procedere, usque ad peccati emendationem.
- 95 Vbi emendationis non est species, cessandum esse a correctione, num. 96.
- 97 An praelatus possit procedere, usque ad publicum iudicium, num. 98.
- 99 Declaratur illud Evangelij, St tibi tanquam, ethnici, & publicanus.
- 100 An verba Evangelij si peccauerit inter, &c. intelligatur solum propria iniuria, idem num. 102. num. 103. num. 104.
- 105 Differentia inter precepta affirmatiua, & negatiua.
- 106 Quae requirantur, ut obliget hoc preceptum.
- 107 Quibus preceptum obliget, idem num. 108. 109. 110. 111. 112.

In cap. nouit 13. de iudicijs, cap. omnes, capite solita de maiestate, & obedientia, capite omnis anima de censibus, cap. duo sunt cap. Imperator 96. distinctione, cap. cunctis per mundum 9. question. 3. cap. bene quidem 96. distinctione, & per totam distinctione 17. distinctione 18. distinctione 19. l. 1. titulo primo, parte 2. lege secunda, titulo septimo part. 3.

CELEBRIS est in iure nostro Pontificio haec decretalis Innocentij 3. in se totius Ecclesiasticae, & saecularis iurisdictionis continet, & distinctio nem, & naturam, facti ergo speciem visum est proponere, ut facilius tota nostra decisionis ratio comprehendi possit, inter Galliae & Angliae Reges super comitatus Pictaviae feudo litigantes concordia quaedam & compositio iuramento interueniente celebrata fuit Galliae Rex non obstante iuramenti religione rupta fide pacti, & concordiae occupauit dictum Pictaviae comitatum Angliae Rex ex altera parte saepius illum admonuit super obseruatione pacti, & concordiae & tandem Rege Galliae deficiente Angliae Rex Ecclesiae denunciavit: quibus obrem Summus Pont. Innocentius III. cum ratione peccati praecipue pacis fractae & iuramenti de omnibus etiam laicis cognoscere possit, praelatis Galliae scripsit, qualiter procedere, & quid facere debeant, ut ex littera textus aperte deducitur.

2 Ex qua facti specie sic breuiter relata communis Doctoris sententia eam conclusionem ex littera deducit, quilibet laicus ratione peccati maxime per iniuriam vel pacis fractae coram Ecclesiastico conueniri potest aliter vero sumat Panormitanus sic dicens, iudex Ecclesiasticus potest per viam denunciationis Evangelicae seu iudicialis procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum maxime ratione per iniuriam vel pacis fractae. Cuius conclusionis materiam disputant Doctores omnes omnibus in locis supra in inscriptione relatis, & praeter ordinarios plura cumulat Stephanus Aufrelius de potestate Ecclesiastica volum. 1. tractatum Doctorum fol. 401. en los de diez y ocho cuerpos Michael Axia de exhibendis auxilijs per totum Bobadilla lib. 2. politicae ca. 17. Zanillos in practica 4. part. quaest. 1. Azeuedo in l. 10. tit. 1. lib. 4. compilationis: Maranta de iurisdictione 1. part. cap. 11. cum multis sequentibus, Molina de iustitia & iure titulo 1. disputatione 21. cum sequentibus: Moia in allegatione iuris Regni Portugaliae pag. 29. Capistranus de potestate Papae 2. parte a numero 194. Petrus Gregorius 3. parte syntagmatum libro 47. capite 14. Anastasius Germanus

nius, lib. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 13. & alij innumeris infra referendi.

3 Ego tamen, ut tota huius nostri textus disputatione facilius, & melius declaretur, duplicem esse conclusionem examinandam duxi. Prima est distinctam esse iurisdictionem Ecclesiasticam, & saecularem, & Pontificem de laicis, etiam Regibus, & Imperatoribus cognoscere posse ratione peccati. Secunda pertinet ad praecipuum correctionis fraternae, quarum vnaquaeque sigillatim est examinanda.

Ad primam conclusionem.

PROBAT prima nostri textus conclusio distinctam esse iurisdictionem Ecclesiasticam, & saecularem summumque Pontificem de laicis, etiam Regibus, & Imperatoribus cognoscere posse ratione peccati maxime iuramenti, & fractae pacis. Dubitandi rationem mouet. Primo, quoniam propria iurisdictione unicuique seruanda est. lege si quis ex aliena, ff. de iudicijs, cap. peruenit in fine 1. quaest. 1. cap. venerabilem de electio ne: at propria iurisdictione, quoad Ecclesiasticos spiritualis est, quoad laicos vero saecularis, & altera ab altera distincta, cap. quando 10. distinctione, cap. cum ad verum, cap. duo sunt, cap. Imperator 96. distinctione, cap. solita de maiestate, & obedientia authentic. quomodo oporteat Episcopum, & diffinimus, collatione 4. ergo Pontifex in causa feudali comitatus Pictaviae non debuit usurpare regiam iurisdictionem.

5 Secundo mouet dubitationem: nam comitatus Pictaviae, de cuius feudo in presenti contenditur, continetur intra Galliae limites, ut ex textu nostro, & eius originali colligitur: at quando feudalis ad feudi dominum, l. ciuili, & Pontificia omnino pertinet, cap. Imperialem de prohibita feudi alienatione, per Federicum, cap. caeterum supra hoc tit. non ergo debuit Pontifex cognitionem suscipere, sed dominus feudi.

6 Tertio, mouet dubitationem: nam videtur dicendum summum Pontificem non ratione peccati, sed ratione iurisdictionis in praedicta specie cognitionem habere, cum habeat utrumque gladium spirituale, & saecularem, cap. 122. distinctione, cap. relatum 1. quaest. 1. cap. Apostolicum de re iudicata, lib. 6. ergo lege iurisdictionis, & non peccati Pontifex in textu nostro cognitionem suscepit, & confirmatur: nam omnes conueniunt Pontificem utramque habere iurisdictionem spiritualem in actu, temporalem vero in habitu, quae ex iusta causa facile ad actum reducitur, ex d. cap. relatum, cum alijs: at in specie textus nostri satis considerabilis, & iusta causa adesse videtur, ne alius Rex Galliae sibi ipsi in propria causa ius diceret contra regulam: textus in lege, qui iurisdictioni, C. de iurisdictione omnium iudicum, & per totum

C. nequis in sua causa, ergo in ea specie iurisdictionis lege, non vero ratione peccati cognoscere potuit Pontifex.

7 Quibus non obstantibus recte hic respondet Innocentius Tertius, & profitetur se non de feudo, sed de pacis, & iuris iurandi violatione cognoscere diuina auctoritate, sicut etiam Caesares subiunguntur exemplo Valentiani, Theodori, & Caroli cap. Valentinianus 63. distinctione, cap. quicumque, 1. quaest. 1. pro cuius intelligentia scire oportet. Primo, quod attinet ad praesens propositum potestatem, nihil aliud significare, quam quandam facultatem alicuius habentis supra alios auctoritatem, & eminentiam ad illorum gubernationem, & regimen, ut recte aduertit Victoria de potestate Ecclesiastica, quaest. 1. in principio, Nauarro in presenti notabili 3. corollario 16. ex doctrina Diui Thomae in 4. distinctione 24. quaest. 1. artic. 1. quaestiuicula 1, ad 3. consonat, & illud Pauli ad Romanos 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, vbi Apostolus, rectores, & alios facultatem, & auctoritatem eminentiam supra alios habentes ad illorum regimen vocat potestates translato nomine abstracti ad significandum suppositum, in quo residet talis potestas.

8 Quae potestas duplex est saecularis altera, & altera Ecclesiastica, quae potestatum distinctio etiam procederet, & admittenda esset dato, quod homo non esset ad finem conditus supernaturali per media supernaturalia comparandum, sed solum ad finem naturalem, quamuis eo casu utraque naturalis esset potestas, quae facilius in vno eodemque supremo Principe coniungi posset, quod ea ratione ostenditur: nam etsi homo ad solum finem naturalem esset conditus, nihilominus tamen cognosceret vnum primum principium esse summum bonum, a quo omnia alia suum esse recepissent, ut per syllogismum naturalem deduxit Philosophus, dum postquam dixit omne, quod mouetur ab alio, mouetur, deueniendum esse, tandem ostendit ad vnum primum mouentem, a quo omnia mouentur, & ipse a nemine, nisi a se ipso, quem & causam causarum vocauit, & saepe naturae auctorem, & consequenter sciret homo huic auctori naturae honorem, pietatem, ac reuerentiam debere tanquam supremae potestati, unde sicut congregati ad vnam constituendam rempublicam sibi eligere possent Principem communem, qui eos in pace, & iustitia defenderet, & gubernaret & de illorum bono temporali curaret, sic etiam possent eligere alium, qui ad cultum, debitumque honorem Deo auctori naturae praesesset, qui in eo munere principi saeculari superior esset, imò & possent pro arbitrio suo vnum communem Principem eligere, qui in utroque regimine supremus esset: memoria enim proditum est quondam apud gentes sacerdotes, & ministros idolorum a principibus saecularibus fuisse distinctos, interdum tamen sacerdotum cum munere Regio fuisse coniunctum, de qua re videndus est Victoria de potestate Ecclesiastica relectione 1. quaest. 3. nu. 3. & relectione 2. quaest. 1. num. 2.

9 Sed cum homo ad finem supernaturalē per media supernaturalia comparandum conditus fuerit, necesse est potestatem Ecclesiasticam à seculari distinguere, quod secularis ex se solum tendit ad gubernationem in ordine ad finem naturalem, Ecclesiastica verò ad gubernationem in ordine ad finem supernaturalem; quo fit, vt hæc duæ potestates ex differentia diuersorum finium distinguantur, & quo vnus finis præstantior est, alio tãto vna potestas altera est excellentior, quod in statu innocentie originalis, vt refert Molina de iustitia & iure tom. 1. tractatu 2. disputatione 21. ita procederet, vt vtraque potestas Ecclesiastica, & secularis esset absque vi coerciua superioribus dirigentibus inferiores ad suos fines, vt ipsemet Molina cap. in tractatu de opere sex dierum scripsit: nã in eo statu innocentie quilibet homo conciperetur in gratia, & nasceretur suffultus sufficientibus principijs, vt per se ipsum facile intrueretur in illis, in quibus eum intrui oporteret, neque ad id coactio aliqua esset necessaria: postea verò natura iam lapsa per peccatum primi parentis vtraque potestas coniuncta habet vñ coactiuam subditis coactione indigentibus.

10 Quod vt melius intelligatur, oportet distinguere 3. tempora, siue 3. status vniuersalis orbis: Primus legis naturalis: Secundus legis scriptæ: Tertius legis gratiæ. In primo statu legis naturalis posita fide, & supernaturali cognitione ad salutem necessaria, & posito remedio, contra peccatum originale, cum homines illius status ad solam legem naturalem obligerentur, per semet ipsos potuissent, vtranque potestatem instituire civilem, & Ecclesiasticam, quibus ad vtrumque finem naturalem, & supernaturalem dirigerentur, potuissentque, vel illas potestates diuidere, ita vt vna esset in vno subiecto, altera verò in alio, aut vtranque potestatem in vno, & eodem supposito coniungere: sic enim videmus, quod Melchisedech, simul erat Rex Salem sacerdos Dei altissimi, vt Genesis 14. habetur, & ad Hebræos, capite 7. Inquit Apostolus, hic enim Melchisedech Rex Salem sacerdos Dei summi, qui obtulit Abrahamæ regreſſo à cade regum benedixit ei, cui & decimas omnium diuisit. Abraham primum quidem, qui interpretatur Rex iustitia, deinde aut modo, & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vita habens, assimilatus autem filio Dei manet sacerdos in æternum, neque ad rem facit aliquorum error dicentium Melchisedech non fuisse purum hominem, sed alij angelū esse dixerunt, alij verò Spiritum sanctum, quorum errores rectè impugnant Diuus Ambrosius libro 3. Fidei, capite 5. Augustinus de ciuitate Dei, libro 16. capite 22. Abulensis, Lipomanus, & Nicolaus super Genesim, capite 14. Hieronymus in epistola ad Euagrium, Isidorus, capite 12. in Genesim, & relati à Xuarez 3. parte, 1. tomo disputatione 46. sectione 4.

11 Imò, & volunt multi graues authores primogenitos in lege naturæ præsertim post dilu-

uium fuisse sacerdotes, & Melchisedech fuisse primogenitum Noe, vt Abulensis, Lipomanus, & relati à Suarez vbi supra testantur, & plura cum lat Ludouicus Tenas in epistola ad Hebræos, capite 7. difficultate 1. vbi latè examinat, quis fuerit Melchisedech, & hoc ius erat, quod Esauat quam primogenitus vendidit Iacob. qua de causa cum prophanum appellauit Paulus ad Hebræos, capite 12. idque habet et antiqua Hebræorum traditio, vt in lege naturæ omnes primogeniti fuerint, simul sacerdotes, & probat Hieronymus, in di. epistola ad Euagrium, quæ est 126. libro de traditionibus Hebraicis, capite 27. docet primogenitos sanctos esse officio sacerdotis, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti diuinas offerebant: vnde Victoria in relectione de potestate Ecclesiæ, quest. 4. num. 2. & 3. recitauit Ecclesiasticam potestatem fuisse in lege naturæ statim post peccatum, imò & puto ad illam instituendam, qualis tunc erat, sufficere naturalem, & supernaturalem notitiam, quæ ex statu innocentie in Adamo mansit iuncta ruinae notitia, & promissionis redemptoris illi continuata, & notitia peccati originalis, ac remedij, quæ aduersus illud ei reuelabit Deus; Imò, & ex illis quod in prædicta lege naturæ nulla fuit potestas Ecclesiastica à Deo iure diuino posita, imò, sed modus potestatis Ecclesiasticæ, diuini cultus relictus fuit ipsis hominibus, vt ab illis intrueretur.

12 Secundus verò status fuit legis scriptæ quando iam Deus populum peculiarem sibi elegit, ex quo redemptor Dominus Christus nasceretur, in quo prædiceret ea, quæ in lege gratiæ futuræ erant, vt ea ratione credibilia redderentur, in quo statu Deus ipse potestatem instituit Ecclesiasticam, v.g. summum sacerdotium synagogæ, aliosque gradus, & ministeria illius potestatis, sacrificia, ritus, & ceremonias, cultus diuinos, quæ omnia ad ius diuinum posituum pertinebant, imò, & totam Ecclesiasticam potestatem in solo tribu Leæ esse voluit, quæ potestas non ita erat supernaturalis, vt supernaturalem effectum attingeret, & in multi existimant illam totam potuisse à iure humano institui, quæ veteris legis scriptæ Ecclesiastica potestas in eodem supposito cum laica, & civili potestate esse potuit; imò verè, & realiter in Moyse fuit coniuncta, qui, & reipublicæ administrationem temporalem habebat, & simul erat sacerdos, iuxta illud Psalmi 98. *Moyſes, & Aarō in sacerdotibus eius*, fuit etiam coniuncta in Samuele, vt ex primo Regum constat, & postea etiam in Machabæis, qui & summi erant sacerdotes, & curam etiam temporalium habebant, vt ex libris Machabæorum colligitur: at vero tempore Regum in lege scripta Ecclesiastica potestas separata erat à temporalibus; eò quod summus sacerdos, cæteri que sacerdotes, non nisi de tribu Leæ esse poterant, Reges verò fuerunt de tribu Veniamin, & de Tribu Iudæ: vnde cum Saul primò Regum, capite 13. holocausta obtulisset Deo displicuit, vt quod

à Regno

à Regno eijceretur, ex eo solo traxit originem, vt indicat Samuelis verba, ibi: *Stultè egisti, nec custodisti mandata domini Dei tui, quæ præcepit tibi, quod si non fecisses, iam nunc preparasset dominus regnū tuū super Israël in sepieterū, sed nequaquā regnū tuū ultra cōsurges*, & Osiæ li. 2. Paralip. c. 26. lepra fuit percussus, quod adolēdo incēsū sacerdotū officium vsurpauit.

13 Tertius deniq; status est legis gratiæ, quo potestas Ecclesiastica in Ecclesia Catholica residet, quæ maxima ex parte omnino supernaturalis est, vtpotè quæ effectus supernaturales attingit remittēdi peccata, cōferēdi gratiā, cōficiēdi Euchariſtiā, & similia; quare secūdū totā neq; ab humana potestate, neq; à iure positiuo, sed solū à iure diuino positiuo ortum habere potuit, quæ potestas in Christo, vt in homine fuit per excellētiā: data nã que est potestas illi in cœlo, & in terra, vt Math. c. 27. scriptū est, cōstitutus nãq; est Christus à patre sacerdos sumus, caput, & Rex Ecclesiæ iuxta illud Ps. 21. ibi: *Ego autē cōstitutus sum Rex ab eo super Sion mōtē sanctū eius*, id est Ecclesiā, *prædicans præceptū eius*, & Paul. Apostol. in epist. ad Hebræos, c. 5. ibi: *Christus nō semetipsum clarificauit, vt Pōtífex fieret, sed qui locutus est ad eū, &c.* Imò, & Pauli totū argumentū in ea, quā ad Hebræos scripsit epist. est ostēdere excellētiā sacerdotij Christi in lege noua secūdū ordinē Melchisedech supra sacerdotiū veteris legis secūdū ordinē Arō, quod omnino sacerdotio Christi, & eius morte antiquatū & deletū fuit.

14 Fuit ergo Christus dominus primus & magnus sacerdos à Deo institutus in I. gratiæ, quod ostendit Paul. in d. epist. ad Hebræos ex illis verbis, *Filius meus est tu, ego hodie te genui*, & ex illis, *tu es sacerdos in æternū secūdū ordinē Melchisedech*, cū ergo Pōtífex, vt inferius videbimus, Christi successor, & Vicarius sit, videam⁹ qualiter Paul. ostēdat, quod Christi sacerdotiū à Deo sit institutū, idq; videtur colligere ex verbis illis Psalmi 2. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, & ex illis verbis Psalmi 109. *tu es sacerdos in æternū secūdū ordinē Melchisedech*, posset tamē aliquis dubitare: nã huiusmodi scripturæ testimonia nō vidētur probare Christi sacerdotiū à Deo institutū: nam primò verba Psalmi 2. *Filius meus es tu, &c.* potius vidētur significare æternā Christi generationē, quā humanū sacerdotiū. Secundò, nã verba Psal. 109. ibi: *Tu es sacerdos in æternū, &c.* neq; vidētur vera, neq; ad propositū: tū quoniā sacerdotiū Christi cessare videtur, tū eius ascēsiōne, postquā neq; cruentū, neq; incruentū obtulit sacrificiū, & quod magis est, quod modo per suos, Ecclesiæq; ministros offert, in nouissimo die iudicij cessabit, ergo videtur Christi sacerdotiū nullo modo esse æternū: tū etiā, quoniā nō cōstat Melchisedech fuisse sacerdotē à Deo electū, nō rectè inferri videtur Christū esse sacerdotem à Deo institutū, ex eò quod sit sacerdos secūdū ordinem Melchisedech; tum deinde nã cū in d. Psal. 109. prius dictū fuisset *ex vtero ante luciferū genui te*, ea omnia potius ad Christi æternā generationē referri debent.

15 Sed proculdubio certū est Pauli argumentū ex dictis scripturæ locis in d. Epist. ad Hebræos, c. 5. relatis ad probādū æternū Christi sacerdotiū

à Deo ipso institutū fuisse, quod vt rectè intelligatur, sciēdū est Melchisedech fuisse multò antiquiorē Farone, & Moyse: nã fuit tempore Abrahamæ ante legē scriptā in lege nostra, vt Gen. c. 14. scriptū est, Paul. ergo Apostol. d. c. 5. ad Hebræos nō solū probat Christū esse sacerdotē, sed nō esse Leuiticū, scilicet, ex tribu Leui, sed potius sacerdotē secundū aliū ritum multò antiquiorē, scilicet, Melchisedech: in eo enim fuit prius Christi sacerdotiū figuratū, quā in sacerdotio Leuitico, seu Aronico, quod fuit multò post Melchisedech, vnde nec obstat, nec est mirum dicere Christū fuisse verū sacerdotē, etiā si nō fuerit de Tribu Leui, quia non fuit sacerdos Aronicus, & habuit ortum à Patre æterno, quā ob causā, Paul. ibidē meminit generationē æternā locū illū Ps. 2. adducens, quod rectè Athanas. super Paul. his verbis explicuit, *quā nō oleo vntus Melchisedech, sicut Aarō, & quia nō obtulit hostias per sanguinem, & quia gentiū sacerdos, & quia panē, & vinū obtulit, & bene dixit Abrahamæ, figurauit sacerdotium Christi*: tum etiā nam, vt Primalius aduertit Melchisedech simul fuit sacerdos, & Rex, sic etiā Christus, vt omnes Theologi agnoscunt ex verbis Psalmi 71. præterea nam sicut Melchisedech semel tantū legitur obtulisse, & Christus semel se ipsum obtulit sacrificio cruento crucis.

16 Nec obstat, si obiecias cū cœmēnio Christū in cruce obtulisse sacrificiū sanguinis sui, nō ergo obtulit, sicut Melchisedech: nã Christus idē sacrificiū secūdū substātiā obtulit diuersimodè modo cruento in patibulo crucis per effusionē sui sanguinis & modo incruento in altari: quādo Euchariſtiæ Sacramētū in vltima cœna instituit & modo quādo offert per suos ministros & id respexit Paulus, quādo eius sacerdotiū æternū vocauit, & ita quēadmodū Melchisedech panē & vinū obtulit Abrahamæ reuertēti à cæde Regū iniquorū, sic & Christus offert Euchariſtiæ sacrificiū hominibus iā à cæde vitiōrū reuertēti & poenitēti, optima ergo est præfiguratio Christi in persona Melchisedech, quod ex eo ampli⁹ ostēditur: nã sicut Melchisedech in scriptura introducitur sine initio & fine dierū Deo panē & vinū offerēs, ita Christi persona re vera non habuit principiū, neq; finē habebit vt Paulus ipse in d. epist. ad Hebræos c. 13. denotat ibi: *Iesus Christus herē & hodie & ipse in secula*, quod etiā & Ioan. c. 8. scriptū est: dixit enim Iudeis Christus *antequā Abraham fieret, ego sum*, qui solū in humana natura mortuus est, resurrexit tamē nūquā moriturus, vt Paul. in epist. ad Rom. c. 6. scripsit *Christus resurgēs ex mortuis iā nō moritur, mors ultra illi nō dominabitur*. Imò etiā obtulit carnē & sanguinē suū sub speciebus panis & vinis, Ioan. 6. *panis, quē ego dabo, caro mea est &c.* & Lucæ 22. *hic est calix nouum testamentum in sanguine meo.*

17 Neque ferendus est Hebræorū error, qui lo cū Gen. d. c. 14. intelligūt, ita vt Melchisedech panē & vinū dederit Abrahamæ reuertēti à cæde illorū regnū in cibū vsualē pro se & suo exercitū, vt refert Tertulian. cōtra Iudæos: falsò ergo negāt Hebræi oblationē panis & vini Melchisedech fuisse sacramū: nã eor sensus & interpretatio apertè con-

unicitur ex eodem ca. 14. Genesis 1. nam illi qui que Reges, pro quibus pugnavit Abraham contra alios quatuor cibos portarunt ad usum Abrahæ & totius exercitus, quod aperte denotant verba responsionis Abrahæ: nam cum ei obtulisset Rex Sodomorum omnia spolia præter animas, respondit Abraham *non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, ne dicas, ego ditavi Abraham exceptis, quæ comederunt lu-nenes*: nam cum in Genesi cap. 19. redderetur ratio oblationis factæ Melchisedech dicitur erat enim sacerdos Dei altissimi, ergo aperte colligitur, quod ibi de sacra oblatione agebatur facta à Melchisedech, ut sacerdote, qui ut talis Abrahæ benedixit, & ab illo decimas suscepit, quod ad sacerdotes pertinet & rectè contra Caietanum ostendit Ambrosius Catherinus super eundem Genesis locum, qui refert ante aduentum Christi plures fuisse Rabinus ita stantes, & asserentes.

18 Verè ergo dicitur sacerdotiū Christi æternum. Primò non solum quia Christi persona æterna est, sed quia quamvis usus huius sacerdotij tēpore finiatur, non finitur fructus: nā cum is sit gloriæ, durabit in æternum. Secundò æternum dicitur: nā in hoc sæculo post Christi sacerdotium nullū aliud fuit, neque vnquam erit, sicut de sacerdotio Levitico dicitur, quod tēporale fuit, duravitque in Tribu Leui vsque ad tempora Herodis Hircani, qui pessimos etiam homines ad eam dignitatē ex alijs Tribubus elegit, ut ex Iosepho de antiquitatibus testatur Abulensis 1. paralipo. c. 6. Tertiò Christi sacerdotium æternū dicitur: quia vna oblatione consumavit in æternum sanctificatos. Quartò sic dicitur: quia Christus in æternum sine fine apud patrem intercedet pro nobis remanens eadem hostia, quam semel in Cruce obtulerat.

19 Constat ergo ab origine in lege gratiæ primum & supremū sacerdotem fuisse Christū Dominū, in quo tāquā in origine & fonte residet tota spiritalis, & Ecclesiastica potestas, quā Christus ipse in Ecclesia Catholica reliquit sacramētis certisque quibusdā legibus alligatam & reliquit illam nō omnibus de Ecclesia, sed Petro ipsius Vicario & reliquis Petri successoribus tanquā capiti loco ipsius Christi, à quo tota hæc potestas dependet, eumque reliquit cæteris Apostolis & Episcopis eorū successoribus, quibus & promissit clauium potestatem, Mathæi c. 18. & partim contulit in ipsa cœna, partim post resurrectionē tanquā ad ministros, tū & eorū coadiutores instituit septuaginta & duos discipulos, quorū loco succedunt parochi & alij presbyteri inferiores Episcopis, qui quandā habent partem huius supernaturalis potestatis: quo fit, ut sicut Episcopus Ecclesiasticā potestatem ab Ecclesia non habuit iuxta illud Ioan. 15. ibi: *non vos me elegistis, sed ego elegi vos*, sed illā habuit à Patre Æterno, eodē etiā modo Ecclesiastica potestas, quæ hodie est in Ecclesia Catholica tā in Sūmo Pontifice, quā in Episcopis & inferioribus alijs sacerdotibus, non est ab Ecclesia ipsa, sed à Christo collata Petro, Apostolis, alijsque discipulis & successoribus, quamvis electiones in posterum, quibus hæc potestas appli-

catur, Christus Ecclesiæ commiserit & Summorum Pontificum dispositioni.

20 Nec præsens nostra disputatio est de Ecclesiastica potestate in se ipsa, sed quatenus à sæculari potestate distinguitur, quatenus, scilicet, distincta à sæculari residet in Pontifice, ut vnam cum illa hoc modo conferamus, quod ergo ad nos pertinet, certo certius est Ecclesia Christianæ potestatis, quæ residet in summo Pontifice, tamquam in Ecclesiæ capite distinctam esse à civili principis potestate, ut Gelasius Papa in c. duo sunt 96. testatur *duo sunt*, inquit, *quibus principaliter hic mundus regitur auctoritas sacra pontificum, & regalis potestas*, quam doctrinam multis cōfirmant Nā in text. nostro corollario 16. Parisiēsis de potestate Regia, & Papali à c. 2. Castro de 1. penali, lib. c. 1. Durād. de origine iurisdictionis q. 2. Videtur in relectione 1. de potestate Ecclesiæ, q. 1. à n. 3. to in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. quæ veritas catholice ratione probatur. Primò, nā ut Philosophus 2. Ethicorū testatur potentia, & artes per actiones diriguntur, actiones verò per obiecta, & fines, quibus diriguntur actiones: at in corpore mystico Ecclesiæ duo sunt fines, alter naturalis, alter verò supernaturalis illo civili administratio pax, & tranquillitas reipublice dirigitur: hic vero ille est, qui in d. cōspectu possidetur, quæ ut inquit Apostolus, oculos vidit, neq; auris audiuit, ergo ad illos duos fines cōsequēdos necesse est diuersas potestates cōstituere: id enim cōsiderauit Hugol. 2. p. Sacramētis, dū ait duplicē esse vitā vnā terrenā, alterā spiritualem, utq; vtranq; possimus in vita seruare, necesse est duplicē potestatem ad cōsequationē iustitiæ cōstituere, vnā, quæ præsit terranis ad gubernandā civilē vitā; alterā, quæ spiritibus præsit ad dirigendam vitam spiritualem.

21 Secūdò, probatur: nā Ecclesiastica potestas facultas clauium Regni cœlorū est, ut Math. c. 18. dictū est, & cōsequēter remissionis peccatorum vt habetur Ioa. c. 20. & cōsecrandi corpus Christi: hæc autē facultas potestati civili nō est cōcessa: ergo necesse est Ecclesiasticā à civili potestate distinguere. Tertiò probatur, nā ad directionē hominum ad hos fines diuersos naturalē, & supernaturalē uersæ sunt leges: nā respectu tēporalis finis leges humane sunt, & civiles, & respectu supernaturalis etiā sunt adhibita supernaturalia mādātā: itē etiā diuersi sunt gradus, & diuersa suplicia: nā civilis gradus tēporali, videlicet, corporis morte cōsumatur potestas verò Ecclesiastica gladio vitatur spiritali, videlicet ex cōmunicatione, & alijs censuris, quibus neruus Ecclesiæ cōsistit. Quartò probatur nā spiritalis potestas ad animas proximè refertur, & circa animæ salutē, & diuinū cultū versatur atque à Deo Pontifices, & sacerdotes creati sunt: hæc verò omnia ad principes sæculares nō pertinent; sunt ergo diuersæ potestates, & diuersæ Hierarchy: imò in omni legis statu, ut supra diximus siue legis naturalis, siue scriptæ, siue gratiæ diuersi fuerunt sacerdotes ab alijs sæcularibus magistratibus, & obseruat Albertus Pichius, q. 16. de potestate Ecclesiæ.

22 Sed obijciat aliquis: nā vt Aristoteles testatur, d. lib. 2. Ethicorum, civilis reipublicæ finis est bonus facere eius, & rectè institutos: bonus autem non est, nisi qui Dei fuerit amicus, & hæc amicitia ad vitam æternam sufficit: ergo civilis potestas sufficiens est ad vitam æternæ consequutionem, quod videtur ex illo Mathæi, cap. 22. vbi dum sermo esset de naturalibus mandatis, ait, *si vis ad vitam æternam ingredi, serua mandata*, vnus ergo videtur esse finis civilis, & Ecclesiasticæ potestatis, & consequenter vna, & eadem potestas: hac enim ratione fulciuntur hæreticorum nostri temporis errores dicentium omnem potestatem civilem, & Ecclesiasticam esse apud sæculares principes, de qua re plura Albertus Pichius in d. quæst. 16. de potestate Ecclesiæ. Facile tamen respondeo huic argumento, quod & si mandata iuris naturalis, & civilis ad consequutionē æternæ felicitatis referantur, non tamen per se sola sufficerent ad illam consequendam: nam vbi Aristoteles ait Principis propositum esse facere ciues bonos, de bonitate loquitur moralit: at moralia nō sufficiunt ad amicitiam Dei sine charitate infusa: quare supra legē naturalem, & civilem desideratur cū primū speciale Dei auxiliū, & leges supernaturales Sacramētōrū: nā nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sãcto, nō poterit in regnum Dei intrare, & nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

23 Quod si quæras, potuisset ne Deus vtrāq; potestatem in vno eodēq; subiecto ponere v. g. vt Rex solus, vel Papa solus vtrūq; facere posset: respondeā ego, quod nūc de absoluta Dei potestate nō dubitamus: ar verò cū vt Sapientia 7. scribitur, Deus omnia disponat suauiter, & iuxta proprios cuiuscūq; naturæ modos nō docuit tā diuersa officia vni soli potestati cōmittere: sunt enim civiles, & Ecclesiasticæ administrationes distinctissimæ, quarū vna per magistratus sæculares, qui vxores habent administratur: altera verò viris vxorē habentibus nō est cōsentanea: nā, vt ait Apostolus 1. ad Corinthios, c. 7. qui vxorē habet quærit, quomodo placeat vxori, qui absq; vxore sunt, quomodo placeat Deo: si ergo penes vnū, & eundē gubernatorē vtraque simul esset potestas, non possent omnia non esse confusa, & consequenter multis subiecta periculis, fuit ergo necessarium, vt rebus tan diuersis diuersa capita decernerentur.

24 Quæ omnia ea cōsideratione rectè declarantur: nā vt vulgò omnes in presenti cōsiderant, duo luminaria magna à primo ad quartū diē creationis creauit Deus in firmamēto cœli, vt Gen. c. 1. scriptū est, & notant in proposito nostro, DD. in c. solitæ de maiestate, & obediētia, & in l. tāta §. sed quia C. de veteri iure enucleādo, ibi: *Deus imperialē fortunā rebus humanis præposuit*, ita Dionys. de diuinis nominibus, c. 4. Steph. Aufreus in clem. 1. de officio ordinarij, n. 33. & n. 54. D. Th. 1. p. q. 70. art. 1. creauit enim solē, qui luminare maius est, vt præesset diē, & lunā, quæ est luminare minus, vt præesset nocti: sic etiā ad firmamētū Ecclesiæ vniuersa

lis instituit hæc duo luminaria, quæ sunt duæ illæ potestates, altera pōtificialis, & maior, vt præesset rebus diē, videlicet, rebus spiritualibus: altera verò Regia, & sæcularis, quæ minor est, vt præesset rebus noctis, quales sunt res tēporales: quæ duæ potestates etiā significantur illis duobus gladijs, de quibus Lucæ, c. 22. ibi: *Ecce duo gladij*, & c. quorum fit mentio in c. dilecto filio de sent. excōmun. lib. 6. c. quoniā 10. dist. e. 1. 23. q. 8. & ostēdit Bernard. lib. 4. de cōsideratione ad Eugeniū: Beda in cōmētarijs super Lucā, c. 22. & relati à Iosepho Stephano de potestate coacta, c. 8. n. 9. cum sequentib. Capistrano de potestate Papæ, 2. p. n. 194. & n. 25. Petrus Gregorius 3. p. syntagmatū lib. 47. c. 14. n. 1.

25 Supposita ergo vtriusq; potestatis dist. vt melius, quæ sit vtriusq; virtus, intelligatur, de vniuscuiuscūq; potestatis origine sigillatim quæredū est. Et primò videamus, quæ fuerit potestatis secularis origo, & ortū esse à iure naturali testatur Cob. in practic. c. 1. n. 6. nā potestas reipublice in singulas partes ad ius naturale pertinet, vt explicat Molin. de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 22. ego tamē magis probo Durādī sententiā, qui in tract. de origine iurisdictionis q. 1. quæ sequuntur Driedo, lib. 1. de libertate Christiana, c. 15. Castro de potestate legis pœnalis, lib. 1. c. 1. docuit omnē civile potestatem siue regiā, siue quacūq; aliā, quā sibi pro arbitrio elegerit reipublica, siue Aristocratia, siue Democratia: immediatè à republica esse, mediatè verò à Deo: quasi dicamus talem potestatem à iure naturali descendere, quamvis simpliciter sit de iure humano: reipublice pro suo arbitrio eligentis personam, in qua residat potestas, modus & duratio potestatis: exemplum est in constitutionibus Pontificijs, quæ quāuis à iure diuino deriuantur, à quo est Pōtificialis potestas, sunt tamē simpliciter de iure positio, & eodem modo quamvis suprema civilis potestas reipublice à iure naturali deriuatur, simpliciter tamen est de iure humano.

26 Falsò ergo nonnulli existimantur vtrāq; potestatem civilem, & Ecclesiasticā equales esse moti earatione: quoniā vtrāq; potestas à Deo dimanare, & ethi verū sit vtrāq; à Deo dimanare, id tamē si dixerimodè: nā potestas civilis à Deo procedit mediātè iure naturali gētiū, & civili, sicut potestas patris in filiū, quatenus reuerētia significat, pietatē, & obediētia à Deo est mediātè iure naturali; quò ad alios affectus verò, quos in patria potestate cōsideramus, est de iure civili: illa verò, quæ est vel dominorū in seruos, vel regū in subditos à Deo est mediātè iure gētiū: nā enim integra nullū, aut mortalis domini seruū, aut Regis terreni subditū cognouit, neq; vnquā regie potestatis mētio facta est vsque ad Nēbrod, cuius regnū Babylō erat, vt Gen. c. 10. qui potius vi rapuisse videtur, quā diuinitus fortitū esse regnū: patet enim populū Israel regem petiisse ad similitudinē aliarū gētiū, vt 1. Reg. c. 2. ibi: *Ad Samuelē venerūt Hebræi dicētes cōstitue nobis regē, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes*: cōstat ergo regiā, civilem; potestatem nō esse immediatè à Deo, sed mediātè iure naturali, aut civili.

27 Vnde in hoc sensu intelligitur, quod Paulus in epistola ad Romanos cap. 13. docuit non esse potestatem nisi à Deo: vna enim fuit ex præcipuis hæresibus Anabaptistarum & Trinitariorum huius temporis non licere Christianis gerere magistratus, neque inter eos debere esse tribunalia iudiciorum, quem errorem multis argumentis impugnat Robertus Belarminus 1. tomo controuersiarum fidei libro de laicis ferè per totum, idque probatur Prouerbiorum capite 8. *per me Reges regnant, & infra, per me Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam*, & Daniel capite 2. *Deus cæli regnum, & imperium dedit tibi*: & Christus, Mathæi capite 22. *reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & Paulus ad Romanos 13. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non enim est potestas nisi à Deo*, & 1. Petri capite 2. *timete Deum, Regem honorificate*: constat ergo ciuilem magistratum, siue politicam potestatem à Deo optimo maximo fuisse institutam, idque rectè explicant ex patribus Ireneus libro 4. capite 70. Tertulianus in apologetico capite 31. ex quodam Pauli loco 1. ad Tymotheum cap. 2. Vbi iussit Apostolus nominatim orare pro Regibus: latissimè Augustinus libro 4. & 5. de ciuitate Dei: D. Thomas in tractatu de regimine Principum.

28 Et ratione probatur, nam hæc potestas de iure naturali est: nam si homines ab aliquo non gubernarentur, periret prædictus genus humanum, vt Prouerbiorum cap. 11. dicitur. *Vbi non est gubernator, populus corrumpet*, & sic Deus reddere volens causam omnium malorum, quæ in illo tempore acciderant, ait, Iudicum capite fin. *in diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod bonum sibi videbatur hoc faciebat*: ergo cū ius naturale à diuino dependeat, politica gubernatio, seu magistratus à iure diuino dependet: hoc enim significauit Apostolus ad Rom. 13. dum dixit, *qui resistit potestati Dei, ordinationi resistit*, ita Duarenus lib. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs, c. 5. reddit de maiestate Principum verbo *imperatoriam maiestatem*, nu. 22. Burgos de Paz in præmio ad leges Tauri num. 29. hæc doctrina intelligitur de potestate politica in vniuersum sumpta, quæ refidetur in toto reipublicæ corpore nõ descendendõ in particulari ad diuersas potestatis species, quales sunt Monarchia, Aristocrazia, & Democratia, de quibus apud Platonem in sua politica, Aristotelem lib. 3. politicorũ c. 5. & lib. 8. Ethicorum ca. 10. Plutarchus in opusculo integro de Monarchia, cæterisque formis regendæ multitudinis: Ioannes Stobæus sermone 45. Herodotus lib. 3. historix qui talis scribitur.

29 Suprema igitur reipublicæ regimina possunt esse in triplici differentia, vt ostendit Aristoteles lib. 1. politicorum capite 5. nam vel est Monarchia idest, vnius principis supremi gubernatio aut Aristocrazia idest, principatus optimatum, aut Democratia idest, popularis, seu multitudinis principatus. Aristocrazia igitur dicitur reipublica, quæ per paucos Senatores regitur, veluti olim reipublica Romæ & hodie Venetiæ: si verò per multitudi-

nem regitur appellatur Democratia, quarum omnium Monarchica gubernatio excellentior: nam eo modo regiminis pax, & tranquillitas reipublicæ melius conseruatur, vt ostendit Diuus Thomas, libro 1. de regimine principum, capite 2. Victoria de potestate ciuili, numero 11. Molina de iustitia, & iure, tomo 1. tractatu 2. disputatione 1. & ita rectè Seneca, lib. 1. de clementia ait, *nihil se futura reipublica, nisi onus, & præda, si mens illa perij subtraheretur*, & Cic. libro 3. de legibus, *porro tam aptum est ad ius, conditionemque naturam, quam imperium, &c.* Imò, & Diogenes apud Sæbeum dixit regnum diuinam quandam rem esse Monarchica namque gubernatio magis assimilatur regimini omnium rerum, elementorum aliorum, & totius orbis, vt mirabiliter ostendunt verba Diogenis sic dicentis in libro de regno, *tas, siue reipublica ex multis, diuersisque contrariis mundi structuram, & harmoniam imitatur*; Rex autem Imperium gerens Dei figuram inter homines representat, de qua re plura cumulant supra relati omnes Tertulianus aduersus Praxeam, Iustinus Martyr in oratione ad gentes, Athanasius in oratione aduersus idola, Cyprianus de vanitate idolorum, Diuus Thom. 1. part. quæst. 103. art. 3. Augustinus libro 3. de ciuitate Dei, cap. 10.

30 Hæc ergo iam circa regiam, & sacram potestatem succincto sermone animæ sufficienter; nunc vt Pontificis potestatem explicemus, de qua longior erit disputatio nostra, cum se Christi Vicarius sit, rem ab origine explicandum est primo, quanta fuerit Christi potestas in rebus temporalibus, neque sermo, aut disputatio nostra est de Christo, quatenus Deus: quomodo certum est, Christum omnium verum dominum esse, sed solum de Christo, quatenus homo est, quærimus, an fuerit Rex, & dominus temporalis. Totius orbis, qua in quæstione variat. Doctorum, sanctorumque sententiæ, pro cuius applicatione. Primo, constituo regnum Christianum esse, vt constat ex Daniele, cap. 2. *in diebus regnorum illorum suscitabit dominus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur*, & cap. 7. *ait potestatis eius potestas æterna, & regnum eius non corrumpetur*, & Lucæ 1. dixit Angelus ad Mariam, *& regnum non erit finis*.

31 Secundo, constituo Christum, quatenus homo, regem fuisse in terra militante Ecclesiæ, & triumphantis in cælo habentes plenissimam omnium potestatem ad finem supernaturalem, Ecclesiæ necessariam, & hæc est propriè regnum Mesix, de quo Christus dixit, *regnum meum non est de hoc mundo*, id est non est qualia sunt caduca, & peritura terrarum regna, sed spirituale, ac æternum, & que ad finem longè diuersum à fine propriè terreni principatus: hæc est fidei catholica doctrina, quæ Christi potestas non solum fuit in spiritualibus ad constituendam Ecclesiam, quam proprio sanguine adquisiuit ad leges illi ferendas, ad sacra instituen-

da, cæterasque potestates Ecclesiasticas, & cætera omnia, quæ necessaria erant ad finem supernaturalem Ecclesiæ, sed etiam fuit potestas Christi temporalis, & regnum temporale indirectum in ordine ad illum finem supernaturalem Ecclesiæ: & in hoc sensu pato ego intelligendam esse opinionem eorum, qui dicunt Christum fuisse Regem, Dominumque temporalem orbis, quatenus est homo. Ita Burgenis in additione 2. ad primum caput Mathæi, Nicolaus Grandis supra epistolam ad Hebreos, cap. 1. explicans illa verba, *quem constituit heredem vniuersorum*: Rosensis contra Lutherum, articulo 25. Albertus Pichius, lib. 5. de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 3. Almainus de potestate Ecclesiæ, cap. 8. Nauarro in presenti, notabili 3. numero 8. & num. 130. Durandus de origine iurisdictionis, quæst. 3. Diuus Antonius 3. part. tit. 3. cap. 2. in principio, Diuus Thomas lib. 3. de regimine principum, cap. 12. 13. 14. & 15. & 3. part. quæst. 59. articulo 4. ad primum, & sentit Chrysostomus homilia 83. in Ioannem explicans illa verba Christi, *si ex hoc mundo esset regnum meum*. Bernardus libro 3. de consideratione ad Eugenium, ibi: *Dispositio tibi super orbem creata est mandata possessio, non tu ille, de quo Propheta ait, & erit omnis terra possessio eius, Christus hic est, qui possessionem sibi vindicat, & in re creationis, & merito redemptionis, & dono patris: cui enim alteri dictum est, postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ* hæc Bernardus. Idque probatur à priori argumento Philosophi libro 3. Politicorum, capite 4. & 10. dum docet, quod omnis potestas perfecta in ordine ad suum finem efficaciam habet circa media necessaria ad consequendum proprium finem, aliàs esset omnino imperfecta, ergo, quando media necessaria sunt ad finem spiritualem, qui potestatem habet spirituales directam, & perfectam, temporalem debet habere indirectam potestatem illi deseruientem: ergo cū Christum, vt homo habuerit spirituales potestatem, perfectam debuit indirectè temporalem habere in ordine ad spirituales.

32 Probatur etiam secundo: nam id videtur pertinere ad dignitatem, & excellentiam Christi, & verè debitum ex gratia vniõis hypostaticæ, per quam homo ille Christus constitutus est caput, & dominus hominum, & Angelorum: nam, vt inquit Paulus ad Colocenses, 2. *ipse enim est caput omnis principatus, & potestatis constitutus*: Sic enim Apocalypsi, capite 19. scriptum legimus de Christo, *habet in vestimento, & fæmore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium*: & Psalmo 2. *postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam*, & Psalmo 21. *Regnum ipsius omnibus dominabitur*, & Mathæi cap. 28. *data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*: omnem dixit Christus non solum spirituales, & ad Hebræos 1. *quem constituit sibi heredem vniuersorum*: At certum est constitutum fuisse Christum heredem à patre, nõ quatenus Deus, sed quatenus homo fuit: imò aliquando hæc indirecta temporali potestate vsus

est Christus, vt Mathæi cap. 8. & capite 21.

33 Tertiò, principaliter constituo Christum quatenus homo ex David, per carnalem propagationem descendebat, neque iure hæreditario orbis dominum fuisse, neque regnum temporale Iudaicum habebat: Primo quoniam, neque David, neque vllus suorum progenitorum fuit orbis dominus: posterior vero pars contra Armachanum de quæstionibus Armenorum, lib. 4. cap. 16. Burgenis in additione 2. ad caput primum, Mathæi afferentes iure hæreditario fuisse Christo debitum regnum temporale Israel, vel ratione Beatæ Virginis, vel ratione Ioseph, cuius Christus erat hæres legalis, & descendebat à David. Apertè probatur, & est communis Theologorum doctrina Christo, videlicet, non fuisse debitum regnum Iudaicum iure hæreditario: nam regnum temporale David cessauerat in Ieconia, iuxta Hieremiæ prophetiam, cap. 22. vt rectè ostendunt D. Thom. in 4. dist. 30. quæst. 2. art. 1. Cano de locis Theologicis, lib. 2. c. 14. ad primum. Molina de iustitia, & iure, tom. 1. tract. 2. disp. 28. concl. 3. nouissimè Ludouicus Tenas, super epistolam ad Hebræos, c. 1. difficultate 3. Virgo enim sanctissima ex linea Ieconix descendebat, vt habetur Mathæi, c. 1. ergo temporale regnum Iudaicum, neque ad illam, neque ad Christum pertinebat: vnde Hieronymus explicans illa verba Hieremiæ, d. cap. 22. *non erit de semine eius, qui sedeat supra solium David*, ea de regno temporali intelligit.

34 Quarto, principaliter constituo Christum, vt hominem non habuisse temporale dominium mundi, & regnum more humano, regnum quando eius fuisse spirituale Ecclesiæ militantis primum in hoc sæculo, & triumphantis postea in sempiternum in alio sæculo: nam Ecclesia vtraque semper est vna, & eadem, diuersa solum secundum diuersos status, vt rectè ostendit Molina 22. q. 1. art. 1. & in hoc sensu hanc conclusionem tuentur, Victoria in relectione 1. de potestate Ecclesiastica, q. penultima à num. 15. Soto in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 1. & lib. 4. de iustitia, & iure, quæst. 4. art. 1. Parisiensis de autoritate Regia, & Papali, c. 8. & 9. Med. 3. p. q. 57. art. 4. Abulensis super Mathæum, c. 21. q. 3. explicans illud Zachariæ, *ecce Rex tuus venit*, Ambrosius, libro 3. in Lucam propè finem: *Regnum meum non est de hoc mundo*, rectè Abulensis super Mathæum, capite 21. quæstione 38. explicans illa verba, *ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*: Valdensis libro 2. doctrinalis, capite 76. Burgenis in scrutinio scripturarum 1. parte, distinctione septima, Cyprianus libro 2. contra Iudæos, capite 29. Chrysostomus in tractatu 5. *Quod Deus sit homo Christus*, Eusebius, lib. 2. suæ historix capite 17.

35 Quintò, & vltimò principaliter constituo Christum, quatenus homo fuit, dono patris excellentiæ potestatem habuisse supra omnia temporalia, & ius supra omnia creata non solum indirectè, & in ordine ad finem supernaturalem

ralem vniuersalis Ecclesiæ, sed simpliciter etiam, & absolute loquendo, ita vt absque alicuius iniuria omnia mundi regna sibi vsurpare posset, & de omnibus temporalibus rebus ad libitum disponere, & hoc modo, quatenus homo dici potest dominus orbis, & Rex regum, etiam quoad omnia temporalia: Imò existimo, quòd sicut Deus quatenus est Deus, Dominus est vniuersalis omnium bonorum, ita vt cum dominio vniuersali diuino non pugnet particulare dominium, quod est in creaturis liberum arbitrium habentibus, vt re- & notat Molina de iustitia, & iure, tomo 1. tractatu 2. disputatione 18. Sic etiam Christus quatenus homo est, dono patris excellentiæ habet omnium rerum dominium vniuersale supra omnia creata, etiam in temporalibus, cum quo Christi dominium non repugnat aliud particulare dominium creaturarum: id enim dignitas, & excellentia illius hominis Christi postulabat ex dono vniuersalis hypostaticæ, quo eo ipso caput hominum, & Angelorum constitutus est, quasi proprio iure id sibi vendicans.

36 Idque euidenter probatur: nam id denotauit Paulus, dum ad Hebræos primò: Christum à patre hæredem vniuersorum factum esse docet: loquitur enim de Christo, quatenus homo est: nam quatenus Deus non potuit à patre hæres vniuersorum constitui: nam hæres non est primus Dominus hæreditatis, sed illam à primo domino accipit, Christus enim, vt Deus est, omnium est ab intrinseco Dominus à nemine factus, sed ab æterno à patre genitus: at verò quatenus homo, non est primus vniuersorum dominus à se ipso, sed à patre suo: tum etiam nam Christus, quatenus homo est, filius est naturalis, & hæres vniuersorum, vt docuit Paulus in dicta Epistola ad Hebræos dicto capite 1. ergo accepit à patre omnem hæreditatem possibilem supra creaturas, & consequenter regiam, quatenus à sacerdotali distinguitur; quæ omnia eidem debebantur. Primò, iure vniuersalis, eò quòd eius humanitas fuit eleuata ad diuinum suppositum: Secundò, iure redemptionis, vt 1. ad Corinthios, cap. 6. *empti estis pretio magno, quod Petrus in prima sua canonica, capite 1. sic declarat, scientes, quòd non corruptibilibus auro, & argento redempti estis de vana bestia conuersatione paterna traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati: & Apocalypsis, capite quinto, redimisti nos in sanguine tuo, & capite 14. qui empti sunt de terra, atque homo emit pretio legitimo in suam redigit potestatem, & dominium, & ita Christus mundi regnum temporale habet supra omnes homines iure redemptionis.*

37 Hæc breui fermone de Christi regno temporali, & eius potestate dicta sufficiant, quæ omnia cum ad explicationem Ecclesiasticæ, & pontificiæ supremæ potestatis dirigantur, iam videre oportet, qualem summus Pontifex Christi Vicarius habeat in vniuerso orbe potestatem: & vt breuius hæc omnia explicentur: Sit prima

conclusio, *omnem creaturam de necessitate subsummo Pontifici subesse in spiritualibus, tanquam primo Ecclesiæ Principi: hæc conclusio catholica est, & aliquibus probatur rationibus.* Primò, vt symbolo Athanasij scribitur, qui non credit esse vnam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam saluus esse non potest, neque habet peccatorum remissionem: at vnius corporis debet esse caput, ergo cum vnum sit Ecclesiæ corpus, vnum debet habere caput, idque docet textus in extraneaganti, vnam sanctam de maiestate & obedientia ex illo Pauli ad Ephesios 4. ibi: *unum corpus, vnus Spiritus, vna Fides, vnum Baptesma, vnus Deus, & Pater omnium*: sic etiam videmus, quod extra Arcam Noe tempore diluuij bernata omnia supra terram fuerunt deleta: Ecclesia Catholica figuratur per Arcam Noe, vt à Pontifice gubernatur, ergo extra Ecclesiæ summò Pontifice gubernatam salus, aut peccatorum remissio esse non potest, quod verò per Arcam Noe denotetur, Ecclesia ostendit Nicolaus Lyra super Genesim, cap. 6. vbi de Arca Noe mentio, idem docet Diuus Augustinus, lib. de fide ad Petrum, cap. 43. & Hieronymus, lib. 1. contra Iouinianum ait, *Arca Noe iuxta Apostolum Petrus typus fuit Ecclesiæ*: idem Gregorius, lib. 33. melius relatus in cap. quia ex sola, 24. quæst. 1. & piosè Augustinus, lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 24. quuntur ex nostris Archidiaconus, in cap. à re & in cap. quoniam 24. quæst. 1. & in cap. quante libet 47. distinct. Ioannes Andreas, & alij firmiter de summa Trinitate, Iacobacius in tractatu de concilio, lib. 1. articulo 1. numero 240. Cætranius in tractatu de authoritate Papæ, 2. part. numero 56. Noe igitur, qui erat Patriarcha vocatus fuit ad fabricandam Arcam, vt denotaret Patriarchatum Romanum: vnde Hilarius, lib. 7. de Trinitate dixit, *per Arcam Ecclesia, per Noe Christus signatur.*

38 Secundò, probatur: nam hæc Ecclesiæ auctoritas ex multis veteri testamenti locis colligitur: Isaias, cap. 45. ait Dominus, *congregamini, venite, accedite simul, qui salui estis, & capite 52. & præterea Deus, & congregauit vos, & cap. 55. Deus qui congregat dispersos Israel: & 1. Esdræ, cap. 3. & 2. cap. vbi ad audiendam legem, & Deo sacrificandam considerauit Scriptura, quòd populus omnis quasi vnus congregatus est ad denotandum necessarium esse vniuersalem ad obseruantiam legis, & sacrificia Neemia in, lib. 2. Machabæorum, cap. 1. orabat dicens *congrega dispersionem nostram, quæ idem multis ex locis testamenti noui comprobatur: nam Ioann. capite 17. dum pro hæc vniuersitate ad patrem orasset, sic ait, Pater sancte serua in nomine tuo eos, quos dedisti mihi, vt sint vnus, & nos: & statim ait, non pro eis tamen rogo, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum, quod in me, & ego in te, & vt ipsi in nobis vnus sint, & credat mundus; quia tu misisti, & ego charitatem, quæ dedisti mihi, dedi eis, & sint vnus, sicut & nos vnus sumus ego in eis, & tu in me, vt sint confirmati in vnus.**

vnus: sic enim super hac vniuersitate quasi dolens lamentabatur: Mathæi. cap. 23. dicens *Hierusalem, Hierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti*; sic & Alexander Papa in capit. audiui-mus, 24. quæst. 1. ait, *non nisi congregatis in vnus distinctum est, accipite Spiritum sanctum, nec nisi ad congregatos in vnus descendit Spiritus sanctus*: & Paulus ad Ephesios, cap. 4. ait, *vnus corpus, & vnus spiritus, &c.* & propterea in synodo Nicena Apostolorum symbolo additum est illud, *& vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam*, vt tanquam verum fidei articulum credamus, & confiteamur Ecclesiæ vniuersitatem.

39 Sed iam hanc primam conclusionem catholicam aliquibus argumentis hæretici hanc vnicam Papæ potestatem negantes, & Ecclesiæ catholicæ vniuersitatem euertere conantur. Primò: nam synodus Nicena congregata anno 325. capite 6. docet expressè valere antiquam consuetudinem, quæ fuit in Ægypto, & Licia, & Pentapoli, vt super illis omnibus esset Alexandrinus Episcopus, ergo non est de necessitate salutis, quòd omnes sint sub Romano Pontifice: præcipue nam ibi ad Episcopum Romanum fit comparatio, quasi denotans Nicena synodus, quod sicut ex consuetudine Episcopus Alexandrinus curam habet illarum regionum, sic & Episcopus Romæ in suis: respondetur verò quòd verba Nicenæ synodi nihil concludunt: quoniam non est bona consequentia, Episcopus Alexandrinus habeat curam Ægypti, &c. quoniam, & Episcopo Romano hæc eadem est consuetudo, ergo limitata est Romani Episcopi potestas solum ad curam ad se pertinentem: nam Romanus Episcopus habet curam vniuersalem omnium, quam exercet per sibi subalternatos Episcopos, & hunc esse verum sensum illorum verborum aperte deducitur: nam Paschasius Episcopus in concilio Chalcedonenfi actione 16. sic citat illum canonem, *Ecclesia Romana semper habuit primatam: nos autem perduret, &c.*

40 Et confirmatur supponendo pro constanti omnium conciliorum congregationem semper pertinuisse, & pertinere ad Romanum Pontificem, vt constat ex narratis per Summos Pontifices per totam distinct. 17. & 21. & distinct. 63. & in cap. Adrianus, cap. in synodo, cap. Valentinianus 96. distinct. cap. benequidem, cap. significasti de electione, cum multis alijs similibus, quod etiam in ipsa synodo Nicena depositum est, vt Iulius Papa I. testatur in cap. dudum, 3. quæstion. 6. in qua eadem Nicena synodo statutum est, vt si quis Episcoporum comprouinciales iudices haberet suspectos, ad Sedem Apostolicam appellet, cui ab ipso Domino potestas ligandi, atque soluendi speciali sit priuilegio supra alias concessa; vt scribit Lelius Iordanus de Romanæ Sedis origine cap. 3. plura Vargas de authoritate Romani Pontificis confirmatione 9. & de veritate huius decreti Nicenæ synodi plura cumulat Martha de iurisdictione 1. p. cap. 15.

41 Secundò obijciunt: nam in synodo Constantinopolitana 1. anno Domini 321. cap. 5. habent hæc verba, *Constantinopolitanus Episcopus habeat primatum honoris post Romanum Episcopum: quia ipsa est nona Roma*; & hoc ipsum refertur in capit. Constantinopolitanæ, 22. distinctione; sed huic difficultati, quæ friuola est: respondetur text. in cap. antiqua de priuilegijs; dum docet, quòd post sanctam Romanam Ecclesiam, quæ inter omnes optinet principatum, vt pote mater vniuersorum Christi fidelium, primum locum obtinet Constantinopolitana, secundum Alexandrina, tertium Antiochana, quartum Hierosolymitana; qui textus, vt eius denotat inscriptio, desumptus est ex concilio generali; dubitandi ratio erat: nam vt inquit Innocentius in dict. cap. antiqua Alexandrina sedes Constantinopolitanam præcedat: at nihilominus Innocentius propter Iustiniani Imperatoris fauorem, cuius erat Constantinopolis patria, concessit ei priuilegium, vt Alexandrinam præcederet, & principis fauor iusta causa cessatur: vt glossa, & cæteri interpretes aduertunt in dict. cap. antiqua; semper tamen Romanus Pontifex remanet primus, & omnium superior, sic etiã allegant hæretici synodum Ephesinam, cap. fin. anno Domini celebratam 451. & concilium Chalcedonense, anno Domini 451. cap. 28. & synodum Constantinopolitanam capit. 36. in quibus mentio fit de Constantinopolitano Patriarcha, sed ad rem nihil faciunt: quoniam semper manet salua auctoritas suprema Sedis Apostolicæ Romanæ.

42 Tertiò adducunt synodum Carthaginensem, cui Beatus Augustinus interfuit ca. 105. Vbi decretum aduersus Papam fuit, ne ab Ecclesijs vltimarum ad sedem Romanam appellaretur: nam respondetur hoc esse penitus falsum: numquã enim in Carthaginensi Concilio aliquid contra Romanum Pontificem fuit decretum, sed cum ad Episcopos diuersos alterius diocesis appellaretur, decretum fuit, vt grauati à vicinis Episcopis audiretur: item etiam quòd si ab Africa ad transmarina fuerit appellatum intra Africam à nullo in comunione recipiatur: Gratianus autem in cap. placuit 2. q. 6. addidit, nisi fortè ad Romanam sedem appellauerit: fatemur tamen ea verba non esse in textum Concilij, sed addita esse à Gratiano, qui ea potuit canonicè addere, quod siue in Nicena, siue in Sardiensi synodo diffinitum fuerat, vt ostendit Marta de iurisdictione 1. p. c. 15.

43 Quartò adducunt, nam in cap. nullius, & in cap. ecce 99. distinctione Summi Pontifices Pelagius, & Gregorius dicunt non deberi appellari vniuersalem Papam: esset enim attribuere illi plus, quam ratio exigat, & honorem alteri auferre, sed respondetur, quòd Gregorij Magni, & Pelagij Summorum Pontificum temporibus Principes alij tituli magnis nominibus magnopere delectabantur: sic enim Patriarcha Ioannes Metropolitanus temerarie se Episcopum vniuersalem iactabat: hi ergo sancti Pontifices ad vitandam huiusmodi superbiam inflationem pro merito humilitatis sese

nominari seruos seruorum Dei successiue falsi sunt ad id efficaci ratione moti: nam si vniuersales Episcopi vocarentur, idem esset, ac si particularium Ecclesiarum particulares dicerentur Episcopi, quod neque ita est, neque aliquo modo dicendum, vt recte probat Diuus Thomas in opusculo contra impugnantes religionem: nec Papa prohibet se vniuersalem Episcopum vocari: quia non habeat immediatam, & plenam auctoritatem in qualibet Ecclesia, sed non praeficitur cuilibet particulari Ecclesiae, vt proprius, & particularis rector illius; quare recte Echius dixit in disputatione Lypfica, quod Papa potius debet dici Episcopus vniuersalis Ecclesiae, quam simpliciter Episcopus vniuersalis. & hunc esse verum sensum illorum canonum ostendit Turcremata in dict. cap. nullus, & in summa Ecclesiastica libr. 2. cap. 16. & aperte id denotant verba Gregorij in dict. cap. ecce, 99. distinctione, ibi, *si perbe appellationis verbum vniuersalem me Papam dicens in prime recurallis, & statim ait tamen ego honoratus sum cum singulis quibusq; honor debitus non uegetur*, & hanc fuisse Gregorij mentem apparet ex eiusdem registro lib. 4. cap. 16. & cap. 77. & 78. & obseruat Vargas in tractatu de auctoritate Pontificis propositione 45. num. 12. & quauis alijs temporibus opus erat humilitate ad comprimendam haereticorum audaciam: hodie tamen quando iam eorum proterua maior est, alia debet esse ratio, & veritas nequaquam est praetextu humilitatis velanda exemplo Apostoli, qui in 1. ad Corinthios epistola cap. 9. ait, *nam cum liber essem ex omnibus omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem*: postea vero videns quod negaretur eius potestas dixit: *nonne ego sum Apostolus? nonne ego Dominum nostrum Iesum Christum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino? bonum est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.*

44 His suppositis sit iam secunda conclusio, *Summum Pontificem, vt successorem Petri esse caput Ecclesiae vniuersalis*: haec conclusio catholica, & ostenditur: nam Christus Dominus est immediatum caput Ecclesiae, cap. vnico de sacra vnctione, clementina 1. in principio de iure iurando; at ipse Pontifex est caput mediante Christo, Christus ad patrem ascensus relinquit Petrum, & successores eius in dict. clementina 1. de iure iurando, c. 1. de homicidio libr. 6. in principio Diuus Thom. 4. contra gentes capit. 76. de qua catholica veritate plura cumulant, quos retulit Marta in tractatu de iurisdictione 1. part. cap. 12. Syluester in summa verbo, *Papa* quaest. 7. & quaest. 10. 11. 12. 13. & 14. Henricus quodlibeto, 6 quaest. 23. Albertus Pichius libro 5. de hierarchia Ecclesiastica copiose Nicolaus Sanderus libr. 2. capit. 4. de visibili monarchia Ecclesiae Driedo libr. 1. de libertate Christiana cap. 15. & 16. & libr. 2. cap. 2. Durandus de origine iurisdictionis quaest. 3.

45 Quae veritas euangelica proculdubio exprimitur Petri inter alios Apostolos deducitur & manifeste probatur in euangelio Mathaei c. 16.

Vbi cum Christus cum omnibus Apostolis loqueretur, & interrogasset, *quem dicunt homines filium hominis, & cum dixisset, vos autem, quem esse dicitis, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius Dei viui, respondet Christus Petro, Beatus Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est, & ego dico tibi, quod tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non praeualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauis regni caelorum, & quodcumque ligaueris super terram, &c.* quae verba denotant huiusmodi potestatem soli Petro in futurum concessam esse, vt testantur innumeri ex sacris Doctoribus relatis à Rossense contra Lutherum art. 25. & Echio libro singulari de primatu Petri, & quauis Mathaei cap. 18. dicatur, *quodcumque alligaueris super terram, erunt ligata in caelis*, ibi, non loquitur de illis clauibus respectu primatus, qui soli Petro fuit concessus: illa namque potestas omnibus Apostolis aequaliter concessa fuit praeter primum: Laon. enim cap. 20. constat Petrum Apostolum ter pastorem ouium fuisse creatum, neque illum accepit Petrus potestatem ordinis ligandi, & soluendi, sed etiam potestatem iurisdictionis: omnes soli Petro dictum est, *pasce oves meas*: ac pastoris cura gubernare etiam est, cap. quauis de regulis iuris, cap. inter caetera de officio ordinario & sic potuit Diuus Thomas in distinctione 2. quaest. 4. artic. 4. ad 3. & in 2. distinctione vltima quaest. fin. Petrum omnem iurisdictionis, & ordinis habuisse potestatem: alij vero Apostoli iurisdictionis potestatem habuerunt à Petro dependentem, cap. ita Dominus, 15. distinctione capit. fundamenta de electione libr. 6. & disputat Turcremata libr. 2. de potestate Papae à cap. 70. vsq; ad 80. Bellarminus in tractatu de Pontifice libr. 1. ca. 15. omnino videndus est, & tandem multae scripturae testimonia ad probandum Petri primatum inter alios Apostolos adducit videnda Martha in tractatu de iurisdictione, 1. part. c. 1. à num. 11. Bellarminus vbi proximè.

46 Tertia conclusio est, *Summum Pontificem non ita habere iurisdictionis potestatem in temporalibus, vt sit Dominus orbis, vel nomen Regis, aut Imperatoris sibi possit vindicare, sed prorsus dignitas regia, ac imperatoria omnino est distincta à Pontificia potestate*: nam potestas Pontificia ortum habet à Deo per Christum eam instituentem ad gubernationem in ordine ad finem supernaturalem: regia vero potestas à Deo est mediante consensu, & electione reipublicae ad gubernationem in ordine ad finem naturalem: haec doctrina certa est ex supradictis à num. 20. & probatur expresse in capit. cum ad verum, cap. duo sunt, 96. distinctione idem, cap. solitae de maiestate, & obedientia, cap. pervenerabilem, qui filij sint legitimi, ad idque expressus est textus noster; sic etiam videmus, quod in capit. futuram, 12. quaest. 1. Pontifex fatetur cathedram Petri donatione Imperatorum accepisse praedictam, & urbem Romam idem in cap. Constantinus, 96. distinctione.

47 Secundò: nam si Pontifex esset Dominus orbis, aut id esset iure humano, aut iure naturali, aut iure diuino positio non naturali, neque humano, quod certissimum est, neque diuino positio: nam cum Petro, & successoribus solum sit dictum, *Tibi dabo clauis regni caelorum, & pasce oves meas*, in quibus sola potestas spiritualis intelligitur in ordine ad finem supernaturalem, & temporalis non nisi ex consequenti, quatenus necessaria sit ad finem supernaturalem, ergo Summus Pontifex non est Dominus orbis, neque Reges ab eo habent potestatem, neque illi subsunt, nisi quatenus ita in ordine ad finem supernaturalem expedit, quod fortiter confirmatur: nam Summus Pontifex non habet maiorem potestatem in temporalibus, quam in spiritualibus habet, sed in infideles non habet potestatem spirituales, ergo nec temporalem habebit: nam Paulus 1. ad Corinthios cap. 5. ait, *quid enim mihi est de his, qui foris sunt iudicare, sed solum ius habet ad proponendum, & declarandum eis Euangelium, eosque ad fidem inuitandum, ergo non est in temporalibus illorum Dominus, & consequenter neque totius orbis.*

48 Sed illud est, ex quo nostri textus verus dependet intellectus, & vera eius decisionis ratio, controuersum autem uterque gladius temporalis, & spiritualis residat penes Pontificem, pro cuius quaestione explicatione distinguendum est: nam, aut loquimur habito respectu ad ius diuinum, aut ad ius posituum; si loquimur habito respectu ad ius posituum, duo tempora sunt distinguenda: alterum ante aduentum Christi, alterum post eius aduentum: in primo tempore nondum erat constitutus Petri supremus Pontificatus, & ita in eo suprema temporalis potestas esse non potuit: quamuis nota esset Prophetia Hieremiae c. 1. ibi, *Ecco constitui te hodie super gentes, & regna, vt euellas, & disipes, aedifices, & plantes, quam Prophetiam intelligunt theologii ibidem non solum de iurisdictione spirituali, sed etiam de temporalis, & prophano imperio idem in cap. 2. de re iudicata libr. 6. & in extratraganti vnam sanctam de maiestate, & obedientia, idque in Deuteronomio significatur, cap. 17. dum Deus Moyse dixit, quod si in causis ad vtramque iurisdictionem pertinentibus difficultas, vel ambiguitas esset, ad summum recurret sacerdotem, si difficile (ait) & ambiguum apud te iudicium esse per spem inter sanguinem, & sanguinem, causam, & causam, lepram, & lepram, & iudicium inter portas videris verba variari, venies ad sacerdotes Ientici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore: & praedicto modo intelligit Panormitanus hunc locum in c. pervenerabilem, §. rationibus, nu. 38. qui filij sint legitimi, & sequitur Germonius libr. 3. de sacrorum immunitatibus, capit. 13. num. 64. & Genesis cap. 2. 3. & cap. 14. legitur Noe obtulisse Deo holocaustum, & aedificasse altare, quod sacerdotis ministerium erat, & simul ipse gubernavit Arcam, & fuit Rex, & exercuit totius orbis iurisdictionem spirituales, & temporales, idemque de Melchisedec, & Moyse videmus scriptum Nu-*

merorum, cap. 27. & Deuteronomij capit. 18. de quo plura Ioannes Garcia de nobilitate gloss. 9. num. 17. Gregorius libr. 19. moralium cap. 13. Hilarius in Psalmo 2. & relati à Germonio libro 3. de sacrorum immunitatibus c. 13. numero 76. & idem de Samuele primo Regum cap. 8. qui Propheta, & Sacerdos fuit, & simul iudex temporalis.

49 At verò in secundo tempore post aduentum Christi, quando iam Christus ipse clauis terreni, & caelestis imperij Petro tradidit, vt Mathaei cap. vltimo, & cap. 16. certum est Petrum habuisse, & eius successores habere vtrumque gladium temporalem, & spirituales: spirituales in actu, temporalem vero in potentia, & quamuis probabilis sit opinio potestatem saecularem non esse in alios Principes translata à Pontifice, vt tenet Abbas, Nauarro, Soto, Duarenus, & alij relati à Bouadilla in politi. lib. 2. cap. 17. num. 3. Molina de iustitia, & iure tomo 1. tractatu 2. disputat. 29. nihilominus huius temporalis gladii, vsus translatus est secundum receptiorem sententiam, quam & tutiorem multi putant: translatus est ab Ecclesia in alios saeculares principes, vt ad Ecclesiae utilitatem illum exerceant: vt significat in Euangelio Lucae cap. 22. in Extratraganti vnam sanctam de maiestate, & obedientia, cum adductis à Ioanne Garcia de nobilitate, gloss. 9. num. 20. & 35. Id enim denotat Bernardus ad Eugenium, dum ait, quod gladius ferreus, & spiritualis sunt penes Ecclesiam, & ita in coronatione Imperatoris recipit ipse Imperator gladium ferreum à Summo Pontifice ei dicens, vt in Pontificali habetur, *accipe gladium de super Beati Petri corpore sumptum*, capit. venerabilem de electione, cap. Romani de iure iurando, cap. legimus. 93. distinctione, d. Extratraganti vnam sanctam de maiestate, & obedientia. Aufreus in clementina 1. num. 55. de officio ordinarij, & relati à Ioan. Garcia dict. gloss. 9. n. 53. vers. *secunda conclusio*, & hoc modo Pontifex ei tradit diadema, ceptum, & pomum aureum; quauis enim antiquis temporibus Imperium Romanorum, & orbis varijs modis concederetur, v.g. vel vt contigit Iulio Caesari electione senatus, vt contigit Tiberio, vel electione militum, vt contigit septimo Sebero, teste Fenastela capit. 4. de magistratibus Romanorum, aut haereditate quale contigit Octauius, teste Eutropio libr. 7. & 8. postea verò Imperium à Summo Pontifice quasi in feudum datum est Imperatoribus cum iuramento fidelitatis, vt Ecclesiae catholicae opem, & auxilium praebent, & quamuis Gregorius Quintus transfulerit in Germanos Imperij electionem: at vero Sedi Apostolicae reservabit confirmationem, vt testatur Petrus Gregorius 1. part. syntagmatum libr. 6. c. 7. num. 7. Polydorus Virgilius libr. 4. de inuentoribus rerum cap. 10.

50 Et Summus Pontifex etiam, vt sacerdos consecratur, & coronatur, vt Rex, omnesque ei pedem osculantur, & ab omnibus adoratur, quod soli Pontifici Romano debetur, vt testatur Iosephus

phus Stephanus in tractat. de adoratione, c. 7. per totum, Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 13. à num. 68. in quibus denotatur Pontificem vtrumque gladium habere, sic enim actuū Apostolorum capit. 5. legimus Petram Christi Vicarium, Ananiam, & eius vxorem Safiram propter crimina condemnasse, & idem Petrus Gladio illo materiali abscondit auriculam militis, qui famulus erat Principis Sacerdotum, Mathæi cap. 26. & Paulus Apostolus in epist. ad Corinthios, cap. quendam etiam luxuriosum damnauit: imò, & Christus Dominus exercuit temporalem iuris dictionem aduersus illos, qui in templo negotiabant, vt legimus, Ioann. capit. 2. Mathæi, cap. 21. Marci, capite 11. capit. ex multis, capit. vendentes, 1. quæstione 3. capit. accusatio. el primo, 2. quæstione 7. & eadem est vsus temporali potestate, quando Ioann. cap. 8. adulteram absoluit, eò quòd à nemine accusaretur, & hæc doctrinam declarauit Innocentius Tertius: in capit. per venerabilem, §. rationibus, qui filij sint legitimi, dum docet Pontificem in omnes prouincias iurisdictionem temporalem posse exercere multis de causis, & Diuus Augustinus in sermone Apostolorum Petri, & Pauli, sic ait: *O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebem piscatorem Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obsistere. Regis sanctificare regnis omnibus imperare, &c. Quid enim aliud est regibus resistere, & omnibus imperare, quàm habere potestatem gladii materialis ad animaduertendum in facinorosos, quod Vlpianus merum Imperium vocauit in l. ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. respiciendum, 11. §. fin. ff. de pœnis, & hac ratione Tertulianus lib. 1. ad vxorem, Pontificem vocat regem sæculi, rectè Chrysostomus explicans illa verba, Ioan. cap. 21. *Ioannes sequereme*, & ibidè Augustinus, & Ambrosius super caput. 5. Lucæ explicans illa verba, *Sedens Iesus docebat de nauicula*, Bernardus de consideratione, ad Eugenium Papam, Athanasius in epistola ad solitarios, Cyprianus libr. 1. epistolarum epistola 3. Tertulianus libro 4. epistolarum epistola 4. Nicephorus Calistus libro 2. capit. 35. Egesipus lib. 3. capite 3. Epifanius libro 1. contra hæreses hæresi 27. D. Ignatius epist. 9. Lelius Iordanus de maioribus Episcoporum causis ad Papam deferendis, cap. 7. à num. 21. Blasius de sacro Ecclesiæ principatu lib. 2. cap. 12.*

51 Vnde puto veram esse eorum doctrinam, qui dicunt, quòd in arduis, & difficilibus negotijs scandalum aliàs inducentibus in Ecclesia potest Summus Pontifex iurisdictionem exercere temporalem aduersus laicos, ita Panormitanus in præsentis numero 13. Aufrerius in clementina prima, numero 56. de officio ordinarij, Palaciosrubios de iusta obtentione regni Nauarræ, 4. part. 3. & vulgò adducitur textus in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi; imò, & poterit iusta existente causa Imperium de Occidente in Orientem mutare, & de gente in gentem, quatenus id expediens sit in ordine ad finem super-

naturalem, capit. solitæ de maiestate, & obedientia, capit. 2. de re iudicata, libro 6. capit. alius quæstione 6. ita Ambrosius libro 1. de Patriarchis, Hieronymus super Hieremiam, capit. Panormitanus in præsentis numero 12. Conradus templo iudicum libro 1. cap. 1. §. 2. quæstione 2. princip. Nauarro in præsentis, 3. notabili, num. 99. Palaciosrubios de iusta obtentione regni Nauarræ, 2. part. §. 7. Cobarruias in cap. filii reded in fine de testamentis, Duarenus de sacro Ecclesiæ ministerijs libro 1. capite 4. Blasius de sacro Ecclesiæ principatu, lib. 2. cap. 12. Germonius libro 3. de sacrorum immunitatibus, cap. à num. 27. Turrecremata lib. 2. summæ cap. 1. Henricus quodlibeto, 6. quæstione 23. Durandus de origine iurisdictionis, quæst. 3. Driedo de libertate christiana lib. 1. cap. 15. Sanderus de simili Monarchia Ecclesiæ lib. 2. cap. 4. sic enim legimus Innocentium Papam excommunicauit Arcadium Imperatorem, & Innocentiū Quartum, Federicum Imperatorem, vt refert Nauarro, vbi proximè, num. 10. Cacheranus in Pemonianis decisione 30. num. 2. & de Diuo Ambrosio, contra Theodosium Imperatorem refertur in c. duo sunt, 96. distinctione, sic etiam Choderinus Francorum Rex, regno priuatus Zacharias Papa, dict. cap. alius, 15. quæst. 6. & uarræ regnum, catholicis Castellæ regibus Ferdinandis, & Elizabeth à Iulio 2. concessum cuius rei varia sunt historiarum, exempla refert à Zurita 1. part. annalium c. 51. Vargas in tractu de Episcopi iurisdictione confirmatione. Germonio vbi supra num. 30. Sanderus de origine schismæ Angliæ lib. 1.

52 Retenta igitur hæc sententia vtrumque scilicet gladium esse penes Ecclesiam temporalem in habitu, spiritualem, verò in actu, non obstat mo dicere, quòd quãdo Petrus euaginauit gladium videtur Christum prohibuisse Ecclesiasticis exercitiū illius, & temporalis iurisdictionis, quæ in significatur, dum Petro iussit, vt iterum gladium in vaginam mitteret: nam secundū explicatio Optati lib. 3. aduersus Parmenianum, quam citatur Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus c. 13. à n. 18. nõ præcipit Christus Petro, vt gladium illū omnino à se abijceret, sed solū ei iussit, quod illū in vaginā mitteret, quasi dixisset seruā illū gladium ad opportuna tēpora, quod fuit ligare habitum, non semper in actu, nisi quando id expediret in ordine ad finem supernaturalem.

53 Nec etiam obstat secundò authenticum Pauli ad Romanos 13. dum docet non esse potestatem, nisi à Deo, non solum Imperium, sed etiam quilibet alius magistratus inferior. Prouerbiorum 8. dictum est, *per me Reges regnant*: nam hoc intelligitur, ita vt sæculares potestates à Deo deriuenter tanquam à prima causa, non immediatè, sed mediante Ecclesia, quæ veluti causa secunda, & instrumentalis est: nam in potestate Ecclesiæ, &

Pontificis sunt clauis terrestres, & cælestis Imperij, cap. omnes, 22. distinctione sequuntur Panormitanus in præsentis numero 21. in dict. cap. per venerabilem num. 18. Oldradus consilio 180. Alex. consilio 24. lib. 5. D. Thomas de regimine principum lib. 3. cap. 18. & 19. Menchaca lib. 1. controuersiarum illustrium cap. 20. à num. 4. Conradus in templo iudicum lib. 1. cap. 1. §. 2. quæst. 2. n. 9. Iacobacius de concilijs lib. 10. artic. 8. Lelius Iordanus in tractatu de maioribus Episcoporum causis ad Papam deferendis, cap. 7. num. 21. sed quãuis verum existimem sæcularem potestatem dependere ab Ecclesiastica, & Pontificia, puto hoc intelligendum esse non ita, quòd sæcularis potestas dependeat à Pontifice, sicut aliæ potestates inferiores dependet ab eo: nam Episcopis, & alijs Ecclesiasticis ipse Pontifex tribuit omnino iurisdictionem spiritualem, principibus verò sæcularibus, non ita dedit ipse Pontifex potestatem: nõ potestas ciuilis in mundo erat ante clauis Ecclesiæ. Sed potestas ciuilis dependet à Pontificia facta comparatione, vt inquit Philosophus primo Ethicorum, si finis alicuius facultatis dependet à fine alterius: ergo etiam facultas dependet à facultate, sed finis ciuilis potestatis dependet à fine Pontificiæ: ergo potestas ciuilis dependet à Pontificia.

54 Neque etiã obstat tertiò illa verba Pauli ad Romanos 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, & idem dixit Petrus in epistola 1. cap. 2. de quò plura diximus supra in cap. 2. huius tituli, ibi enim Chrysostomus explicat varias esse potestatis species, & principatus, & vnus quisque in suo ordine obediendus est.

55 Nec etiam obstat quarto, quòd Christus dixerit Ioan. cap. 18. *Regnū meum non est de hoc mundo*: quasi denotans Christum non venisse ad regnandum in temporali regno; neque vt esset Rex, aut Imperator, aut vt aliquem alium inter homines haberet magistratum, sed solum ad redemptionem generis humani, vt aduertunt Diuus Augustinus, Chrysostomus, & alij super Ioan. d. c. 18. & relati à Germonio dict. libr. 3. de sacrorum immunitatibus, cap. 13. num. 110. nam ex hoc non colligitur Christum, & Pontificem eius Vicariū non habuisse vtrumque gladium, quæ verior, & receptior est sententia, vt præter relatos sequuntur Decius in præsentis numero 7. Oldradus consilio 81. Castalius in tractatu de Imperatore quæst. 50. Almainus de potestate Ecclesiæ 1. part. capite 9. Castro de iusta hæreticorum punitione libro 2. cap. 23. & relati à Cobarruias in regula peccatū, 2. part. §. 9. num. 7. Menchaca lib. 1. quæstionum illustrium, capit. 20. num. 2. Conradus in templo iudicum lib. 1. cap. 1. §. 2. quæst. 2. à num. 3. Ioann. in tract. de potestate Papæ, 2. part. num. 16. Duarenus de sacris Ecclesiæ ministerijs libr. 1. capite 4. Aufrerius in clementina 1. num. 37. & 38. de officio ordinarij, Nauarro in præsentis 3. notabili à num. 1. Lelius Iordanus de maioribus Episcoporum causis, cap. 8. num. 37. Germonius vbi supra

à num. 21. non tamen puto veram Bartoli censuram, qui l. 1. §. præfides in fine, ff. de requirendis reis, asserit dantum fuisse post mortē de heresi dānatū, eò quòd in suo lib. de monarchia. Dixisse Imperium ab Ecclesia non deriuari, idem sensit Lignanus relatus à Velamera in præsentis numero 18. quorum censuram, eò quòd supra hoc articulo nulla sit certa diffinitio Ecclesiæ, reprehendunt Nauarro in præsentis notabili 3. num. 39. Cobarruias in dict. regula peccatum 2. part. §. 9. n. 7. vers. quarto, & vers. ex qua resolutione, verum enim est dicere temporalem gladium esse penes Principes sæculares, & penes Pontificem etiam modo quodam excellentiori scilicet ad confirmationem, & correctionem illorum, in principibus ad executionem, & administrationem: ita Aufrerius in dict. clementina 1. num. 38. de officio ordinarij Conradus vbi supra libro 1. cap. 1. §. 2. num. 15. Antoninus in summa 2. p. 3. p. in republica de statu summorum Pontificum.

56 Et hanc superiorem Ecclesiæ potestatem admisit, & confessus est Imperator Constantinus Magnus, vt testatur Platina in vita Syluestri, & refertur in cap. Constantinus, 96. distinctione: ita Anastasius Germonius lib. 2. de sacrorum immunitatibus, cap. 9. num. 7. idque Constantinus non solum verbis, sed etiam factis declarauit, & tandem quarto die sui baptismi deposuit diadema, & chamydem purpuream, sceptrum, & alia signa imperialia ad maiorem Sedis Apostolicæ reuerentiam cui urbem Romam concessit populo consentiente, vt Platina in vita Syluestri, Rolandus consilio 1. num. 36. volumine 1. Paulus, Salicetus, & Iason in l. debitorum, C. de pactis, Panzirolus consil. 119. Purpuratus consilio 548. numer. 98. lib. 2. & donauit etiã alias pronuncias, qua de causa Constantinus Magnus dictus est, eandemque confirmauit donationem Imperator Ludouicus Pius Galliæ Rex, filius Caroli Magni Imperatoris, cap. ego Ludouicus 63. distinctione, quæ donatio ab Imperatore Theodosio, tempore Gregorij alijsque imperatoribus aucta est, quæ fuit valida iuxta receptiorem sententiā Doctorum per textum, ibi, in c. Constantinus, 96. distinctione, & in cap. fundamenta de electione libro 6. Albericus in l. bene à Zenone num. 24. C. de quadriennij præscriptione, Boerius decisione 69. num. 2. Iacobacius de concilijs, lib. 10. artic. 8. Cobarruias libro 4. varia. cap. 16. à num. 8. Nauarro in præsentis in 3. notabili num. 77. Azueto in l. 5. tit. 2. num. 2. libr. 1. compilationis, Menochius consilio 149. num. 39. Albertus Pichius libr. 5. de hierarchia Ecclesiastica, cap. 6. Molina de iustitia, & iure tomo 1. tract. 2. disput. 28.

57 Constat ergo ex dictis nõ esse impropiū, quòd penes Ecclesiasticos vtraque resideat potestas temporalis, & spiritualis, ita vt sæpè publicorum criminum puniatio pertineat ad Pontificem eiusque ministros Ecclesiasticos, vt copiose aduertit Germonius de sacrorum immunitatibus lib. 2. in principio numer. 19. imò videmus plures esse Episco-

Episcopos, vt retulit Lelius Iordanus de maioribus Episcoporum causis, cap. 8. num. 25. possidentes territorium, cum iurisdictione mero, & mixto Imperio ex donatione principum secularium, & est communis Doctorum opinio in dict. cap. solitæ, de maiestate, & obedientia, l. 48. & 52. tit. 6. p. 1. l. 1. tit. 5. li. 2. & l. 5. tit. 1. li. 8. & l. 28. tit. 28. li. 6. compilationis, ita Abendaño in c. 1. pretorum nu. 24. & in cap. 4. n. 33. Cobarr in practis, ca. 4. num. 2. Petrus Gregorius, 2. part. syntagmatum, libro 15. cap. 12. num. 26. quod an sit decens, vel non statui Ecclesiastico, disputat Soto de iustitia, & iure lib. 10. quæst. 4. artic. 5. imò hodie Episcopi sunt à consilijs regis, vt in l. 6. tit. 9. part. 2. & ibi gloss. verbo, *aconsejar*. & in l. 4. tit. 4. libr. 2. compilationis Baldus in authentica habita, C. ne filius, pro patre Io. Garcia de nobilitate gl. 9. n. 49.

58 Illud verò aduertendum est Episcopos, cæterasque personas Ecclesiasticas, non exercere hanc temporalem iurisdictionem quasi sacerdotes, sed quasi Duces, aut Comites, aut Marchiones: nam sicut territorium habent concessione Principum, habebunt etiam iurisdictionem, quæ cum territorio transit, vt aduertit Duarenus libr. 1. de sacris Ecclesiæ ministerijs, cap. 4. sunt etiam, & alij Episcopi, & prælati habentes villas, & ciuitates, earumque iurisdictionem à regibus ipsis in feudum concessis tanquam vassallis, & subditis, l. 1. tit. 25. l. 2. tit. 26. part. 4. aduertit Molina de primogenijs libro 1. cap. 13. num. 48. & hi sunt, qui plerumque vassalli in regijs prouisionibus vocantur, vt aduertit Molina vbi supra.

59 Ex quibus deducitur decidendi ratio nostræ conclusionis: idè enim Summus Pontifex in nostri textus specie contra regem Francorum procedere potuit: nam cum ipse Pontifex vtrunque habeat iurisdictionem temporalem in habitu, & potentia, spiritualem verò in actu: potest exercere temporalem, quando id tendit in ordine ad finem supernaturalem, vnde cum prædictus Francorum Rex pacis, & iuramenti esset violator ea ratione effectus est de actuali Pontificis iurisdictione; sicque communis Doctorum invaluit sententia cognitionem ratione peccati ad Prælatos Ecclesiasticos pertinere, vt in cap. multi, 2. quæst. 1. cap. 1. de officio ordinarij: nam peccati periculum iustissima reputatur causa, vt temporalis iurisdictione Pontificis habitualis ad actum reducatur, quæ fuit aperta nostri textus sententia, & probat Augustinus in capit. quo iure, 8. distinctione Gregorius in cap. suscipitis, Cyprianus in c. quoniam, 10. distinctione, cap. cum ad verum, c. duo sunt, cap. Constantinus, 9. distinctione, cap. futuram, 12. quæst. 1. c. nos si incompetenter, 2. q. 7. c. 1. fundamenta de electione libr. 6. cap. conuenior, 23. quæstione 8. cap. causa, qui filij sint legitimi extrauagante meruit de priuilegijs: ita sentiunt Ioan. Thetoni. c. in comment ad text. in d. c. quonia, 10. distin. & in cap. 1. 2. distinctione Abbas, & cæteri in præsentibus, Pariensis de potestate Papali, & Imperiali, Albericus in l. cunctos popu-

los nu. 9. C. de summa Trinitate, & in l. bene à Z. none num. 16. C. de quadriennij præscriptione Caietanus de potestate Papæ, & Concilij, cap. in solutione, ad 8. Bellarminus de Romano Pontifice, cap. 2. Driedo libro 1. de libertate Christiana, capit. 9. & cap. 15. Diuus Thomas lib. 3. de regimine principum, capite 2. & 3. part. quæstione 59. articulo 4. idque declarat textus in dict. extrauagante, vnam sanctam; dum ait, quod qui constitutus est à Deo super gentes, & regna, quædorena potestas deuiaverit illos, poterit tempore iudicare: ergò cum Summus Pontifex super gentes, & regna sit constitutus, cum Rex Franciæ à recto tramite iustitiæ deuiaret, de illo re potuit cognoscere.

60 Vnde inferitur, quod poterit prælati aut iudex Ecclesiasticus procedere aduersus laicos, quando esset magnificandali periculum: imò ex plurium sententia poterunt laicos oblitigantes negotium valdè difficile ad conciliandiam, vt testantur Aufrerius de potestate Ecclesiastica, numer. 53. Felinus in rubrica de treu. & pace Valentia 7. & relati à Tiberio Decio tomo primo, criminalium libro 4. capite 10. numero 3. Gregorius in l. 58. verbo *estas*, titulo 6. part. Quæstio diuersarum quæstionum, capite 1. & idem fit ratione iuramenti, vt nos in his, & casibus latius diximus in tractatu de potestate Ecclesiastica super laicos ad vtilem, & necessarium praxim huius textus.

61 Indeque hortum habuit decisio legis vndecimæ, tit. 1. libro 4. compilationis, quæ sub certis pœnis prohibet, ne laicos Ecclesiasticæ iurisdictioni se submittant; neq; super rebus publicis se scriptura publica cum iuramento legent, aliàs tales scripturæ, & obligationes nulli crunt momenti, & tabelliones, coram quibus confectæ fuerint pœnis dictæ legis regiam pœnientur.

62 Sed legis nostræ decisio patitur dubitationem: videtur namque dicendum eius decernem procedere non posse: nam cum iuramentum religio aduertentiam, & fidem Deo præstandi pertineat; princeps secularis nihil de illo potest disponere eiusque declaratio, & interpretatio solos Ecclesiasticos pertinebit, cap. venerabile de electione, & nos latius diximus in c. 2. huius tituli de iudicijs; Tum etiam, nam cum ratione iuramenti iudici Ecclesiastico acquiratur iurisdictione, vt in textu nostro, & in cap. fin. de foro competentis libro 6. Ad eodè etiam hæ res illius, qui iuravit adimplere iuramentum possit compelli iudicem Ecclesiasticum, vt resoluit Abbas, in c. finali de sepulturis numero 4. Aufrerius de potestate seculari regula 4. fallacia 4. cum ergò hæ prohibitio iuramenti videatur esse in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ, nullius erit momenti regula textus, cum ibi adductis in c. quæ in Ecclesiasticarum de constitutionibus authentica calla, & rita, C. de sacrosanctis Ecclesijs.

63 Sed nihilominus verius est regiam legis decisionem iustam esse, & nullo modo contrariam libertati Ecclesiasticæ, vt testantur Segura in lege 1. §. si vir vxori, numero 138. ff. de acquirenda possessione, Cobarruias in capite quamuis pactum 1. part. §. 3. numero 8. de pactis libro 6. Gomecius tomo secundo variarum capite 14. numero 22. Abendaño capite 27. pratorum numero 14. Gutierrez in authentica sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem à numero 153. & ad argumentum supra adductum respondetur distinguendo: nam quando iuramentum iam intercessit, si ad eius relaxationem esset absolutio necessaria, à solo Ecclesiastico petenda esset, & concedi posset, vt resoluit Cobarruias, vbi supra numero 8. si verò iuramentum non esset præstitum, sed præstandum: tunc lex postiuua ciuiliis potest impedire, ne præstetur ex iusticia causa, vt in lege, quæ sub conditione, §. si quis, ff. de conditionibus institutionum facilius enim quod faciendum impeditur, quàm factum tollitur, leg. patre furioso, ff. de his, qui sunt, vel alieni iuris, & sic debet intelligi Boerius decisione 247. numero 8. dum docet principes seculares non posse tollere iuramenta, debet intelligi de iuramentis præstitis, non verò de præstandis: sic & Guido Papa decisione 194. vnde cum regiam lex nostra solum prohibeat iuramenta præstanda, non verò iam præstita, nullo modo est contra libertatem Ecclesiasticam: nam lex canonica secularem iurisdictionem non vult perturbare, vt in textu nostro, capit. liceat, capit. ex tenore de foro competentis, perturbare tamen proculdubio secularis iurisdictione, si iuramenta in contractibus sui natura validis apponerentur: lege non regiam nostra iuramentum apponere in contractibus in validis non prohibetur, vt copiosè notat Azeuedo in d. leg. 1. 1. 2. 13. titulo 1. libro 4. compilationis.

64 Ad argumenta ergo supra in principio pro dubitandi ratione adducta facile ex prædictis respondetur, non obstat primum, & fatemur, vt in argumento dicitur, seruandam esse vnicuique propriam iurisdictionem, & quamuis vtraque iurisdictione distincta sit ciuiliis, & Pontificia, Ecclesia vtrâque habet saltem in habitu, & potentia, quæ facile ad actum reducitur ratione periurij, & eodem modo respondetur ad difficultatem adductam in confirmationem eiusdem argumenti: fatemur namque Pontificem iurisdictionem à Deo habere, & etiam principem: hoc verò diuersis fit respectibus, vt supra explicatum est: nam semper est verum Pontificiam iurisdictionem supremam esse.

65 Neque obstat secundò verum enim est dominum feudi esse iudicem in quæstionibus feudalibus, vt supra diximus in capite cæterum hoc eodem titulo: at in præsentibus Pontifex sepe protestatus est se non de feudo cognoscere, sed de pacis & iuramenti violatione, de qui-

bus agere ad eius pertinebat iurisdictionem, vt supra latius resolutum est.

66 Neque obstat tertio: nam verum est Pontificem vtrunque gladium habere alterum in actu, alterum in potentia, videlicet temporalem: hoc autem vititur iusta existente causa, vt in specie nostri textus propter dictas rationes: & cum his absoluitur hæc prima huius textus conclusio.

Ad secundam conclusionem textus in dicto capite nouit de iudicijs, vbi de correctione fraterna agitur iuncto capite in omni negotio de testibus c. si peccauerit c. multi 2. quæst. 1.

67 **P**ROBAT textus noster ex communi Doctorum sententia quemlibet teneri proximum in peccato existentem corrigere secundum formam Evangelicam in præsentibus, & in capite in omni negotio de testibus, capite si peccauerit 2. quæstione 1. capite 18. Matthæi. Continet enim hæc doctrina vniuersam fraternæ correctionis tractationem, de qua Doctores, in iuribus in inscriptione allegatis, & Theologi in 4. distinctione 19. & latissimè Diuus Augustinus sermone 16. de verbis Domini, & libro de correctione, & gratia, & Gregorius Nisenus in oratione in eos, qui egre ferunt reprehensiones, Diuus Thomas 2. 2. q. 33. per varios articulos.

68 Pro cuius intelligentia sciendum est: primo, quod, etsi apud Theologos promiscua sit correctionis, & correptionis significatio: at verò quod attinet ad proprietatem sermonis, hæc voces non idè significant: nam correctio proprie est sermone proximū ad bonū impellere, & à malo de terrere, vt re ipsa efficaciter in meliorem reducatur statū: sic Ecclesiastici c. 1. *peruersi difficile corriguntur*, corrigere verò est proximū reprehendere, siue re ipsa emendetur, siue nō, quā differentiā agnouit August. serm. 16. de verbis Domini, dū inquit, *debemus amando corripiere non nocēdi auiditate, sed studio corrigendi*, & libro 1. de ciuitate Dei capite 9. ibi: *nolunt plerumque corripiere, cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere, nihilominus late sumpto vocabulo promiscuè sumitur vtriusque vocis significatio.*

69 Secundò sciendum est correctionem fraternam ex mente D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 1. diffiniri, vt sit *actus misericordiæ & charitatis,*

quo quis subuenit necessitati spirituali proximi euertens eum à peccati malo ad virtutis bonum reuocare per conuenientem aliquem ad sermonem, & quòd fraterna correctio sit actus misericordiae constat: nam respicit obiectum huius virtutis videlicet subleuationem alienae miseriae spiritualis, & consequenter quaedam eleemosyna spiritualis est, idque significat Dauid illis verbis Psalmi 140. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, &c.* & eodem modo constat esse correctionem fraternam actum charitatis, sicut eleemosyna, vt explicant Theologi 2.2. quæstione 32. quod vt explicet D. Thom. 2.2. quæstione 33. articulo 1. in corpore, docet fraternam proximi correctionem quoddam esse remedium contra peccatum alicuius: at peccatum alicuius dupliciter potest considerari, vno modo quatenus ei, qui peccat nocium est: alio modo quatenus vergit in alterius præiudicium, qui ex illius peccato læduntur, aut scandalizantur, vel in quantum est in dānum boni communis, cuius iustitia perturbatur ex alicuius peccato: erit ergo duplex delinquentis correctio: vna, quæ remedium adhibet peccato, quatenus malum est respectu ipsius peccantis, & cum hæc ad emendationem delinquentis tendat, propriè correctio fraterna dicitur: at remouere malum alicuius eiusdem rationis est, sicut bonum eius procurare, ergo cum procurare bonum fratris ad charitatem pertineat, necesse est dicere etiam correctionem fraternam ad charitatem etiam pertinere: alia verò est correctio fraterna, quæ adhibet remedium peccati delinquentis, quatenus est alteri nocium, & hæc fraterna correctio est actus iustitiæ, ad quam pertinet conseruare rectitudinem vnius ad alterum, & hoc modo intelligenda est Glossa ordinaria dict. capite 18. Matthæi, dum fratrem ait esse excessu iustitiæ arguendum: nam loquitur de correctione in hac secunda significatione.

70 Et hanc doctrinā probare vult Christus Dominus in illis verbis Euangelij Matthæi 18. *Si peccauerit in te frater tuus corripe illum, &c.* quo in loco Christus proximum fratrem appellat, vt eum admoneat corrigendum esse ex fraterna dilectione: sic & Apostolus 2. ad Thesalonicenses, cap. 3. ait dum loqueretur de homine inobediente, *nolite quasi inimicum existimare, sed corripite, vt fratrem,* & sæpè significat scriptura magnum esse correctionis beneficium, vt Prouerbiorum, cap. 27. *melior est manifesta correctio, quam amor absconditus,* &c. Ecclesiastici cap. 7. *melius est à sapiente corripere, quam stultorum à adulatione decipi,* de quo plura Gregorius Nisenus in oratione in illos, qui ægre ferunt reprehensiones, & Ambrosius lib. 3. de officijs cap. 16.

71 Secundò sciendum est controuersum esse, sit ne correctio fraterna in præcepto, dubitatione mouet: nam tempore Diui Augustini fuerunt multi existimantes correctionem non esse ex præcepto diuino necessariam, imò neque vllum locum habere posse, siquidem homo piè viuere

non potest, vt ipsi aiunt, sine auxilio gratiæ, vt retulit Augustinus libro de correctione, & gratia capite tertio, præceptum namque de re impossibili non est: at vero aliquem corrigere, nisi Deus voluerit, impossibile est, vt Ecclesiastici capite 7. legitur, *Considera opera Dei, vt nemo possit corripere, quem ille despexit,* & Paulus ad Romanos 9. *Ergo cuius vult, miseretur, & cui vult, indurat:* non ergo potest esse apud homines præceptum de fraterna correctione, quod ex eo confirmatur, nam præceptum de correctione fraterna non reperitur scriptum inter præcepta decalogi, quæ sunt ad salutem necessaria, non ergo erit tale præceptum ex regula textus in cap. legatur 24. quæst. 2.

72 Sed his, & alijs inferius explicandis non obstantibus certum est de fide fraternam correctionem esse in præcepto diuino naturali, & humano obligante sub peccato mortali concurrentibus illis circumstantijs, de quibus postea dicemus, quam tuentur Diuus Thomas 2.2. quæstione 33. articulo secundo, & ibi ceteri omnes Theologi, & omnes nostri in textu nostro, & in capite in omni negotio de testibus, capite. si peccauerit 2. quæstione 1. Soto de ratione tegendi, vel detegendi secretum quæstione 1. membro 2. Arevalo de correctione fraterna conclusionem primam, Nauarro in capite. inter verba corollario 59. Castro de iusta hæreticorum punitione libro 2. capite 25. & probatur hæc conclusio: nam in Leuitico capite 19. dicitur, *Noueris fratrem tuum in corde suo, sed publice, id est, argue eum;* datur ergo ibi morale præceptum de corripiendo fratrem, sicut de non habendo illum odio, & denotatur ex lectione Hebraica, quæ sic habet, *corripiendo corripies proximum tuum & neferas super illo peccatum.*

73 Secundò probatur, nam illud est de lege naturæ, quod ait Christus Matthæi capite 7. *Quaecunque vultis, vt faciant vobis homines, &c.* quod explicuit Augustinus sic intelligendum, vt quæcunque velle debemus secundum rectam rationem nobis fieri, hæc faciamus alijs: at vero cum nos peccamus, circa salutem æternam periclitamur, ergo secundum rectam rationem debemus velle corrigi per alium: nam si existentes in periculo mortis corporalis secundum rectam rationem debemus velle per alium liberari à fortiori etiam in periculo mortis spiritualis; hoc autem fit per fraternam correctionem, ergo secundum rectam rationem debemus fratrem de peccato corrigere; tum etiam naturam lege naturæ obligamur proximum, sicut & nos metipsos diligere: at quilibet tenetur, dum est in peccato salutem suam etiam per alium procurare, quod non fit nisi per fraternam correctionem, eadem ergo dilectionis obligatione tenetur ipse circa proximum hoc dictante lege naturali, & ita Aristoteles libro 9. Ethicorum capite tertio docet, quod tanto

tanto magis debet homo ferre auxilium amicis ad vitanda vitia, quàm ad vitanda damna pecuniæ, quanto virtus est vtilior amicis, quàm pecunia, quod etiam in Deuteronomio scriptum erat capite 22. *Non videbis bouem fratris tui errantem, & praeribus, sed reduces fratri tuo, & statim ait, si videris asinum fratris tui, aut bonem cecidisse in via non despicias, sed subleuabis eum:* ergo id à fortiori dicendum est de subleuatione spirituali, sic & Ioann. 3. dicitur, *non diligamus verbo, & lingua, sed opere, & veritate,* quomodo autem est vera dilectio, quæ proximum in peccato existentem releuare non curat.

74 Tertio probatur, nam huiusmodi præceptum de correctione fraterna in Euangelio scriptum est Matthæi capite 18. *si peccauerit, &c.* & refertur in dict. capite. in omni negotio, & in textu nostro capite. ex iniuncto de hæreticis, capite. tam sacerdotes, 24. quæstione 3. capite. prouidendum, capite. consentire, 83. distinctione, capite. facientes, 86. distinctione, & consonat cum his Sanctorum Patrum doctrina, sic Origines homilia tertia in Leuiticum, Basilius in moralibus summa 52. capite 2. Chrysostomus homilia 60. in Matthæum, Hieronymus in Psalmo 140. Augustinus sermone 16. de verbis Domini, Gregorius lib. 12. registri, epistola 31. quibus in locis latissimè hoc præceptum declarant sancti.

75 Quarto probatur ea ratione, quæ ex ipsa charitatis natura oritur, quam debet proximus erga proximum habere, quæ postulat proximo subueniendum esse in omnibus possibilibus præcipue pertinentibus ad animæ salutem. Sumus enim omnes membra eiusdem corporis scilicet Ecclesiæ, cuius caput Christus est, & naturale est membris, vt se mutuo foueant, & iuuent, quoad fieri potest; imò omnes quasi commilitones sumus in hac vita, quæ veluti quædam est militia iuxta illud Iob capite 7. *Militia est vita hominis super terram,* & ad Ephesios 6. ibi, *Non est vobis colluctatio, &c.* Ad commilitones autem pertinet seipfos inuicem aduersus hostes iuare, vt considerat Durandus in 4. distinctione, 19. quæstione 3. num. 7.

76 Quintò probatur, nam valet argumentum de minori ad maius, extat enim diuinum præceptum de facienda eleemosyna, quando est necessaria iuxta illud Ioann. in 1. cano. capite 3. ibi, *Qui substantiam habuerit huiusmodi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo.* Et tradunt Doctores in cap. pasce fame morientem, 86. distinctione, Diuus Thomas 2.2. quæstione 23. articulo 5. Soto in causa pauperum consideratione 8. Nauarro in manuali capite 24. numero 3. Cordoua libro primo quæstionum, quæstio. 26. & sæpè sanctos Patres docuisse constat, sic Augustinus libro 20. contra Faustum Manicheum capite 16. & 5. libro contra Adimantum Manicheum capite 17. Cyprianus in ser-

mone de opere, & eleemosynis, Ambrosius in libro de Nabute Israëlitica capite 12. Basilius in concione in illud dictum, *destruam horrea mea, & faciam maiora:* Lucæ capite 22. Gregorius Nazianzenus in oratione de pauperum amore, & Ecclesiastici capite 4. scriptum est, *Declina pauperi aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacificè in mansuetudine, & Prouerbiorum capite 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamauit, & non exauditur.* A fortiori ergo eleemosynæ spirituales erunt in præcepto, cum sit multò præstantior corporali, & magis ad salutem necessaria capit. tria sunt 45. distinctione, cū ergo inter omnes spirituales miserias nulla sit peccato maior, peccatorem non corrigere erit omnium pessimum.

77 Neque quidquam obstat dubitandi ratio adducta supra numero 71. nam facile respondetur, quod præceptum de correctione fraterna non est impossibile, vt tempore Diui Augustini multi falsò dixerunt, quod de omnibus diuinis præceptis definitum est sub anathemate in Concilio Tridentino sessione 60. canone 18. Imò hoc præceptum possibile, & naturale est in euangelio confirmatum, quod antea etiam à Philosophis traditum est, sic Plato libro 10. de legibus Aristot. libro 9. Ethicorum capite 3. cum adductis à Bañez, 2.2. quæstione 33. artic. 2. & quamuis iustificatio peccatoris à Deo sit, quæ sine auxilio gratiæ fieri non potest: at auxilium sufficiens nemini denegatur, vt copiosè ostendit Valentia tomo 2. quæstione 3. de gratia 4. part. idè quæ præcipiuntur fratres errantes corrigere, & Dominus paratus est ad occurrendum, & iustificandum, vt aduertit Turrecremata in dict. capite. si peccauerit, 2. quæstione 1. dubio 2. Soto de ratione tegendi, vel detegendi secretum merito libro 2. quæstione 1. ad 1. argumentum.

78 Neque obstat secunda ratio in confirmationem adducta supra dict. numero 71. dum ibi dictum est, præceptum de correctione fraterna non esse diuinum, cum non sit in decalogo: sciendum enim est præcepta decalogi, quæ fuerunt Moyfi data, vt notat eleganter Medina 1.2. quæstione 98. articulo 6. Pineda libro 2. monarchiæ Ecclesiasticæ capite 1. & sunt quædam vniuersalia principia, quæ homo didicit immediatè à Deo, & sufficiunt ad æternam salutem, sic Matthæi capite 19. vbi Christus interroganti, quid faciendum ad vitam æternam respondit, *serua mandata, & cum demandans fuisset interrogatus, respondit recensendo solum præcepta decalogi, sunt ergo hæc, quæ tanquam vniuersalia principia ad vitam æternam sufficiunt, adeò vt reliqua præcepta ad præcepta decalogi tanquam ad principia referantur vniuersalia, ita D. Thom. 1.2. quæstione 95. articulo primo cum sequentibus, Soto libro primo de iustitia & iure, quæstione 5. articulo primo, præceptum ergo de correctione fraterna implicite, & virtualiter ad præcepta decalogi*

calogi pertinet, & reducitur ad 4. præceptum decalogi, itavt: qui proximum non corrigit contra 4. præceptum decalogi peccat, in quo continentur omnia nobis imposita pro salute, & commoditate proximi, vt sæpe ostendit Soto vbi suprâ, & de secreto membro, 2. quæstione 1. in fine.

79 Neque his omnibus obstabit dicere, quod præceptum de correctione fraterna iuxta formam euangelicam videtur esse contra charitatem: nam in euangelio præcipitur, quod si frater etiam occultus peccator, non audiat corrigentem, adhibeantur duo testes, & sic negari non possumus, quin peccatum occultum detegatur, quod contra charitatem esse probat textus in capite 2. de officio ordinarij. ibi, *non debet eum arguere nominatim, sed indeterminatè, sicut dixit Christus vnus vestrum, &c.* ergo tale præceptum fraternæ correctionis detegendo peccatum occultum non obligat, quod difficilius redditur, si consideremus, quod ex diuino præcepto tenemur omnia peccata integrè confiteri cum suis circumstantijs substantialibus, vt probatur in concilio Tridentino sessione 14. capite 5. si tamen ex aliqua circumstantia mutante speciem alterius tertij peccatum manifestatur, talis circumstantia tacenda est, ne confessarius perueniat in notitiam complicitis; vt resoluit Nauarro in manuali capite 7. numero 2. & de pœnitentia distinctione 18. quæstione 1. articulo 5. ratio est ex allegatis: nam præceptum de protegendo famam proximi est naturale, & diuinum: præceptum verò de confitendo est merè diuinum positium, & ita primum præceptum naturale, & diuinum præualet, & sacramentum pœnitentiæ non est ad infamandum proximum, sed ad eius famam conseruandam, cum ergo in correctione fraterna iuxta formam euangelicam manifestetur occultum peccatum proximi: videtur hoc esse contra præceptum charitatis, sed proculdubio modus euangelicus in correctione fraterna seruandus est, vt cum D. Thom. docent theologo 2. 2. quæst. 33. art. 8.

80 Pro cuius explicatione primò videndum est circa modum correctionis in euangelio præscriptum, an secreta admonitio debeat præcedere denunciationem in fraterna correctione, quod vt explicet D. Thom. vbi proximè art. 7. aduertit, quod circa publicam peccatorum denunciationem distinguere debemus: nam aut peccata publica sunt, aut occulta; si publica, non solum ei, qui peccauit, remedium adhibendum est, vt emendetur, sed etiam alijs, quibus notum est, vt non scandalizentur, adeo vt talia peccata publicè sint arguenda iuxta illud Pauli 1. ad Thymotheum capite 5. ibi, *peccantes coram omnibus argue, vt ceteri timorem adhibeant*, quod rectè explicuit August. de publicis peccatis libro de verbis Domini ferm. 16. tomo 10. si verò peccata sint occulta, quod Dominus ait, *si peccauerit in te frater tuus*, intelligendum est ex Diuo Thom. vt si te offen-

dat coram alijs non solum in te peccat, sed etiam in alios, quos turbat: vnde distinguendum est: nam quædam sunt peccata occulta, quæ tendunt in daninum proximi siue corporale siue spirituale, veluti si quis machinetur, qualiter ciuitas hostibus tradatur, vel homines priuatim à fide auertat, cum ergò qui sic occultè peccat, non solum in te, sed etiam in alios peccat: oportet procedere statim ad denunciationem, vt impediatur tale damnum, vt aliàs corrigens prudenter existimaret sufficere solum admonitionem secretam ad impediendum illud malum. Alia verò sunt peccata, quæ solum tendunt in malum peccantis, & in damnum eius, in quem peccatur, & tunc illud solum curandum est, vt fratri peccanti subueniatur, & sicut medicus corporalis ægroto sanitatem confert sine alicuius membri abscissione, si fieri potest: si non potest, abscindit membrum, vt melius, & tutius vita conseruetur: sic ille, qui curat habet emendandi fratrem, debet, si fieri potest, fratrem emendare quoad conscientiam, vt fama eius conseruetur, quæ in multis vtilis est. Primò quia præ timore infamiæ multi à peccato retrahuntur, adeo vt quando se infamari vident, solent magis in peccatis præcipitare iuxta illud Hieronymi super Mathæum capite 18. ibi, *Corripendus est frater seorsum, ne si semel pudorem, vel verecundiam amiserit, permaneat in peccato.* Secundò vtilis est peccantis fratris fama quia vno infamato infamantur alij, iuxta illud Augustini epistola 137. ad plebem Hyponeensem tomo 2. ibi. *Cum aliquibus, qui sanctorum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsi sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, et de omnibus hoc credatur: tum etiam quia ex peccato vni publicato alij promouantur ad peccandum:* At verò cum conscientia famæ præferenda sit, voluit Dominus, vt saltim cum famæ dispendio, quando aliter fieri non potest, per publicam denunciationem à peccato liberetur, adeo vt de necessitate præcepti sit semper, quod secreta admonitio præcedat denunciationem ex D. Thom. 2. 2. quæst. 33. artic. 7. in corpore.

81 Quæ, vt melius intelligantur, videndum est breuiter, quæ peccata occulta, & quæ publica dicantur, vt sciamus, quando oportet procedere ad correctionem fraternam, quando ad iudicariam. Et constituendum est, quod etiam si peccatum tribus, vel quatuor sit cognitum, non dicitur publicum, vt notat Caietanus 2. 2. quæstione 33. articulo 7. ad 5. Adrianus in 4. tractatu de correctione fraterna: simpliciter verò publicum dicitur peccatum, de quo quis est in iudicio conuictus, quod vel inter vicinos seruetur communiter, vel in aliqua communitate, aut collegio, vel cuius est publica infamia: sic Soto in relectione de ratione tegendi, vel detegendi secretum membro, 2. quæst. 6. dubio 3. Bañez, 2. 2. quæst. 33. art. 7. & 8. dubio 6.

82 Nihilominus tamen fatendum est vsu receptum esse plures gradus distinguere peccati secreti. Primus, quando solus Deus, & ipse, qui peccauit, sciunt peccatum, & ad hunc gradum reducitur peccatum plurium, quando omnes complices sunt in eodem peccato, dummodo non sint adeo plures numero, quod moraliter loquendo non possit occultari. Secundus gradus secreti est, quando multi committunt delictum, & vnus, qui non commisit, nouit, aut vidit illorum delictum. Tertius gradus secreti est, quando duo, vel tres, aut quatuor delictum cognoscunt, itavt illorum testimonium sufficiens sit, si opus fuerit in iudicio.

83 Et hoc supposito quando peccatum occultum est, & secretum primo gradu correctio fraterna non habebit locum, sed solus sacerdos in confessione poterit peccatum corrigere, & iudicare loco ipsius Dei quando verò duo, vel tres sunt complices, bene potest locum habere fraterna correctio, si quis illorum pœnitentia ductus alios ad pœnitentiam exhortetur: in eo verò casu difficilis erit transitus ad secundum, & tertium correctionis fraternæ gradum: nam ille non tenetur se infamare, & testibus, aut prælato prodere: præcipue cum iam ipse emendatus sit, & in hoc secundo gradu peccati secreti maximè habebit locum fraterna correctio: quia cum vnus tantum delictum sciat, non poterit apud iudicem alium accusare: in tertio verò gradu secreti correctio fraterna, & correctio iuridica poterunt habere locum fraternæ correctione propter bonum particulare delinquentis iuxta formam charitatis: iuridica verò duplici de causa, aut quia peccatum est in perniciem communitatis, & est periculum in mora, nisi statim iudici denunciatur, vel quia quamuis peccatum non sit directe in perniciem communitatis, quatenus ab homine particulari committitur, v. g. furtum vel adulterium, quod directe est contra aliquem priuatum, cum verò frequenter huiusmodi peccata in republica committantur, & ex punitione vnus alij peccatores timore pœnæ detinentur: licitum erit propter publicam vtilitatem accusare peccatum in publicum in foro iudiciali, quod aliàs in tertio gradu secretum erat.

84 Sed oportunè hic dubitabit aliquis, an ordo correctionis fraternæ, vt prius corrigatur secretò frater, deinde testes inducantur, postea denuntiatio fiat, sit in præcepto, vt melius intelligatur Diu. Thom. doctrina supra à nobis relata numero 80. & mouet dubitationem ratio illa, quam supra considerauimus: nam quando peccatum est secretum, valde periculosum erit proximum infamare: talis ergo processus seruandus non est; quoniam saltim apud illos duos testes proximus infamatur, quæ infamia excusaretur, si solum prælato tanquam patri peccatum filij diceretur: tum etiam, nam peccator accusationem aduersus corripientem retorquere poterit asserens illum esse falsi criminis accusatorem; quod

eisdem testibus probauit, quibus dereprehensione constat, non verò de delicto: imò Augustinus in regula tertia docet, quod antequam alijs demonstretur, per quos conuincendus est, qui peccauit, prius superiori debeat, ostendi, ergo non oportet adhibere vnum, vel duos testes iuxta formam euangelij, *si peccauerit in te*, &c. Sic & Basilius in regulis fufius disputatis, cap. 46. ait quidquid sit aut in quo peccetur, id referri debet ad antistitem, quod varijs modis probat.

85 Secundò dubium mouet: nam consuetudo, & vsus Ecclesiasticus plurimum valet ad declarandam, vel stabiliendam doctrinam christianæ religionis, vt habetur in cap. ijs, 1. 1. distinctione: at prælati Ecclesiastici præcipue inquisitores in publicis edictis præcipiunt sub censura anathematis, vt quisquis sciat aliquid illorum delictorum, quæ comprehendantur in edicto, statim ad ipsos deferat, atque denunciaret, neque excipiunt peccata secreta, vel de quibus frater prius non fuit admonitus, imò potius in illis edictis adiicitur, ne peccatum, quod nouerint, alicui alteri communicare audeant. Si ergò ordo euangelicus esset in præcepto, profus hæc edicta aduersarentur euangelio, neque valet dicere, quod hæc edicta semper sunt intelligenda cum modificatione seruata forma euangelij in admonitione faciendâ: nã si hoc esset, valde peccarent maiores Ecclesiæ non apponentes in edictis publicis illam modificationem, ne aliàs talia edicta essent ignorantibus manifesti laquei: tum etiam, nam eundem seruant vsus prælati religionum in suis visitationibus, & sæpe in constitutionibus religionis cautum vidimus, vt socius prælato secretè intimet excessum socij, non ergo ordo euangelicus seruandus est de necessitate præcepti.

86 His, & alijs rationibus motus Arebalus in tractatu de correctione fraterna conclusione tertia, & quarta, negat ordinem fraternæ correctionis in euangelio præscriptum esse ex necessitate præcepti seruandum: imò ausus est asserere illum ordinem, vt in plurimum esse perniciosum, sed cum hæc sit contra omnes Theologos, & Sanctos assertio: ego qui in his, & alijs à vera D. Thomæ sententia recedere non sum ausus, talè assertionem non probo: nescio ergo, si vera esset, quorsum Christus Dominus illum ordinem fraternæ correctionis in euangelio præscripserit: quare ego firmiter constituendum puto ordinem, & modum illum descriptum in euangelio bonum esse secundum rationem naturalem perse loquendo, cuius doctrinæ euidens est argumentum: nã correctio fraterna, quæ tendit ad bonum spirituale, postulat aliquem ordinem secundum rectam prudentiæ rationem, vt videlicet media conuenientia ad illum finem adhibeantur, sed Christus Dominus omnium sapientissimus Doctor, & Magister sapientiæ, & veritatis, & legis naturalis illum ordinem nobis proposuit in euangelio: ergo necesse est optimum esse, & à nobis in primis eligendum ad finem fraternæ correctionis, diximus ergo perse loquendo ordinem illum

illum esse seruandum: nam per accidens propter malitiā hominum saepe contingere potest, quod ille ordo non sit seruandus, quia ratio prudentiæ pro tunc dicitur, non prodesse talem medicinæ modum, unde ut videamus, an iste ordo sit sub præcepto, vel consilio euangelico debemus ad rationem naturalem recurrere, & idem est ad diffiniendum tempus cum suis circumstantijs, in quo oportet illum ordinem prosequi, ita ut quod nulli rationi repugnauerit etiā repugnauit euangelio. & è cōuerso: nā hic ordo euangelicus nihil est aliud, quā declaratio legis naturalis, vel modi cōuenientis ad seruandam legem naturalem, & ita necesse est, ut naturalibus rationibus procedamus.

87 Secundò constituendum puto ordinem illum euangelicum perse loquendo esse in præcepto legis naturalis, sicut alia præcepta, quæ Christus in euangelio expressit, quod ea ratione euidenter probatur: nam omnes tenemur ex naturali præcepto eripere proximum à miseria peccati per medium suauius, & absque minori detrimento proximi, quantum possibile fuerit, dummodo sit perse efficax ad emendationem proximi, sed ordo euangelicus talis est secundum se consideratus, ergo ille ordo cadit sub præcepto naturali perse loquendo, si aliās non sit impedimentum ex alijs circumstantijs iuxta regulā aliorum præceptorum misericordiæ exercendæ erga proximos, Christus ergo Dominus explicans obligationem naturalem corrigendi fratrem proinde se habuit, ac si dixisset, quando fratrem corrigas peccantem, eligere debes medium suauissimum, ut illum ad meliorem mentem redire facias, & idè Christus quasi exempli gratia illum nobis quasi meliorem perse loquendo ostendit ordinem seruandum relinquens illo utendum esse pro loco, & tempore secundum rectam prudentiam, sicuti decretis naturalibus præceptis dicitur.

88 Sed nihilominus ille euangelicus ordo non est ita in præcepto determinatus, ut necessitate præcepti semper sit seruandus, sed solum quando recta ratio dictauerit, quod seruanda singulos gradus procedendi, sit spes emendationis proximi: ratio est: nam omnia præcepta affirmatiua habent propria tempora, quibus obligent à recta prudentia determinanda: at iudicium prudentiale semper respicit media conuenientia ad finem, verbi gratia, si mea correctio moraliter, creditur seorsum facta nocitura proxima nō est à me exercenda, siquidē nō ad alium finē tendit, quā ad bonum proximi, ita ut aliquando correctio possit incipere à primo gradu, aliquando secundo, aliquando à tertio gradu: duobus prioribus omisissis, vel, quod postquam corrigens usus fuerit, primò gradu poterit euenire dictante prudentia non esse ulterius procedendum, si maioris periculi sit probabilis præsumptio: nam, ut D. Thomas ostendit dict. articulo 8. & 7. tota fraternæ correctionis ratio desumi debet in ordine ad bonum proximi.

89 Unde quando ex recta prudentiæ ratione conueniens quis arbitretur à primo gradu correctionis incipere, si corrigens à secundo incipiat peccat mortaliter: nam eo casu corrigens apud alterum infamat proximum absque necessitate, & est intelligendum, quod at tinet ex parte ipsius actus, quoniam talis potest esse circumstantia in persona tertia, cui reuelatur, quod peccator paruum detrimentum patitur, & tunc saltem erit peccatum veniale, vel forsan nullum.

90 Neque quidquam obstant dubitationes supra adductæ numero 84. & numer. 85. nam ad primam supra satisfactum est à numero 80. difficile tamen est Augustini testimonium supra numero 84. adductum: dum docet, quod antequam alijs demonstratur, per quos conuincendus sit, qui peccauit prius superiori debet ostendi: nam respondet D. Thom. 2. 2. dict. quæst. 33. articulo 8. ad 4. quod Augustinus non negat in regula, quin aliquando oporteat fratrem corrigere adhibendo unum, vel duo testes secundum ordinem euangelicum, sed solum docet, quod prius est prælato ostendendum, quā alijs, per quos iudicialiter conuincendus est: non tamen hoc impedimento est, ut antequam prælato tanquam patri denunciatur, admoneatur frater coram uno vel duobus testibus corripienti assistentibus, ut ipsa admonitio efficacior sit, quod si id non sufficiat prælato, tanquam patri dicatur, & testes adhibeantur, ut conuincatur, si oportuerit crimen ad iudicium deferre eternum.

91 Ad secundū verò adductum numero 85. respondetur: quod quando res occultissima est non facile in iudicio sine periculo deduci potest, & ita edicta Ecclesiæ necesse est, quod intelligantur, cum prædicta modificatione, quam non tenetur Ecclesia in edictis exprimere; quoniam in illis non tenetur theologiam docere: ad illud verò, quod adducitur de edictis inquisitionis, in quibus dicitur, quod qui illorum delictorum, de quibus in edicto fit mentio, aliquid nouerit, statim teneatur denunciare absque consultatione cum alio: respondetur, quod hoc fit, eò quod illa delicta boni communis totius reipublicæ christianæ censentur destructiua; & idè ordine illo præmissis in illis proceditur; non tamen vilo modo dicitur est mentē inquisitionis esse vel quod reuelentur, quæ in sacramentali confessione noscuntur, vel, quod in tali confessione non liceat cuiuslibet statum suæ conscientie confessori declarare, qui tenebitur, si res dubia est, poenitentem mittere, ut aliquem, ex inquisitoribus consulat.

92 Et eodem modo respondetur ad illud, quod adducebatur de præceptis; quæ à prælatis ponuntur in visitationibus religiosorum; quoniam non intendunt obligare subditos, ut faciunt contra ordinem in euangelio præscriptum: quādo iuxta prudentiæ ordinem (ut iam diximus) seruari potest, & illa mandata plerumque procedunt circa denunciationem illorum delictorum, quæ publicè commissa sunt, aut

scandalosa, & in detrimentum religionis; quando verò peccata singularia secreta sunt, ex quibus periculum communitati non paratur, ordo Euangelicus seruandus est; si aliud ratio non dicitur sub peccato mortali.

93 Sed cum superioribus numeris explicatū sit correctionem fraternam esse in præcepto, & modum ordinemque euangelicum per se loquendo, etiam esse in præcepto dubitauit aliquis, quorsum in secundo gradu correctionis vnus, vel duo testes sint adhibendi, pro cuius explicatione breuiter sciendum esse triplicem esse viam puniendi delictum, aut per accusationem, inquisitionem, vel denunciationem: accusatio fit in scriptis non verò denuntiatio, inquisitio tamen exercetur à iudice ex officio suo, quando præcessit infamia publica alicuius criminis: differunt etiam nam accusator testis esse non potest, contra accusatum, denunciator verò testis esse potest, de quo diximus in capite in omni negotio de testibus vbi diximus qualiter in denunciatione euangelica denuntians sit testis, & denunciator: differunt deinde nam accusatio & inquisitio ex fine proprio tendunt ad bonum commune, siue delinquens emendetur; siue non emendetur: respiciunt enim vindicationem publicæ iustitiæ ad exemplum, & timorem aliorum, ut docent Theologi cum D. Thom. 2. 2. quæstion. 33. art. 7. ad 3. denuntiatio verò potest ordinari directè ad bonum proximi, ad quod ordinatur correctio secreta: nam ad iudicem præcipue Ecclesiasticum pertinet corrigere fratrem non solum propter bonum commune, sed etiam propter particulare ipsius proximi, de quibus omnibus latius dicemus ad tit. infra de accusationibus: unde cum finis denunciationis, quæ ponitur in tertio gradu fraternæ correctionis, sit spiritualis salus proximi, omnia media, quæ in denunciatione assumuntur, ordinantur ad hunc finem spirituale, & ita quando moraliter loquendo is finis non speratur futurus, ad denunciationem procedendum non est.

94 Unde quæstioni respondetur ex doctrina D. Thom. vbi supra, artic. 8. ad 3. testes adhibendi in ordine Euangelico correctionis ad tria induci: Primò, ad ostendendum esse peccatum, de quo aliquis arguitur, si forte negauerit esse peccatum, ut docuit Hieronymus, super dictum caput 18. Matthæi: Secundò ad conuincendum ipsum peccatorem de actu peccati, si illud contenderit iterare: Tertio, ad testificandum coram prælato, si fuerit necesse post primum, & secundum correctionis gradum, ita Chrysostomus homilia 61. super Matthæum, adhibere ergo testes ad omnia illa conducit, quæ tendunt ad correctionem fratris; dum tamen non infametur, nisi eo in casu, quo delicti publicatio ad bonum commune necessaria esset, quādo videlicet, licitum esset illum iudicialiter accusare: hæc enim omnia denotat ratio fraternæ correctionis, quæ est quædam spiritualis Eleemosyna destinata ad spiritualem miseriam subleuandam.

95 Sed ille casus: primò controuersus est, ponamus, quod corripens usus est, primò, secundo,

tertio gradu correctionis fraternæ, vsque ad prælati denunciationem, an eo casu debeat iudex, ultra procedere, vsque ad peccatoris emendationem, & Panormitanus in præfati existimat, non esse à denunciatione cessandum, quamuis timeatur fratrem potius esse indurandum, quā emendandū; ut ceteri timorem habeant: nam in Euangelio dicitur, quod si Ecclesiam non audierit, sit tanquam ethnicus, & publicanus. Et tunc loquitur Dominus, quādo iam deuentum est ad tertium gradum correctionis facta denunciatione ad Ecclesiasticum prælatum: at quando prælati solum secreto corrigit delinquentem, non potest ille haberi, tanquam ethnicus, & publicanus, ergo licitum est procedere, vsque ad excommunicationem.

96 Sed nihilominus dicendum est, quod vbiunque non est spes emendationis delinquentis, cessandum est à fraterna correctione idque, docuit aperte D. Thom. 2. 2. quæst. 33. articulo 6. ea ratione, nam via fraternæ correctionis omnia media disponenda sunt ad finem, qui est spirituale bonū fratris, imprudenter ergo media adhibentur, quādo nulla esset spes emendationis; imò potius deficiente prædicta spe emendationis grauius peccaret prælati, si delictum, quod ad sui notitiam peruenit per modum correctionis fraternæ; deduceret ad publicum iudicium, quod intelligendum est iuxta doctrinam D. Thom. quādo delictum non esset communitati nocuum: nam aliā ipse denunciator tenebitur accusare (si opus fuerit,) aut admonere fiscalem, ut accuset: nam prælati non potest procedere ad publicum iudicium, nisi præcedente, vel accusatione, vel publica infamia, ergo aliter grauisimè peccaret prælati contra charitatem, & contra iustitiam, si delictum, sibi per viam correctionis fraternæ denunciatum transferat ad publicum iudicium.

97 Est tamen licitum prælati stando in tertio gradu fraternæ correctionis increpare vehementer delinquentem, si ei visum sit leniter id facere non prodesse, veluti minando illum, quod su per illum semper vigilauit, ita Soto in relectione de ratione tegendi, vel detegendi secretum, membro 2. quæst. 4. conclusionem 7. vbi docet, quod licitum erit delinquentem cedere flagello fraternaliter potius, ut timeat futurum, quā ut præteritum puniatur: Sed hæc omnia prudentiæ prælati relinquenda sunt.

98 Tota verò difficultas est, an saltem prælati possit procedere, vsque ad publicum iudicium intendendo solum bonum spirituale delinquentis obstinati, quando re vera est fiscalis, qui possit legitime accusare, vel quilibet alius, & sunt testes, qui interueniunt in correctione fraternæ, & possunt in iudicio iudicè interroganti respondere: respondet Soto, quod si præcedente accusatione crimen idoneis testibus probari potest, & moraliter speratur emendatio fratris, contra delinquentem pertinacem procedendum est iudicialiter, & tunc definit via correctionis fraternæ, & incipit via iudicij, si tamen nulla speretur emendatio, sed

potius maior peruersitas timeatur, non est procedendum ad punitionem, quando peccatum solum peccatori nocuum est, ita Caietanus 22. quæst. 37. art. 8. quæ sententia ex supra dictis probabilis est.

99 Sed mihi videtur difficilis hæc doctrina: nam quod delicta publicentur per se est reipublicæ nocuum, cum sit exemplum, vt alij ad similia facienda inuitentur: nam publica punitio superueniens ordinatur ad remedium illius mali, cuius delicti publicitas fuit causa, ergo melius est per se loquendo, quod non publicentur, quam quod publicata puniantur: multo enim melius est hominem non infamari, quam sanari ab infirmitate: peruersus ergo videtur ordo, quod propter bonum vnius hominis delictum illius publicetur, nisi aliud delicti publicatio, & punitio habeat in se maius bonum reipublicæ, aut minus malum, quam quod tale delictum occultetur. Quare puto dicendum numquam esse licitum delictum illius, qui mansit incorrigibilis, vsque ad tertium correctionis gradum, trahere ad iudicium publicum, nisi licitum sit illum hominem ad iudicium deferre propter bonum commune.

100 Neque obstat ratio adducta pro opinione Panormitani, supra num. 95. nam respondetur, quod illud verbum Domini, *sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus*, potest dupliciter verificari: Vno modo, quando peccator post 3. gradum correctionis non emendatur: tunc enim, vt notant Innocentius in præsentia, apud priuatum habebitur tanquam ethnicus, & publicanus. Quo casu puto excommunicari posse à prælato: nam ad hoc sufficit, quod testibus conuenientibus ad fraternam correctionem probetur delictum hominis incorrigibilis. Secundo modo illa verba verificari poterunt, quando propter rationabilem causam, vt in prædictis casibus transfertur crimen ad publicum iudicium: nam si ibi iudicatus maneat incorrigibilis præsertim excommunicatus habebitur, tanquam ethnicus, & publicanus; quamuis verè non sit talis, sed pro tali habendus.

101 Secundò iam principaliter difficile est intelligere verba Euangelij Mathæi cap. 18. *si peccauerit in te frater tuus, &c.* vt plenius nostri textus sententia, & tota fraternæ correctionis tractatio intelligatur, an præceptum Euangelij intelligatur solum de peccato alterius, quando est propria iniuria v.g. contra me commissâ, an verò de omni peccato alterius, ita vt solum ego teneam fratrem corrigere ex præcepto Euangelico, quando in me peccat.

102 Dubium mouet primò pro parte affirmatiua, quod solum intelligatur præceptum de peccato contra me commissò specialiter: nam contextus Euangelicus non videtur posse habere alium sensum: nam optimus est interpretandi scripturæ modus ex antecedentibus, & consequentibus, vt docuit Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 2. & lib. 1. de Genesi ad literam cap. fin. at in contextu Euangelico postquam Christus dixerat

ordinem corrigendi fratrem peccantem in fratre, sic dicitur, tunc accedens Petrus ad eum dixit, *Domine quoties peccabit in me frater meus, dimittam ei usque septies, quæ interrogatio Petri non potest conuenienter intelligi nisi de propria iniuria: aliud Christi responsio congrua non esset tibi: non dico tibi septies; sed septuagies septies: etenim non est nostrum dimittere peccata, quæ directè sunt contra Deum, licet coram nobis, vel scientibus nobis committantur, eadeque sententia videtur esse apud Lucam cap. 17. quæ nullo modo potest intelligi nisi de peccato in proximum, ibi: si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si penitentiam egerit, dimitte illi, & si septies peccauerit in te, septies conuersus fuerit ad te dicens peccavi, pœnitet me, dimitte illi. Quæ verba de propria iniuria necessariò sunt intelligenda & sic intellexit glossa in vtroque loco, sic in Leuitico cap. 19. dicitur, non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue, se habeas super illud peccatum: at Basilus in regulas breui interrogatione 47. id declarat cum sententia Euangelica Mathæi dict. cap. 18. dicens sensum esse id est, si frater tuus te in aliquo laeserit, non serues odium contra illum, sed argue eum publice id est, manifeste ei causam, quam habes contra illum, ostendendo.*

103 Secundò mouet dubium, nam hic sensus sæpè videtur à sanctis Patribus probatus, sic Hieronymus super illum locum Mathæi cap. 18. & in epistola ad Rusticum prope finem: sic Chrysostomus homilia 61. in Mathæum, & homilia 70. ad populum Anthiochenum, sic Hilarius super Mathæum cap. 18. sic Beda super Lucam cap. 17. & ibidem Ambrosius, sic Augustinus sermone 16. de verbis Domini, & alij ex patribus passim; idque significat text. nosster, qui de propria iniuria loquitur, & in cap. cum ex iniuncto de hæreticis: quibus & alijs rationibus sic esse intelligendum præceptum correctionis accerrimè conatur defendere Arebalus de fraternæ correctione conclusione 3.

104 Sed verius, & tutius est dicere, quod est textus Euangelicus intelligatur per se primo de peccato, quod est contra nos per necessariam consequentiam, extenditur intelligentia illius loci ad omne peccatum mortale, quod proximus committit sciente altero proximo: nam D. Thom. in 2.2. quæst. 33. art. 7. quem ceteri Theologi sequuntur verba Euangelij *si peccauerit in te frater tuus, &c.* intelligit id est, te sciente: nam docet, quod omnis ille peccat contra te, qui te sciente peccat: nam saltem te lædit in notitia, idque expressè probat Augustinus sermone 16. de verbis Domini ibi: *sic agamus & sic agendum est non solum, quando in nos peccat, sed etiam quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciat, in secreto debemus corrigere: ponit exemplum in homicida & adultero, & paulo antea dixerat, peccauit ergo in te frater, si solus nosti: & statim, nam si multis auditibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes sua iniquitatis fecit: quando me audiente fratri meo quisquam iniuriam facit, absit, vt à me alienam illam iniuriam putem.* Aptissima proculdubio est D. Thom.

Thom. & ego ab vtriusque doctrina Deo semper duce nunquam recedendum proposui, quæ sensum meritò omnes Theologi scholastici sequuntur.

105 Et probatur euidenti ratione, nam tota ratio corrigendi fratrem secundum ordinem Euangelicum non oritur, ex eò quod me læsit, sed quia ipse peccans miser manet, ergo etiam si me non læserit, ex charitatis præcepto teneor illum peccantem corrigere: nam præceptum corrigendi fratrem propter bonum ipsius est præceptum misericordiæ, & charitatis, ergo siue me læserit, siue non, tenebor illum corrigere ex præcepto euangelico. Dominus enim in illa sententia non intendit nobis aliquam iustitiæ actionem præcipere, sed misericordiæ: nam ille processus iustitiæ speciè non habet, sed misericordiæ: nam ait Christus, *si te audierit lucratus eris fratri tuo*, præcepit ergo Dominus opus misericordiæ, ita vt non solum dimittamus iniuriam nobis factam, sed etiam simus solliciti subuenire fratri peccanti, vt à peccato exeat, & huic doctrinæ proculdubio consonat euangelium in antecedentibus, & consequentibus: nam quoties Petrus interrogat, *Domine quoties peccauit in me frater meus, & dimittam ei, &c.* de misericordia loquitur, non de iustitia, erit ergo vera illius loci intelligentia, quod si Christus absolutè dixisset, si peccauerit frater tuus, corripe illum inter te, & ipsum, solum simpliciter videtur commendasse opus misericordiæ: possetque quis dubitare, an illud esset intelligendum, quando frater peccasset non contra me: nam quando contra me peccasset, licitum videretur me esse sollicitum, & querere ab illo satisfactionem: quare, vt opus misericordiæ melius nobis commèdaretur, dixit Christus, *si peccauerit in te frater tuus*, quasi diceret etiã si contra te peccauerit, & hoc est quod probant sanctorum testimonia, supra num. 103. adducta: illi enim meritò magis solliciti fuerunt explicando euangelium in illo sensu, vt persuaderent hominibus tantam erga fratres mansuetudinè habendam, vt non solum corripere peccantes, sed etiam peccantes contra ipsos, quasi hæc doctrina reducenda sit ad præceptum de dilectione inimicorum, ex quibus facilis patet argumentorum solutio.

106 Cum verò hoc præceptum de correctione fraternæ sic explicatum sit affirmatiuum, scire oportet discrimen esse inter præcepta negatiua, & affirmatiua: nam negatiua sunt illa, quæ prohibent actus de se malos, & ideo hæc præcepta semper, & ad semper obligant, id est, quolibet loco, & tempore: præcepta verò affirmatiua sunt, quæ præcipiunt actus honestos, & virtutis, & hæc non obligant, nisi pro tempore, & loco conuenienti. De qua re plura diximus in cap. et si Christus, 6. quædam de iure iurando, & Abbas in præsentia n. 34. Decius à num. 14. Nauarro in principio de penitentia dist. 5. 3. part. nu. 6. D. Tho. 2. 2. quæst. 33. art. 2. & omnes summissæ verbo *præceptum*, præceptum ergo de correctione fraternæ affirmatiuum est, & obligat pro loco, & tempore concurrentibus circumstantijs requisitis.

107 Plura ergo desiderantur requisita, vt ob-

liget præceptum hoc, quæ veluti ad septem circumstantias reduci possunt, vt tradit Gregorius de Valentia 22. disp. 3. quæst. 10. puncto. 2. Gerson de correctione fraternæ num. 24. Gabriel in canone missæ lectione 74. Primò, quod corrigens sit de peccato certus per certam scientiam, non verò ex relatione alterius, argumento text. in dict. cap. si peccauerit, 2. quæst. 1. ibi, *tu scis, quod peccat in te*, & notat Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione cap. 25. adeò vt meritò Adrianus de alijs reprehendatur, eò quod quæst. 1. de correctione fraternæ art. 3. dicat quemquam etiam in dubio fratrem corrigere debere, vt rectè ostendit Arebalus de fraternæ correctione folio 120. Soto de secreto membro 2. quæst. 2. conclusione 4. quod probant etiam ex D. Bernardo in tractatu de octo punctis. Secundò, quod correctio sit mansueta, quamuis Soto, & alij hanc non putent necessariam, sed totum corrigentis arbitrio relinqui. Tertio, quod corripiens simili, vel maiori peccato non sit notatus ex Paulo ad Romanos cap. 2. *In quo enim iudicauis alterum te ipsum condemnas*, & Psalmò 140. *corripiet me iustus, &c.* & Ioan. cap. 8. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*: de veritate autem huius circumstantiæ controuertitur inter Theologos, & dicemus infra. Quarto, quod non sit alius æquè idoneus, qui corripiat: hanc tamen circumstantiam meritò excludunt Adrianus & Arebalus vbi supra. Quintò quod sit probabilis spes emendationis, quod expressè docuit Bernardus loco proximè allegato; sic cum D. Thom. 2. 2. quæst. 3. art. 6. Sextò, quod frater peccet mortaliter: de venialibus enim non obligat correctio; sic Paludanus in 4. distinct. 19. quæstione 3. art. 2. Abulensis super Mathæum cap. 18. quæstio. 82. Septimò, quod non sit maioris oportunitatis futurum ad corripiendum ex Augustino libr. 1. de ciuitate Dei cap. 9.

108 Sed restat, videamus, quibus personis obliget correctio: primò enim videtur solum prælatos ad id teneri: nam illud euangelij *si peccauerit, &c.* dictum est Petro, & prælatis Ecclesiæ, vt Mathæi c. 18. dicitur, & refertur in c. quemadmodum de iure iurando cap. 1. in fine 43. dist. & sentiunt multi ex nostris in textu nostro: Armachanus de erroribus Armenorum lib. 7. cap. 9. Sed verum est omnes teneri, quamuis prælati magis ad talem correctionem adstricti sint ratione officij, & perfectionis status, quasi hoc præceptum eminentiori modo sit penes prælatos.

109 Sed obijciat aliquis, nam Christus dixit, *si peccauerit in te frater tuus*, ex vi ergo præcepti solum frater tenetur fratrem corrigere: tum secundò, nam obligatio correctionis fraternæ oritur ex charitate, ergo titulus huius obligationis non est specialior in prælatis: omnes namque æqualiter obligat charitas, sed nihilominus certissimum est prælatos Ecclesiasticos maiori obligatione teneri subditos corrigere, quatenus correctio ordinatur ad salutem animæ. Hæc doctrina est communis Theologorum ex D. Thom. 2. 2. quæst. 33. art. 3. ad

ad primum ex Augustino libr. 1. de ciuitate Dei, cap. 9. & ex multis scripturæ locis probat Bañes in dict. art. 3. dubio 1. Quæ maior prælatorum obligatio oritur ex officio, quod susceperunt, ad cuius executionem tenentur de iustitia; sic Caietanus 2. 2. d. quæst. 3. art. 2. ad 4. nam prælatus, vt prælatus est, ad ea, quæ sunt sui officij, ex iustitia tenetur, ergo ad corrigendos peccatores non tenetur maiori misericordiæ vinculo, quam alij: tenentur tamen ex titulo iustitiæ ratione officij, & ita prælatus non solum tenebitur dicere in confessione, quod corrigere fratrem omiserit, sed ultra debet declarare, quod prælatus, & sic etiam facile respondetur ad difficultates.

110. Secundò dubitari potest, an obligatio fraternæ correctionis procedat erga prælatos, ita vt subditus teneatur prælatum corrigere peccatorè: respondet D. Tho. 1. correctione, quatenus actus iustitiæ est, non competere subditis respectu prælati, quæ conclusio certa est, ex fide Catholica: nam fuit error Vuiclef damnatus in Concilio Constantinensi Sess. 8. errore 17. Quod subditi etiam populares, poterant prælatos suos delinquentes punire, & iudicare: nam existimabant (vt ibidem habetur, errore 4. & errore 15.) superiores amittere dominium, & potestatem ratione peccati mortalis, & contra Lutherum, & Brësum plura tradit Petrus de Soto lib. contra Brensum defensione 2. c. 18.

111. Secundò respondet D. Tho. quod in correctione, qua subditi corrigunt prælatos, debet adhibere modum congruum personis corrigentis, & corrigendi, ita vt correctio fiat cum reuerentia debita prælato: nam ait D. Thom. dict. articulo 4. ad secundum, quod in occulto admonere, & reuenter fieri etiam potest ab inferiore, & id denotare Paulum ad Colosenses, dum docet, dicite Archiepiscopo ministerium tuum imple, nisi aliàs periculum fidei immineret: nam tunc prælatus à subdito potest publicè argui, de qua re videndus est Gregorius lib. 5. moralium cap. 10.

F I N I S.



112. Tertio respondet D. Tho. fraternam correctionem, quatenus actus charitatis est, pertinere ad vnumquemque respectu cuiuslibet persone, ad quam debet habere charitatem, si in eo aliquid inueniatur correctione dignum, quod probat Gregorius in cap. sicut 2. q. 7. & sequuntur D. Thom. Abbas in text. nostro num. 38. Turrecremata in d. cap. si peccauerit num. 20. Soto de secreto, mēbro 2. q. 3. conclusione 5. neque quidque obstat illud Apostoli ad Hebræos cap. 12. ibi: & si bestia tetigerit mōtem lapidabitur, mōtes verò prælati sunt cap. fundamenta de electione lib. 6. & in 1. ad Thymotheum cap. 5. ait Paulus, seniore[m] ne in ore paueris, sed obsecra, vt patrem: nam hæc omnia intelliguntur iuxta superiorem differentiam.

113. Tertio dubitari potest, an ex contextura Euangelica teneamur omnes corrigere etiam infideles, & multi dicunt correctionis præceptum ad ipsos non extendi, quia fratres nō sunt cap. ad mensam 11. q. 3. neque respectu illorum, ordo Euangelicus seruari potest, cum de illis nihil Ecclesiæ sit dicendum, quæ de illis nō curat iuxta Pauli auctoritatem relata in cap. gaudemus de diuortijs, sed nihilominus contrarium est receptius, vt præceptum correctionis etiam obliget respectu fidelium, eò quod sit præceptum charitatis, quod quoad omnes proximos obligat, infideles autem proximi dicuntur, cap. charitas el segundo, §. item proximos de poenitentia distinctione 2. ita Abbas in textu nostro num. 34. D. Thom. d. art. 4. & 5. Soto de secreto, membro 2. q. 3. Et sic nō obstat dicere, quod Ecclesia de his, quæ foris sunt non curat: nam hoc intelligitur quantum ad censuras Ecclesiasticas, & leges canonicas positiuas, d. cap. ad mensam cap. omnis Christianus 11. q. 3. c. de infidelibus de consanguinitate, & affinitate: at verò naturalia, & diuina præcepta, omnes etiam infideles comprehendunt, & hæc sufficiant de correctione. fraterna dicta.

S V M M A R I A

AD TEXTVM IN CAPITE

i. de probationibus ad titul.
ff. & C. eodem.

- 1 **C**ELEBRIS est huius text. decisio.
- 2 Reus non tenetur ad fundandam actoris intentionem sua propria instrumenta edere.
- 3 Dubitandi ratio, num. 4. num. 5. num. 6. num. 7. num. 8.
- 9 His non obstantibus verissima nostri text. conclusio est.
- 10 Ante quam ad declarationem text. denemiamus duo difficillima sunt explicanda, & num. 11.
- 12 Respondet Abbas in presenti num. 5. superiori difficultati.
- 13 Princeps tenetur ad obseruantiam contractus celebratus, cum subdito, num. 14.
- 15 Qualiter obligetur Princeps ex contractu celebrato cum subdito.
- 16 Princeps an obligetur civiliter ex contractu celebrato cum subdito.
- 17 Princeps obligetur civiliter, & naturaliter.
- 18 Respondetur ad argumenta contraria.
- 19 An Princeps foro interiori, vel exteriori sit legibus adstrictus.
- 20 Princeps tenetur seruare suam legem.
- 21 Respondetur ad text. in l. Princeps, ff. de legibus.
- 22 Respondetur ad text. in l. lex imperfecto, C. de testamentis.
- 23 Dicta in Principe Romano non procedunt in nostro Rege Hispania, & in ceteris Regibus, qui regnum non ex electione, sed successione obtinent.
- 24 Hodie Principes, & legislatores an suis legibus obligentur, num. 25. num. 26. num. 27. num. 28. num. 29.
- 30 Tertia vis legis est irritare contractus.
- 31 Explicatio text.
- 32 Edere, & exhibere, idem est de eadem num. 33.
- 34 Actionis, & instrumentorum editio fundatur naturaliter a iustitia.
- 35 Vera decidendi ratio ad nostrum text. num. 36.
- 37 Reus non tenetur edere instrumenta actori, nisi iusta causa.
- 38 An possit reus per viam euangelica denunciationis cogi, re instrumenta actori ad eius fundandam intentionem, num. 39. num. 40.
- 41 Lata ab Episcopo generali excommunicatione, quæ dicimus Paulinam, adhuc non tenetur reus sua edere instrumenta, num. 42. num. 43.
- 44 Dicta non habent locum in tertio, apud quem instrumenta reperiuntur.
- 45 Reus retinendo instrumenta non peccat, & quomodo peccauit num. 46.
- 47 Respondetur ad text. in d. l. in exercendis, C. de fide instrumentorum.
- 48 Multi putant ex regula text. in d. cap. 2. de confessis, libro. 6. correctam esse nostri text. decisionem.
- 49 Stylus tribunalium num. 50. num. 51.
- 52 Praxi quomodo sit seruandam, num. 53. num. 54.
- 55 Respondetur ad text. in l. 1. cum similibus, ff. de interrogatorijs act.
- 56 Actio interrogatoria iure Digestorum quomodo fiebat.
- 57 Respondetur ad secundum argumentum, num. 58. num. 59.
- 60 In iudicijs acceptio personarum non est adhibenda.
- 61 Respondetur ad nostrum text. in versic. nulli dicendum est.
- 62 Respondetur ad id, quod reus in exceptione est actor.
- 63 Respondetur ad l. 1. §. edenda ff. de edendo, num. 64.
- 65 Respondetur ad quintum argumentum.
- 66 Tabelliones tenentur edere instrumenta partibus, quibus inter sunt num. 67.
- 68 Doctrina supradicta procedit in curatoribus, & negotiorum gestoribus.
- 69 An idem obseruandum sit in mercatoribus, sicut etiam obseruatur in argentarijs, & numularijs.
- 70 Libri mercatorum an sint scriptura priuata, & quomodo probent.
- 71 In fauorem fisci actoris qualiter reus teneatur edere instrumenta.
- 72 Usurarius reus tenetur actori instrumenta edere.

73 Declaratur text. in cap. G. perpetuus de fide instrumentorum.

74 Qualiter reus teneatur edere instrumenta communian 75. & num. 76.

A D T E X T V M

In cap. 1. de probatio. & ad tit. ff. C. de edendo.

DE cuius materia præter ordinarios in præfenti & in l. 1. & fin. ff. de edendo, tradant Hieron. de Monte de finibus regundis cap. 82. Clarus lib. 5. 6. fin. quaest. 27. Menoch. de arbitrarijs casu 499. Capicius decisio 127. Tiraquellus de priuilegijs piæ causæ priuilegio 155. & relati ab Alfano collect. 102. Socinus regula 212. Balaeus de iure emphyteutico 1. p. quaest. 8. Patianus de probation. lib. 1. quaest. 61. Antonio Fabro in suo Codice tit. de edendo de finitione 6. & 7. 16. & 19. cum multis alijs infra referendis.

2 Ex quo textu omnes pro conclusione deducunt reum auctori sua propria instrumenta edere non debere ad fundandam auctoris intentionem, idè probat text. in l. 1. qui accusare l. fin. C. de edendo l. nimis graue C. de testibus l. cogi C. de petitione hæreditatis l. de minore, §. tormenta ff. de quaestionibus l. in speciali 73. ff. de rei vindicatione l. 1. tit. 26. p. 3.

3 Sed cõtra primò facit dubitandi rationem nam iuris Pontificij finis est vitare peccatum canobit de iudicijs cap. fin. de præscriptio. cap. 2. de constitutio. lib. 6. at is, qui occultat scripturas, ex quibus veritas aliàs appareret, occultat veritatem: ergo peccat mortaliter, sicut is, qui mentitur cap. quisquis 11. quaest. 3. crimine enim falsi tenetur nõ solum, qui falsum dixit testimonium, sed etiã, qui veritatem tacuit cap. 1. de crimine falsi: tum nam is, qui occultat instrumenta, cum aliena iactura locupletatur contra naturalem rationem l. nam hoc natura, ff. de conditione indebiti: tum etiam nam in exhibitione instrumentorum fauor publicus versatur dirimendarum litium cap. finem litibus de dolo, & contumacia l. properandum C. de iudicijs: statim enim lites finirentur veritate comperta, ergo text. noster contra peculiarem iuris Pontificij intentionem statuit reum non teneri edere instrumenta ad fundandam auctoris intentionem.

4 Secundò nam in exercendis litibus parem vim habent testes, & instrumenta l. in exercendis, C. de fide instrumentorum, sed reus cõtra se ipsum testificare compelleretur respondendo auctoris positionibus cap. 2. de confessis lib. 6. clementina læpè vericulo & quia positiones, de verborum significatione l. 1. cum sequentibus, ff. de interrogatorijs

actio l. 1. & 2. tit. 7. lib. 4. compil. ad edv̄t reus ad instantiam auctoris scribere cogatur, vt fiat literarum comparatio iuxta regulam text. in l. comparationes, C. de fide instrumentorum l. 1. 17. tit. 18. p. ergo eadem ratione poterit reus compelli instrumenta edere.

5 Tertio, nam in iudicijs acceptio personarum non est habenda cap. in iudicijs de regulis iuris lib. 6. l. non debet 45. ff. eodem l. fin. C. de fide instrumentis, & litiũ expensis, sed auctor tenetur propria instrumenta reo edere ad fundandam rei exceptionem, & defensionem l. 1. 4. editiones, ff. de edendo l. non est nouum l. iustum C. eodem l. qui tabulas 27. ff. de furtis, ergo similiter & reus tenebitur instrumenta edere auctori.

6 Quarto, nã reus edere tenetur auctori instrumenta, quibus se proponit in iudicio vsurũ l. 1. §. edenda ff. de edendo cap. contingit de fide instrumentorum cap. cum personæ vericulo nos de priuilegijs lib. 6. sed in specie huius text. imperator etiam vsurus documento ad suam intentionem probandam, vt ex littera constat, ergo illud documentum edere debuit.

7 Quintò, nam text. noster in vnũuersum asserit reum non teneri edere instrumenta auctori quod falsum videtur, cum in multis casibus iure nostro scriptum sit reum instrumenta auctori edere compellendum esse, veluti in argentario, & numulario, qui si ab alijs conueniantur suarum rationum libros edere tenentur, l. prætor ait 4. in principio, l. si quis ex argentarijs 6. l. argentarijs 10. l. quædam, §. fin. ff. de edendo. Tum secundò nam si fiscus auctor sit, quilibet reus edere propria instrumenta tenetur ad fundandam fisci auctoris intentionem, l. 2. verfic. *Diuus*, & verfic. *item Diuus* ff. de iure fisci, l. 3. ff. de edendo. Tum tertio: nam reus vsurarius edere instrumenta auctori tenetur in causa vsurarum de materia vnica, §. ceterum de vsuris, ergo falsa est nostri text. conclusio.

8 Sexto, & vltimò: nam quoties instrumenta communia sunt ad illarum editionem, proculdubio reus cogendus est, cap. G. perpetuus de fide instrumentorum, l. 4. §. fin. cum l. sequenti, ff. familiarum exercundæ, l. procurator, C. de edendo: at in specie text. nostri, vt in littera constat instrumenta, de quibus agebatur inter imperatorem, & regem confecta communia erant, ergo illa reus debuit auctori edere.

9 Sed his, & alijs non obstantibus verissimè est nostri text. conclusio, pro cuius declaratione nonnulla prius sunt obseruanda ad intelligendam litteram text. nostri, & primò sciendum est nostri text. in vulgatis codicibus inscriptionem in omnibus nominibus proprijs, tam Pontificis, quam Regis, quam & regni mendosam esse, in quibus text. noster falsò Gregorio Nono tribuitur, cū verius sit authorem huius Decretalis fuisse Gregorium Magnũ in epistola ad Recaredum regem Hispaniæ, vt ex registro epistolarum constat lib. 7. capite 126. incipiente *explere verbis non possunt* conscriptum igitur in principio text. nostri legimus *ex epistola*

verbis, & infra, sic obseruauit, Anton. Augustinus in notis ad primam collectionem Decretalium ad textum nostrum, & vt aduertit Cuiacius in præfenti, sic habent emendatiores codicis ex decreto Gregorij Decimi Tertij: fuit enim & rex non Tancredus, sed Recaredus Rex Hispaniæ, qui foeliciter Hispaniam ab hæresi Arriana ad fidem Catholicam reduxit, & eius tempore congregatum fuit concilium Toletanum ad illam hæresim extirpandam, vt notat Mariana libro quinto de rebus Hispaniæ, capite quinto, & eo tempore cum Mauricius Constantinopolitanus Imperator bellum contra Hispaniam moueret volens occupare maiorem partem, quam ad eum pertinebat secundum pactiones celebratas inter Athanagildum Regem Gothorum, & Iustinianum Imperatorem, cui rei fit mentio in lege octaua, & decima, & decima sexta, titulo *de los departimientos*, libro dezimo del fuero juzgo, ideò Recaredus Rex scripsit Gregorio Magno, vt compelleret Imperatorem Mauricium, edere instrumenta pactorum, vt per illa de veritate constaret, cui rescriptis Gregorius fieri id non posse: tum quia Chartophylacium Iustiniani ingenti flamma fuerat consumptum adhuc, vt nulla charta eo tempore remaneret: tum quia nemo cogendus est propria instrumenta edere, vt continetur in originali, & explicat optimè, Baldes de dignitate Regum Hispaniæ, capite 18. numero 23.

10 Secundò ante quam ad declarationem nostræ conclusionis deueniamus, duo difficilima sunt explicanda, quæ ex littera nostri text. communiter deducuntur. Primum est, nam ex eo apparet Regem Recaredum, coram summo Pontifice conuenire voluisse supremum Imperatorem, quasi coram competenti illius quæstionis iudice, quod difficile videtur: nam imperator, seu quilibet princeps supremus in propria causa iudex competens est inter se, & subditos, l. & hoc Tiberius 41. ff. de hæredibus instituendis, l. proxime, ff. de his, quæ in testamento delentur: quia in hac specie limitanda est regula totius tituli, C. ne quis in sua causa ius sibi dicat, & consequenter imperator, coram se ipso conueniendus erat, non verò coram Pontifice.

11 Quod, vt explicent Doctores commutem in præfenti adnotare solent supremam potestatem esse in summo Pontifice, ad quem omnes principes, & omnes subditi contra ipsos recurrere possunt iuxta ea, quæ cumularunt Abbas in cap. nobit de iudicijs à num. 6. ibidem Nautro notabili 3. à num. 5. Simancas de Catholicis institutionib. titulo 45. à numero 24. Cano de locis theologis libro 6. capite 6. & relati à Zaballo in practis, 4. part. quaestio. 1. Marta de iurisdictione 1. parte capite 11. cum multis sequentibus, Molina de iustitia, & iure tractatu 1. disput. 21. Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus capite 13. quamuis tamen vt infra ostendam id ex text.

nostro colligi non putem: fateor tamen summum Pontificem in toto orbe terrarum, etiam circa temporalia super omnes potestatem habere saltem habitualement, vt in extrauaganti Ioann. sub titulo ne sede vacante, capite ad Apostolicæ, §. nos autem de re iudicata libro 6. nam Pontifici vterque gladius concessus fuit, temporali enim vtitur per principes sæculares, quibus coercendorum corporum concessa est potestas, quasi princeps sacerdotij minister, vt omnes vulgò agnoscunt in dict. capite nobit per text. in extrauaganti vnam sanctam de maiortate, & obedientia inter communes, cap. omnes 22. dist.

12 Adhuc tamen remanet superior difficultas cui respondet Abbas in præfenti numero 5. Felinus num. 8. Mandosius num. 25. distinguendum esse: nam vel princeps auctor est contra subditum, vel econuerso subditus auctor est, & princeps reus à subdito conuentus in primo casu principem in propria causa iudicem esse posse affirmant: secus verò in secundo, ego tamen verius existimo in quocunque casu siue auctor sit, siue reus principem supremum in causa propria cum subdito iudicare posse, vt probat text. in l. benè à Zenone, vericulo *sed aduersus* iunta glõssa, verbo *in fisione*, C. de quadrienij præscriptione, vt in præfenti resoluit Beroius num. 44. & ita praxi seruetur, quod limitari solet, quando causa super qua princeps conuenitur, esset valde ardua, capite ad Apostolicæ de re iudicata, libro 6. qua retenta doctrina non obstat superior dubitatio, quoniam ex text. nostro non colligitur Pontificem fuisse aditum à Recaredo, quasi iudice: nam contra imperatorem nulla fuit lis inchoata coram Pontifice: non enim fuit aditus, vt iudex, sed vt mediator inter ipsum, & imperatorem: vt in præfenti aduertit Decius, num. 9. Aretinus, & Beroius, numero 41.

13 Secundo illud difficile, & controuersum est in text. nostro: nam vulgò Doctores ex illo deducunt principem ex contractu cum subdito celebrato obligari, tenerique ad illius obseruantiam, ad quod singularem vocant textum nostrum, vt notat Cardinalis, & Beroius, num. 2. Ferretus, num. 1. Fulgosius in l. digna vox num. 5. C. de legibus, quamuis Mandosius in præfenti numero 4. accerrimè contendat id non probari in text. nostro, in quo præcipua dubitatio erat de instrumentorum editione, præcipue nam id, quod in text. nostro de obseruantia pactorum dictum est, verba sunt narratiua, & partis solam inducunt allegationem non verò iuris dispositionem, iuxta glõssam celebrem in l. vnica, C. quando non petentium partes: ego tamen verius puto communem allegationem in text. nostro probari: nam cum Recaredus peteret, quod Pontifex Imperatori scriberet, vt ederet propria instrumenta ad probanda pacta celebrata inter ipsum, & Imperatorem, & responsum est Imperatorem edere non teneri, quasi

quod constanti haberetur pacta illa firma fuisse, aliàs frustra de obligatione edendi instrumenta ageretur.

14 Colligunt ergo, rectè interpretes principem non recognoscentem superiorem ex contractu cum subdito celebrato obligari, vt communem esse firmantes resoluunt Doctores in præsentì Anton. Gomecius 2. tomo variarum capite 1. numero 1. Suarez allegatione 9. à numero 1. Menchaca libro 1. controuersiarum illustrium capite 3. per totum Corrasius in miscellaneis libro 2. capite 25. Matienço in leg. 3. titulo 10. glossa 2. libro 5. compilat. relati à Zenedo ad Decretales collectanea 167. numero 5. pagina 371. Mendoza de pactis libro 1. capite 5. quæstione 2. Suarez libro 3. de lege humana, capite 35. pro qua sententia facit text. in l. 1. & 2. ff. de officio procuratoris Cæsaris, l. bene à Zenone, C. de quadriennij præscriptione, capite 1. de natura feudi in vñibus feudorum, capite 1. de noua forma fidelitatis, cuius doctrinæ varias adducunt interpretes rationes, sed verior est, quam adducit Grabel Vazquez 1. 2. quæstion. 94. articulo 5. disput. 167. capite 3. numero 19. nam sicut ius naturæ præcipit, vt inferiores superiorum mandatis obediunt, eodem prorsus modo rationi naturali constat principem legibus cum reliquo corpore conuenire debere: nam si ipse alio iure vteretur, quàm populus, multum à reliquo Reipublicæ corpore differret contra rectam rationis regulam, essetque in manifestum reipublicæ præiudicium, quasi sit in obseruantia legis differentia inter principem & subditos, quod subditi ad illam tenentur ex affectu obedientiæ, princeps verò ex affectu virtutis: id enim ei obseruatione contractus etiam ab inconuenienti probatur: nam aliàs nemo cum principe contraheret, & hoc modo commercio hominum priuaretur, vt in lege si minor, §. primo, versiculo *neque magno*, ff. de minoribus.

15 Sed cum certum sit principem in tali contractu obligari cum subdito, qualiter obligetur videndum est, & naturaliter obligari non est dubium: nam princeps respectu legis naturalis subditus censetur, & ad illius obseruantiam ex affectu obedientia tenetur: ius enim naturale docet fidem datam seruandam esse lege prima in principio, ff. de pactis, lege prima, ff. de constituta pecunia, lege in his 5. §. imperator lege Stichum 95. §. naturalis, ff. de solutionibus, lege cum amplius, §. is natura, ff. de regulis iuris, & ius naturale omnes ligat, vt in 9. ius autem instituta de iure naturali capite sunt quidam 25. quæstione prima.

16 De obligatione verò civili tota dubitatio est, an princeps ex contractu cum subdito civiliter obligetur, vt contra ipsum competat actio

civilis: dubitationem mouet, nam obligatio civilis à lege civili inducitur, vt in principio instituta de obligationibus: at princeps legibus solutus est lege princeps ff. de legibus lege ex imperfecto C. de testamentis §. fin. instituta quibus modis testamenta infirmantur, ergo ceteri debet solutus ab obligatione contractus, & hac ratione civilem obligationem in principe negant Orosius in dicta lege princeps numero 14. Butrius in præsentì numero 23. Mandosius numero quarto, & relati à Matienço in lege tertia titulo 10. glossa 2. in principio.

17 Sed ego veriore existimo contrariam sententiam, principem scilicet ex contractu naturaliter & civiliter obligari, vt defendunt Paulus & Baldus in dicta l. princeps, adeo vt neque etiam de potestate absoluta possit à tali contractu recedere, neque illum aliqua ex parte violare invito altero contrahente, vt notat Baldus consilio 318. volumine primo, & sequuntur relati à Menchaca libro primo quæstionum illustrium, capite tertio, numero secundo. Fulgosius in lege digna vox C. de legibus: ratio est, nam princeps quando cum subdito contrahit iure priuati vtitur, at inter contrahentes ex præcepto naturæ æqualitas seruanda est lege prima, lege cum emptor ff. de rescindenda venditione lege cum dies 26. §. penultimo ff. de receptis arbitris, ergo sicut subditus principi naturaliter & civiliter obligatur princeps, etiam subdito obligari debet, quod rectè explicat Aristoteles libro quinto Ethicorum capite quarto dicens eam esse legem contractus, vt personis vtatur quasi æqualibus: nam princeps dum contrahit æqualitatem contractus subire quasi promittit & confirmatur ex lege prima in fine cum lege sequenti ff. de officio procuratoris Cæsaris, vbi princeps adeundo sibi delatam hæreditatem creditoribus hæreditarijs et quasi contractu obligatur, notant Brissonius libro primo selectarum, capite 18. Cuiacius libro primo obseruation. capite 34. at obligatio ex quasi contractu descendens tota civilis est, vt notat Bartul. in lege ex hoc iure numero 17. ff. de iustitia & iure: imò contra principem ex contractu obligatum actionem dari probat text. in lege bene à Zenone, C. de quadriennij præscriptione: ergo fatendum est civili obligatione tenentur: nam sola naturalis actionem non producit lege iurisdictionum, §. igitur nuda, ff. de pactis.

18 Vnde retenta hac sententia ad argumentum contrariæ opinionis vulgò responderi solet principem lege legis solutum esse, non verò lege conuentionis: sic respondet Baldus in lege prima in principio, ff. de constitutionibus principum, Aretinus, & Decius in præsentì numero 2. sed hæc solutio substineri non potest:

nam licet omnes lege conuentionis naturaliter obligentur, civiliter obligari non possunt, nisi virtute legis civilis, quæ conuentionem seruari iubet: vnde ea lege deficiente non ligatur promittens, ergo si princeps civiliter ligatur, erit ex efficacia legis civilis, qua necessario ipse adstrictus est.

19 Quare tota dubitatio in eo est, vt videamus, an & qualiter princeps legibus adstrictus sit, an scilicet in foro interiori, quàm exteriori legem à se latam seruare debeat: dubitationem mouet text. in d. l. princeps, cui ego maiorem adduco dubitandi rationem: nam vel princeps obligat seipsum sua lege, vel obligatur ab alio: non primum quia nullus sibi ipsi præcipere potest inducendo obligationem per promissionem: etenim per votum potest quis se ipsum obligare, non verò per præceptum, quod sibi imponat l. penultima ff. de receptis arbitris, & probatur ratione efficaci: nam præceptum iurisdictionem, vel dominium postulat: at nullus in se potest habere iurisdictionem, vel sibi esse subiectus, nec etiam possumus dicere secundum, videlicet, quod ab alio obligetur: nam legislator, vt legislator est, nullius subditus est & à nemine imperari potest, sed ipse potest obligari, neque sufficeret dicere obligari eo casu à Deo præcipiente leges esse seruandas: nam inde sequeretur lege humana non obligari, sed diuina, quod est absurdum: nam aliàs ab in obligatione seruandi legem civilem cum principe nulla posset fieri dispensatio, & sic esset peioris conditionis princeps, quàm reliqui priuati, cum legis diuinæ nulla sit humana dispensatio.

20 Sed nihilominus verior est contraria sententia, à qua non licet recedere, videlicet, principem ad seruandas suas leges teneri, sic D. Thom. 7. 2. quæstion. 96. articulo 5. ad 3. Conradus, Victoria, Caietanus, Sotus, Siluester, Cobarruias, Navarro, & alij relati à Suarez libro 3. de lege humana, capite 35. numero 4. Cuiacius libro 15. obseruation. capite 3. Mendoza de pactis, lib 1. capite 5. numero 32. & omnes vulgò cognoscunt in d. l. princeps, & in capite cum omnes de constitutio. quæ sententia primò iure diuino probatur ex verbis Mathæi, capite 23. ibi: *allegant onera, & digito suo nolunt illa monere*, vbi Christus reprehendit prelatos, qui multa iubent, & nō faciunt. Secundo ex dicto capite cum omnes vbi refertur, & probatur illa sententia Catonis, *patere legem, quam ipse tuleris*, & illud edictum prætoris, ff. quod quisque iuris &c. & in capite iustum 9. distinctione, capite non liceat Papæ 12. quæst. 1. l. digna vox, C. de legibus, l. 16. tit. 2. part. 1. sic enim constat principes Romanos legibus Romanis non esse solutos: nam lege Falcidia tenentur, l. 4. C. ad legem Falcidiam, & l. Glicia, vt in l. Papinianus, §. si imperator, ff. de in

officio, & idem in legibus Hispaniæ l. 16. titulo 2. part. 1.

21 Neque obstat text. in dict. l. princeps, ff. de legibus, dum docet principem legibus solutum esse, quoniam non est generaliter intelligenda, vt ad omnes leges referatur, sed cum iumpta fuerit ex Vipiano libro 14. ad leg. Iuliam, & Papiam, ad illas leges referri debet, quasi sit sensus legibus caducarijs, scilicet, Iulia, & Papia principem solutum esse, vt rectè aduertit Iacobus Cuiacius libro 15. obseruation. capite 30: Mendoza de pactis, libro 1. capite 5. quæstion. 2. à numero 28. quod etiam, & iuriconsultus in persona principis notauit in l. quod principi 56. ff. de legatis 2. sæpe enim in iure nostro receptum est leges esse iuxta illarum inscriptionem intelligendas, vt in l. si seruus eius 82. ff. de acquirenda hæreditate, l. illud, ff. de donationibus causa mortis, l. hæreditatis 138. ff. de verborum significatione, quæ si generaliter acciperentur, iuris traditionibus repugnarent, si verò referantur ad legem Iuliam, & Papiam, prout illarum denotat inscriptio, planè procedunt: consueuerunt enim imperatores se aliquarum legum veniã à senatu impetrare, & sæpe id à populo etiam impetrabant, vt eos legibus solueret non omnibus, sed quibusdam ab eis specialiter designatis, vt in quibus casibus declarat Cuiacius, vbi supra.

22 Neque etiam obstat text. in dict. l. ex imperfecto in 2. parte, C. de testamentis, quoniam non probat principem lege imperij omnibus legibus esse solutum, sed solum solemnitatibus iuris de quibus loquitur ille text. in prima eius parte, & sic intelliges text. in l. ex imperfecto 23. ff. de legatis 3. quæ omnia ita procedunt in principe Romano: quoniam olim omnis civilis potestas erat penes rempublicam Romanam: illa enim ab initio reges sibi creauit, deinde annales consules, & tandem imperatores, quibus omnem contulit potestatem l. 1. ff. de constitutione principum, l. 2. 6. & cum placuisset, ff. de origine iuris, & tradit rectè Cobarruias in practicis, capite 1. numero 2. & 3. vnde imperator à populo creatus eiusdem populi leges seruare debebat exceptis illis, quibus speciali fauore, vel indulgentia populi solutus erat.

23 Hæc tamen, quæ de principe Romano diximus, non ita in regibus nostris Hispaniæ procedunt, & in cæteris regibus, qui Regnum non electione populi, sed iure successio- nis legitimæ obtinuerunt: nam civilis potestas penes istam rempublicam non est, sed solum penes Regem, qui est caput Regni leg. 3. titulo 19. parte 3. lege 7. titulo primo l. 26. titulo 13. parte 2. Idque meritò ita fatendum est: nam progenitores eorum Hispaniam à Mauris occupatam immensis laboribus, non sine magna proprii, & subditorum sanguinis effusione, sine aliquo imperij auxilio bellica virtute ab hostibus vindicarunt: qua de causa liberi etiã sunt

à suprema Imperatoris iurisdictione, vt notat glossa in capite Adrianus 63. distinctione. Couarruias in regula peccatum, 2. parte §. 9. num. 9. Menchaca libro 1. quæstionum illustrium, capite 22. à numero 11. & eodem modo iure proprio Regnum Hispaniæ possidere dicuntur, qualiter possidentur res bello captæ, vt aduertit Felinus in cap. cum non liceat de præscriptio. Beluga in speculo principum, rubrica 14. Vnde dicendum est non esse quibusdam legibus solutos ex indulgentia populi, sicut de Principe Romano diximus, sed potius videtur dicendum suis legibus ligari non posse ex rationibus, supra numero 19. adductis.

24 Sed cum iam videre oportet, an hodie Principes nostri, cæteri que leges suos legibus obligentur: ad cuius clariorem declarationem tria in omni lege vniuersali consideranda sunt, videlicet, vis directiua, & vis coactiua, & vis irritans seu dans formam contractibus, seu iudicijs: quod attinet ad vim directiuam legis, recepta est Doctorum sententia Principes obligari ex supra adductis, num. 20. cum multis alijs relatis à Sayro, tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 3. Salas de legibus tractat. 14. quæst. 96. disput. 14. section. 2. numero 8. sed difficile est assignare rationem, propter quam principes vi directiua legis obligantur. Quia in re Soto lib. 1. de iustitia, & in re, quæst. 6. artic. 7. hanc obligationem legis ex vi directiua, non ex ipsa legis virtute petendam esse putat, sed ex alijs principijs extrinsecis.

25 Quibus omisis existimo dicendum ex sententia Diui Thomæ, Victoris, Nauarri, & aliorum, quos iam retulimus supra dict. numero 20. & eos refert Suarez libro 3. de lege humana capite 35. numero 8. causam proximam obligandi Principem ad obseruantiam legis esse ipsius met legis ciuilibus virtutem, & efficaciam, quod euidenter apparet: nam quando princeps transgreditur legem positiuam, committit peccatum eiusdem speciei cum subditis peccantibus contra illam legem, ergo virtus directiua, quæ obligat subditos, obligabit etiam & ipsum principem, v.g. si Rex statuit legem taxantem pretium rei, & ipse vt priuatus dominus rem carius vendat, peccat contra iustitiam, ergo ex illa positiuam habet effectum suum, etiam respectu principis: nam, vt rectè notat Soto, expositiuam habet efficaciam constituendi materiam suam in tali specie virtutis, & præscribendi medium ad illam, ergo posita tali lege princeps censetur peccare: quia non seruat medium virtutis, v.g. si princeps Ecclesiasticus absque causa comedat carnes in die prohibito, vel non ieiunet in die præcepti, agit contra virtutem temperantiæ in lege positiuam præscriptam, ergo consequenter peccat, virtus ergo ipsius legis obligat principem ex natura sua.

26 Sed adhuc vrget, quoniam lex positiuam non constituit medium virtutis absolute, & simpliciter respectu omnium, sed solum respectu

subditorum: at ipse princeps non est subditus: respondent multilegem positiuam posse considerari dupliciter: vno modo, quatenus regula rationis priori modo refertur ad solos subditos, & illos obligat: posteriori vero modo, etiam obligat principem, sed sustineri non potest hæc doctrina: nam si lex non obligat principem, nisi vt regula rationis est, absque eo quod habeat vim præcepti, princeps non peccabit in transgressione legis, neque placet dicere, vt quidam Theologi opinantur principem obligari sua lege ex voluntate totius reipublicæ, & ex virtuali pacto inter principem, & rem publicam, quasi ea conditione accèperit potestatem ferendi leges: nam præterquam quod hæc responsio diuinationem continet, non procedit in legislatoribus Ecclesiasticis, quibus potestas à Christo immediate dimanat.

27 Ego tamen huius vis directiuae efficaciam legis respectu principis ex sanctis patribus & ex Aristotele deduco libro 3. politic. capite. nam considero potestatem ferendi leges, siuæ ciuilem; siuæ Ecclesiasticam Deum habere authoritatem: vnde quamuis legislator legem ferat tunc se habet, vt Dei minister: Deus autem talem illi contulit potestatem sub illa conditione, vt ipse quoque legi adstringeretur quæ ex vi rationis naturalis descendit, ergo legislator profereudo legem conformari debet intentioni Dei dantis talem potestatem, & si facile responderetur ad argumentum supra adductum pro dubitandi ratione numero 19. non est mirum, quod legislator sua lege obligetur, cum illam tulerit, quasi minister Dei & quamuis legislator, & Princeps non possit obligari sua lege tanquam præcepto directè sibi imposito, potest nihilominus obligari præcepto pro tota communitate imposito per accidens, cum ipse sit pars communitatis.

28 Quod si quæras hæc obligatio, quæ est in principe seruandi legem ex vi directiuae legis, an sit dicenda naturalis positiuam, an diuina respondeo naturalem esse obligationem in ratione, à qua deribatur: quia ab ipsa ratione naturalis fluit, vt notat Baldus in l. 2. C. de seruitutibus, à qua numero 40. Decius in capite 1. de consuetudine in l. 1. leatura, num. 15. directè tamen, & proximè obligatio positiuam est, & largo modo diuina dicitur, quatenus generaliter ex diuina præcepto omnes leges esse seruandas.

29 Circa vim autem coactiuam legis multum cumulant Sayrus, Mendoza, Salas, & Suarez, vbi supra, quibus omisis maioris claritatis gratia ego constituo principem vi coactiuam legis non obligari, vt expressè docent Theologi cum D. Thom. 1. quæst. 95. articulo 5. Soto de iustitia, & iure lib. 1. quæst. 6. articulo 7. Nauarro in capite si quando de rescriptis exceptione 8. numero 12. Couarruias in capite alma mater 1. part. 8. numero 4. de sententia excommunicatio-

nis, libro 6. neque ego vim coactiuam intelligo, id est poenam legis: nam multis in casibus princeps ad poenam legis teneri certum est, sicut priuatus v.g. quando ius tertij ex transgressione legis sequeretur, sed doceo principem vi coactiuam non teneri, ita vt ab aliqua potestate possit cogi, & compelli ad obseruantiam legis, vel promissionis ipso inuito, & reluctante, & in hoc puto deceptum fuisse Mendocam, qui loco citato, numero 28. vim coactiuam legis poenam interpretatur.

30 Tertia denique vis legis est irritare contractus, seu actiones, & dubitari potest, an princeps hac virtute legis teneatur ita, vt actus à principe gestus non seruata firma legis sit nullus: dubitationem mouet text. in l. ex imperfecto, C. de testamentis, vbi dicitur Imperatorem iure imperij exemptum esse à solemnitatibus iuris, ex eodem text. vbi dicitur Imperatorem ex imperfecto testamento hæreditatem consequi non posse, idem in capite in causis de re iudicata, dum docet quod etiam Pontifex in suis iudicijs iuris firmam seruare debet: ratio est, nam huiusmodi effectus legis ad vim directiuam pertinere videtur, v.g. quod sacerdos inhabilis sit ad matrimonium effectus est iuris positiuam irritantis: at ex virtute huius legis, si Pontifex uxorem duxerit, matrimonium nullum esset: at vero si Princeps actum sciens, si ne solemnitate efficere, videretur secum pro illa vice dispensasse in tali forma legis, & consequenter actus valeret.

31 His ergo iam explicatis circa nostri text. literam deueniendum est ad explicationem principalis conclusionis, quæ de editione instrumentorum tractat, & primò sciendum est, quod verbum *edere* idem significat aliquando, quod *exhibere* vel. 1. & 2. & 6. C. de edendo, aliquando significat in medium proferre l. 1. cum sequentibus ff. eodem titulo in edicto prætoris, quo iubet actori instrumenta & actionem edere editionis nomine, ex mente illius amplius aliquid continetur: edenda enim sunt, vt reus possit instrui, & deliberare, vtrum cedere, vel contendere debeat, & si contendere elegerit ad iudicium veniat instructus l. 1. ff. de edendo, & ideò edere dicitur, qui copiam libelli dat, quod vulgò dicimus, *dar traslado*, l. 1. r. 13. & 14. tit. 18. p. 3. l. 3. tit. 5. lib. 4. compilationis. Similiter etiam actionem edere dicitur, qui aduersarium suum producit ad album prætoris, vbi prætorum edicta, & actiones, & interdicta describebantur l. 1. C. de interdictis §. poenales, instituta de actionibus l. si quis 7. ff. de iurisdictione omnium iudicium, vt notant Brissonius, & Præteius de verbis iuris verbo, *album*, Duarenus lib. 1. disputationum cap. 13. Cuiacius lib. 8. obseru. cap. 15. Rebardus pro tribunali cap. 4. Robertus lib. 3. receptæ lectionis cap. 13.

32 Secundò sciendum est, quod licet edere & exhibere sæpissimè idem significant vt in l. 2. &

3. C. de edendo, sæpius tamen in iure nostro diuersa sunt, ideò que diuersi sunt tituli ff. & C. de edendo, & ff. & C. ad exhibendum: nam editio plerumque ad actiones, rationes, & instrumenta referri solet: exhibere autem est facere in publico apud iudicem potestatem videndæ, & apprehendendæ rei, vt actor copiam eius habens possit actione exequi, quod destinauit, l. 2. ff. ad exhibendum, l. 3. §. ait prætor, ff. de libero homine exhibendo, l. plus est 22. l. fin. ff. de verborum significatione: ea tamen est inter vtrumque differentia, quod licet reus non teneatur edere instrumenta actori, vt in text. nostro, & similibus: tenetur tamen exhibere in iudicio rem petitam, l. 3. in principio, & in §. sciendum, & in §. si mecum, l. si liber homo 13. ff. ad exhibendum, l. 20. tit. 1. part. 3. quia non tenetur edere ad fundandam actoris intentionem, tenetur tamen exhibere rem, quæ vindicatur, vt cognosci possit, an res illa actoris sit, vel non.

33 Vnde est, quod si petatur dominium in instrumentorum ad exhibendum agi potest, vt in l. 3. §. si quis extra, & §. interdum, l. penultima, ff. de ad exhibendum, l. instrumenta, l. fin. C. eodem tit. & ita si pignori data sint, actio pignoratitia competit l. fin. ff. de pignoratitia actione, si vendita sint, competit actio exempto, l. Titius 50. l. creditor 54. ff. de actionibus empti de qua re plura cumulant Socinus reg. 149. Patianus de probation. lib. 1. capite 62. num. 142. Cuiacius lib. 10. obseruat. cap. 14. in fine.

34 Tertiò, sciendum est actionis, & instrumentorum editionem naturali equitate esse fundatam l. 1. l. prætor, ff. de edendo, l. editio actio, l. qui accusare, l. fin. C. eodem tit. ratio autem huius equitatis in eo versatur, quod cum reus inuitus ad iudicium trahatur, l. inter stipulatam 83. §. si Stichum, ff. de verborum obligat. & consequenter præter spem etiam non instructus trahitur, l. 2. C. de dilationibus: æquissimum fuit, quod ei actiones, & instrumenta ederentur, ne improuisus facile spimeretur, & actor, plusquam sibi deberetur, peteret, vt Cuiacius aduertit, lib. 10. obseruat. cap. 14. rectè Donellus, lib. 23. comment. cap. 4. & 5. Gilchenius in l. fin. C. de edendo, dicta tamen naturalis equitas, qua prætor motus est in edicto de edendis actionibus, & instrumentis, procedit solum respectu actoris, in cuius potestate est, quando cunque voluerit aduersarium conuenire, l. vnica, C. vt nemo inuitus agere compellatur, ideò que ad iudicium instructus, & paratus accedere debet, l. qui in alterius 43. ff. de reg. iur. & ita propriam suam intentionis probationis afferre debet: & eas enim ab aduersario petere nimis esset graue, l. nimis graue, C. de testibus, vt copiosè notat Donellus, lib. 23. comment. cap. 7. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 499.

35 Ex quibus facile apparet iam vera decidendi ratio ad text. nostrum: cum enim in præsentia Recaredus Rex actor esset, qui cum sponte ad iudicium venisset; debuit instructus venire,

& proprias afferre probationes suae intentionis: imperator autem reus esset, qui non paratus, sed inuitus ad iudicium veniret, idem merito respondet Diuus Gregorius Imperatori dicendum non esse, vt instrumenta, quae apud semetipsum erant, requireret, & in iudicio produceret: nam cum alienum sit ab omni aequitate ex dictis, quod reus compellatur edere instrumenta auctori, idem non solum iure Caesareo, sed etiam iure Pontificio praedicta regula seruanda est: nam editionis materia ab aequitate maximè pendeat, d. l. edita in fine, C. de edendo, quam ius Pontificum semper praeculishabet, cap. fin. de transaction. cap. dilecti de iudicijs.

36 Vnde infertur falsam esse eorum sententiam, qui dicunt regulam affirmatiuam esse proponendam, scilicet, quod reus teneatur edere instrumenta auctori, sicut & auctor tenetur edere reo, vt probant Baldus in leg. fin. Cod. de edendo, & ibi Bolognetus, num. 25. Balascus de iure emphyteutico, 1. part. quaest. 8. num. 4. quasi regula negatiua, videlicet reum non teneri instrumenta edere auctori, iniquitatis, & iniustitiae plena sita, tum etiam quoniam tot sunt fallentiae nostrae conclusionis, & regulae, vt melius sit constituere regulam affirmatiuam, vt constat ex adductis per Felinum, & Decium in praesenti num. 14. Socinum regula 112. Alexandrum in l. ca. quaest. num. 6. C. de edendo, & ita praxi seruandum existimant Ioan. Garcia de nobilitate, gloss. 2. §. 1. numero 28. Burgos de Paz in quaestionibus civilibus, quaest. 5. a numero 7. quoniam suprema tribunalia solum de veritate sollicita sunt: ideoque ad editionem instrumentorum omnes partes indistinctè compellunt, sed nihilominus cum nostri text. regula verbis negatiuis vniuersalibus concipiatur, ibi: *Nulli dicendum est, negari non possumus, quin ex text. nostro melius regulam negatiuam deducamus, neque obstat dicere plures esse regulae exceptiones: sed enim proprium est cuiuscumque regulae generalis: ideoque in l. 1. C. de edendo subiicitur exceptio illius regulae, si iusta causa adsit editionis instrumentorum.*

37 Quare cum reus habeat pro se iuris regulam, quod edere non teneatur instrumenta auctori, nisi ex iusta causa, vt in dict. l. 1. C. de edendo, si auctor intendat iustam adesse edendi causam, id debuit probare: nam ille, qui fundatur in regula transferre onus probandi in aduersarium allegatam exceptionem a regula, l. ab ea parte 5. ff. de probationibus, l. suus quoque 4. §. puto, ff. de haered. Instit. & resoluunt relati a Patiano de probat. lib. 1. cap. 62. in principio Mascardo de probation. conclusionem 265. Menochio de praesumption. lib. 2. capite 10. adeo vt non sit huius rei sufficiens probatio iuramentum auctoris affirmantis reum malitiosè instrumenta occultare, vt aduertit Abbas in praesenti numero 22. Felinus, numero 12. quae sententia verior est, quidquid dixerint relati a Romano, consilio 99.

38 Sed ille casus valde difficilis, & contro-

uersus est, possit ne reus per viam euangelicæ denunciationis iuxta formam textus in capite nouit, de iudicijs cogi possit edere instrumenta auctori ad eius fundandam intentionem, quando constauerit reum illa retinere, & occultare, de qua quaestione nouissimè videndus est Suarez de censuris disputatione 20. sectione 3. per totam, & partem affirmatiuam sequitur Butrius in praesenti num. 1. Abbas numero 20. Decius, num. 36. Felinus num. 11. Beroius num. 70. Alexand. in l. fin. num. 2. quae doctrina duplici nititur fundamento. Primum est, nam reus, qui retinet instrumenta, veritatem occultat, & consequenter grauiter peccat iuxta textum in capite 1. de crimine falsi, capite quinquies 11. quaest. 3. ergo ratione peccati locus est euangelicæ denunciationi, arguenteo text. in d. cap. nouit de iudicijs.

39 Secundum fundamentum est, quoniam recepta est Doctorum traditio, quod in causis fauorabilibus, & pijs, veluti in causa Ecclesiae, dotum alimentorum, matrimonij, & similibus reum teneri edere propria instrumenta auctori, sicuti etiam in causa fisci propter maximum eius fauorem, aduertit Felinus in praesenti a num. 10. Decius, num. 25. adeo vt fisci priuilegium ad omnes causas fauorabiles extendant Doctores communiter arguenteo text. in cap. fin. de re iudicata, & nota Abbas in praesenti num. 19. Decius 67. Beroius 6. Rebusus de priuilegijs scholasticorum priuilegium 116. at huiusmodi causa, in qua de salute animae agitur, vt reus a peccato graui respiciat, causa fauorabilis est, ergo in ea, sicut in alijs fauorabilibus iuste poterit reus compelli edere propria instrumenta auctori.

40 Sed quamuis haec sententia probabilis sit, contraria tamen probabilior est in puncto iuris: nam reus retinendo instrumenta in illa specie non peccat, vt infra dicemus in solutione ad primum argumentum: quoniam legis auctoritate vtatur iure, & ratione fundata ex decisione textus nostri cum similibus: Imò, etsi fateamur peccat mortaliter occultando instrumenta adhuc per denunciationem euangelicam compelli non potest ad illorum editionem, vt indicant generalia nostri textus verba, ibi: *Nulli dicendum est, quae simpliciter, & absolute loquendo omnem viam, & modum compellendi reum excludunt, & consequenter euangelicam denunciationem.* Tum etiam, si haec denuntiatio euangelica, quamuis regulariter ratione peccati sit admitenda, non tamen videtur admitti debere in his peccatis, quae per legem humanam iustissimè tolerantur, quae neque etiam per denunciationem euangelicam ad fratrem, nisi correctionem defferri possunt ad Ecclesiam, cum reipublicae magis intersit ea peccata tolerare, quam ad Ecclesiam defferre: arguenteo textus in capite cum iam dudum 18. in fine de praebendis, & patet in publicis meretricibus & in his, qui alios ultra dimidiam iusti pretij decipiunt, & sic alienum improba conscientia retinent: denique nam si reus possit compelli per viam denun-

denunciationis Euangelicæ edere instrumenta, tota editionis materia per indirectum destrueretur: semper enim posset auctor dicere reum veritatem occultare & in peccato manere, vt aduertit Ferrerius in praesenti num. 22. Patianus de probationibus lib. 1. c. 63. num. 150.

41 Vnde infertur notabiliter, quod lata ab Episcopo generali excommunicatione, quam dicitur Paulinam, contra quoscumque detinentes, & occultantes instrumenta & intra certum terminum non reuelantes, quod frequentissimum est, vt resoluit Gutier. in quaestione. canonicis c. 11. per totum. Marta de iurisdictione 3. p. cap. 7. Manuel Rodriguez in summa 1. p. cap. 79. adhuc tamen reus sua edere instrumenta non tenetur, quamuis aliàs id multis notum sit, adeo vt ea occultando non incidit in excommunicationem; quoniam cum reus non peccet retinendo, & occultando ea instrumenta, non potest excommunicationem incurrere, quae sine peccato non incurritur. c. nemo Episcoporum, c. nullus, 11. quaest. 3. Tridentinum sessione 25. de reformatione c. 3. Nauarro in manuali cap. 27. num. 9. Cobarruias in c. alma mater 1. part. §. 9. num. 1. Gutier. in quaest. canonicis lib. 1. cap. 7. num. 29. Suarez de censuris disputatione 18. sect. 3. nam cum reus, qui instrumenta retinet, Pontificia legis auctoritate vtatur, fatendum est non peccare, & in specie resoluit idem Suarez de censuris disputatione 20. sect. 3. num. 2. & num. 8.

42 Et confirmatur haec doctrina, quoniam excommunicatio pendet a voluntate excommunicantis, vt notat glossa in c. apostolicae de clerico excommunicato ministrante cum adductis a Gutier. libr. 1. canonicarum cap. 11. num. 78. Hugolinus de censuris tabula 1. cap. 9. §. 8. num. 4. at intentio excommunicantis debet regulari iuxta iuris dispositionem, argum. text. in cap. causamq; 18 de rescriptis, & hac ratione vxor, filius, ad vocatus, procurator, & similes personae a denunciando excusantur in huiusmodi monitionibus sub excommunicatione latis, vt copiosè aduertit Marta de iurisdictione 3. part. cap. 7. Cordoua in quaestionario quaest. 43. & quaest. 149. & eadem etiam ratione, neque auctor criminis se prodere tenetur propter excommunicationem generaliter latam contra scientes, & non reuelantes, vt notat Caietanus ad D. Thom. 2. 2. quaest. 69. art. 2. & copiosè Soto de secreto membro 2. q. 7. & libr. 1. de iustitia & iure quaest. 6. art. 1.

43 Non tamen supradicta nostri text. regulae habet locum, quando auctor petit instrumenta a reo sibi edi non ad fundandam propriam actionem, sed tenebitur reus edere auctori instrumenta ad fundandam auctoris replicationem: quoniam replicatio exceptio dicitur, & vim habet defensionis: Per illam enim auctor se ipsum defendit ab exceptione rei l. 2. ff. de exceptionibus, & in principio instituta de replicatio. ad illam enim auctor non potuit instructus venire ad iudicium: cum enim exceptiones ex facto alieno nascantur, merito di-

cimus probabilem esse illarum ignorantiam, arguenteo text. in l. fin. ff. pro suo l. qui in alterius 42. ff. de regulis iuris, & ita militant in auctore replicate omnia illa, quae pro reo supra considerauimus: facit text. in l. maritus 95. §. post additam, ff. ad l. Falcidiam, vbi legatarijs petentibus legata sibi relicta, si opponat haeres de Falcidia, & legatarij replicant: de sufficietia haereditatis haeres, qui in ea specie reus erat, edere debet legatarijs instrumenta haereditaria, vt appareat, an bona sufficiant, & consequenter ad fundandam replicationem auctoris, ita Bart. & DD. communiter in l. fin. C. de edendo, & ibidem Alex. num. 25. Alciatus numero 7. Gilchenius numer. 12. cum adductis a Patiano de probatio. lib. 1. cap. 63. nu. 115. Azebedo in l. 3. tit. 5. lib. 4. compil. numer. 9. quamuis contrariam sententiam defendat rectè Donellus in dict. l. fin. C. de edendo: a priori tamen opinionem praxi non est recedendum, vt notat Balascus de iure emphyteutico quaest. 8. num. 8.

44 Neque etiam habebunt locum ea, quae supradicta sunt in aliquo tertio, apud quem instrumentum reperitur: nam quamuis reus illud edere non teneatur ad fundandam auctoris intentionem; tertius tamè cogendus est edere: nam in eo cessant rationes supra explicatae: nam tertius edendo instrumenta non videtur arma contra se praestare: facit text. in l. 3. §. interdum, ff. ad exhibendum, l. in fraudem 41. §. neque initium, ff. de iure fisci: tunc etiam quia valet argumentum de testibus ad instrumenta d. l. in exercendis, C. de fide instrumentorum: testes autem coguntur testificare l. si quādo, C. de testibus, & per totum de testibus cogendis, ergo tenebitur etiam instrumentum edere: denique facit regula text. in l. in summa, §. item Varus, ff. de aqua pluuia, l. 2. vbi omnes, C. de pignoriis, sic sentit Butrius in praesenti num. 12. Mantua n. 43. Bolognetus in l. 2. n. 18. C. de edendo, Gaius lib. 1. obseruatio. cap. 106. Cuiacius libr. 10. obseruatio. cap. 8. quod verius puto, quidquid dixerint relati a Patiano lib. 1. de probatio. cap. 64. num. 49.

45 Quibus suppositis non obstant argumeta supra in principio pro dubitandi ratione adducta non primum: nam reus retinendo instrumenta, quae petebantur ab auctore ad fundandam suam intentionem, non peccat; peccabit tamen, si habeat conscientiam laeam retinendo scienter rem alienam ex regula peccatum de regulis iuris lib. 6. cū adductis in cap. si res aliena 14 quaestione 6. quo casu non peccat ex occultatione instrumentorum, sed ex retentione rei alienae, quae cum sua sint, retineri potest ex auctoritate iuris, & naturalis aequitatis, vt supra diximus: si verò existimet rem ab auctore petitam ad se pertinere, timeat tamen edito instrumento litis euentum, licet poterit instrumentum retinere, vt rectè notat Cordoua in summa quaest. 63.

46 Neque obstat, quod in praedicta specie occultando veritatem peccat ex regula text. in cap. 1. de crimine falsi cum similibus: nam regula illius

illius text. procedit in his, qui veritatem fateri tenentur, & aperire iustitiam, quales sunt iudices, testes, & similes, qui non minus peccant veritatem, vel iustitiam occultando, quam mendacium, vel iniustitiam profereudo, & sic procedit text. in d. cap. 1. de crimine falsi d. cap. quisquis 11. quæst. 3. resoluit communem dicens Cobarruias lib. 1. variar. cap. 2. num. 3. & in cap. quamuis pactum 1. p. §. 7. num. 5. at verò illi, qui veritatem, aut iustitiam aperire non tenentur, quamuis peccent exprimentes mendacium non peccant occultantes veritatem, quæ sæpè absque peccato celari potest, vt in cap. quæritur 22. quæst. 2.

47 Neque obstat secundò argumentum ex d. 1. in exercendis C. de fide instrumentorum d. cap. 2. de confesissis lib. 6. quod putat indefolubile Ferretus in rubrica huius tituli nu. 3. Abbas in præfenti num. 16. Felinus num. 9. Beroius num. 63. respondet ergo relati, & alij ex antiquis text. nostri & similibus regulam procedere solum in illa probatione, quæ est in potestate actoris, respectu cuius ipse poterat instrui, qualis est probatio testiū, vel instrumentorum, quam meritò dictum est non esse de domo aduersarij quærendam: argumentum verò procedit de confessione partis, respectu cuius actor non poterat commodè instrui aliunde, quam ab ipso reo, sed meritò rejicitur: nam ratio text. nostri non attendit, an actor possit aliunde probationes quærere, vel non, sed generaliter statuit actorem probationes à reo. quærere non posse, nec placet etiam Decius, qui in præfenti num. 12. respondet, quod reus potest compelli respondere positionibus actoris, nō tum illi edere instrumenta, & differentia ratio est inquit Decius: nam in responsione ad positiones nō datur præfisa coactio confitendi: quoniam etsi teneatur reus positionibus respondere, negare poterit, si enim confessus fuerit, sibi debet imputare, quod non ita est in editione instrumenti, quod ex necessitate probat, quæ in eo continentur: manifestè enim decipitur Decius, siquidem homini christiano nulla potest fieri maior coactio, quam iuramentum, reusque respondere sub iuramento positionibus cogitur, ergo cogitur fateri veritatem.

48 Quare ex regula text. in d. cap. 2. de confesissis lib. 6. multi putat iam hodie correctam esse text. nostri decisionem existimantes reum, postquam est inuentus vsus positionum, cogendum esse edere instrumenta actori, vt aduertit Curtius Iunior in l. 1. num. 3. C. de edendo, Balascus de iure emphyteutico 1. p. quæst. 8. num. 4. sed à communi doctrina non est recedendum, quamuis tamen verissimum sit positionum vsus potius consuetudine, & vsu tribunalium, quam à iure inuentum fuisse, & quamuis fateamur tempore nostri text. qui vt iam diximus, est Gregorij Magni positiones neque vsu inuentas neque iure communi probatas esse, quas postea probauit Gregorius Nonus in cap. 1. de litis contestatione, adhuc tamen dubitari potest de causa, propter quam vsus positionum receptus est, siquidem reus respondendo compelli

fundare actoris intentionem, dum compellitur illam confiteri.

49 Omisissis igitur varijs opinionibus existimamus iure optimo positionum vsus esse vsu omnium tribunalium introductum, & reum esse compellendum positionibus respondere propter magnam reipublicæ bonum finiendâ litium causa introductam cap. finem litibus de dolo & contumacia l. properandum C. de iudicijs: reo enim confitente intentionem actoris actor ab onere probandi releuatur, & consequenter facile lis terminatur l. 1. ff. & C. de confesissis, quæ non ita est in instrumentis & alijs probationibus: tum quia respectu illarum potuit actor ad iudicium instructus venire: tum etiam quia hæc natura sua & à communiter accedentibus non ita facile, & in promptu habentur actori: tum etiam nam postquam in iudicio producit, multa poterit aduersus illa reus opponere, ex quibus causa finis maximè differatur.

50 Quod si dixeris, quod adhuc vsus positionum videtur esse contra regulam, & rationem naturalem textus nostri, cum verum sit semper dicendum esse reum cogi arma aduersarij suo præstare, dum cogitur positionibus respondere, sed facile respondetur: quod licet huiusmodi rationes non sunt per se concludentes: sufficiunt tamè ad illustrandum vsus positionum, & legem humanam illum approbantem, ideòque iuste in tali specie nō attenditur ratio textus nostri, sicut etiam in titulo ad exhibendum, & de interrogatorijs actionibus cogitur reus instruendi iudicij causa exhibere vel respondere l. 1. ff. de interrogatorijs actionibus l. 1. ff. ad exhibendum.

51 Sed quamuis à superiori solutione ego recedendum non putem, memini tamè me quondam aliter discipulis meis tradidisse: cum primarius antecessor eram, considerabam ego positionum vsus non esse contra nostri text. rationem: nam etsi verum sit reum positionibus actoris respondere debere, nō verò debet eius intentionem fundare, neque in confessione arma contra se præstare nisi eo casu, quo scienter & cum mala fide reus alienam retineret: nam cum eo casu teneatur restituere rem, tenebitur etiam veritatem fateri, vt supra num. 45. adnotabimus: at verò quando non habet conscientiam læsam, non tenebitur fatendo veritatem actoris intentionem fundare, sed respondendo positionibus verbis ambiguis vel æquiuocis vti poterit vel respondere de sola credulitate iuxta glossam in c. 2. de confesissis lib. 6. verbo *absque rationabili causa*, & in c. 2. verbo *sigillatim* de testibus lib. 6.

52 Sed qualiter hæc omnia praxi possint seruari, hodie difficilimum est ex l. 2. tit. 7. libr. 4. compilat. quæ iubet reos positionibus de credulitate respondere non posse: imò potius apertas & absolutas debere esse eorum responsiones: quare varijs cautelis vtendum esse existimat Azevedo in d. l. 2. num. 72. & claritatis causa sit casus, quod Titius mihi centum mutuauit & postea ego dicta centum solui, quæ omnia secreto facta sunt, Titius

tius à me centum petit. dubium est, quem ad modum respondendo mihi cauere possunt: existimant multi sic esse confessionem meam concipiendam, *nego me dicta centum accepisse, quod si constauerit me accipere iam esse soluta dies*, ita glossa in l. siquidem Cod. de exceptionibus, & trita conscientia id fieri posse existimat Baldus in republica, C. de fide instr. Hipolytus singulari 177. sed huiusmodi cautio periculosa est: quia sic respondens periurus est: dum asserit se non accepisse centum, vt sentit expressè Iason in l. Iulianus, verum debitorum, ff. de conditione indebiti. Cobarruias lib. 1. variarum cap. 2. numer. 3. secundò, quoniam hæc confessio non est simplex, & absoluta, & ita reus iuxta legem regiam habebitur pro confessio, sicuti etiam in similibus statutis pro confessio habendus esse docuit Bartolus in lege 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum obligat. & relati à Boltio decisione 243.

53 Quare Boerius vbi supra: Iason in leg. manifestè num. 8. ff. de iure iurando, Cepola cautela 60. dicunt aliter cautius respondendum esse, *negando simpliciter actori mihi quidquam dedisse mutuum, propter quod illi obligatus sum*: quæ responsio periculo periurij non laborat, & ideò valdè probabilis est reum interrogatum respondere posse, *nego me mutuum t. lo accepisse, prout & modo, quo à me petitur*, quam cautionem vtroque foro tutam esse docet Cobarruias lib. 1. variar. capit. 2. numero 4. Parladorus lib. 2. rerum quotidiana. c. fin. 1. p. §. 4. num. 13. ad finem.

54 Neque obstat, vt in argumento dictum est, quod reus cogitur scribere, vt ex scriptura per comparationem litterarum probetur actoris intentio: quæ aliàs in solo nititur chirographo. quod à reo subscriptum esse contendit actor: nam facile respondetur talem scripturam fieri ad fundandam replicationem actoris, & elidendam exceptionem rei negantis chirographum à se fuisse subscriptum, quod rectè fieri posse diximus supra numero 43. ex regula text. in dict. l. maritus 95. §. post aditam. ff. ad l. Falciidiam.

55 Neque tandem his omnibus obstat text. in dict. leg. 1. cum similibus, ff. de interrogatorijs actionibus, quibus videtur constare non ex vsu, & consuetudine, sed iure ciuili inductum esse reum teneri positionibus actoris respondere: ad cuius plenam declarationem sciendum est, quod interrogationes olim duplici ex causa fiebant, vel ad præparandam litem, vel ad probationem negotij principalis. Primo casu interrogatur reus, an sit hæres, vel bonorum possessor, & quota ex parte lege 1. 2. 3. & 5. ff. de interrogatorijs actionibus, an fundum possideat, vel non: an sua sit quadrupes, qui damnnum dedit lege si quis 7. lege de ætate ff. de interrogatorijs actionibus, quæ interrogationes, & olim temporarij iurisperitorum fiebant, & hodie fieri possunt, vt actus iudicij reddatur certus, actorque periculum plus petitionis vitet, vt in dict. lege

1. fieri tamen debent in limine iudicij, vel saltem ante litem contestatam, nisi aliter iudex arbitratus fuerit æquitate suadente leg. vbi cunque 2. ff. de interrogatorijs actionibus.

56 In secundo verò casu olim iure Digestorum reo permittebatur circa negotium principale interrogationes ab actore fieri, an scilicet aliquid promississet, vel fecisset, reusque respondere cogebatur, adeò vt ex sola responsione actio interrogatoria appellata interroganti dabatur lege final. de interrogatorijs actionibus, quasi ex propria confessione obligaretur respondens dict. lege de ætate, §. qui interrogatus lege fin. ff. eodem titulo, sed quia nimis durum, & iniquum vsus fuit, vt is, qui à principio nullam habebat actionem, ex sola interrogatione nulla præcedente obligatione eam sibi pararet: ideò tales interrogationes in desuetudinem abierunt dict. lege 1. §. 1. ff. eodem cum adductis à Menochio libro 2. de arbitrarijs casu 51. Duarenno libro 10. disputatio. capite 48. Roberto lib. 4. sententiarum capite 18. Rebaro libr. singulari pro tribunali, capite 15. Brissonio libro 4. select. capite 10. Antonio Fabro de erroribus pragmaticorum decade 2. errore 10. constat ergo illas antiquas interrogationes nihil cum nostris positionibus, quas vsus iuuenit, & ius canonicum, & regium approbavit commune habere, & sic soluitur secundum argumentum.

57 Neque obstat tertium argumentum, ad cuius declarationem sciendum est, quod ex iuribus in argumento adductis multi conficiunt regulam, quod sicut reus non tenetur edere propria instrumenta actori, similiter neque actor teneatur reo ad fundandam suam exceptionem, sentit glossa fin. in capite 9. perpetuus, de fide instrumentorum, & sequuntur multi in dict. lege fin. Cod. de edendo: præcipue Socinus numer. 19. Curtius Iunior numero 10. Donellus numero 6.

58 Sed contraria sententia verior est, & receptior, quod actor teneatur edere propria instrumenta ad eius fundandam exceptionem, vt expressè probat text. in dict. lege finali, Cod. de edendo: ex decisione enim dict. legis finalis declaranda est lex, qui accusare: & lex, non est nouum, Cod. eodem titulo, quæ inter se aliàs pugnare videbantur, concilianturque data differentia inter actorem & reum.

59 Et ratio differentia inter vtrumque est, vt supra diximus: quia reus inuitus, & non paratus venit ad iudicium dict. lege inter stipulantem 83. paragr. 1. ff. de verborum obligatio. lege 2. Codice de dilationibus: actor verò sponte venit dict. lege vnica, Cod. vt nemo inuitus agere compellatur: & ideò meritò dicimus, quod etsi reus non teneatur edere instrumenta actori: actor tamen tenetur edere instrumenta reo ad fundandam exceptionem. Ita expressè in præfenti Abbas numero 14. Felinus numero

numero 25. Beroius numero 57. Ferretus numer. 33. & relati à Patiano libr. 1. de probatio. cap. 63. numero 117.

60 Neque obstat, quòd in iudicijs acceptio personarum non est habenda capit. in iudicijs de regulis iuris lib. 6. quod difficilius est, si attendamus esse etiam aliam regulam contrariam scilicet, fauorabiliores esse rei, quam actores, capit. fauorabiliores de regulis iuris libro 6. lege fauorabiliores 168. ff. eodem titulo, quam controuersiam, & iurium repugnantiam latè explicant relati à Menochio libro 2. de præsumptio. præsumptione 92. sed omisis maioris claritatis, & breuitatis gratia varijs dicendi modis, quod attinet ad nostrum propositum, respondet Decius in dict. lege fauorabiliores numero 3. Ferretus in præsentì numero 37. regulam in iudicijs limitari in specie nostri text. itavt quamuis regulariter in iudicijs æqualitas sit seruanda, hoc non procedit, quod attinet ad editionem instrumentorum, respectu cuius non sunt æquales reus, & actor; siquidem reus edere non tenetur, tenetur tamen actor: ratio limitationis est, nam quando actor apud se habet instrumenta, quibus rei exceptio potest probari, calumniosa meritò dicetur eius petitio, meritò ergo illi occurritur, vt edat instrumentum reo iuxta regulam text. in capit. dolo facit de regulis iuris libro 6.

61 Neque quidquam obstat text. noster ibi, *nulli dicendum est*, &c. cum similibus: quæ generalia verba videntur referenda tam ad reum, quam actorem: nam respondeo, quòd text. noster, & similes solum de reo sunt intelligendi: nam cum loquantur de actore petente editionem à reo, ratio assignata de illo debet intelligi, videlicet nulli dicendum est, id est, nulli reo dicendum est.

62 Neque etiam obstat dicere, quòd reus actor dicitur in exceptionibus: quoniam non dicitur actor, nisi solum ad illum effectum, vt teneatur probare exceptionem, sicut & actor probare tenetur intentionem suam l. in exceptionibus, 19. ff. de probatio. idè tamen reus non definit esse reus.

63 Neque obstat quarta ex dict. lege 1. §. edenda, ff. de edendo, cui facilè respondetur, quòd regula text. nostri non procedit in illis casibus, in quibus reus ipse instrumentis vtitur, in quibus necessariò ea instrumenta sunt actori edenda, vt notat Decius ex dict. §. edenda in præsentì numero 35. Felinus numero 9. Beroius numero 64. & relati à Cobarruias in practicis capite 20. numero 7. Patiano de probatio. libro primo capite 63. à numero 130. nam reus vtendo talibus instrumentis in iudicio eo ipso efficiuntur de actis processus, & ita efficiuntur communia, & vti talia necessariò actori edenda sunt, vt rectè notat Panormitanus in capit. venerabilis de exceptionibus notabili 8.

64 Sed illud est obseruatione dignum, quòd in prædictis casibus non est, totum instrumentum actori edendum, sed solum in ea parte, in qua reus illud procedit in iudicio, & quoad illos tantum articulos, in quibus ipse vtitur, probat text. in lege argentarius, §. edi, ff. de edendo text. expressus in capite contingit de fide instrumentorum, neque obstat text. in capite accepimus eodem titulo, dum docet totum instrumentum edendum esse: nam intelligitur, quando instrumentum petitur ab aduersario volente illud arguere de falsitate. Gailius libr. 1. practicarum obseru. 106. num. 8.

65 Neque obstat quinto, quod plures continet difficultates, quæ verè sunt text. nostri limitationes. Prima est ex regula text. in dict. lege prætor cum similibus, ff. de edendo, quæ iura procedunt in illis, qui ex necessitate officij rationes aliquas exercent, aut instrumenta conficiunt, qui tenentur ea edere omnibus, quibus id interfit, vt probant iura in argumento adducta, quæ in argentario, & numulario loquuntur quorum officium explicant Budæus, Corrafius, & alij, quos refert Menochius libro secundo de arbitrarijs casu 91. Brissonius, & Othomanus de verbis iuris, verbo *argentarius*. Cuiacius libro 10. obseruat. capite 14. Alciatus libr. 8. Parergon capite 19. Sigonius de antiquo iure populi Romani libro secundo, capite 11. dicebatur ergo, qui Romæ in foro stantes mensas publicè habebant, apud illosque pecuniæ fenebres deponebantur, quarum ipsi proprijs Codicibus rationes scribebant, & aliquando numularij, aliquando versumularij dicebantur, lege quædam, §. numularius, lege argentarius, ff. de edendo, lege emptor 48. §. 1. ff. de pactis, lege à Diuo Pio, §. sed est pecunia, ff. de re iudicata: erant ergò argentarij priuati quidam seneratores, qui negotiationem hanc exercebant quæstum in permutandis senerandisque pecunijs facientes, vt præter iam relatos notat Cobarruias. Veterum numularum collatione 17. quare cum singulorum rationes argentarij conficerent, & omnia, quæ apud illos gerebantur, suis Codicibus diligenter scriberent, æquissimum visum fuit prætoribus, vt ipsi suas rationes edere tenerentur postulanti- bus, vt in dict. lege prætor ait, & in dict. lege argentarius: horum autem numularij hodiè ad cæpsores referuntur, vulgò *cambios*, argentarij vero ad notarios, & tabelliones, qui in conficiendis contractuum publicis instrumentis argentarijs successerunt.

66 Qua ratione receptissimum est huiusmodi notarios, & tabelliones publicos nostri temporis teneri edere instrumenta partibus, quibus interfunt ex text. in lege 2. Codice de edendo, capite quoniam contra, infra isto titulo leg. 112. cum sequentibus, titulo 18. part. 3. & resoluunt relati à Patiano libro 1. de probatio. capite 64. per totum, dum docet, quòd qua ratione cogitur ar-

gentarius edere libros rationum, cogitur notarius edere instrumenta, & notat Bartul. in l. fin. num. 4. ff. de tabulis exhibendis: nam idem ius, quod est in argentario, est etiam in omni eo, qui publica auctoritate gerit officium.

67 Quæ doctrinà procedit non solum in ipso notario, sed etiam in eius hærede, lege quædam, §. nihil interest, lege si quis, §. cogentur, ff. de edendo, sed etiam procedit in omni persona, ad quem originalia, vel protocolla notarij defuncti peruenerunt, vt notat Baldus in dict. §. nihil interest, & ibidem Paulus, numero 8. Decius in præsentì numero 236. imò, & procedit 2. etiam si peteretur instrumenti editio in præiudicium ipsius notarij: nam etiam contra semetipsum teneretur edere instrumentum, de quo fuit rogatus, d. l. argentarius, ff. de edendo.

68 Denique hæc regula iustissimè praxi recepta est in curatoribus, procuratoribus, & negociorum gestoribus, qui omnes cum suæ administrationis rationem reddere teneantur partibus, quibus interest, compelli possunt proprias rationes edere, l. si quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. de edendo, l. 1. §. officio, & §. de rationibus, ff. de tutelis, & rationibus distrahendis, l. rationes, C. de administratione tutorum, l. qui proprio 46. §. procurator, ff. de procuratoribus. l. ex mandato 20. ff. mādati, l. 2. ff. de negocijs gestis, & plura cumulat in proposito Gutier. de iuramento confirmatorio 1. part. cap. 40. num. 18. Escobar de ratiocinijs, capite 3.

69 Controuersum tamen est, an id, quod de argentarijs, & numularijs diximus procedat, etiam in mercatoribus nostri temporis, itavt isti etiam edere suorum librorum rationes teneantur, affirmant Bartolus in d. l. 1. num. 5. C. de edendo, Angelus, num. 2. Alex. num. 4. Butrius in præsentì num. 11. Abbas num. 8. Felinus 13. Beroius 49. & relati à Patiano libr. 1. cap. 63. num. 9. negant verò Baldus in d. l. 1. num. 9. C. de edendo Fulgosius, num. 5. Iac. 15. Alciatus 12. sed obtinuit prior sententia, quæ docet mercatorem huius temporis numularijs, & argentarijs assimilari, idè quæ ad rationum suarum editionem teneri: quoniam ex generali cōsuetudine mercatores libros solent conficere suarum rationum: imò à partibus tacite mandari censentur, vt rationes scribant: notant rectè in præsentì Butrius num. 11. Abbas num. 8. Beroius num. 49. Mandosius, num. 43. & ita quasi virtuti illius taciti mandati rationes edere tenentur.

70 Neque obstat dicere, vt pro contraria opinione dicitur, quòd libri mercatorum sint scriptura priuata, quæ non plenè probant: nam contra scribentem plenè probare communis est Doctorum opinio in cap. 2. de fide instrumentorum, & aduertit Cobarruias in practicis, cap. 22. num. 8. Surdus decisione 199. & relati à Mascardo de probationib. conclusione 976. quanta verò sit earum probatio attenda qualitate mercatoris iudicis arbitrio relinquatur iuxta text. in l. Publia 26. §. fin. ff. de positum adductis à Menoch. de arbitr. casu 93.

71 Secunda difficultas argumenti, seu limitatio nostri text. procedit in fisco actore, in quo fauorabiliter est receptum reum ei esse compellendum edere instrumenta, vt probat text. in l. 2. versic. *Diuus*, ff. de iure fisci, Balascus de iure emphyteutico, quæst. 8. à num. 7. & relati à Patiano, dict. cap. 63. à num. 46. Ioan. Garcia de nobilitate, glossa 2. §. 1. à num. 28. Peregrinus de priuilegio fisci lib. 7. tit. 3. num. 11. Sed huiusmodi fisci priuilegiū communiter limitatur, vt solum procedat in causis ciuilibus, non verò in criminalibus, vt aduertunt Abbas in præsentì numero 18. Decius 59. Quæ doctrina intelligenda est, quando pœna corporalis est imponenda, non verò quando pœna pecuniaria fisco venit applicanda ex multis relatis à Patiano cap. 63. a num. 61. quamuis contrarium responderit Alexand. consil. 132. num. 5. lib. 1. nam quoties sola pœna pecuniaria fisco applicatur, eadem ratio edendi instrumenta versatur, quæ in omnibus causis ciuilibus, v.g. si fiscus petat Gauellam sibi ex emptione, aut venditione deuitam, tenebitur debitor instrumentum venditionis edere, quod etiam in conductoribus Gauellarum procedere multi existimant, qui in omni ius fisci succedunt ex relatis à Lassarte de decima venditionis, cap. 18. num. 13. & si contrarium verius esse dixerit Mandosius in præsentì num. 58. Decius num. 13. ea ratione, nam tale priuilegium personale est, & inde succedit regula, text. in cap. priuilegium de regulis iuris libro 6. & pro hac doctrina expendo text. in l. licitatio, §. fin. ff. de publicanis, & vestigalibus, vbi immunitas fisco competens non competit emptoribus fundorum fiscalium; sed nihilominus hodiè prior opinio praxi seruatur ex l. 33. tit. 19. lib. 9. compilat. quod idem priuilegium extendunt Doctores communiter ad causas Ecclesiæ, argumento textus in l. fin. C. de sacrosanctis, & ad causas matrimonij dotis, libertatis, alimentorum, & miserabilium personarum; argumento text. in cap. fin. de re iudicata, ita Abbas in præsentì num. 19. Felinus, num. 10. Decius num. 67. Beroius 69. Tiraquell. de priuilegio piæ causæ priuilegio 155. sed cum fisci priuilegium exorbitet à iure communi; verius est in puncto iuris non esse talem faciendam extensionem; argumento text. in cap. quæ à iure de regulis iuris lib. 6. neque æquiparatio de fisco ad Ecclesias, & alias causas fauorabiles procedit, nisi in casibus à iure expressis, vt copiosè Barbosa in l. 1. 7. part. num. 16. ff. soluto matrimonio.

72 Tertia argumenti difficultas est alia celebris text. nostri limitatio ex d. clem. 1. §. cæterum de vsuris: nam speciale est in vsurario, contra què de vsuris agitur, quod sit cogendus edere instrumenta actori, v.g. librum suarum rationum; vt ex illo suam intentionem fundet, quod de nouo ita statutum est in d. §. cæterum, vt indicat verbum, *decernimus*, in odium vsurariæ prauitatis, & fauore animæ ex sententia glossæ communiter receptæ in dict. §. cæterum, Abbas in præsentì num. 9. Felinus, num. 19. Beroius 54. Mandosius 64. & rela

ti à Menochio de arbitrijs, casu 449. numero 7.

73 Neque obstat 6. & vltimum argumen- tum, ex dict. cap. G. perpetuus de fide instrum. pro cuius intelligentia scire oportet instrumenta dupliciter dici communia, aut ratione domini, & proprietatis, veluti instrumenta hæreditaria, quæ respectu cohæredum communia sunt, quo ad proprietatem, l. cæteræ. 4. §. fin. cum l. sequenti, ff. familiæ eriscundæ, l. fin. ff. de fide instrum. idem est in instrumentis pluribus legatis, vel donatis, vel communi pecunia emptis, aut dicuntur communia ratione vtilitatis, & materiæ veluti instrumenta contractuum emptionis, locationis, societatis, & alia, quæ vtriusque partis vtilitatem continent, vt copiosè notat Patianus de probat. lib. 1. cap. 64. è num. 92.

74 Quoties ergo communia sunt, quo ad proprietatem instrumenta, reus ad illarum editionem ab actore poterit proculdubiò cõpelli, & sic procedit text. in d. cap. G. perpetuus de fide instrum. cum alijs in argumento adductis, iuncta, d. l. nō est nouum, cum l. sequenti, C. de edendo, & aduertunt relati à Patiano, vbisupra, d. num. 92. Balafcus de iure emphyteutico, quæst. 8. num. 5. & est ratio: nam verè, quod commune est meum est, l. in re communi, ff. de seruitutibus vrbanoꝝ, l. illud 46. ff. de ritu nuptiarum, illud ergo, quod meum est iure proprio, & petere, & vendicare possum, l. 1. cum sequentibus, ff. de vi vindicatione, possum itaque actione ad exhibendum agere, l. ad exhibendum, ff. ad exhibendum, vel si instrumentum testamenti sit, poterit agi ex edicto de tab. exhibendis: at text. noster non procedit in huiusmodi instrumentis communibus: loquitur namque solum de proprijs respectu rei in quibus solis versatur rationes nostri text. nam quando instrumenta sunt communia, iustè compellitur reus edere actori, quod actoris est, vt copiosè aduertit Ioan. Garcia de nobilit. gloss. 2. §. 1. num. 92. id enim non est cõpellere reum edere arma contra seipsum, sed potius esset actorem proprijs armis priuare, quare scripturam maioratus, quæ omniū à fundatore vocatorum communis est, tenebitur possessor maioratus illam edere ad petitionem alterius ex relatis à Pelaez de maioratibus, 4. part. quæst. 20. num. 28. & in terminis resoluit Gregorius in l. 17. tit. 2. p. 3. verbo carta, & asserit ita sepissimè iudicatum vidisse ex text. in l. 24. C. de fideicommissis.

75 Sed maior est controuersia in instrumentis cõmunibus ratione vtilitatis, an teneatur reus illa edere actori, qualia sunt instrumenta emptionis, locationis, & similia & nonnulli dicunt, etiam ea instrumenta actori edenda esse, quod colligunt ex text. in l. prætor, ait versic. huius edicti, ff. de edendo, quatenus instrumentum ratione vtilitatis commune quodammodo meum appellat, sed contraria sententia verior, & receptior est, quæ apertè probatur in text. nostro, vbi instrumenta communia erant ratione vtilitatis, siquidē in illis pacta inter Regem, & Imperatorem celebrata cõtinebantur, non ergo attenditur ad materiam contractus, an

vtilitas communis sit, vel non, sed solū attenditur; an instrumenta sint propria ipsius rei, vt resoluunt in numeri relati à Patiano, lib. 1. c. 64. n. 94. Gailio lib. 1. obseruat. 106. n. 7. Neque obstat text. in d. l. ait prætor, nam iuriconsultus, ibi: non ait instrumenta communia esse, sed quodammodo cõmunia.

76 Erit ergo, in hac quæstione seruanda praxis, quòd si instrumenta communia sunt solum ratione vtilitatis, & propter materiam in illis cõtinentam, aut sunt apud notarium, à quo confecta fuerunt, aut apud partem in primo casu debet notarius edere instrumenta: nam ad huiusmodi editionem tenetur ratione officij satisfacto prius sibi de mercede, si verò pars retineat instrumentum, & sit originale, tenebitur pars edere instrumentum, eò quòd originale sit verè inter partes commune ex d. cap. G. Perpetuus, si verò non habeat originale instrumentum, sed copiam propria pecunia à notario desumptā regulariter loquendp ad illius editionē non tenetur: nā respectu chartæ illud instrumentum non dicitur verè commune: si verò originale vel protocollum non reperiatur apud notarium, sed illud habeat reus, vel exemplar authenticum iudicis officio cogendus est edere reus, quod copiosè praxi iam in omnibus tribunalibus seruari ostendit Patianus lib. 1. c. 65. num. 107. & hunc esse Rotæ stylū docet Paulus Æmilius decis. 294. r. p. & supra morū tribunalium Hispaniæ, vt notat Burgos de Paz quæstionū ciuiliū quæst. 5. Azbedo in l. 3. tit. 5. num. 10. lib. 4. compil. & cum his soluitur argumentum & finitur.

S U M M A R I A.

Ad text. in cap. 2. huius tit. de prob.

- 1 Proponitur conclusio nostri text.
- 2 Dubitandi ratio, num. 3. num. 4. num. 5.
- 6 Defenditur nostri text. conclusio.
- 7 Quod sit iurare.
- 8 Consuetudo est diuturni populi vsus.
- 9 Vera nostre conclusionis ratio.
- 10 Casus difficilis, num. 11.
- 12 Quid in praxi seruandum sit.
- 13 Reus an compellendus est iurare, quando actor non probat.
- 14 An nostri text. regula procedat, non solum, quando actor plene probauit de præterito, sed etiam, quando se probaturum offert.
- 15 Respondetur ad text. in d. l. eñ, qui, ff. de iure iurandi.
- 16 Nostri text. decisio procedit in iuramento probatorio, non in iuramento calumnie.
- 17 Respondetur ad argumenta in contrarium.
- 18 Respondetur ad text. in c. 1. in principio in §. in omnibus de iuramento calumnie, lib. 6.
- 19 Respondetur ad text. in d. l. manifestè.
- 20 Respondetur ad text. in d. cap. omnes d. §. testimonium, num. 21.

- 22 In iudicando, & consulendo ab hac sententia non est recedendum.
- 23 Quod fortius procedit in causis criminalibus.
- 24 An Princeps possit facere, quòd unico testi adhibetur plena fides, num. 25.
- 26 Quando adest consensus vtriusque partis vnius testimonio standum est, num. 27. & 28.
- 29 Obijci solet text. in cap. tua de clericis peregrinis, num. 30.
- 31 An autem in causis possessorijs vnicus testis sufficiat, num. 32. & 33.
- 34 Officij ratione credendum est vnius testimonio.
- 35 Respondetur ad text. in cap. omnes, dicto §. testimonium, 11. quæst. 1.
- 36 Respondetur ad text. in dicta leg. de quibus, ff. de legibus.
- 37 Solet obijci contra omnia dicta text. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo.
- 38 Difficilis text. in l. 3. §. Diuus Adrianus, ff. de sepulchro violato, num. 39.
- 40 Contrarius consuetudinis obijcitur locus D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 3. num. 41.
- 42 Obijcitur, quòd ille potest legem derogare, qui legis prætestatem condenda habet, num. 43.
- 44 Intellectus dicti cap. si quis omnes.
- 45 Constituitur differentia inter consuetudinem, & præscriptionem.
- 46 Cur in specie nostri text. consuetudo non vincat legem.
- 47 Respondetur ad quartum argumentum supra adductum.
- 48 Respondetur ad id, quod in ore duorum, vel trium num. 49. & 50.
- 51 Respondetur ad text. in cap. cum esses de testamētis.
- 52 Quid in praxi seruandum sit tam in causis profanis, quàm Ecclesiasticis.
- 53 Duo testes non sufficiunt, quando agitur de probando, quod contra se habet iuris præsumptionem.
- 54 Quando agitur de probando contra scripturam plures, quàm duo testes sunt necessarii, num. 55.
- 56 Etiam in deposito procedit supra dicta.

A D T E X T V M

Sequitur text. in cap. 2. huius tit. de probationibus.

CONCLUSIO est, actor, qui plene probavit, non compellitur iurare etiam prætextu consuetudinis, de cuius conclusionis materia latè tractant præter ordinarios, Iasson in l. admionendi à num. 79. ff. de iure iurando, & ibidem, Ripa à num. 67. Tiraquellas de retractu tit. 1. §. 2. glossa 2. & relati à Boerio decis. 99. Mascardo de probationibus tomo 1. q. 9. num. 22.

2 Sed contra dubitionē movet primo: nā ratio nostri text. videlicet iuramentum, nisi in sub-

fidium, & defectum plenæ probationis non esse admittendum, sustineri non potest, ergo neque conclusio. Probatur antecedens: nam sæpè iuramentum defertur legitimè probanti etiam in eò casu, vbi non deficit plena probatio, vt in cap. ad abolendam de hæreticis, ibi delinquens cogitur adiurare crimen, de quo convictus est, quamvis aliàs posset de crimine illo aliter puniri, cap. clericos de cohabitatione clericorum, quod etiam procedit in illo, qui licèt legitimè probaverit, cogitur tùm subire iuramentum non solum calumniæ, & malitiæ (vt in cap. 1. in principio cap. 2. §. in omnibus, de iuramento calumniæ lib. 6. l. 23. tit. 1. r. p. 3.) sed aliquando etiam litis decisorium, veluti quando, aut referre, aut præstare iuramentum compellitur, vt in l. manifestè de iure iurando, idemque procedit in specie text. in cap. 2. de confessis lib. 6. clem. sæpè §. verum de verborum significatione l. 1. & 2. tit. 7. lib. 4. compilationis, in quibus cogitur positionibus sub iure iurando respondere, etiam si plenè probaverit.

3 Secundò: nam facilius permittitur probationis augmentū, quàm eius diminutio cap. licèt vniversis de testibus, sed aliquādo in iure nostro vnico testi fides adhibetur, cap. omnes 36. versi. testimonium, 11. q. 1. cap. cum parati 19. de appel. l. magis puto §. illud, ff. de rebus eorum, ergo in text. nostro erat etiam toleranda iurandi consuetudo, etiam post plenas probationes.

4 Tertiò: nam consuetudo legem humanam derogare potest, l. de quibus in fine, ff. de legibus, cap. fin. de consuetudine, ergo quantumvis lege sit inductum actorem plene probantem iurare non debere, lex potuit contraria consuetudine derogari.

5 Quartò: nam omne id, quod lege positiva fieri potest, poterit etiam consuetudine fieri, vt probatur in dicta l. de quibus, ff. de legibus, sed lege potest maior testium numerus vltra legitimū addi, vt apparet in testamentis, in quibus defiderantur septem, vel quinque l. hac consultissima, C. de testamentis, l. 3. Tauri, & in multis alijs casibus, veluti in specie text. in cap. præsul, & in cap. nullam 2. q. 5. ergo similiter cõsuetudine fieri potest, vt vltra plenam probationem iuramentum addendum sit.

6 Sed his non obstantibus vera, & celebris est nostri text. conclusio, quàm summè commendant in præsentī Decius, & Ferretus n. 1. Ias. in l. cum virum n. 4. C. de fideicomis. & in repetitione legis admonendi n. 79. ff. de iure iurando, Tiraquel. de retractu tit. 1. §. 2. gloss. 2. nu. 1. Boerius decis. 95. Olafcus in Pedemontan. decis. 10. à n. 7 Bartol. & omnes communiter in l. in contractibus §. illo, C. de non numerata: sed pro vera huius conclusionis explicatione 1. scire oportet, quòd vt iuramentum licitū sit tres comites habere debet veritatem scilicet iudicium, & iustitiam, veritatē, vt omninò à falsitate sit alienum iudicium, vt cū discretionē, & prudentia fiat, v. g. quod non sine necessitate, & iusta causa iuret. Debet enim iuramen-

ramentum fieri non ad confirmandas res alias claras, & perspicuas, aut nimis leves: *iustitiam*, id est, quod fiat de re iusta & licita: sic enim intelligi debent verba Ieremias ca. 4. ibi, *iurabis, vivit Dominus in veritate, iudicio, & iustitia*, quæ verba referuntur in cap. animadvertendum 22. q. 2. c. et si Christus de iure iurando, & explicat D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 3. Navarro in manuali cap. 12. num. 3. Cobar. in cap. quamvis pactum 1. p. §. 6. num. 4. Læsius de iustitia & iure lib. 2. ca. 42. dubitatione 3. Suarez de religione tom. 2. lib. 4. de iuram. c. 3.

7 Cum ergo iurare nihil aliud sit, quam affirmare, vel negare adducendo Deum in testem, tamquam infallibilem veritatem, ut explicant Theologum D. Thom. 2. 2. q. 79. art. 2. idè propter summam Deo debitam religionem iuramentum primò oportet, sit verum. Secundò prudenter, & cum maturo iudicio factum. Tertio iustum, & æquum, adèd vt teste Hieronymo non solum sit periculum deficientibus illis tribus comitibus, sed quocunque illorum deficiente, quamvis hoc diversa ratione procedat: nã vbi sine veritate iuratur, vanum est iuramentum, quasi præcipua substantia illius deficiente, & ita hoc dicimus iuramentum in primo gradu vanum, si verò iniquum aliquid iuratur, veluti h. minem occidere, adulterare: dicitur secundo gradu vanum, nam apertè adversatur nature iuramenti, quod ex natura rei vinculum est, & custodia iustitiæ, quando verò in vanum iuratur sine necessitate: tertio gradu dicitur vanum, & appellatur incautum, vel temerarium.

8 Secundò supponendū est brevissimè nihil aliud esse consuetudinē, quam diuturnū populi usum, qui pro lege habetur. l. de quibus, ff. de legibus, adèd vt sicuti nulla lege humana constitui potest aliquid, vel contra ius naturale, vel contra ius divinum, cap. sunt quidā 25. q. 1. cap. 2. de maioritate, & obedientia, similiter nec consuetudine id fieri potest, cap. fin. de consuetudine, sic & etiã sicuti lex quæcunq; humana necessariò debet esse iusta, & rationalis, cap. erit autem, lex 4. dist. quod rectè explicuit D. Tho. 1. 2. q. 96. art. 4. Sic etiam & consuetudo nullius momenti est, nisi rationalis, & legitime per scripta, vt in d. cap. fin. de consuetudine, cap. 1. cap. cū venerabilis, c. ex parte eod. tit. cap. series 26. de testib. c. ceterū de iuramento calūniæ, c. 1. de consuetudine lib. 6.

9 Vnde vera nostræ conclusionis decidendi ratio alijs omisis ex eo deducitur: nã consuetudo, quæ ultra plenā probationē iuramentū exigat, est iniqua, & irrationalis, & consequenter non est admittenda d. ca. fin. cum supra adductis de consuetudine, & probatur ex eo: nam ea consuetudo iurandi post plenā probationem, primò adversatur legi humanæ iustissimæ præcipienti plenam fidem esse adhibendā duobus, vel tribus testibus, l. vbi numerus, ff. de testibus, vel instrumentis publicis, l. in exercendis, C. de fide instrumentis. Sed neque hæc ratio esset omninò sufficiens: nam consuetudo legem humanā derogare potest, nisi dicamus in specie text. nostri consuetu-

dinē iurandi, quantumvis præscriptā semper esse omninò iniquam, & irrationabile: nam leges vana cautum est non esse iurandum sine iusta causa, cap. & si Christus, de iure iurando cum adductis à D. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2. Soto lib. 8. de iustitia & iure q. 1. art. 5. Cobar. in c. quamvis pactum 1. p. §. 6. à n. 4. at postquā actor plenè probavit suam intentionē, si iuraret sine vlla necessitate iuraret, & consequenter iurandi consuetudo penitus esset irrationalis, & vana.

10 Sed ex supra dictis ille casus difficilis est sicut verum est actorem plenè suā intentionem non esse compellendū iurare, sic etiam & reus adversus quē nihil probaverit actor, non debet compelli id quē probavi videtur ex eo: nam actor nihil probante reus absolvendus est, l. qui accusare, C. de edendo, cap. cum Ecclesiastica sutrina de causa possess. suadet etiam secundo: nam dispositū in vno ex correlativis, in alio etiam dispositū censetur tollenda, l. vnicā, C. de cupressis, lib. 1. at actor, & reus in iudicio correlativi censentur, quod ergo in vno dispositū est, in altero debet procedere. Tertio, nam iuramentum ex iusta causa recusari potest, l. generaliter §. si autem C. de rebus creditis, & in cap. fin. in princip. de iure iurando: iusta autē causa videtur esse, si actor nihil probaverit ex d. l. qui accusare cum similibus. Quarto probatur ex regula text. in d. cap. fin. §. sanè, vbi iuramentum non defertur, quando actor nihil probavit, qua ratione hanc sententiam probat Bald. in l. 2. q. 1. ff. de iure iurando, Abb. in præsentī n. 1. Ferret. n. 6. & relati à Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 81. praxique servari debere respondit Socin. consilio 184. lib. 1.

11 Sed contrariā sententiam receptionē esse testantur Alexand. Paul. & Ias. in l. manifeste, ff. de iure iurando, & relati ab Ofasco in Pedamontanis, decis. 97. n. 10. quamvis enim actor, qui plenè probavit iurare compellendus non sit, reus vero contra quem nihil est probatum, compelli potest, si discrimen est, non cum actor antea plenè probaverit iuramentū sine necessitate præstaretur reus verò compelli debet: nam si ei deferatur iuramentum ab actore, illud sine manifesta turpitudine recusare non poterit in d. l. manifeste, ff. de iure iurando, pro eadem sententia facit text. in l. fin. in fine, C. de fidei comif. & in l. tutor 35. §. in omnibus, ff. de probationibus, l. generaliter, C. de rebus creditis sequuntur Aymon Crabeta confi. 207. n. 4. Boerius decis. 95. n. 5. & 6. Forcatulus in Necyomantia dialogo 54. n. 4.

12 Sed tandē in hac specie ea distinctio praxi cōmuniter obtinuit, quod si actor à principio elegisset reo iuramentum deferre, non posset sine manifesta turpitudine recusari iuxta text. in dicta l. manifeste, ita vt in hoc casu procedat Pauli, Alexandri, & aliorū opinio. Si verò actor à principio eligat probare suam intentionem, & postea in probatione deficiat, non poterit reo iuramentum deferre iuxta speciem text. nostri, & hoc

hoc modo procedit cōtraria opinio Baldi, & aliorum: resoluunt Salicet. in l. si quis ius iurandum, n. 3. C. de rebus creditis, Padilla in d. l. fin. nu. 19. C. de fidei com. Corraf. in l. admonendi n. 30. ff. de iure iurando, & pro ea allegatur text. in l. Marcellus 1. §. 1. ff. rerum amotarum ibi, *si velit magis iuramentum deferri*, & in l. de rebus 14. ff. eodem l. si quis ius iurandum, C. de rebus creditis. Quādo enim ad vnam, & idē finē diversa remedia cōpetūt, vno electo omnia alia cessant, l. quod in hære dē 9. §. 1. ff. de tributaria, c. vt quis duas 25. de electione lib. 6. Fateor tamen hanc doctrinam non esse sine scrupulo: nam etiam actore eligente probationis viam, & nihil probante reo posse iuramentū deferre testantur multi relati à Patiano de probatio. lib. 1. cap. 70. n. 3. & ita iudicatum refert Ofasco in Pedamontanis decisioe 67. Boerius decisioe 95. n. 4. Aymon confi. 207. vol. 2. Angel. in l. in contractibus. C. de nō numerata.

13 Neque obstabit dicere, quod iuxta text. nostri regulam reus nunquā esset compellendus iurare, quando actor non probasset sicuti, nec compelletur actor iurare, quando plenè probavit, vt par sit actoris, & rei conditio: nam in re perspicua existimo interpretes hallucinari rationē, quoniã diversa procedit ratio in reo, & in actore, quando adversus reū nihil est probatū. Si enim actor iurare compelleretur post plenā probationē, vtiq; compelleretur, id sine necessitate faceret: at reus deficiente probatione actoris non compelletur iurare sine necessitate, sed maxima urgente, vt melius iudex de veritate informetur: nam datis terminis paribus nostri text. regula aequè procedit in reo, & in actore, v. g. si reus plenè suam exceptionem probasset, non posset compelli iurare, etiam prætextu cuiuslibet cōsuetudinis, sicut neque actor, quod quamvis ab interpretibus animadversum non sit, manifestè tamen in text. nostro probatur in dicto versiculo, *cum aliquis*.

14 Sed illud etiam non leviter controverti solet an nostri text. regula procedat non solum, quando actor plenè probavit de præterito, sed etiam quando se probaturū offert, an eo casu possit compelli iurare parte petente, & Bart. in d. l. in contractibus, illo existimat adhuc eo in casu actorem iurare compellendum non esse, & movetur ex regula text. in l. cum, qui in principio, ff. de iure iurando: sed ego in praxi ab opinione Bartoli proculdubio recederem: nam, vt actor à iuramento excusetur iuxta text. nostri decisionē, nō sufficit offerre se probaturū, sed requiritur, quod iam probaverit, vt resolvit Boerius decisioe 95. per totam, Ofasco decis. 1. n. 1. & satis colligitur ex verbis text. nostri ibi, *si non habuerit*, & ratione probatur: nam eo casu iuramentum vanum, aut ociosum non est, cum sit maximum expediendum litium remedium l. 1. ff. de iure iurando.

15 Neque obstat text. in d. l. cum, qui ff. de iure iurando: nam vt advertit Ias. in l. manifeste n. 3. ff. de iure iurando, in specie illius text. id cō dicitur actū iuramentū posse recusare, & eligere

alias probationes: quia ei datum non esset, cum diminuat condēnationem: alias enim non posset illud recusare. Ille enim, qui iuravit ex ea actione, quæ inficiendo crescit aliquid sibi deberi simpliciter non dupli persecutionem habet, quam aliàs haberet, si suam intentionē per alias probationes probasset, l. 2. ff. ad legem Aquiliam, l. cōtra negantē, C. eodem l. doli in princip. vers. *hæc actio*, ff. de servo corrupto: illo enim casu satis abundè actori prospicitur, cum ab obligatione probandi exoneretur, vt in d. l. cum, qui ff. de iure iurando.

16 Denique nostri text. decisio solum procedit in iuramento probatorio, non verò in iuramento calūniæ, vel malitiæ, quod actor & reus præstare tenentur, vt probat text. in authen. vt litigantes iurent, collatione 9. l. 2. C. de iure iura. propter calūniā dando, c. 1. & per totū de iuramento calūniæ, l. 23. tit. 1. p. 3. Hoc enim iuramentū non solum in principio litis, verum etiam in quolibet parte iudicij præstandum est, si à iudice deferatur cap. 1. cap. 2. in fine de iuramento calūniæ lib. 6. & in hoc casu nunquā erit iuramentum superfluum, vt ex multis contra Baldum refert Suar. in l. 4. ti. 1. 2. de las juras, lib. 2. fori à n. 37.

17 Quibus suppositis non obstant argumēta supra in principio probatū ratiōne adducta non primū ex text. in d. cap. abolendam cum similibus: ea enim iura loquuntur non de abiuratione, quæ sit principaliter ad coercendū crimen, sed potius ad publicam, vel solemnem erroris cōtra fidem detestationē, vt advertit Simancas de catholicis institutionibus tit. 1. at text. noster loquitur de iuramento necessario, quod à iudice parti deferatur in supplementum probationis, quod cum sit omninò subsidiarium, nec recusari, nec refferri à parte potest, de quo loquitur text. in l. admonendi, ff. de iur. Meno. de arbi. cas. 190.

18 Neque etiam obstat text. in d. c. 1. in principio, & in d. c. 2. §. in omnibus de iuramento calūniæ lib. 6. qui loquuntur in iuramento calūniæ, & malitiæ, quod etiam dicitur necessarium, ita vt si à principio omittatur. postea præstari debet, vt resolvit Menoch. de arbitra. q. 20. adèd vt si parte exigente ab altera iuramentū de calūniā iussu iudicis non præstetur: processus erit nullus ex l. 10. tit. 17. lib. 4. comp. vt explicat Gut. de iuram. confir. 1. p. c. 16. n. 65. imò et si iuramentum calūniæ merum favorem vtriusque partis contineat, renunciari nequit l. 2. §. sed quia, C. de iure iurando, propter calūniā dando: fieret enim ex eo iniuria iudici, cui interest falsitatē in iudicio non adesse, adèd vt nec contraria consuetudo valeat, c. ceterum de iuramento calūniæ, neq; obstat text. in c. 1. §. propter de iuramento calūniæ lib. 6. Dum docet huius iuramenti omisionem fieri posse: quoniam respondeo, quod si tale iuramentum bis non petatur, non erit nullus processus, etiam si omittatur, vt in d. l. 10. tit. 17. lib. 4. compilat.

19 Denique non obstat text. in dicta l. ma-

manifeste, cui multi respondet, quod ille text. loquitur in iuramento litis decisorio, & iudiciali, quod à parte petenti defertur: illud enim nec subire, nec referre manifestam continet turpitudinem: At tex. noster loquitur in iuramento, quod à iudice defertur in supplementum probationis, iuxta tex. in dict. l. admonendi, l. in bona fidei, C. de rebus creditis, quod copiose explicant Menoch. dict. casu 190. Mascard. de probationibus. conclus. 956. Patianus lib. 1. q. 70. Sed hæc sententia aperte convincitur: nam iuramentum, quod à iudice defertur, magis obligat, quam illud, quod defertur à parte, vt in cap. fin. in principio de iure iurando. Quare vulgò necessarium simpliciter appellatur in dict. ca. fin. Vnde indistinctè quilibet recusans subire iudiciale iuramentum pro confesso habetur: hoc enim continet manifestam turpitudinem, ex dict. l. manifeste, dict. cap. 2. de confessis lib. 6. Quare dicendum est nullum iuramentum iudiciale recusari posse, nisi ex iusta causa, vt in dict. cap. fin. & in dict. l. 1. tit. 7. lib. 4. compil. ibi, *no teniendo razon legitima*: erit autem iusta causa, si tor plenè intentionem suam probaverit ex text. citato.

20 Neque obstat secundum ex tex. in d. ca. omnes, d. §. testimonium, ex quo multi putant lege, aut consuetudine introduci posse, vt vnico tantum teste plena fides adhibeatur, ita in presenti Abbas. & Felin. n. 6. Dec. n. 42. Boer. 46. Et comprobatur hæc sententia ex tex. in c. cum dilectus vers. *super tertio*, de fide instrumentorum, c. sicut 6. de simonia, c. cum à nobis 28. in fine de testibus, clementina literis de prob. contraria verò sententia recepta est, ex relatis ab Anto. Gabriel in tit. de testibus. conclus. 1. Cobar. in practicis q. 33. n. 3. Dueñas regula 84. Menoch. de arbitrariis lib. 2. casu 99. n. 19. & relati à Farinat. 2. tomo criminalium, tit. de testibus q. 63. eamque probare videtur tex. in cap. admonere 33. q. 2. ibi: *Quoniam neq. Evangelium, neq. vlla humana, diuinaq. lex vnus testimonio quantumnis idoneo quæquam iustificat, vel condemnat*, cap. indicas 3. q. 9. cap. veniens 10. c. licet vniversis 23. c. licet ex quadam 47. de testibus, l. iuris iurandi. C. eod. tit. quorum iurium regula iure civili canonico, & diuino procedit, vt probat tex. in dict. cap. admonere 33. q. 2. Nam si cut iure diuino in ore duorum vel trium stat omne verbum, vt in Deutero. c. 17. & 19. & Matth. ca. 18. & 1. ad Corinth. cap. 13. Ita quoque in nullo casu vnus testimonio sufficere cavetur dict. cap. 17. Deutero. & plura cumulat Tiraq. in tractatu de rebus exiguis in princip. vers. 2. ratio. Rom. singul. 361. cum adductis à Farinat. de testibus, quæst. 63. per totum.

21 Quæ regula procedit in omni testi vnico quantumvis digno. Is enim quacumq. etiam refulgens dignitate nõ faciet plenam probationem, vt probatur in c. in nomine domini, c. licet ex quadam de testibus, l. iuris iurandi. C. eod. tit. & scripsit Panormitan. in cap. cum à nobis n. 1. de testibus, Tiraquel. in tractatu de rebus exiguis in principi-

pio vers. *secunda ratio est*, Cobar. in practicis cap. 33. n. 3. Socin. reg. 423. Zefalus consilio 438. num. 31. lib. 3. Iosephus Ludovicus conclus. 70. vers. *ampliatu primo*, Nata consil. 177. num. 7.

22 Neque ab hac sententia tanquam veriori & receptiori in iudicando, & consulendo recedendum est: præsertim quâdo de gravi tertij præiudicio ageretur, vt rectè ostendit Zefalus dicto consil. 438. num. 31. & n. 50. lib. 3. quidquid contra senserit Butrius in cap. veniens el 1. de testibus num. 8. ibi, *Item creditur vni propter eius fidem indubitata propter merita sua, & eius vitæ sanctitatem*, & alij, quos retulit Antonius Gabriel in tit. de testibus conclus. 1. num. 43. & nu. 44. Mascard. de probationibus lib. 1. in præfatione n. 20. Vbi loquitur de testimonio personæ notabilis, & religiosæ, & probatissimæ vitæ.

23 Quod & fortius procedit in causis criminalibus, in quibus de periculo vitæ, famæ, ac fortunarum tractatur, vt in l. fin. C. de quæstionibus cum adductis ab Alexand. consil. 89. à n. 5. lib. 2. in quibus inauditum esset reum ex vnico teste condemnare, & in specie probant, Decius consil. 92. num. 27. lib. 2. Idque iure diuino veteris Testamenti cautum est Deuteronomij cap. 17. ibi: *In ore duorum, vel trium testimonium peribit, qui interficietur, nemoq. occidatur vno contra se dicente testimonio, & rursus cap. 19. ibi: Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, aut facinoris fuerit. sed in ore duorum, aut trium testimonium stabit omne verbum*: cum multis alijs adductis à Romano Madaleno in tractatu de numero testimonij cap. 1. à nu. 13. cum sequentibus.

24 Vnde controversum est, an princeps lege, statuto, aut consuetudine fieri possit, vt plena fides vnico testi adhibeatur, quod fieri posse statuto putat Campegius de testibus regula 197. l. l. 15. & à Pontifice fieri posse probat Felin. in cap. cum à nobis num. 1. de testibus, & n. 3. Aretinus nu. 9. Adhuc tamen puto id nulla ratione fieri posse, vt rectè advertit Romanus singulari 361. Antonius Gabriel multis relatis in tit. de testibus in rubrica conclus. 1. num. 5. 6. & nu. 11. & loquitur, etiam si ageretur contra vsurarium, Federicus de Senis consil. 16. Tiraquel. de rebus exiguis in principio vers. *secunda ratio est*, Decianus consil. 92. à num. 26. lib. 2. Antonius Petradæ fidei commissis q. 12. num. 561. Mascard. de probationibus lib. 1. q. 11. num. 10. & probat expressus tex. in capit. indicas hermanum 3. q. 9. ibi, *not vni ad discrimen alterius credere procul dubio non possumus*. A qua sententia non est in iudicando, & consulendo recedendum, quod tamen temperandum est, vt non procedat in causis exiguis, in quibus agitur de levi testis præiudicio ex multis relatis per Anton. Gabriel dict. conclusione 1. n. 7.

25 Tandem superior doctrina in omnibus iudicij procedit, etiam in quibus iudex sola facti veritate inspecta procedit: nunquam enim vnus testis plenè probare potest, resoluit Alexand. consil. 76. in versiculo, nec prædictis lib. 4. Anto-

Gabriel

Gabriel dicta conclusione 1. nu. 3. & 4. Corneus consilio 163. à num. 6. lib. 2. Iosephus Ludovicus conclusione 70. in versiculo *ampliatu tertio*: Burfatus consil. 32. num. 26. lib. 1. Riminaldus consil. 551. num. 14. imò & procedit, etiam si agatur de favore piæ causæ, vt in specie, Decius consil. 159. num. 6. in versiculo *primo quia iste testis*, Zefalus consil. 438. num. 32. Iosephus Ludovicus d. conclusione 70. in vers. *ampliatu secundo*.

26 Quando tamen consensus partium adest: tunc enim vnus testimonio, statim est, sicut ex eodem consensu statim dicitur aduersæ partis l. fin. C. de fidei commissis, l. hæc venditio de cōtrahenda emptione, l. in personam, §. generaliter, ff. de regulis iuris, & in specie probant Speculat. in tit. de teste §. restat num. 11. Crotus de testibus num. 211. Socinus regula 423. Dueñas regul. 84. in versiculo *hanc regulam*, Butrius in cap. veniens el 1. num. 8. de testibus, & ibidem, Felinus nu. 19. Cobarruias lib. 2. variarum cap. 13. num. 2. in versiculo *ceterum, quod consensu*.

27 Hoc tamen intelligendum est, quando adest consensus partium respectu personæ nominatim determinatæ, & in negotio certo, & determinato, aliàs tamen vnus testimonium nunquam probat, vt advertit Angelus in leg. pactum inter hæredes. ff. de pactis, sequitur Iasson in lege admonendi numero 100 & numero 200. ff. de iure iurando, Alciatus in lege prima §. final. num. 28. ff. de verborum obligatione, & ibidem, Iasson num. 9. Aretinus num. 49. Socinus num. 3. Cobarruias lib. 2. variarum cap. 3. num. 2. in versiculo *item illud observandum est*.

28 Sic etiam non procedit prædicta regula, quando non agitur de præiudicio alicuius, quo casu vnus testimonio statim potest, verbi gratia, quod quis sit Clericus, quod sit Doctor, quod sit Baptizatus, quod Ecclesia sit consecrata, vt expressè dicitur in cap. cum itaque, & in capit. parvulis, de consecratione distinctione 4. & resoluit Speculator in titulo de teste §. restat num. 8. Butrius in cap. licet vniversis num. 3. & in capit. veniens el primo, num. 8. & ibidem, Felinus num. 18. de testibus, Marsilius in l. 1. §. idem, Cornelio num. 6. ff. de quæstionibus, Zefalus consil. 639. num. 5. lib. 5. Mascardus de probationibus lib. 1. in præfatione quæst. 11. num. 14. & conclusione 303. Vbi in specie loquitur de clericatu.

29 Obijci tamen solet text. in capite tuæ de clericis peregrinis, vbi dicitur clericatum posse per literas, aut testes probari, ergo non sufficit vnus testis: tunc etiam nam probatio clericatus in multis casibus potest tertio præiudicium afferre, veluti quando inter duos causa beneficiæ versatur, & ab vna parte prætenditur nullam esse beneficiæ collationem, tanquam factam in non clericum, & idem est, si agatur de punitione clerici ob delictum coram sæculari, vel Ecclesiastico iudice, quo casu cum de iurisdictione agatur, consequenter agitur de præiudicio alterius, vt advertit Cobarruias lib. 1. variarum ca-

pite trigesimo tertio, numero 3. Lopus allegatione 7. post numerum primum, Farinatius de inquisitione quæst. 8. num. 42.

30 Quare rectè respondet Mascardus, de probationibus conclusione 303. à numero 4. Rebus in tractatu de nominatione, quæstione decima quarta, numero 32. distinguendo: nam aut sumus in extraiudicialibus in primo casu, cum de nullius præiudicio agatur, verbi gratia, an clericus possit celebrare, & similia exercere, vel non, vnico testi credendum est. In secundo verò casu verbi gratia, quando causa super beneficio vertitur, vel super iurisdictione inter laicum, & Ecclesiasticum: tunc vnus testis non sufficit, & plura ad propositum adnotavit Farinatius de inquisitione quæstione octava à numero 42. cum sequentibus.

31 An autem in causis possessorijs vnus testis sufficiat, non leviter controversum est: nam cum reputentur parvi præiudicij, sufficere existimant Bartul. in lege 1. C. quorum bonorum, & in l. 2. C. vbi in rem actio, & in Extravaganti ad reprimendam in verbo *summarie*, num. 10. Alex. in leg. fin. num. 18. C. de edicto Divi Adriani tollendo, & ibidem, Paulus num. 8. Decius numero 28. & num. 46. Aymon consilio 158. numero 12. Ruinus consilio 206. num. 18. lib. 5. Natta consilio 373. num. 2. Gratus responso 42. num. 6. lib. 2. Alciatus responso 389. num. 3. multis relatis, Mascardus de probationibus lib. 1. quæst. 11. nu. 17. & quæst. 5. num. 18.

32 Adhuc tamen verioremi puto cōtrariam opinionem, videlicet vnico testem, etiam in causis possessorijs non sufficere, & apertè probatur in l. 1. C. quorum bonorum, & in l. fin. C. de edicto Divi Adriani tollendo: imò verius est possessionis causam magni momenti esse, & magni præiudicij, vt in §. comodum instituta de interdictis, sic probat communè dicens Baldus in l. consentaneum, notabili 6. C. quomodo, & quâdo iudex, Alexand. consil. 187. n. 3. vol. 7. & consil. 139. ad finem lib. 6. dicens ab hac nunquam esse recedendum in iudicando, & consulendo, sequitur Ripa in l. si constante n. 17. ff. soluto matrimonio, Curtius Senior in l. admonedi n. 203. ff. de iure iurando, Afflictis decisione 263. n. 5. & ibidem, Vrsillus n. 17. Gratus sibi contrarius responso 110. nu. 7. lib. 2. Antonius Gabriel lib. 5. tit. de restitutione spoliatorum conclusione 5. num. 126. Rolandus consilio 50. num. 16. lib. 2. dicens ab ea non esse recedendum, Menochius de recuperanda remedio 15. num. 408. cum sequentibus, vbi id resoluit ad vtranque partem disputata quæstione, Gailius in practicis lib. 1. observatione 7. num. 2. Rota apud Puteum decisione 18. & 23. de restitutione spoliatorum cum alijs relatis per Paulum Granutiū theoremate 22. num. 1.

33 Distingui etiã solet pro cōcordia istarū opinionum, quod prior procedat in possessorio momentaneo, & præparatorio alteri iudicij possessorij, quando iudicium illud momentaneum intentatur

non ad decidendum super possessione, sed ad præparandum aliud possessorem ordinarium, aut petitorium iudicium. Posterior verò procedat in possessorio, non præparatorio, sed in specie ad causam possessionis in iudicio decidendam, sic probant Riminaldus consil. 625. num. 46. lib. 6. Menochius de recuperanda remedio 15. n. 4. 3. & in hoc sensu docet Sebastianus Sapia in leg. de minore ætate num. 7. ff. de minoribus, quòd quãdo dicitur causam possessorem esse modici præiudicij, intelligendum est, quando tractatur de exhibenda possessione: secus verò de perdenda, quia tunc magni præiudicij causa reputatur, quãvis aliàs in iudicio petitorio possit reparari.

34 Sed tandem in hac quæstione dicendum est, quòd vnus dicto deponentis ratione publici officij credendum est, quando deponit circa illa, quæ ad eius officium spectant. Creditur enim ea ratione notario, & tabellioni, l. si quis decurio 21. C. ad l. Corneliam de falsis, cap. ad audientiam 15. de præscriptio. & Episcopo, vel eius vicario, cap. post cessionem, infra isto titulo, sic etiam credendum est instrumento principis, vt in dicto ca. cum dilectus, & Romani Pontificis attestatiõni, clementina vnica de probationibus, & nuncio asserenti aliquem citasse, cap. cum parati de appellatiõibus cum multis alijs relatis in l. 15. tit. 8. p. 3. l. 1. tit. 17. lib. 5. compilat. pluraque congerit Abendaño de exequendis 1. parte cap. 1. à numero 15. At verò si non deponat ratione publici officij, sed privatim ex commissiõne alicuius in his rebus, in quibus is, qui comisit, liberam habet disponendi potestatem, vnico tantum testi credendum est argumento textus in l. Theopompus, 15. ff. de dote prælegata, l. fin. C. de fideicommissis. Vt rectè advertit Cobarru. lib. 2. variarum ca. 13. Iasson in l. ad monendi num. 200. ff. de iure iurando, Mascardus lib. 1. de probationibus in præfatione quæst. 11. num. 13. At verò ultra hos casus nulla lex, aut consuetudo efficere potest, vt vnico tantum testi credatur, vt præter iam relatos advertit relati ab Alfano collectanea 1562. Gutierrez in l. nemo potest à num. 118. de legatis primo.

35 Quare ad text. in dicto cap. omnes dicto §. testimonium 11. quæst. 1. respondetur privilegium illud fuisse Episcopis à Carolo magno Imperatore concessum, quod tamen iam hodie contraria consuetudine derogatum est, vt advertit Felinus in cap. cum à nobis de testibus cum adductis ab Antonio Scapo de iure non scripto, lib. 3. cap. 63. neque obstat etiam text. in l. omnium, C. de testamentis l. 5. tit. 5. p. 6. vbi testamentum factum coram solo Imperatore validum est, de qua re plura congesit Cobarruias in rubrica de testamentis 2. parte à num. 2. & relati ab Alfano collectanea 1876. Nam respondetur alijs ommissis, quod sicut olim testamenta fiebant populo conuocato, quæ dicebantur calatis comitijs Vlpiano teste in fragmentis tit. 20. Sic etiam, & hodie postquam populus lege Regia lata omne

Imperium in principem transfulerit, leg. 1. ff. de constitutionibus Principum: idèò testamentum coram Principe factum tanquam coram populo validum est.

36 Neque obstat tertium ex text. in dicta l. de quibus, ff. de legibus. Quod petit, vt explicemus an consuetudo legem scriptam vincere possit: pro cuius declaratione constitutum est consuetudine legitime per scriptam, & rationabilè regulariter omnè legem positivam vincere posse, sicut & vna lex positiva aliam potest derogare. Leges enim sæpè non solum contrarijs legibus, sed etiam contrario populi vsu abrogantur, vt copiosè docuit Matheacius de via, & ratione iuris lib. 1. ca. 33. Salas de legibus disp. 19. sectione 3 & relati à Suarez, lib. 7. de legibus cap. 18. & probatur apertè in dicta l. de quibus, l. diuturna, l. sed ea, ff. de legibus, cap. fin. de consuetudine, l. 3. & 5. tit. 2. p. 1. Idèò que sæpè à consuetudine legum interpretatio de sumitur, l. si de interpretatione, ff. de legibus, aliquando, & confirmatio, l. penultima, ff. de legibus, capit. in istis 4. distinctione, vt latè advertit Connanus lib. 1. comment. cap. 10. à num. 1. Cobarruias lib. 3. variar. cap. 13. à nu. 4. Antonius Cucus, lib. 1. institut. tit. 9. à num. 193. Ita vt securè tenendum sit consuetudinem generalem posse legem generalem derogare, vt rectè resoluit Baldus in §. præterea in principio de prohibita feudi alienatione per Federicum in vsibus feudorum, adèò vt consuetudo specialis alicuius loci, vel civitatis, quamvis non tollat generaliter legem in tota provincia, illam verò derogare potest in illa civitate, in qua introducta est, quæ localis consuetudo appellatur, vt respondit Oldradus consilio 248. Romanus consilio 163. Decius consilio 483. & copiosè Dueñas regula 145. cū sequentibus, pro qua doctrina solet allegari text. in l. venditor §. si constat, ff. communia prædiorum, quamvis Bartolus textum illum intelligat de lege speciali.

37 Sed his omnibus communiter obijci solet text. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, capit. consuetudinis 11. distinctione cap. cum causa de re iudicata iuncta l. 3. §. Diuus Adrianus, ff. de sepulchro violato, quæ iura videntur probare consuetudinem non tantam habere vim, vt possit vincere legem: adèò vt Glossa in dicto §. Diuus existimauerit illis antiquis temporibus consuetudinem legem vincere non potuisse, sed ommissa glossæ sententia in explicatione huius rei valde laborant interpretes: ommissis ergo varijs conciliatiõibus, quas tradiderunt Forcatulus in Necyomantia dialogo 1. num. 25. Matheacius vbi supra num. 29. Menoch. de arbitrarijs lib. 1. quæst. 71. Burgos de Paz in l. 1. Tauri à num. 50. Gregor. in l. 3. titulo 2. parte prima, verbo *contra los derechos*: Soto de iustitia & iure, lib. 1. quæst. 7. art. 2. Suarez, & Salas vbi supra, & Gabriel Vazquez prima secundæ quæst. 77. art. 3. disputatione 77. cap. 7. & 8. Rebardus de auctoritate prudentum, cap. 16. Duarenus in paraphrasi ad titulum

tulum, ff. de legibus, cap. 12. & lib. 2. disputationum cap. 32. Ego breviter dicendum putatum in dicta leg. 2. non negare leges sequenti consuetudine derogari posse, sed tantum probat, quòd si lex, & consuetudo simpliciter, & de per se considerentur, & de vtriusque viribus, & principatu contendatur, tunc inquit, Imperator legem à consuetudine non superari, sed parem esse vtriusque vim, & potestatem, adèò vt omne id, quod lege fieri potest, possit etiam consuetudine fieri, & è converso, pro qua explicatione expendi potest text. in cap. 1. de feudi cognitione ibi: *Legum autè Romanorum non vilis est auctoritas, sed non adèò vim suam extendunt, vt vsus vincant, aut mores.* Et plura adducit in proposito Aeneus Robertus lib. 2. rerum iudicatarum in principio, Menoch. relatis singularis consuetudinis, & legis effectibus, lib. 1. de arbitrarijs quæst. 71. & relati à Gratiano regula 94.

38 Difficilior tamen Doctoribus visus est text. in l. 3. §. Diuus Adrianus, ff. de sepulchro violato, quatenus probat consuetudinem municipale sepeliendi mortuum in civitate non posse principis rescripta vincere, quæ generalia erant, & vtget magis secundum sententiam Bartoli, & glossæ quæ ab omnibus antiquis recepta est. Nã illa verba, *quid tamen si lex municipalis permittat*, eas interpretantur, id est consuetudo municipalis, quam appellavit Iur. Confabulivè legem, cū vere esset consuetudo sepeliendi mortuum in civitate. Quare variè respondent Bartolus in dicta l. de quibus oppositione 7 Cobarruias lib. 3. variarum cap. à num. 4. & relati ab Alfano collectanea 549. Duarenus in paraphrasi ad tit. ff. de legibus cap. 12. Ea tamè magis communiter obtinuit interpretatio, quod in specie dicto §. Diuus, principis rescriptum intervenerat post consuetudinem: & idèò non est mirum, si lex posterior priorè legem, aut consuetudinem deroget: Bartolus in dicta l. secundà oppositione 3. Forcatulus in Necyomantia dialogo 1. à num. 16. sed hic intellectus, præter quàm quòd apertè text. literam destruit, convincitur ea ratione: nam consuetudines speciales per generales leges non derogari probat text. in cap. 1. de constitut. lib. 6: cum ergo Diuus Adrianus in specie illius text. municipalis consuetudinis mentionem non fecerit, non potuisset eam consuetudinem suo rescripto tollerè.

39 Quare ego omnibus alijs ommissis probabiliter responderi posse existimo præmittendo ad explicationem, lege duodecim tabularum, prohibitum esse mortuos in vrbe sepelire, cuius verba erant, *omnem mortuum in vrbe ne sepelito, neque vriuo.* De qua plura tradit Alexand. ab Alexand. lib. 3. genalium cap. 2. & lib. 6. cap. 13. Rebardus in 12. tabul. cap. 15. qua lege vti sancta, & iusta antiqui prudentes per multos annos vsi sunt, vt ex Cicerone lib. 2. de legibus, Plutarcho in vita Solonis refert Alexand. ab Alexand. vbi proximè: cum verò postea multi hac lege abuterentur: idèò

Diuus Adrianus teste Vlpiano in dicto §. Diuus, pœnam imposuit non solum sepelientibus in civitate, sed etiam magistratibus id non prohibentibus: rectè ergo respondet Vlpianus rescriptum illud generale consuetudines municipales vincere, etiam non facta illius mentione, non obstante regula text. in dicto c. 1. de constitut. lib. 6. Nam ea consuetudo contra publicam erat utilitatem indasta, eò quòd apud veteres mortuos in vrbe sepeliri funestum, atque ominosum reputabatur, & consequenter nulla talis consuetudo valere poterat, quasi iniusta & irrationabilis.

40 Sed his omnibus, quæ de viribus consuetudinis diximus, ego obijcio primò ex D. Tho. prima secundæ quæst. 27. art. 3. quòd consuetudo nunquam potest esse contra legem positivam iusta ea ratione Nam lex humana derivatur à lege naturæ, & diuina, inquit Augustin. lib. 1. de libero arbitrio: tantum enim habet de virtute lex, quantum de iustitia. At in rebus humanis iustum aliquid dicimus, ex eo quòd rectum est secundum regulam rationis, quæ lex naturalis est ex Diuo Thoma prima secundæ quæstione 95. art. 2. omnis ergo lex positiva eatenus habebit legis virtutem, quatenus à lege naturæ derivatur, & si ab ea differat, non erit lex, sed potius corruptio legis.

41 Hoc argumentum difficile est, & nostris Doctoribus non satis notum, respondetur tamè supponendo, quòd omnis lex oritur à ratione, & voluntate legislatoris: lex diuina, & naturalis à rationabili Dei voluntate: lex humana à voluntate hominis ratione regulata, cum ergo lex diuina, & naturalis à divina voluntate procedant, lege aut consuetudine humana procedente à voluntate hominis mutari non possunt. Hoc ergo breviter præmissis respondeo legem positivam dupliciter à lege naturali derivari posse, vel per modum cuiusdam infallibilis conclusionis deductæ à lege naturali per legitimum syllogismum, veluti non esse occidendum, quod ex illo principio deducitur nemini faciendum esse malum: Vel secundò derivatur à lege naturali per modum determinationis, verbi gratia, lex naturæ habet delinquentem puniendum esse, sed quòd tali vel tali pœna puniatur, determinatum est à lege positiva. Illud verò, quod primò modo à lege naturæ derivatur, totam virtutem accipit à lege naturæ, & idèò immutabile est. Illud verò, quod derivatur, secundo modo principaliter à lege pendet positiva, & idèò & consuetudine, & contraria lege mutari potest, vt explicuit Gabriel Vazquez supra, prima secundæ quæst. 95. art. 2. disputatione 154. cap. 3.

42 Secundò ego obijcio: nam ille solum potest legem derogare, qui aliàs legis condendæ potestatem habet, sed consuetudo cõsurgit ex actibus privatorum, ergo nunquam potest legem vincere: nam privati legem facere non possunt: pro cuius explicatione scire oportet multos nostri teinporis hæreticos negare in Pontifice, & alijs principibus

capibus potestate condende legis afferentes nullam esse legem, nisi naturalem, aut diuinam, quæ errorem acerrimè reprehendit Castro lib. 1. de lege pœnali cap. 4. & lib. de hæresibus, verbo *lex Ecclesiastica* hæresi 3. Driedo de libertate christiana cap. 1. & capit. 9. Roffensis contra Lutherum, art. 27. Gabriel Vazquez super prima secundæ, tomo secundo disputatione 152. capit. 2. Quod cum potestas condendi leges apud Rempublicam reperiatur, ipsa etiam poterit inducere consuetudinem, quæ aliàs à multitudine introducitur; quod, vt intelligas, scire debes distinguendum esse: nam aut multitudo est libera, quæ possit aliàs sibi legem cõdere, & tunc plus est consensus multitudinis per vsum, & consuetudinem de claratus, quàm principis autoritas, qui talem potestatem non habet, nisi quatenus gerit personam multitudinis. Quare & si singulæ, & privata personæ legem condere non possint, poterit tamen totus populus consuetudinem inducere. Si verò multitudo non habeat liberam potestatem condendi leges, quæ aliàs penes superiorem illius multitudinis reperitur, adhuc tamen consuetudo ab ipsa multitudine, & populo introducta habebit vim legis, in quantum toleratur ab illo, qui habet potestatem imponendi legem populo quasi ex actibus privatorum tacitus principis consensus presumatur, & sic solvitur hæc difficultas, quæ diu interpretum ingenia torxit.

43 Tertiò obijcio: nam leges Ecclesiasticas violantes sub anateimate damnantur, vt probatur in cap. si quis omnes in principio 1. quæst. 7. ergo non potest contra legem sine violatione legis consuetudo introduci, ex multis ergo actibus malis vnus bonus confurgere non potest, actus ergo necessarios ad introducendam consuetudinem leges derogantē necesse est, quod fiant cum peccato mortali, cap. violatores 25 quæst. 1. cap. qui resistit 11. quæst. 3. glossa celebris in cap. quæ in Ecclesiarum de constitutionibus: huius argumenti difficultatem disputant Soto lib. 1. de iustitia, & iure quæst. 7. artic. 2. Cobarruuias in regula possessor secunda parte 6. 9. num. 8. Castro de iusta hæreticorum punitione capi. 15. Tiraquellus ad cõnubiales l. 9. à num. 2. Sarmiento de redditibus 4. p. cap. 1. à num. 12. Thomas Sanchez secundo tomo de impedimentis matrimonij lib. 7. disp. 4. à num. 14.

44 Multi huic argumento respondent text. in dicto cap. si quis omnes loquutum esse de violentibus traditiones Ecclesiæ, sed hoc non tollit difficultatem: quoniam etiam violantes leges Põtificias, & civiles mortaliter peccant, vt copiosè tradunt relati à Zenedo ad Decretales collectanea 84. fol. mihi 234. Castro de lege pœnali lib. 1. cap. 4. 5. & 6. Soto de iustitia & iure, lib. 1. q. 6. art. 4. Quæ doctrina ab omnibus fere recepta est in cap. de constitutionibus, & à Theologis cum Divo Thoma prima secundæ, quæstione 96. art. 4. Azorius lib. 5. moralium cap. 6. 7. & 8. Salas de legibus, disput. 1. per totam, & tractatu 14. disp.

13. sectione 1. & 2. Vazquez prima secundæ q. 96. art. 4. disput. 158. quod verissimum est, quid quæ dixerit Menchaca lib. 1. illustrium controvers. cap. 29. per totum, est ergo receptum omnes inchoantes actus consuetudinis legi contrarios peccare.

45 Omisissis ergo varijs dicendi modis in hac difficili quæstione concordia est constituenda inter consuetudinem, & præscriptionem: nam præscriptio sine bona fide firmari non potest capit. final. de præscriptionibus, & actibus à principio iustis, & bonis existentibus, quod non ita est in consuetudine: nam mala fides, & malus vsus contra legem inceptus tandem potest purificari, vt generet laudabilem consuetudinem, cuius differentia ea est ratio: nam præscriptio à vero domino aufert dominium sine eiusdem consensu ministro legis, quod iustissime introductum est propter bonum reipublicæ, & non aliter debuit introduci nisi mediante bona fide. Nam si mala fide quis possidere inciperet, nullo iure, aut ratione ei deberet dominium concedi: nam aliàs facile vnusquisque rem alienam raperet, & longo tempore acquireret, rectè ergo potuit lex humana decernere ius præscriptionis, non verò illud potuit concedere rem alienam mala fide possidentibus. At verò, quod consuetudo præscripta vincat legem, procedit non tam ex virtute propria consuetudinis, quàm ex tacito principis consensu vsus, & consuetudinè approbantis: at Princeps legis author est, qui & legem potuisset tollere: quare quamvis vsus cum mala fide incipiat tamè accedente consensu principis licitus efficitur, & cessat lex antiqua: & idè non est mirū, quòd vsus mala fide inceptus contra legem purificetur, præscriptio verò nunquam purificetur si cum mala fide incipiat, quam rationem tradit rectè D. Thom. 1. 2. q. 77. art. 3. ad secundum.

46 Quibus præmissis adhuc quæret aliquis, cur cum consuetudo semper possit legem vincere in specie text. nostri, actor etiam prætextu consuetudinis non sit post plenam probationem iurare compellendus, vt respondeamus ad argumentum supra adductum in principio num. 4. & respondendum est, quòd non in omnibus casibus indiffinè consuetudo legem positivam vincere potest: videmus enim censuras Ecclesiasticas, quoad formam, & essentiam iure positivo esse inductas, cap. sacro 48. de sententia excommunicationis, cap. fin. eodem tit. lib. 6. cap. quærenti eodem titulo lib. 6. At nihilominus consuetudine tolli non possunt: sic enim, quod soli inter essentes lucrentur distributiones quotidianas, mera lex positiva est, & nulla contraria consuetudine derogari potest, cap. vnico de clericis non residentibus lib. 6. lex namque mere positiva, quæ perpetuam habet, & æternam rationem, & publicam Ecclesiæ vtilitatem, vel libertatem respicit, consuetudine tolli non potest, nunquam enim ea consuetudo poterit esse rationalis: quare cum lex, quæ statuit actorem post plenam probationem,

non

non esse compellendum iurare: fundatur ratione perpetua videlicet: quoniam malum est sine necessitate iurare: non poterit idè vlla contraria consuetudine derogari, nam semper talis consuetudo irrationalis erit.

47 Neque obstat quartū & vltim. argumentum, quod ex supra dictis facile dissolvitur: petit enim illius celebris quæstionis resolutionem, an consuetudine effici possit, vel lege, quòd testium numerus à iure præscriptus augeatur. Movet dubitandi rationem, nam consuetudo, aut lex humana contra legem diuinam valere non potest: at iure divino statutum est, quòd in ore duorum, vel trium stet omne verbum, ergo lex, aut consuetudo contraria non valebit. Ita enim in Deuteronomio cap. 19. scriptum est, & Matthæi cap. 18. Lucæ 17. Ioan. 8. & refertur in cap. novit de iud. cap. in omni negotio, cap. licet vniverfis de testibus. Sed hac dubitandi ratione non obstante receptissima est Doctorum traditio, quod lege, aut consuetudine augeri possit testium numerus à lege præscriptus, & probant expressè iura in argumento adducta, & probarunt Abbas in præfenti num. 3. Felinus 4. Berolius 40. Ripa in l. admonendi n. 16. ff. de iure iurando, & ibidem, Corrafius num. 27. Soto de iustitia & iure, lib. 5. quæst. 7. art. 3. Menchaca illustrium quæstionum capite 14. num. 3.

48 Neque obstat dubitandi ratio supra adducta ex illo Deuteronomij ca. 19. cum alijs ibi, in ore duorum, &c. Pro cuius explicatione scire oportet veteris diuinæ legis præcepta esse in triplici differentia, quædam iudicialia, quædam moralia, quædam verò cæremonialia. Iudicialia erant, quibus iudices suum vnique tribuebant, veluti quod in ore duorum, &c. Moralia dicebantur, quæ ad dictamen legis naturalis pertinebant, veluti præcepta decalogi. Cæremonialia, quæ ad cultum, & reverentiam Deo præstadam pertinebant: idque significat Paulus ad Roman. cap. 7. dum inquit; *lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum*. Sanctum refertur ad cæremonialia: iustum ad iudicialia: bonum ad moralia, vt advertunt Theologi cum D. Thom. 1. 2. quæst. 99. art. 4. Ex his ergo tribus legis antiquæ præceptis iudicialia, & cæremonialia per adventum Christi, & legis Evangelicæ omninò cessaverunt: sic enim sancti Patres explicant Pauli verba ad Galatas cap. 3. ibi: *Itaque lex pedagogus nos ter fuit in Christo, vt ex fide iustificemur: at vbi venit fides, iam non sumus sub pedagogo*. Præcepta verò moralia legis antiquæ servantur etiam hodie in lege Evangelica quasi mera lex naturalis, vt rectè advertit Castro de hæresibus verbo *lex*, Soto de iustitia & iure, lib. 2. q. 5. art. 4. His suppositis respondetur ad argumentum, quòd illud præceptum legis antiquæ, quod in ore duorum, &c. pertinebat ad præcepta iudicialia antiquæ legis, quæ omninò cessaverunt lege Evangelica promulgata per adventum Christi, cap. translato, vbi omnes de constitut. cap. vnico de purificatione post par-

tum, & docuit D. Thom. prima secundæ, quæst. 104. art. 3. Cobarruuias lib. 1. variarum cap. 17. Aragon de iustitia & iure, quæst. 87. art. 1. De qua re plura cumulat Azorius. lib. 6. moral. cap. 3. per totum, vsque ad cap. 23. vbi de præceptis iudicialibus; de cæremonialibus verò, vsque ad caput 67. tractat Molina de iustitia & iure, tomo 6. tractatu 5. disputat. 50. vsque ad 73. Vazquez prima secundæ quæst. 102. art. 4. disputat. 183. & 184.

49 Sed contra obijciat aliquis: nam illa verba Deuteronomij in ore duorum, &c. iam hodie scripta sunt in Evangelio Matthæi cap. 18. & cõsequenter iure divino Evangelico obligare videtur: qua ratione motus ita asseruit Abbas in cap. cum esses de testamentis nu. 8. & Berolius in præfenti num. 1. Sed hoc argumentum, quod multis difficile visum est, facile dissolvitur: nam in Evangelio non constituitur præceptum diuinum novæ legis: quoniam dicens non præcepit omne verbum stare in ore duorum, &c. pro vt in l. veteri constitutum erat, sed potius explicans præceptum de fraterna correctione iussit adhiberi vnū, vel duos testes, vt ita in ore duorum vel trium stet, id est, existat verbum, & fiat plena probatio, pro vt in l. veteri fiebat. Tum secundò, nam lex Evangelica nulla alia continet præcepta præter iuris naturalis, & sacramenta, & fidei articulos ex D. Thom. prima secundæ, quæst. 108. art. 1. & 2. Soto de iustitia & iure, lib. 2. quæst. 8. art. 2. Cobarruuias in 4. secunda parte cap. 6. §. 10. à num. 1. at illud, quod in ore duorum, &c. non est præceptum naturale ex relatis, neque pertinet ad fidei articulos, aut sacramenta, ergo non erit præceptum Evangelicum.

50 Denique tertiò probatur ex doctrina D. Thom. dicto art. 2. nam Christus Dominus in Evangelio nulla constituit præcepta, aut cæremonialia, aut iudicialia, sed iudicialia omnia humano arbitrio relinquit, sed solum aliqua ex veteris legis test. præcepta iudicialia in Evangelio explicuit propter pravū Pharisaorū intellectum, & vsus, & hac ratione autoritas illa, in ore duorum, &c. in dicto cap. licet vniverfis de testibus cū similibus non refertur, quasi à Domino in Evangelio renovata, ita vt hodie vim habeat obligandi, sed tanquam lex divina antiqua, & iam antiquata, & in eodem sensu solent sapè Pontifices leges illas veteris testamenti iudiciales adducere, quasi ad suadendum aliquid à se ipsis iuste statutum, vt colliges ex text. in cap. parochianos de decimis, cap. quædam de censibus lib. 6. In eo verò cæremonialia à iudicialibus præceptis legis antiquæ differunt, quòd illa post Christi adventū, & mortua sunt, & mortifera, vt docuit Cobarruuias lib. 1. variarum cap. 17. Iudicialia verò mortua sunt, non verò mortifera: nam hodie à legislatoribus suscitari possent, & obligabunt quasi de novo statuta, non verò virtute legis antiquæ, & sic procedit text. in cap. 1. de adulterijs, cap. 1. de homicidio, cap. 1. de iniurijs.

51 Sed his omnibus obijci solet vulgò text. in cap. cum esses de testamentis: quatenus ibi Summus Pontifex improbat consuetudinem requirementem in testamētis maiorem numerum testiū, quàm duorum, vel trium tanquam à lege divina alienam, cui variè respondent glossa in præfenti, & relati à Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 80. Cobarruias in dicto cap. cum esses nu. 3. de testamentis, Cano de locis Theologicis lib. 6. cap. 8. Sed omnibus omisis facile ex superioribus respondetur tex. illum intelligendum esse, vt loquatur de lege, quæ olim divina erat Hebræis: hodie verò iam cessavit, & hoc modo debet intelligi verbum, *alienum*, vt advertit Fortunius de ultimo fine num. 240. quòd si dicas text. illum talem consuetudinem improbare in versic. *improbamus*, quæ si legi divinæ repugnante: respondetur ex Fortunio vbi supra num. 20. quòd in illo text. non improbatur consuetudo ex eo, quòd contraria sit legi divinæ, sed quia verbis legis divinæ antiquæ sit contraria, & generali totius Ecclesiæ consuetudini, quando duobus testibus in testamentis addebatur presbyter parochialis, & verbum *alienum* significat, id est, diversum, & non conforme legi divinæ veteris testamenti: non tamen inde sequitur illud esse iniustum, & alicui legi divinæ contrarium obliganti, & propterea adiecit Pontif. illud esse alienum à Sanctorum Patrum institutis, & Ecclesiæ consuetudine. Quæ omnia poterunt movere Pontificem, vt improbare consuetudinem, de qua mentio fit in illo text. & aperte colligitur ex illo text. Pontificem non sensisse esse legem divinam obligantem, quod in ore duorum, & c. vt in veteri testamento scriptum erat, siquidem ultra duos, vel tres testes necessario parochum requirit, & cum his solvitur argumentū, & finitur text. iste.

52 Tandem pro huius rei completa explanatione, quod attinet ad praxim, scire oportet regulam esse, quòd in qualibet causa, siue Ecclesiastica, siue profana ad perfectam probationem duo testes sufficiunt, l. vbi numerus, ff. de testib. cap. si quis testes 4. quæst. 3. cap. fin. 35. quæst. 7. cap. in omni negotio, cap. licet vniversis de testibus cum adductis à Mascardo de probationibus, lib. 1. in præfatione quæst. 5. num. 117. ea, quæ regula æquè procedit in causis civilibus, & criminalibus. Sic Decius in l. iuris ignorantia num. 24. C. qui admitti, Beronius in cap. at si clerici nu. 5. de iudicijs, Mascardus de probationibus cōclusionē 461. à num. 1. & est tex. expressus in capi. nullam, §. sed hoc 2. quæst. 4.

53 Receptum tamen est non sufficere duos testes, quando agitur de eo probando, quod contra se habet iuris præsumptionem: tunc enim plenior requiritur probatio, quàm ordinaria, vt multis relatis scripsit Aymon de antiquitate temporum 2. parte à num. 46. Bart. in l. sciendum num. 1. ff. de verborum, Decius consilio 175. num. 5. Curtius Iunior consilio 57. num. 7. Zefalus consilio 393. num. 93. & consilio 348. num. 13. lib. 3.

Menochius de præsumptio. lib. 1. quæst. 31. nu. 8. Mascardus de probationibus conclusio. 1221. numero 10.

54 Sic etiam, quoties agitur de probanda solutione debiti, de quo aliàs constat per publicam scripturam, plures testes, quàm duo necessarios esse probat text. in l. testium, C. de testibus. Si verò debitum non est in scriptis redactum solutionem vnico teste probari defendit Ancharranus in quæstionibus familiaribus, quæst. 55. num. 13. 2. parte, saltem in supplementum recepto iure iurando, & in hoc sensu docet communem Curtius in l. admonendi num. 307. ff. de iure iurando, Emanuel Suarez in thesauro receptarum sententiarum, litera T. num. 106.

55 Imò idem receptum est in probatione factæ solutionis, vbi duo testes rogati sufficiunt, plures autem si rogati non sunt, vt in authentica rogati, C. de testibus, & in qualibet vltima voluntate plures, quàm duo testes desiderantur, l. hac consultissima, C. de testamentis, Speculator in titulo de teste §. restat num. 2. versiculo *item in testamento*, Curtius de testibus, num. 226. in versiculo, *regulariter etiam*, leg. fin. in fine, C. de codicillis, quæ de codicillis loquitur, & in donatione causa mortis, leg. fin. C. de donationibus causa mortis.

56 Sic etiam in deposito pecuniæ, vel alterius rei excedentis libræ auri plures, quàm duo testes requiri probat text. in authent. de instrumentorum cautela, & fide §. si quis igitur, & in authentico si quis vult, C. qui potiores, Speculator in titulo de teste dicto §. restat num. 5. in versiculo, *item in pecunia depositione*: id quæ declarat Albanus (in tractatu de testibus num. 87. & num. 88.) procedere, quando depositum sit per scripturam privatam, secus si per publicam: nam eo casu duo testes sufficiunt, vt in dict. authentico de fide instrumentorum, §. oportet, & eodem modo in confectione inventarij adminus tres desiderantur testes, vt in authentico de heredibus, & Falcidia §. si verò ab sunt, & in §. sancimus, leg. sancimus, §. si verò dubius, C. de iure deliberandi, Speculator in dict. §. restat in versiculo, *item in confectione inventarij*, & eodem modo in scriptura privata tres requiruntur testes, vt in leg. scripturas, C. qui potiores, sic & in ventre inspiciendo tres sunt adhibendæ obstetrices ad probandum ventrem prægnantem muliere id negante, ea tamen fatente sufficit vnica obstetrix leg. 1. in principio, & in §. de inspiciendo, ff. de ventre inspiciendo.

(**)



SVM

SUMMARIA.

Ad tex. in cap. ex literis 3. huius tit. de probationibus.

- 1 ANTE QUAM ad quæstionem huius capituli deueniamus, duo difficillima explicantur, quæ ex text. colliguntur.
- 2 Promoti ad Episcopatum qualiter vacent, & quando beneficia, quæ habent.
- 3 Consecratione sequuta vacant omnia beneficia.
- 4 Intellectus glossæ Clement. 1. vt lite pendente verbo collatio.
- 5 Panormitani intellectus in cap. cum in cunctis, §. 1. num. 3. de electione.
- 6 De stylo Curia promoti vacant beneficia, quando in promotione Papa vacare decreuit.
- 7 Dubitandi ratio.
- 8 In iure nostro non est tempus præfinitum trium mensium ad possessionem Episcopatus capiendam.
- 9 Beneficia existentis in terris infidelium per promotionem ad Episcopatum non vacare.
- 10 An beneficia promoti ad Episcopatum vacent, si cum eo dispensatur, vt intra annum non teneatur consecrari.
- 11 Dicta non procedunt in Episcopo translato ad aliū Episcopatum.
- 12 Consuetudo Hispania quæsit.
- 13 Respondetur ad difficultatem propositam nu. 1.
- 14 Collatio dignitatis, vel beneficij Episcopo facta non valet, nisi præcedente Apostolica dispensatione, num. 15.
- 16 Secunda difficultas, quæ ex text. deducitur, n. 17.
- 18 Explicatur tex. in l. au Prator, ff. de iure deliberandi, num. 19. 20. 21. & 22.
- 23 Respondet Albericus in l. 1. C. de bonis maternis, num. 3.
- 24 Conclusio nostri text.
- 25 Primum dubium, num. 26.
- 27 Premittantur aliqua pro explanatione nostri text.
- 28 An actio familia erciscunda, & communi diuidum do sit reale, vel personale, vel mixta, num. 29. num. 30. & 31.
- 32 Respondetur ad §. quedam inst. de act.
- 33 Actiones mixta 30. annorum spatio præscribuntur.
- 34 Elapsis 30. annis adhuc actio ad diuisionem agi posse, num. 35.
- 36 Respondetur ad text. in l. 1. §. ad hac, C. de annali exceptione.
- 37 Quid seruetur iure Regio.
- 38 Intellectus glossæ 1. l. si maior, C. de communi diuidendo, num. 39. 40. 41. & 42.
- 39 Respondetur ad opinionem Villalobos in suo arario litera D. num. 99. num. 44.
- 40 Ad quæ iudicia nostri text. decisio pertineat.
- 41 Tractatur de iudicio familia erciscunde.

- 42 Actio familia erciscunda est duplex directa, & vtilis.
- 43 An in actione familia erciscunda veniant nomina debitorum, num. 49.
- 44 Actiones, & instrumenta in hoc iudicio debent esse apud habentem maiorem partem, num. 51.
- 45 Non solum res hereditaria comprehenduntur in hoc iudicio, sed etiam fructus.
- 46 Respondetur ad §. si quis à non domino inst. de rerum diuisione, num. 54.
- 47 Pertinet hoc iudicium ad omnem hereditatis diuisionem, siue ex testamento, siue ab intestato.
- 48 Intellectus difficilis text. in l. 3. §. de illo, ff. pro socio, num. 57.
- 49 An facta diuisione bonorum, iterum hoc iudicio familia erciscunde agi possit, num. 59.
- 50 Respondetur ad text. in dicta leg. 1. C. familia erciscunda.
- 51 An testator bonorum diuisionem prohibere possit, num. 62.
- 52 Respondetur ad text. in d. l. in hoc iudicium, dicto §. si conueniat, ff. communi diuidendo.
- 53 Agitur de actione communi diuidendo.
- 54 Quomodo hoc iudicium dicatur reale, num. 66.
- 55 Hac actio est duplex directa, & vtilis, num. 68.
- 56 Hoc iudicium competit in rebus incorporalibus.
- 57 Intellectus Ioannis Gartia de expensis cap. 19. & cap. 22. num. 6. & 19.
- 58 Retentio pro impensis factis in re communi an detur, num. 72.
- 59 Quæ seruantur in iudicio familia erciscunda, habent locum in hoc iudicio.
- 60 Agitur de iudicio finium regundorum.
- 61 Hoc iudicium est duplex mixtum, & in rem, & in actionem, num. 76.
- 62 Lege duodecim tabularum cautum fuisse, quòd inter prædia vicinorum finibus constitutis spatium quinque pedum relinqueretur.
- 63 Hac actio pertinet dominis prædiorum.
- 64 Quis sit finis huius actionis.
- 65 Iudicis officium quale debet esse in exercendo hoc iudicio, num. 81.
- 66 Quare in hoc text. tractetur de ijs tribus iudicijs.
- 67 Rectè text. dixit, quòd in huiusmodi duplici iudicio vterque actor, & reus probare debet.
- 68 Data equali probatione pro possessore pronuncian-dum est, num. 85. & 86.
- 69 Deducitur tertio ex text. quòd data equali probatione pronuncian-dum esse pro actore *fontente causam fauorabilem*, num. 88.
- 70 Respondetur ad text. in dicta l. in tribus 13. cum sequenti, ff. de iudicijs, num. 90. & 91.
- 71 Respondetur ad regulam, quòd neminem posse duorum vice fungi.
- 72 Respondetur ad quæstionem, an beneficiati sint reddituum suorum usufructuarij, an solum usufructuarij.

AD TEXTVM

In capit. ex literis 3. huius tituli de probationibus.



NTEQVAM huius text. precipuam explicemus quaestione, duo difficillima occurrunt explicanda, quae in litera text. indicantur. Primum est: nam in eius specie supponitur Episcopum posse canonicam praebendam simul cum Episcopatu obtinere posse, ut indicat illa verba, *se & Archidiaconum confines habere praebendas in villis*, quod videtur difficile ex regula text. in cap. cum in cunctis 7. §. cum vero de electione, ubi dicitur, quod per promotionem ad Episcopatum vacant priora Episcopi beneficia: verba sunt: *Cum vero electus fuerit, & confirmatione electionis acceperit, & Ecclesiasticorum honorum administrationem habuerit de cursu tempore de consecrandis Episcopis à canonibus definitis, is, ad quae spectant beneficia, quae habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.* Idem probat ulterius eadem proposita quaestione expressus text. in cap. cum nostris 7. de concessione praebendae.

2 Petit haec difficultas, explicemus, qualiter, & quando promoti ad Episcopatum vacent, cum certum sit iure communi attento omnia vacare etiam simplicia, ut ex dictis iuribus probant Caputaquensis decisione 400. & 401. secunda parte, Lambertinus de iure patronatus prima parte lib. 2. quaest. 6. art. 15. Flaminius de resignatione lib. 3. quaest. 1. num. 76. Oxeda de incompatibilitate 1. p. cap. 4. num. 3.

3 Hoc tamen non procedit, nisi consecratione sequuta, & adepta possessione pacifica Episcopatus (& idem est de pensionibus, Garcia de beneficijs prima parte cap. 5. num. 110.) aut saltem post lapsum trimestris ad consecrationem dati, de quo videndus Oldradus consil. 14. à num. 4. Romanus consilio 335. & consilio 345. num. 17. Gigas de pensionibus quaest. 56. à num. 3. Pabinius de officio, & potestate capituli sede vacante secunda parte quaest. 9. Simoneta de reformatione reservatione quaest. 27. num. 2. Germonius de indultis Cardinalium §. si vero à num. 20. Flaminius de resignatione lib. 3. q. 1. num. 76. Zerola in praxi 1. p. verbo *vocatio*.

4 Glossa tamen in Clementina 1. ut lite pendente verbo *collatio* existimat, quod beneficia electi in Episcopatum, & consecrati in curia, statim etiam ante adeptam possessionem conferuntur, sequitur Staphileus de literis gratiae tit. de varijs modis vacationis §. secundus principalis modus num. 2. & num. 3. Romanus consilio 335. litera A. dicens, quod beneficia ante consecrationem de stylo Curiae non conferuntur, post consecrationem vero conferuntur ante adeptam

possessionem, de quo & Tuschus in practicis conclusionibus 71. num. 4.

5 Panormitanus vero in dicto capit. cum in cunctis §. 1. num. 3. de electione putat de stylo Curiae beneficia promoti statim vacare per promotionem, & statim per Pontificem conferri, sequitur Decius ibidem num. 7. Oxeda de incompatibilitate prima parte cap. 4. num. 14. cum vero hic stylus Curiae nimis videatur durus procedere, declarat Panormit. dict. num. 3. ita ut quamvis promoti beneficia statim conferantur, illa tamen collatio non habebit plenum effectum, nisi adepta possessione, vel saltem promoti in mora existente capiendi possessionem ex ea ratione: nam quis non debet perdere primum beneficium, nisi plene consequatur secundum cap. si quis iam translatus, ubi glossa 2. 1. quaest. 2. cap. si qui Episcopi 92. distinctione, sequitur Panormitanum, Mandosius regula 26. quaest. 4. num. 5. & probavit Rota Achilles decisione 37. num. 1. teste Mandosio ubi supra.

6 Puto autem verius tunc vacare beneficia promoti de stylo Curiae, quando in promotione Papa vacare decrevit, sic Casiodorus decisione 2. num. 3. sub titulo de constitutionibus. Aliter tamen docet iuri communi standum esse, à quo stylus Curiae erit regulandus, & ita sensit Rota prima parte diversorum decisione 233. ubi dicitur, quod praedictus stylus Curiae procedit ex eo: nam eo ipso, quod Papa aliquem promovet ad Episcopatum, decernit beneficia vacare illa illico conferendo. Vnde recte Germonius (ubi supra num. 27.) testatur ita accepisse à Iosepho Ferrerio referendario, & abbreviatore, ut de stylo tantum per promotionem beneficia non dicantur vacare, sed de stylo decernantur vacare, sequitur Navarro cap. accepta de restitutione spoliatorum oppositione 10. num. 34. noster Sahagum in cap. eam de rescriptis num. 20.

7 Dubitari autem solet, an cum iure canonico promotus habeat trium mensium spatium ad se consecrandum, ut in capit. quoniam 75. distinctione, Concilium Tridentinum sessione 7. cap. 9. & sessione 23. cap. 24. de reformatione, debeat etiam possessionem Episcopatus adipisci intra dictum trium mensium spatium, alijs beneficijs vacare dicantur, & vacare resolvit Caputaquensis decisione 401. num. 5. Germonius de indultis Cardinalium §. si vero num. 24. & num. 48.

8 Hanc vero conclusionem non probo, & moveor ex eo, quod in iure nostro non est prescriptum tempus trium mensium ad possessionem Episcopatus capiendum, ad vacationem ergo beneficiorum solum attendetur tempus adeptae possessionis Episcopatus, & in hoc sensu loquitur allegata decisio Caputaquensis 401. num. 5. & ita saepe declaravit Rota ex multis, quam ad literam retulit Nicolaus Garcia de beneficijs p. 1. cap. 6. num. 13. ubi declaratum fuit, quod si ius commune, sive stylus Curiae attendatur ad inducendam

dam beneficiorum vacatione promoti, duo sunt requisita possessionis adeptio, & consecratio, aut loco consecrationis lapsus trimestris ad consecrandum designatus, idque aperte probant Innocentius in dict. cap. cum in cunctis de electione, num. 4. Panormitanus num. 6. nisi alias per eum stetisset, quominus possessionem non esset adeptus.

9 Vnde inferitur beneficia promoti ad Episcopatum in terris infidelium existentem, seu titulari non vacare, cum non possint, nec per eum stet possessionem assequi. Sic Nabarro consilio 14. num. 3. sub tit. de electione, Germonius dict. §. si vero n. 26. Quintanadueñas lib. 4. Ecclesiasticum num. 115. Flaminius communem dicens de resignatione lib. 3. quaest. 1. num. 9. & num. 89. & quaest. 6. num. 49. Bursatus consil. 351. Mandosius dict. regula 26. quaest. 4. num. 5. Neque contrarium sensit Laesus lib. 2. de iustitia, & iure capit. 34. num. 139. & idem de pensionibus in eodem casu ostendit Pateus decisione 16. de pensionibus, Flaminius dict. num. 9.

10 Quando vero cum promoti ad Episcopatum dispensatum est, ut non teneatur consecrari intra annum, an durante tempore dispensationis beneficia vacent: dubium est, & Caputaquensis dict. decisione 401. num. 8. sensit vacare: verius tamen est non vacare, etiam si dispensatio concessa esset ad partis instantiam, ex quo tunc negligentia sibi imputari non potest, neque videtur esse in mora. Sic probant in dict. cap. cum in cunctis §. 1. Panormitanus, & Butrius num. 9. Decius numero 12. Felinus in cap. postulasti num. 13. limitatione 6. de rescriptis, Santius de matrimonio lib. 8. disp. 1. num. 24.

11 Ea tamen, quae dicta sunt non procedunt in Episcopo translato ad alium Episcopatum: nam primus Episcopatus statim vacat per translationem ad secundum, & absolutionem à primo per prius factam à Papa accedente translati consensu etiam non adepta possessione secundi, ut sensit Panormitanus in cap. fin. de postulatione praetorum num. 13. & consilio 101. 2. p. Mandosius de signatura gratiae tit. de translationibus versiculo 2. 3. & §. docet communem Mascard. de probationibus conclusione 183. à num. 15. Gregor. in leg. 3. tit. 16. p. 1. glossa penultima, Franciscus Marcus decisione 1089. & ea ratione Prosper de Augustino in appendice ad summam Bullarum quarantae in verbo, *capitulum sede vacante*, in principio pagina 520. docet terminum octo dierum post mortem Episcopi praescriptum capitulo ad constituendum vicarium ex decreto Concilii Tridentini sessione 24. cap. 16. ex declaratione Cardinalium procedere, ita ut currat capitulo etiam à die scientiae translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Pontifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesiae: quia tunc dicitur proprie vacare sedes per translationem etiam ante adeptam possessionem secundae Ecclesiae: imò & tunc cessat ad administrationem,

& fructuum perceptionem censuit congregatio super causis Episcoporum, quamvis contrarium senserit Romanus consilio 345. numero de cimosextimo, videlicet adhuc spectandum esse, quod translatus possessionem secundi Episcopatus adeptus sit, aut per eum steterit, idem Felinus in capite eam de rescriptis numero octavo, Oxeda de incompatibilitate prima parte capite tertio numero duodecimo, Parladorus differentia 120. num. 12.

12 In Hispania tamen consuetudine receptum est saltem frequentius, quod Episcopus translatus ad alium Episcopatum administret in primo, & in eius possessione permaneat, donec secundi possessionem adeptus sit, quamvis à die translationis factae suo consensu non lucrabitur fructus.

13 Vnde ad difficultatem supra propositam num. 1. facile respondetur regulam videlicet text. in dict. cap. cum in cunctis, dict. §. 1. de electione cum similibus docentem per adeptionem Episcopatus vacare beneficia promoti procedere attempto iure communiter, autem noster procedit iure speciali, v. g. ex dispensatione, vel privilegio Pontificis, aut saltem de consuetudine glossa in cap. postulasti verbo *nisi forte*, & in cap. cum in nostris versiculo *nos vero* de concessione praebendae cap. cum in Ecclesia 25. de praebendis lib. 6. cap. à collatione 11. de appellationibus lib. 6. aut ratione unionis cap. super eo de praebendis lib. 6.

14 Sic etiam collatio dignitatis, vel beneficii Episcopo facta non valebit nisi praecedente Apostolica dispensatione, aut ex causa necessaria, v. g. si Episcopus non haberet fructus sufficientes ad sustentationem, ut in dict. cap. cum in nostris de concessione praebendae, ubi Panormitanus num. 47. & in capit. Ecclesia vestra el 2. de electione num. 3. & consilio 101. 2. p. num. 6. Manuel Rodriguez in Summa tomo 2. cap. 10. num. 7. Laesus lib. 2. de iust. & iure cap. 34. num. 139.

15 Valebit tamen collatio beneficii praesertim simplicis facta Episcopo titulari: recte Nabarro consilio 14. & consilio 15. sub titulo de electione, Perez de Lara de capellanis lib. 2. cap. 7. num. 16. quod verius est quidquid dixerit Bursatus de consil. 351. praecipue num. 23. dicens personam promoti ad Episcopatum titulari ad beneficia inhabilem esse nisi stante Apostolica dispensatione.

16 Secundum difficile ex litera text. nostri deducitur, dum supponit canonicum agere posse, & expectari in iudicio sine mandato actione finium regundorum pro praedijs sui canonicatu s, & praebendae. Dubitationem movet ea iuris regula, quae docemur, quod is, qui alienare non potest, neque etiam actiones exercere, poterit. ait praeter versiculo, *est enim absurdum*, ff. de iure deliberandi. Si cut ergo canonicus alienare non potest praedia sua praebendae cap. nulli, ca. ad evidentiam de rebus Ecclesiae, similiter non poterit finium regundorum actione in iudicio agere.

17 Ad cuius explicationem scire oportet quod est iudicium esse, an canonicus sine mandato Ecclesie agere possit in iudicio pro iuribus sua prebenda, & posse communiter receptum est, ut probat glossa recepta ex tex. nostro in presenti ad eod. ut generaliter quacunque actione agere poterit, & defendere; quando temporalia preedia perpetua unione prebende assignata sunt. Quoniam tunc alius Ecclesie prelati similis est, qui sine mandato commune placitum est agere posse, arguuntur in cap. edoceri 2. de rescriptis ca. inter dilectos in principio de fide instrumentorum: Speculator tit. de actore §. 1. Lapis allegatione 44. Panormitanus in dict. cap. edoceri nu. 5. & ibidem Decius num. 8. glossa in dict. leg. ait prator verbo actiones, ff. de iure deliberandi, & sic probant in tex. nostro Innocentius, Panormitanus, & Imolanus §. Felinus 6. Decius 9. Lapis allegatione §. 1. Intelligentes id verum esse siue canonicus litiget cum alio canonico, siue cum alio tertio, quidquid dicant in presenti Barbaea nu. 15. Beronius num. 4. moti ex dict. regula text. in dict. l. ait prator.

18 Tota ergo difficultas est in explicatione illius regule, quod videlicet ille, qui alienare non possit, non possit consequenter actiones exercere, ut inquit Iuriscultus in dict. leg. ait prator Barbaea ibidem respondet eum text. intelligendum esse quasi dicat nomine proprio agere non posse, qui actiones non potest exercere; secus tamen procedit in agente nomine alieno sequitur Baldus in l. 1. num. 4. C. de bonis maternis dicentes, ideo patrem pro adventitij filij agere posse: quia non suo sed alieno nomine videlicet filij agere videtur. Idque in dictis locis aperte probant Albericus, & Paulus, sed vincitur. Tum, quia eam regulam indistincte proponit Iuriscultus: tum quia non est verum semper, quod pater in adventitij nomine alieno agat cum saepe nomine proprio agere possit.

19 Respondet Albericus in leg. 1. C. de bonis maternis num. 3. dicens text. in dict. l. ait prator intelligendum esse de eo, qui non indistincte agere prohibetur: cum aliquando patri agere permittatur, sed vincitur. Nam text. in dicta l. C. de bonis maternis proponit regulam generalem, quod pater alienare non possit, & ideo casus specialis non est attendendus: praesertim nam in d. l. ait prator etiam ex iustis causis permittitur alienatio.

20 Quare alij explicationibus omisis text. in dict. l. ait prator, puto esse intelligendum secundum iuris principia: saepe enim videmus, que agere posse nomine proprio, quamvis alienare non possit, ut in l. 3. C. de his, qui veniam aetatis impetraverunt. Sic & emphyteuta feudatarius, & usufructuarius agere possunt, sed non alienare: quare non est statuenda generalis regula scilicet, eum qui non potest alienare, agere non posse, neque Iuriscultus in dicta l. ait prator, generaliter loquutus est, sed eius verba sunt restrictivè intel-

ligenda ad casum, de quo loquitur. Ibi enim pendente tempore ad deliberandum pupillus, de quo loquitur tex. nec dominus est, nec tutor eius administrationem habet ante additam hereditatem, lege cum haeredes 23. ff. de acquirenda possessione.

21 Unde cum eo casu prohibita sit tutoria alienatio ex defectu administrationis, eleganter infert Iuriscultus ibidem, & in illa specie eum qui prohibetur alienare, non posse actiones exercere ex dicta administrationis defectu. Puto ergo, quod illa verba Iurisculti, est enim absurdum ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere, & illud axioma intelligenda sunt, & procedunt, quando alienatio prohibetur non habet administrationem, & ideo administrationem habens, cum tamen ex iuris prohibitione alienare non possit, poterit tamen actiones exercere: eo enim casu non procedunt Iurisculti verba.

22 Exemplum est in praetato, cui bonorum Ecclesie alienatio regulariter prohibita est, & tamen non est illi prohibitum actiones exercere nomine Ecclesie, cap. non liceat 2. quod est actus si quis presbyterorum de rebus Ecclesie. Item tutor, aut curator regulariter prohibetur a praedictis pupilli, aut minoris alienare, l. ob est alienatio de praedijs minorum, & tamen tutor, vel curator pro pupillo, aut minore recte potest actiones exercere, l. non est ignotum, C. de administratione tutorum. Item pater quamvis bona matris filij alienare non possit, potest tamen actiones exercere, quorum usufructum, & administrationem habet, l. 1. C. de bonis maternis. Item maritus bona dotalia uxoris suae alienare potest, ut in principio instituta, quibus alienatio licet, vel non, pro illis tamen potest actiones exercere, l. 12. ancillam, C. de rei vindicatione. Item etiam procurator generalis bona alienare potest, & nihilominus actiones potest exercere, l. procurator 63. ff. de procuratoribus, cap. quod generaliter de procuratoribus, lib. 6. Item, & pater for maioratus, qui alienare bona maioratus potest, recte tamen pro illis potest in iudicio agere.

23 Constat ergo Iuriscultum in dicta l. ait prator non proponere regulam generalem, quae omnino iuris principijs repugnet, sed solum voluisse rationem illam adaptare ad speciem particularem in eo tex. propositam: absurdum enim esset tutorem nondum habentem administrationem bonorum pupilli, qui alienare non potest, posse in iudicio agere.

Ad principalem nostri text. conclusionem.

24 Ex tex. nostro omnes communiter deducunt quod in iudicijs communibus, qualia sunt finium regundorum communi dividendo, & familiae erciscundae, quae actor, & reus probare debet, et si pariter probant, absolvitur reus, nisi aliis actor causam favorabilem moveat: duplex ergo est huius conclusionis inspectio, altera respiciens communium iudiciorum naturam, altera vero aequalitatem probationum respicit.

24 Circa primam dubitationem movet generalis regula, qua docemur iudicium consistere non posse nisi ex litigatoribus alter actor, & alter sit reus: alter, qui conveniat, & alter, qui conveniatur cap. forus de verborum significatione capit. 1. 4. quae l. 4. inter 62. ff. de iudicijs. Necesse est ergo unum ab altero distingui, cum sint correlativa argumento tex. in cap. debitum de baptismo, ca. fin. de institutionibus: in iudicio ergo finium regundorum, de quo loquitur tex. noster actor, aut reus principalis dicitur, sed uterque utriusque actoris, & rei partes sustinet, ut indicant verba nostri text. ibi, actoris, & rei, quod videtur difficile, idque vrgere amplius videtur ex alia iuris regula, qua etiam docemur, quod nemo duorum vice fungitur, l. si consul, ff. de adoptionibus, l. si plures, ff. de pactis, l. nemo ex his. C. de assessoribus, l. quisquis, C. de postulando, cap. presbyteros 16. quae l. 1. quomodo ergo in text. nostro uterque ex litigatoribus potest simul rei, & actoris vice fungere.

25 Movet etiam dubitationem secundò: nam finium regundorum actio non competit, nisi domino rei petita, l. 1. C. finium regundorum, ergo nec Episcopo, neque canonico potuit competere in specie tex. nostri. Neuter enim eorum est dominus suarum praebendarum: dominium enim beneficiorum, & bonorum Ecclesie residet penes Episcopos, & bonorum Ecclesie residet penes Episcopos, §. fin. 12. q. 1. cap. cum secundum Apostolum de praebendis, ibi, patrimonium Christi. cum ex eo de electione lib. 6. cur ergo in text. nostro finium regundorum, actio inter Episcopum, & canonicum competere potuit.

26 Sed pro explicatione conclusionis nostrae scire oportet, quod pro divisione bonorum, triplex iure nostro solet actio competere familiae erciscundae communi dividendo finium regundorum. Haec autem triplex actio, de qua meminit Iustinianus in §. quaedam instituta de actionibus, mixtam causam habere docet, quasi utriusque actionis in rem, & in personam natura participet: & ideo actiones mixtae dicuntur, l. 1. litem Labeo 11. l. inter cohæredes 44. §. 4. ff. familiae erciscundae l. 1. l. 4. ff. communi dividendo, l. 1. & sequentibus, ff. finium regundorum, l. actionis 37. ff. de actionibus, & oblig. declarent Donellus lib. 19. commentariorum cap. 2. & ad illum Osualdus litera G. Antonius Faber lib. 20. coniecturarum cap. 10. & l. 4. de erroribus decade 94. errore 1. & 2. Paz in praxi tomo 3. cap. 1. §. 6. & 7. Gregorius in leg. fin. tit. 15. p. 6. glossa 4.

27 Nec leviter controversum est, an huiusmodi actiones connumerandae sint inter reales, vel personales: & personales esse defendit Lasson in dict. §. quaedam num. 12. & in l. 2. in principio num. 2. ff. de verborum obligationibus, Bellonus lib. 1. supputationum cap. 4. & movetur ex text. in l. 1. §. ad hæc, C. de annali exceptione ibi, neque alterius cuiuscunque personalis actionis, leg. haeredes 26. §. quantum, §. familiae erciscundae, ubi etiam ea actio datur contra haeredem non possidentem: constat ergo realem non esse, quae tantum contra possidentem competit §. omnium instituta de actionibus, l. officium, ff. de rei vindicatione leg. 1. C. de alienatione iudicij mutandi causa facta.

28 In contrarium vero actiones istas reales esse ex eo deducitur: nam in rem dantur, & eius rei partitione, de qua quaeritur vni ex litigantibus rationi dominij adjudicari petitur, l. in rem 24. ff. rei vindicatione, l. actionum genera 24. ff. de actionibus, & obligat.

29 Quare plerumque receptum est has actiones mixtas esse, eo quod in rem, & in personam dantur, ut in dict. §. quaedam instituta de actionibus, l. actionis, ff. de actionibus, & obligationibus. In eis enim uterque est actor, & uterque dominium petit adeo, quod necesse est ad ordinandum iudicium attendere, ut prior ad iudicium provocaverit, l. in tribus, ff. de iudicijs, l. actionis, v. mixtae, ff. de actionibus, & obligationibus, l. inter cohæredes §. familiae, ff. familiae erciscundae: ideoque tertiam actionum speciem esse docet glossa in dict. §. quaedam, ut praeter reales, & personales dentur etiam, & actiones mixtae, & sequitur Sigonius lib. 1. de iudicijs capit. 17. Benincasius in §. actionum, & communiter in Rubrica si certum petatur notatum est.

30 Sed remanet scrupulus, quoniam omnes actiones, quotquot sunt, aut in rem sunt, aut in personam §. omnium instituta de actionibus: cur ergo dicimus actiones familiae erciscundae communi dividendo finium regundorum mixtas esse in rem, & in personam simul, & vrgit. Nam aut agimus adversus illum, qui nobis iure obligatus est, quod non aliter fit, nisi ex contractu, vel quasi contractu ex maleficio, vel quasi maleficio; aut agimus adversus eum, qui nullo iure nobis obligatus est; sed quia rem, quam dicimus nostram, possidet, & si cut in primo casu actio penitus personalis, similiter in secundo penitus realis est, quae inter se adeo implicat, ut simul concurrere non possint, quid ergo magis repugnans, quam eundem adversus quem experimur nobis obligatum esse secundum naturam actionis personalis, & simul non esse obligatum, quod est initium realis actionis, sicut ergo hæc repugnantia iure reprobat, l. ubi repugnantia 188. ff. de regulis iuris, l. si Titius haeres 16. ff. de haeredibus instituendis: sic etiam actio nulla dari potest simul in rem, & in personam.

31 Quare dicendum est actiones dupliciter posse considerari, vel origine inspecta, vel effectu considerato. Si enim harum actionum

originem, & initium inspiciamus, personales esse non est dubium, ut apparet in actione familiaris eriscundæ, quæ orta est ex quasi contractu hæredis aduentis hæreditatem, ex regula text. in §. item si inter aliquos instituta de obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur, quæ proculdubio personalis est actio. At verò eius effectum cõsiderato realis actio dicitur: nam quis per eam id, quod suum est, petit & effectum vindicationis habere videtur. Vnde rectè Iustinianus in dict. §. quædam hærum actionum mixtam esse causam dixit. Est enim impossibile attenda origine actionem simul personalem, & realem esse, ut explicat Bartol. in lege sed etsi §. petitio, ff. de petitione hæreditatis. Id tamen, si attendamus actionis effectum, non est difficile: quãdo enim socius petit suam partem, habet vim actionis realis, & rei vindicationis: quia petit id, quod suum est, cum tamen alter socius in re indivisa suam partem habeat, consequitur agens id, quod etiam erat socij ex Iassone in dict. §. quædam num. decimo octavo.

32 Quare facile solvitur scrupulus supra numero 30. propositus: nam ideò Iustinianus in dicto §. quædam, non dixit simpliciter has actiones mixtam causam habere in rem, & in personam, sed obtinere causam mixtam videre: nam re vera in personam sunt, non in rem, ut de actione finium regundorum dicitur in l. 1. ff. finium regundorum, ibi: *finium regundorum actio in personam, est licet pro vindicatione rei est.* Quoniam per illam rem nostram consequimur, quæ est intra fines nostros, idemque de tribus omnibus his actionibus dicendum est. lege in tribus ff. de iudicijs.

33 Vnde erit dicendum, quòd sicut actiones mixtæ triginta annorum spacio præscribuntur, leg. omnes, lege sicut, lege cum notissimi, C. de præscriptione triginta annorum. Eodem etiã tempore huiusmodi actiones communes præscribentur leg. 1. §. ad hæc, C. de annali exceptione, & ibi notavit glossa, verbo *communi dividundo*, Baldus in leg. 1. §. 1. num. 24. C. de annali exceptione, Vbesenvechius in paratitla tituli familiaris eriscundæ num. 7. Petrus Gregorius lib. 5. syntagmatum cap. 4. num. 3. Ayora de partitionibus tertia parte, quæst. 25. & communem docet Iasson in dict. §. quædam num. 25. & num. 29. adeò ut si cohæredes, verbi gratia, in commune per triginta annos maneant, iam amplius ad divisionem agere non possunt, quasi actio præscripta fit.

34 Sed puto veriore contrariam sententiam videlicet elapsis etiam 30. annis adhuc actione ad divisionem agi posse, sic nervosè defendit Cynus in d. leg. 1. §. 1. C. de annali exceptione, & innumerati à Iassone in dict. §. quædam num. 3. ibidem, Gomecius num. 24. Balbus de præscriptionibus 4. p. quartæ partis, quæst. 13. num. 2. & ratio est evidens, quoniam in communione manere merè facultatis est, partesque me-

ra voluntate in communione perseverant: ideò eis præscriptio nullo modo obijci potest, celebris glossa in l. solet, ff. de officio pro consulis, fin. ff. de itinere, actuque privato ibi, *sed si prohibetur non facturus.*

35 Idque ulterius ostenditur: quoniam pacto effici non potest, ne omnino divisio fiat, hoc iudicium 14. §. si conveniat, ff. communi dividundo, sic etiam neque præscriptione fieri poterit, ut probant Balbus dict. quæst. 13. num. 1. Palatios Rubios in Rubrica de donationibus inter §. 54. num. 4. Abendaño de exequendis 1. p. cap. 4. num. 21.

36 Neque obstabit text. in dict. l. 1. §. ad hæc, C. de annali exceptione, qui pro contraria opinione adducitur, dum significat in actione familiaris eriscundæ tricenalem præscriptionem locum habere: nam rectè respondet Baldus in lege fin. num. 9. C. finium regundorum, Balbus dict. quæst. 13. num. 7. quod ille text. procedit, quando vnus solum ex consortibus possidebat; quocasu ille, qui solus possideret rectè potuisset præscribere triginta annorum spacio contra alterum non possidentem, qui postea agere non possit quasi iam præscripta hæreditate per 30. annos. Eo enim casu nulla remanet actio familiaris eriscundæ, quæ præsupponit hæreditatem inter cohæredes dividendam: secus verò dicendum, si utroque cohærede possidente: tunc enim nullo tempore alter contra alterum præscribere poterit, cum simus in terminis actus merè facultativi.

37 Hodie tamen iure regio, etiam si alter cohæredibus, vel consocijs solus possideat altero non possidente, adhuc non poterit præscribere divisionem contra alterum consocium, l. 5. tit. 15. lib. 4. compilationis ibi: *Si los herederos, o otros hombres tuvieren, o poseyeren alguna cosa de consuno que no sea partida entre ellos, maguer que el vno dello sea tenedor de la cosa, no se pueda defender por tiempo que no de su derecho à cada vno de los otros, quando quier que se lo demandare, quam explicat Didacus Perez in additionibus ad Seguram in l. Imperator n. 70. ff. ad Trebellianum.*

38 Vnde dubitari solet, an sententia glossæ primæ in l. si maior, C. communi dividundo decentis non esse divisioni locum, quando constat de diutina possessione alterius socij, eò quòd inquit glossa ex temporis transcursu præsumitur factam esse inter consocios divisionem, quam glossam receptam testantur Boerius decisione 58. Didacus Perez in l. 5. tit. 13. lib. 3. ordinamenti, columna 1239. Meneses in l. si aquam num. 34. C. de servitutibus, & aqua, Ioan. Gutierrez in l. nemo potest num. 211. ff. delegatis 1. Ripa in cap. sæpè num. 2. de restitutione spoliatorum, Ayora de partitionibus 3. p. quæst. 25.

39 Dubium ergo est, an hæc sententia glossæ hodie iure regio derogata sit, ex dict. leg. quinta titulo decimo quinto, lib. quarto compilationis, & ab-

& abrogatam esse testatur Didacus Perez in additionibus ad Seguram dicto numero 70. & movetur ex verbis dictæ legis Regiæ ibi: *no se pueda defender por tiempo, que no de su derecho à cada vno de los otros.*

40 Sed puto verius hodie procedere opinio nem illius glossæ etiam stante dicta lege Regiæ: nam ut rectè advertunt Meneses, & Gutierrez, vbi supra dicta lex Regia supponit, rem illam communem in communi existentem nondum divisam fuisse inter socios: si ergo de divisione constaret aliter dicendum esset: cum ergo per lapsum temporis probetur divisio possessore id allegante, & de divisione opponente sententia glossæ, etiam lege Regia stante servanda est, si ex adverso non probetur divisionem nunquam fuisse factam.

41 Idque constare posset, si probaretur alios cohæredes, vel consocios bonorum nihil vnquam percepisse de bonis testatoris, cuius petunt hæreditatem dividi, vel si probetur possidentem bona hæreditaria, vel alia communia multo plus bonorum habere, quam alij divisionem petentes. Quoniam ex inæquali possessione excluditur præsumptio divisionis, ut rectè Baldus de præscriptionibus 1. p. tertiæ partis principalis, quæst. 10. num. 45. vel si constaret testatorem non reliquisse alia bona, quam ea, quæ vnus solus possidebat. Si tamen hæc non probentur, sed res in dubio maneat, hodie etiam servanda est glossæ illius sententia, ut ex illa antiqua possessione divisionem factam esse præsumatur.

42 Ecce in hoc sensu glossæ sententiam probant hodie procedere posse Meneses, & Gutierrez vbi supra, Azebedo in dict. leg. 5. titulo 15. lib. 4. compilationis num. 4. & in hoc sensu est intelligendus Baldus de præscriptionibus quarta parte, quartæ partis principalis quæstione 13. Dum docet præscriptionem non cadere inter socios, etiam per longissimum tempus, quominus dividere teneantur: hoc enim procedit, nisi allegetur divisio, & ad illam probandam diutina possessio allegetur: tunc enim nisi aliud constaverit ex contrario, divisionem factam esse, præsumendum est.

43 Vnde cavendum est ab opinione Villalobos in suo erario litera D. num. 99. Dum dixit, quòd etsi constasset divisionem non esse factam, non tenbitur præscribens dividere, quasi hæc præscriptio 30. annorum etiam malæ fidei possessorem adiubet ex l. 19. 21. & 27. titulo 29. p. 3. quod plusquam falsum est: nam data mala fide nullo modo ea præscriptio procedit, ut rectè in dict. l. 2. probat glossa in verbo *mala*.

44 Quæ doctrina, ut ad praxim negotiorum applicari possit, notandum est, quòd in illis casibus, in quibus prodest præscriptio, non est allegandum partem petentem divisionem excludendum esse à sua intentione, eò quòd ius divisionis præscriptum sit, sed opponendum est divisionem

factam fuisse, idque probandum ex sola præscriptione, & longissima bonorum possessione, aliàs allegatio præscriptionis inutilis esset, ut rectè advertit Gutierrez in d. l. nemo potest n. 21.

45 Sed antequam hæc tria iudicia communia, & divisoria separatim explicemus, ad quæ æquè nostri text. decisio pertinet, memoriæ tenendum est ea iudicia in multis communem, eandemque habere causam. Primò enim omnia sunt bonæ fidei, l. 3. l. 8. C. communia, vtriusque iudicij, l. 4. §. hoc iudicium, ff. communi dividundo. Secundò dicuntur omnia iudicia duplicia, l. 1. ff. familiaris eriscundæ, l. 2. ff. communi dividundo, l. in tribus, ff. de iudicijs. Tertiò dicuntur mixta l. item 22. §. 3. ff. familiaris eriscundæ, l. 4. ff. communi dividundo. Quartò eadem est horum iudiciorum causa, cum ea iudicia ex cõmunione veniant, quæ dividi petitur, l. fin. C. familiaris eriscundæ, l. 2. ff. eodem titulo, leg. 5. & 7. C. communia, vtriusque iudicij, daturque hæreditas dominis, & eorum successoribus, ac alijs socijs, qui pro domino habentur. Quintò eadem est materia: nam semper versantur circa res communes dividendas, l. 5. C. communia vtriusque iudicij, vbi omnes, Sextò eadem est agendi causa, l. 3. C. familiaris eriscundæ. Septimò idem est eventus, quo ad cõmunionem l. 9. C. communia, vtriusque iudicij. Octavò eadem adiacent licitationes, condemnationes, & absolutiones, l. cum putarem 36. ff. familiaris eriscundæ. Nonò eadem cautiones, evitionis, l. in hoc 47. l. hæredes 25. §. fin. ff. familiaris eriscundæ. Decimò communis est inter socios obligatio. Quibus præmissis vnumquodque iudicium sigillatim explicandum est maioris doctrinæ gratia.

De iudicio familia eriscundæ.

46 **C**VM sæpè communio soleat excitare discordias, l. cum pater 79. §. dulcissimis, ff. delegatis 2. l. qui neque 8. ff. de rebus eorū l. in re communi 25. ff. de servitutibus vrbanoꝝ, ideò cohæredibus à cõmunionem discedere volentibus familiaris eriscundæ, id est dividendæ hæreditatis iudicium concessum est, refert Baldus ad leges Romuli cap. 30. ideòque huius iudicij actio familiaris eriscundæ appellatur. Familia enim etiam hæreditatem significat, l. pronuntiatio 195. §. familiaris, ff. de verborum significatione observat Rosinus lib. 8. antiquitatum Romanorum cap. 6. Petrus Gregorius 1. p. Syntagmatum lib. 5. cap. 4. num. 1. Brissonius lib. 5. de formulis, pag. 484.

47 Est ergò hæc actio familiaris eriscundæ duplex, directa, & utilis. Directa dicitur, quæ cõpetit illis, qui iure civili hæredes sunt, sive ex testamento, sive ab intestato, leg. 2. ff. familiaris eriscundæ. At verò bonorum possessoribus, qui vicè hæredis repræsentant ex æquitate, utilis actio

conceditur iuxta text. sic intelligendum in dicta leg. 2. §. si quarta, ff. familiae erciscundae, leg. sed & eius 25. l. si ex esse 41. ff. eodem, leg. ita tamen 27. §. Marcellus, ff. ad Trebellianum, cuius actionis causa est, quasi contractus ille, qui inter haeredes ipsa hereditatis additione celebratur, §. item si inter aliquos instituta de obligationibus, quae ex quasi contractu.

48 Cum ergo haec actio familiae erciscundae ad solas res hereditarias pertineat, dubitari solet, an etiam in ea actione nomina debitorum veniant dividenda. Dubium movet, nam ea nomina proportionibus hereditariis inter cohæredes proportionibus hereditariis divisa sunt, lege pacto successorum 26. C. de pactis, lege ea, quae in nominibus sexta, lege licet 23. C. familiae erciscundae, lege 1. C. de hereditariis actionibus, l. 1. C. si vnus ex pluribus haeredibus. Ideoque dicendum videtur aliam divisionem non esse necessariam, sed singulos haeredes pro suis portionibus adversus debitores agere posse nullo ex parte iudicio familiae erciscundae.

49 Sed nihilominus dicendum est nomina debitorum non dibi, sed officio iudicis profolio alicui ex heredibus adiudicari, lege plane 3. ff. familiae erciscundae, & hoc speciali ratione, ne aliis invitus debitor, vel creditor pluribus vexetur iudicij iuxta textum in leg. cum hi 8. §. causa, ff. de transactionibus, lege in commodato 17. §. duabus, ff. commodati, lege potest 27. ff. delegatis primo.

50 Cum autem in divisione aliquando contingat, ut actiones, & nomina pluribus tribuantur in suam portionem, quo casu cautiones, & instrumenta penes vnum esse debent. Is erit, qui maiori ex parte haeres sit, lege quae sunt 5. ff. familiae erciscundae, lege septima, titulo 15 part. 6. nec leviter huic doctrinae refragatur text. in lege fin. ff. de fide instrumentorum, lege procurator 7. & ibi glossa verbo, *morem*, C. de edendo. vbi probatur cautiones, & instrumenta apud digniorem esse debere.

51 Respondeo tamen ex Acurfio in dicta lege si quae sunt verbo, *consensu*, instrumenta, cautiones, nomina debitorum, & familia apud eum esse deponenda, qui maiori ex parte haeres est. Si autem aequis portionibus haeredes sint, senior praefendus est, ut ex dicta lege fin. ff. de fide instrumentorum observat Capicij decisione 27. num. 7. Rodericus Suarez allegatione 1. numero 13. & num. 14. Tiraquellus de iure primogeniorum in praefatione num. 126. Quod si eiusdem sint aetatis, dignior anteponendus est, aliis forte res dirimenda, si per omnia aequales sint, vel in loco publico, aut Ecclesia deponenda sunt, lege 7. titulo decimo quinto par. 6. vbi recte explicat Gregorius.

52 Nec solum res hereditariae in iudicio familiae erciscundae continentur, sed etiam fructus hereditatis, lege non est ambiguum, lege cohæ-

redibus, C. familiae erciscundae, lege item Labeo 23. §. familiae, lege intercohæredes 45. §. fructus, l. fundus 52. lege non solum 57. ff. familiae erciscundae, adeo ut dixerit Acurfius in dicta l. non est in verbo, *augeri*. Fructus etiam bona fide consumptos dividendos esse inter cohæredes, & est communis Doctorum opinio teste Alexand. consil. 7. num. 8.

53 Quamvis ergo id videatur difficile ex regula text. in §. si quis à non domino instituta de rerum divisione, l. bonae fidei 48. ff. de adquirendo rerum dominio, cum mille vulgatis, vbi dicitur bonae fidei possessorem fructus lucrari, de quo Pinellus in l. 2. cap. 4. num. 47. C. de rescindenda, Ioann. Garcia de expensis cap. 23. à num. 15. Quamvis enim hoc valde controversum sit, an saltem quatenus locupletior factus fructus restituere teneatur ex regula text. in l. fime, & Titium 32. ff. si certum petatur, tamen extra controversiam est in iudicijs vniuersalibus, quales sunt haec iudicia duplicia fructus etiam indultuales, & consumptos quatenus possessor factus est locupletior, restituendos esse, ut Bartolus, & alij relati à Pinello vbi supra, probant per text. in item veniunt 22. §. fructus, & §. eos, ff. de petitione hereditatis, l. 1. C. eodem titulo. 3

54 Cessat autem haec doctrina, quando pater in sua vita remisit filio vsum fructum bonorum adventitiorum, quo casu eidem patri non quaeritur, sed habebit filius praecipuum, nec post mortem patris tenebitur alijs fratribus conferri, ut in lege cum oportet, §. fin autem, C. de bonis quae liberis, & probant relati ab Antonio Gomezio tomo 2. variarum cap. 4. num. 24. & in le. 29. Tauri nume. 29. Gutierrez in cap. quamvis pactum num. 31. de pactis lib. 6. Mendez de Castro in dicta lege cum oportet prima parte nume. 30. Caldas Pereyra in l. si curatorem, verbo *lasis*, num. 148. C. de in integrum restitutione.

55 Pertinet praeterea hoc iudicium familiae erciscundae ad omnem hereditatis divisionem, sive ex testamento, sive ab intestato, ut expressè dicitur in l. 2. ff. familiae erciscundae. Vtroque enim casu sive ex testamento, sive ab intestato obvenire hereditatem dicimus, lege obvenire 130. l. verbis legis 120. ff. de verborum significatione, l. penultima, ff. de legatis 1. Alciatus lib. 4. Paradoxorum cap. 7.

56 Erit ergo difficile intelligere, quomodo Iuriscultus in l. 3. §. de illo, ff. pro socio dixerit iustam, & legitimam hereditatem solum appellari eam, quae ab intestato defertur, & sentit Bartol. in l. si potest num. 5. ff. de adquirenda hereditate, Guillelmus Benedictus in cap. Reynutius verbo, & *vuxorem*, num. 27. de testamentis, Tiraquellus in tractatu, *le mort*. secunda parte, declaratione septima num. 8. in qua difficultate explicandae videndus Menchaca de successionum creatione, §. 11. num. 42. Cobarruvias in rubrica de testamentis prima parte, num. 5. Bellonus lib. 3. sup

3. supputationum cap. 3. est ergo verissimum legitime hereditatis appellatione etiam delatam ex testamento comprehendi.

57 Neque obstat text. in dicta leg. tertia, dicto §. de illo, ff. pro socio: ibi enim ideò legitimae hereditatis appellatione testamentaria non continetur: quia in illa specie ad testamentariam contrahentium verba extendi non poterant: non enim de omni hereditate convenerunt. Si enim id voluissent, per verba vniuersalia convenissent vel saltem indefinita, cum ergo contrahentes non omnem hereditatem communicare voluissent, sed quae iusta esset, & consequenter aliquam excludere voluissent exclusa ea ratione, censetur testamentaria, quae non tam legitima est, quam ea, quae ab intestato defertur, lege legitimam, ff. de petitione hereditatis, l. illud 76. ff. de adquirenda hereditate, l. si quis 82. ff. de haeredibus instituendis, saepe enim à Iuriscultis legitima hereditas, ut distincta à testamentaria proponitur: observat Pinellus in l. 2. num. 5. C. de bonis maternis, Bellonus lib. 3. supputationum cap. 7. Caesar Costa lib. 1. variarum cap. 5.

58 Quòd si facta divisione inter cohæredes aliqua res maneat indivisa, dubium est, an postea iterum hoc familiae erciscundae iudicio agi possit, sentit Vlpianus in l. si filia nupta 20. §. familiae, ff. familiae erciscundae. Iudicium hoc amplius, quam semel agi non posse, & explicat Baldus in l. 1. num. 3. C. familiae erciscundae, sed id red dicitur difficile ex dict. l. 1. C. familiae erciscundae, vbi dicitur hereditate iam divisa iterum inter cohæredes hoc iudicium admitti posse.

59 Sed facile respondetur, quod in proposita specie iudicium familiae erciscundae non habere locum, sed communi dibidundo agendum, quoties res aliqua remanent indivisa, nisi aliàs iusta extiterit causa, propter quam iterum concedi possit, ut ibi explicat Iuriscultus. Ea enim est differentia inter iudicium familiae erciscundae, & petitionem hereditatis: nam & si hereditatis petitio iudicium sit vniuersale, & pluries intentari possit, l. regulariter cum sequenti, ff. de petitione hereditatis, actio tamen familiae erciscundae, semel intentata amplius intentari non potest, in d. l. si filia nupta, d. §. familiae.

60 Sed remanet non levis scrupulus ex d. l. 1. C. familiae erciscundae, vbi semel divisa hereditate iterum inter cohæredes iudicium familiae erciscundae admittitur: nam existimo, quòd in illa specie prima divisio ex consensu partium facta fuit, nulla interveniente iudicis autoritate, idque non obscure verba eiusdem text. indicant: ideoque recte potuerunt haeredes iterum ad indivisas res hoc proponere iudicium: sic Meneses in l. si post divisionem num. 4. C. de iuris, & facti ignorantia.

61 Tandem cum facultas petendi hanc divisionem in hoc iudicio familiae erciscundae iure optimo inducta sit, dubium est, an testator bono-

rum hereditarium divisionem prohibere possit, ita ut haeredes perpetuò in communi permanant, dubitationem movet text. in l. in hoc iudicium 14. §. si conveniat, ff. communi dibidundo, vbi dicitur pacto fieri non posse, ut quis perpetuò sit in communi.

62 Sed nihilominus Acurfius expressè docet recte posse haeredes à testatore gravari, ut perpetuò sint in communi, quem refert, & sequitur Bartol. in lege si convenerit, ff. pro socio Alexand. in leg. si non fortem, §. si centum, ff. de conditione indebiti, & consilio 120. volumine 3. Segura in l. vnum ex familia, §. si fundum nume. 175. ff. delegatis secundo. Quoniam huiusmodi testatoris praecipuum vim habet prohibitionis alienationis, ideoque plene observandum, l. fin. C. de rebus alienis non alienandis, lege si pupillus, leg. filius familias, §. divi, vbi omnes, ff. delegatis primo.

63 Neque obstat text. in dict. l. in hoc iudicium, dict. §. si conveniat, ff. communi dibidundo: nam respondetur potentior esse alienationis prohibitionem factam per testatorem, quam per pactum, ut omnes agnoscunt per text. ibi in l. ea lege, C. de conditione ob causam, leg. si ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obligationibus. Sed puto hanc doctrinam limitandam esse, ut non procedat in praedictum legitimae. Si enim divisionis prohibitio legitimam gravaret, nullius esset momenti, sed penitus à legitima esset reiicienda ex iuribus vulgaribus: sic etiam non procederet ea sententia, quoties cohæres petens divisionem contra testatoris praecipuum doceret cohæredes sibi inimicos esse, & iuste discordias, rixasque ex communi timere, ut advertit Ayora de partitionibus 1. p. cap. 5. num. 14.

De iudicio communi dividendo.

64 HÆC actio, aut iudicium communi dividendo, eiusdem ferè causis conceditur, si cut, & familiae erciscundae: cum sapiat etiam realis, & personalis actionis naturam, & similiter etiam mixta dicitur, & competit inter eos, inter quos aliquid est commune, ut dividatur dicto §. quaedam instituta de actionibus, & necessaria est, quoniam actio pro socio magis ad personales praestationes pertinet, quam ad divisionem rerum communium l. 1. ff. communi dividendo, differtque à iudicio familiae erciscundae, quòd illa solū datur inter cohæredes ad dividendas res hereditarias. Actio verò communi dibidundo, ex quacunque causa res communis sit, competit, veluti ex societate, vel alia causa, l. 2. ff. communi dividendo, l. ut sit 31. cum sequentibus, ff. pro socio: nam, ut ostendit rectè Cuiacius lib. 5. observa-

tionum cap. 10. Iudicio aliquo opus fuit, quo res quomodocunque communes dividerentur, cum nemo sit invitus in comunione retinendus, l. fin. C. communi dibidundo. cum adductis à Serafino de privilegijs iuramenti privileg. 58. n. 1.

65 Sed quomodo iudicium hoc etiam reale dicatur difficile videtur: nam, ut inquit Scebola in l. penultima, ff. communi dibidundo eo iudicio agitur, siue neuter possideat, siue alter sociorum fundum possideat, quomodo ergo participem esse poterit actionis realis, dicimus tamen participem esse, non quatenus possessionem spectamus, sed quatenus nos dominos asserimus.

66 Quod verò attinet ad participationem personalis actionis indubitatum est: nam si res commodè dividetur, partes eius sic adiudicantur, ut si vnus pars alterum gravaverit, ille certa pecuniæ quantitate soluta damnum resarciat, ut in dicto §. quædam, & in §. eadem instituta de officio iudicis, l. 1. ad officium, C. communi dibidundo. Respicit etiam hæc actio fructus perceptos lucrum, damnum, & expensis: imò etiam alias, quascunque præstationes personales, daturque ex quasi contractu, quia neque ex contractu, neque ex maleficio invicem socij obligati esse videntur §. item si inter aliquos instituta de obligationibus, quæ quasi ex contractu nascuntur, certè ergo dictum est, actionem hanc communi dibidundo etiam habere mixtam causam.

67 Est etiam hæc actio communi dibidundo duplex, directa, & utilis. Directa competit solis dominis rei corporalis communis, l. per hoc iudiciū quarto in principio, ff. communi dibidundo, siue neuter possideat, siue vterque, siue alter solum possideat, l. communi dibidundo 30. ff. communi dibidundo, Bellonus lib. 1. supputationum cap. 5. Cabalcanus decisione 18. numer. 3. prima parte. Potestque hoc iudicium competere inter omnes, vel saltim inter certos illud iudicium considerantes, l. et si 8. l. si quis 20. ff. communi dibidundo, notat glossa in cap. ad hæc 10. de rescriptis, Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 58. numer. 1.

68 Utilis verò actio dicitur, quæ habentibus utile dominium competit, ut qui possident fundo vestigales, dict. lege communi dividundo in principio, rectè Magonius decisione 62. vel illis, quibus actio publiciana competit, dict. l. communi dividundo §. 1. versic. qui i i rem, Magonius decisione 18. prima parte, non tamen habet locum inter prædones colonosvè, aut precario possidentes, dict. l. communi dividundo, §. inter possidentes, & §. neque colonis, advertit Alexand. consil. 25. volumine 5. Gregorius in l. 6. titulo 26. part. secunda, glossa 9. Nullam enim habent suo nomine iustam possessionis causam, sed verè, aut iniuste possident, aut alieno nomine possident.

69 Competit etiam hoc utile iudicium communi dividundo, etiam in iuribus incorporalibus veluti habenti vsumfructum, pignus & simi-

lia, dict. l. communi dividundo, §. si duo, leg. item 10. §. 1. J. arbor 19. §. fin. ff. communi dividundo A. lexand. dict. consilio 25. num. 4. volumine quinto, Cuiacius lib. 9. observationum cap. 37. Spino de testamentis glossa 13. à nume. 19. & ratio est: nam in his iuribus non habet locum vera divisio, l. cum filius 76. in principio, ff. delegatis secundo, eoque iudicio non ius in corporale, sed illa dividuntur, quæ sub illo comprehensa sunt, & divisionem admittunt veluti in fructibus vsumfructus, & in vfu pignoris: nam aliàs si nihil est, quod divisionem recipiat, hoc iudicium locum non habet, veluti in servitutibus, ut in dict. l. arbor, §. si per eundem, & probat Panormitan. in cap. prudentiam de officio delegati.

70 Imò, ut advertunt primo tomo variarum cap. 3. num. 14. Ioan. Garcia de expensis cap. 19. & cap. 22. num. 6. & num. 19. competit hoc iudicium non dominis ratione præstationum, quæ actiones sunt personales, nec rei coherent, ut in litem, Labeo 22. §. penultimo, ff. familiae erciscundæ, vel quoties res, aut extincta est, vel communis esse desijt, ut in l. si quis putans 6. l. in summa 11. ff. communi dividundo.

71 Nec dubitari potest de præstationibus, quin hoc iudicio communi dividundo comprehendantur, veluti si quis in re communi impensas fecit communi nomine, secus tamen si proprio nomine: quo casu retentionem habebit, lege in hoc iudicium decimo quarto, lege si quis cum existimaverit 19. ff. communi dividundo, dummodo partem suam separatim administrare rectè non potuit, alioquin negotiorum gestorum tantummodo habet actionem dict. leg. si quis petans §. 1. ff. communi dividundo. Imò etiam si vnus ex socijs quid agi debuit, & non fecit dolo, aut culpa, eiusque causa in re communi damnum sequatur, illius ratio habebitur in eodem iudicio communi dividundo, l. in communi 3. l. & non omnis 8. §. 1. l. si is, cum quo 20. ff. communi dividundo, l. 6. tit. 13. p. 2. vbi Gregorius glossa 6. in l. 13. tit. 10. p. 5. glossa 5.

72 Hæc autem omnia, aut separatim, aut cumulate veniunt eo iudicio communi dividundo, quoniam de præstationibus agi potest etiam rei communis non petita divisione, vel quia socij non volunt à comunione discedere, vel quia res communis esse desijt, vel extincta est, ut in dicta lege si quis putans adeò ut si non quid ex communi sociorum consensu nominatim exceptum sit, omnes res in hac actione comprehendi possunt, & intelliguntur in eo iudicio deductæ, l. in iudicium 13. ff. communi dividundo cum adductis à Menochio consilio 20. num. 2. & consilio 26. num. 17. volumine 1. Pontanus ad consuetudines Blesenses lib. 3. art. 10.

73 Constat ergo in divisione faciendâ huius iudicij ea omnia observanda esse, quæ in actione seu iudicio familiae erciscundæ, dict. l. per hoc §. 2. dict. l. in hoc 14. §. 1. ff. communi dividundo §. quæ-

§. quædam instituta de actionibus: est enim (vtiã diximus) vterque iudicium bonæ fidei, vterque duplex, vterque mixtum, ut habetur in §. actionum instituta de actionibus, omnes ergo res, de quibus actum est dividere, debet iudex, aut mensura designatis vnique certis regionibus, l. communi dividundo, §. cum de vsumfructu, ff. communi dividundo, & in his, quæ divisionem non recipiunt, totum corpus alteri adiudicandum est l. sancimus, vbi Baldus, C. de donationibus, & in l. fin. C. communia de legatis, & notatur in leg. ad officium 3. C. communi dividundo, & hoc facta alterius socij aliunde refartione d. l. si quis putans 6. §. penultimo, & in dict. §. quædam. Quando tamen par est vtriusque socij causa, & iura sunt æqualia, forte res dirimenda est, l. fin. C. communia delegatis, l. 2. C. quando, & quibus 4. pars debeatur lib. 10. idque omne varijs in casibus probant Ifernia in cap. 1. §. præterea, Ducatus de prohibita feudi alienatione, Casaneus in consuetudinibus §. 6. ad finem num. 20. Curtius de feudis q. 3. & quæst. 4. Tiraquellus de iure primo, quæst. 4. num. 19. Petrus Gregorius lib. 5. syntagmatum cap. 2. Cabalinus mileloquio 389. Menochius consilio 609. num. 35. Donellus lib. 13. commentariorum cap. 13. & ibidem relati plenè per Osualdum Illigerum.

De iudicio finium regundo- rum.

74 DE hac finium regundorum actione præter ordinarios in l. 1. & per totum, ff. finium regundorum scribunt Speculator titulo de iudicijs §. 4. Hieronymus de Monte integro tractatu de finibus regundis, Petrus Gregorius lib. 39. syntagmatum cap. 13. Corrafius in l. 1. à num. 68. ff. de servitutibus, Balduinus ad ll. duodecim tabularum capit. 2. Frontinus integro tractatu de controversijs limitum, Costa de facti scientia centuria 1. distinctione 1. Decius consilio 41. Tyberius Decianus consilio 124. volumine 2. Cuiacius lib. 5. observationum capit. 2. 1. & lib. 10. cap. 2. Gregorius in l. fin. tit. 15. p. 6.

75 Est ergo hoc iudicium finium regundorum duplex, & mixtum in rem, & in actionem, sicut de duobus prioribus dictum est, & iustissima, simulque necessaria, & utilissima lege indutum, imò & lege divina veteris Testamenti Deuteronomij 19. & 27. terminos transferre fuit prohibitum, imò & ab vrbe condita iura finium Numæ Pompilij Deo vocato Termino religione quadam munivit, & postea aliam fuisse decem virorum legem insinuat Caius lib. 4. ad leges 12. tabularum in l. fin. ff. finium regundorum ad eius exemplum, quam Solon tulerat de finibus Athenis relata in dict. l. fin. & rectè Balduinus ad leges 12. tabularum cap. 2.

76 Imò stabilitum constat antiquis legibus quinque pedum spacium (quasi gradus Geometricus) quo iri colendi gratia sine alterius incommodo posset, ut indicat tex. in l. 3. ff. termino moto, Iulius Paulus lib. 1. Sententiarum tit. 15. & notat Agenius Vrbcus lib. 2. de limitibus, Cuiacius ad l. 4. §. fin. ff. de vsumfructibus, & ostendit Cicero lib. 1. de legibus, ideòque huiusmodi quinque pedum spacium ex 12. tabulis vsumfructi non posse cavebatur propter publicam utilitatē & Imperiale constitutione, nec præscribi, de qua in l. quinque pedum 5. C. finium regundorum, quod obscurum, & non benè perceptum ab antiquis non signe magna Acurfij, & Isidori reprehensione, audacter putat Petrus Baylardus.

77 Sciendum ergo est legibus 12. tabularum cautum fuisse, quòd inter prædia vicinorum finibus constitutis spacium quinque pedum relinqueretur, ut eo spacio ire, & agere vterque dominus potuisset. Vnde Varro lib. 4. de lingua Latina sic dixit: *Fines agrorum termini, quòd hæ partes propter limitare iter maximè teruntur id spacium vsumfructi lex vetat, servitus itineris, seu iter alculturam vsumfructi potest, iter limitaneum seu limitare non potest.* Postea verò lex Mamilia statuit, ut quoties de his quinque pedibus controversia moveretur, eligeretur agrimensor, qui fines regeret ultra quinque pedes: lis non erat finalis id est, non erat finium, sed proprietatis: ideòque non agrimensor, sed adeundus erat prætor, ut erudite ostendit Alciatus in suo libello, *de quinque pedum præscriptione.* Hodie tamen quælibet finium quæstio tricenali spacio temporis præscribi posse videtur l. fin. C. finium regundorum, Marcus Antonius de amatis decisione 19. num. 3. Hieronymus de Monte de finibus regundis cap. 41. n. 3.

78 Competit hæc finium regundorum actio dominis: nam etsi in personam sit, per vindicationem tamen petit sibi quisque rem suam adiudicari, leg. 1. ff. finium regundorum notat Hieronymus de Monte de finibus regundis, ca. 38. per totum compatit etiam vtilibus etiam dominis, veluti emphyteuticarijs fructuarijs, beneficiarijs, & creditoribus iure pignoris possidentibus l. sed & loci 4. §. finium, ff. finium regundorum, Hieronymus de Monte, vbi supra cap. 28. & cum sit iudiciū duplex, adversus eosdè etiam eadè ratione competit, l. iudicium 10. ff. finium regundorum, l. in tribus 13. ff. de iudicijs, l. 2. C. communi dividendo: quoniam vterque petit, & petitur ab vtroque vterque actor, & vterque reus est.

79 Vnde constat huius actionis finem, & conclusionem esse, ut iudicis officio veteres termini restituantur, vel dirigantur novi, si de illis non constet, & eius quod interest post litem contestata habeatur ratio: quoniam ante percepti non veniunt omninò in eo iudicio. Si enim bona fide percepti sunt lucro cedunt eius, qui consumpsit: si verò mala conditioni locus erit, dict. l. sed & loci 4. in principio, & in §. in iudicium, & in §. post litem, ff. finium regundorum, Baldus in rubrica

Rubrica, C. de fructibus, & litium expensis, Hieronymus de Monte de finibus regundis ca. 100. & cap. 107.

80 Quale autem debeat esse iudicis officium in exercendo iudicio finium regundorum plane constat: nam primo quoties de finibus queritur, de possessionis iure querendum est l. is, qui destinavit 24. ff. de rei vindicatione, quo videlicet modo, & loco termini hactenus sint observati, l. si quis super 3. C. finium regundorum, & in text. nostro communiter observatur, Hieronymus de Monte de finibus regundis cap. 30. 31. 32. & 33. Costade iuris scientia inspectione 60. num. 6. Ideoque utrinque probationes producuntur: quia uterque actoris personam gerit dict. l. in tribus, ff. de iudicijs: obtinebit autem is, qui iustam possessionem probaverit: semper enim est pro possessore præsumptio, cap. in pari de regulis iuris lib. 6. nisi ut in text. nostro adversarius de finibus alijs, & iure proprietatis docuerit.

81 Si autem finium quæstio in obscuro sit, nec ideo commodè divisio fieri possit obscuris existentibus utriusque, tam in possessione, quam in proprietate iuribus poterit iudex novos fines per aliam dirigere regionem, ubi commodius visum sit: idque per adjudicationem, & condensationem ex bono, & æquo, ut dicitur in d. §. quædam instituta de actionibus. Si verò post declaratam finium regundorum quæstionem non expectata sententia iudicis partem alieni fundi quis expectare ausus sit, non solum, quod petebat amittit, sed etiam tantum agri modum, quantum adimere tentavit, amittet, l. si constiterit 4. C. finium regundorum, Baldus consilio 436. §. p. & consilio 144. 1. parte, Corneus consilio 213. 4. p.

82 Hæc de natura horum trium iudiciorum dicenda duximus in text. nostro, cum non sit alius in iure canonico oportunior locus, ubi de his tribus iudicijs agendum esset, ut intelligamus, qualiter nostri text. procedat sententia, neque in eodem sensu dicuntur mixta, quo dicuntur duplicia. Nam duplicia eo appellantur, quod in illis uterque duplicem personam gerit actoris, & rei dict. l. in tribus, ff. de iudicijs, leg. 2. §. fin. ff. communi dividundo. Mixta verò dicuntur, eo quod tam in rem, quam in personam dirigantur: in illis namque socij agunt de re sua in personam: nam à socijs petuntur, quæ sunt in præstationibus personalibus.

83 Rectè ergo primo in text. nostro dictum, quod in huiusmodi duplici iudicio, de quo loquitur uterque actor, & reus simul probare debent ea ratione: quia communis iudicij ratio ita postulat, in quo (ut sæpè dictum est) uterque actoris, & rei vicem fungitur, l. iudicium 10. ff. finium regundorum, l. inter 45. §. 1. ff. familiarie eriscund. Vnde in utroque succedit regula text. in l. actor, C. de probationibus, & uterque debet suam intentionem probare deduciturque ulterius rationis ratio: nam quod commune est, meum est, l. in re communi 25. ff. de servitutibus urbanorum, l. illud

46. ff. de ritu nuptiarum, cum ergo uterque suam esse dicat, uterque probare debet.

84 Deducitur secundo rectè in text. nostro dictum esse, quod data utriusque æquali probatione pro possessore pronuntiandum est, ex text. in cap. in pari de regulis iuris lib. 6. & redditur rationem text. quia promptiora sunt iura ad absolvendum, quam ad condemnandum, l. Arrianus 47. ff. de actionibus, & obligationibus, cap. inter dilectos de fide instrumentorum.

85 Sed remanet scrupulus: nam inde sequitur, quod si reus in specie nostri text. non esset possessor, sed actor possideret, non esset profertur da pro possessore sententia, cum prædicta ratio solum militet in reo, cum ex adverso certum sit, quod data pari probatione semper pro possessore iudicandum sit, quamvis possessor actor sit, quia semper est fortior præsumptio pro possessore, quam pro reo, ut satis constat ex dict. cap. in pari de regulis iuris, lib. 6. sicut etiam, ubi in possessione probationes æquales sunt, præfertur is, qui melius de proprietate docet l. 1. ff. uti possidetis de probationibus. Similiter, ubi in proprietate sunt æquales, præsentis possessionis circumstantia efficit probationem meliorem, ut in text. nostro notat Felinus num. 4. Aretinus in cap. in nostra, num. 5. de testibus, & ibidem, Decius numero 6. Tiraquellus de primogenijs quæst. 17. num. 27.

86 Respondetur tamen, quod in text. nostro non consistit possessionis commodum immediate, in eo quod reus absolvatur, sed in eo quod reus possidentem constituit, quoad absolutionem, ex regula text. in §. commodum instituta de interdictionibus, ut in text. nostro respondet Decius num. 4. Quo fit, ut si vel uterque, vel nullus possideret, esset pro reo iudicandum, cuius rei plures adducuntur rationes Alciatus de præsumptionibus regula. 43. ideoque iura dicentia in dubio reum esse absolvendum intelligenda sunt de reo possessore, non verò si possideat actor, ut in text. nostro probat Panormitanus num. 1. Decius num. 5. singularis glossa in cap. at si clerici 81. distinctione.

87 Deducitur tertio, rectè in text. nostro dictum esse, quod data æquali probatione pronuntiandum esse pro actore fovente causam favorabilem: nam licet in obscuris favorabilior est causa rei, quando actor causam favorabilem fovet, & æqualiter probat, res non dicitur esse in pari causa. Nam causa favor rei favori proculdubio præponderat, ideoque in tali specie potius actori, quam reo favendum est, ut notatur in cap. finium in principio de re iudicata, l. inter pares 35. ff. eodem titulo, & ex multis Tiraquellus de privilegijs p. causa id extendens ad quamcunque causam piam privilegio 146.

88 Vnde iam non obstat dubitandi ratio supra adducta numer. 24. quod videlicet iudicium consistere non potest, nisi inter litigatores alter actor sit, & alter reus. Nam respondetur regulam

tex. in dict. cap. forus de verbor. significatione cum similibus procedere in illis iudicijs, quæ dicuntur simplicia, in quibus necesse est actorem à reo distinctum esse: non verò procedit in iudicio finium regundorum, & similibus, quæ dicuntur duplicia: in his namque neuter dicitur reus, aut actor principalis, sed uterque simul actoris, & rei vicem gerit, ut sæpius dictum est.

89 Sed obijci potest text. in dict. l. in tribus 13. cum sequenti ff. de iudicijs, ubi dicitur, quod in his duplicibus actionibus, qui prius alterum ad iudicium provocat, actor dicitur: provocatus vero dicitur reus, quod si dubium sit, quis prius ad iudicium provocaverit, forte res dirimenda est: quare Paulus in dict. l. in tribus num. 3. sentit in his duplicibus iudicijs utrunque esse actorem potentem, non tamen actum, sed discedit Decius in text. nostro, num. 12. & ibidem aliter respondet Panormitanus in 9.

90 Respondetur tamen, quod in his actionibus in petitione agentis continetur etiam virtualiter consortis petitio, cui etiam sua pars adiudicanda est, ut in d. §. quædam instituta de actionibus l. 3. C. communi dividundo, quod non aliter fieret, nisi & petitum virtualiter cõferretur, cum sententia debeat esse conformis libello, l. ut fundus, ff. communi dividundo l. fin. C. de fideicommissarijs libertatibus, c. licet heli de simonia, ideò respectu partis censetur actor, & respectu partis altero petitiæ censetur reus, ita declarat Baldus in l. 2. num. 1. C. communi dividundo Gomezius in dict. §. quædam, num. 6.

91 Imò plane constat text. in dict. l. in tribus significare prius provocantem censeri actorem quoad ordinem iudicij, v. g. ut prius iuret, probet, & alleget: provocatum vero censeri reum, ut sic evitetur confusio, id tamen non procedit quoad causæ decisionem; siquidem uterque iurat de calumnia, uterque probat, uterque satisfat iudicio sicuti ita probat glossa 2. in text. nostro, glossa in l. Duo iudices, ff. de re iudicata, & ibi Iason, n. 14. Albericus, & Fulgositus in d. l. in tribus Matheianus singulari 110. Menochius, & ab eo relati de retinenda remedio, 3. num. 760 quare non probo Franciscum Francum decisione 148. 1. parte dicentem text. in dict. l. in tribus procedere non solum quoad ordinem iudicij, sed etiam quoad causæ decisionem, ita ut ea ratione in re dubia pro reo sit pronuntiandum, idque manifestè conuincitur: nam in text. nostro expressè dicitur pro possessore pronuntiandum esse.

92 neque etiam obstat alia iuris regula supra dict. nu. 24. adducta: qua dicitur neminem posse duorum vice fungi ex iuribus d. num. 24. adductis: nam omisis varijs dicendi modis respondetur verissimum esse, quemlibet duorum vice fungi posse; nisi aliàs impediatur in potentia facti, veluti si non possit esse in duobus locis, vel in potentia iuris, v. g. non potest esse iudex, & actor, & iudicare in causa propria; ut in text. nostro probat Panormitanus, num. 5. Beronius, num. 59. & cum

hac distinctione declarantur omnia iura pugnantia, de quibus videndus Cobarruias, lib. 3. varia. cap. 13. n. 6. Menochius de arbitrarijs, calu 223. num. 7.

93 Neque tandem obstat posterior dubitandi ratio supra num. 25. adducta, quæ petebat illius controuersæ quæstionis explicationem, an beneficiarij sint reddituum suorum usufructuarij, an solum vsuarij: qua disputatione omissa, receptior opinio est, usufructuarios esse, ut in text. nostro sentit glossa 1. & contra alios defendit Sarmiento de redditibus. r. p. c. 2. & 4. p. c. 2. ideoque de illis ex generali consuetudine testantur, eisque ab intestato, & ex testamento succeditur, ut late per Gutier. lib. 2. practicarum, cap. 114. num. 7. & cõsequenter pro iuribus istorum fructuum actionem finium regundorum agere possunt: hoc namque iudicium usufructuario competit, ut dictum est. Et cum his finitur text. iste.

S V M M A R I A.

Ad text. in cap. Proposui 4. & in e. Causam, 14. huius tituli de Probationibus.

1. Proponitur conclusio nostri text.
2. Dubitandi ratio, 3.
4. Virginitas est quadam intrinseca qualitas naturalis, & in se insita.
5. Virginitas præsumitur, quando mulier propria allegat virginitatem, secus si alius virginitatem esse ablegaverit.
6. Obstetricibus dicentibus de virginitate magis creditur, quam dicentibus corruptam esse.
7. Vir iurans carnaliter uxorem cognovisse creditur magis, quam uxori dicenti virginem esse, & non cognitam, n. 8. & 9.
10. Nuncijs publico credendum est circa pertinentiam ad suum officium.
11. Actoris iuramento standum est in probatione rerum amissarum contra soliantem, n. 12.
13. Carnalis copula probatur per visum, & alios modos, n. 14.
15. Difficilis opinio Alexandri in l. Si ab hostibus, num. 12. ff. soluto matrimonio.
16. Baldi opinio in text. nostro, num. 5. non probatur.
17. Pro explicatione nostri text. non leuiter dubitari potest.
18. In viris nuditas indecens visa est, in feminis impudica, atque proposita.
19. Nuditas femineæ corporis infamia loco habetur, num. 20.
20. Testimonia patrum improbantia hanc feminariam inspectionem.
22. Quæ qualitates requirantur in matronis ad hoc, ut

- ut probent.
- 23 Dissolutio matrimonij grauisima res est.
- 24 An sufficiat, si constet de pericla matronarum per earum confessionem in iudicio factam, dicentem se esse peritas in talibus actibus.
- 25 Electio matronarum facienda est ab ipso iudice, non verò à partibus.
- 26 Matrone, & alij periti deponentes recusari possunt.
- 27 Non obstat exemplum arbitratorum. num. 28. n. 29.
- 30 Tertius eligitur à iudice, quando electi dissentiunt.
- 31 Improbatur opinio Butrij in c. Quinta ballis, n. 19. de iure iurando.
- 32 Non sufficit quòd matrone deponat, quòd viderint oculis verenda, sed sagaciter per factum deponant.
- 33 Non obstat text. in l. 1. §. Mittantur autem, ff. de ventre inspiciendo.
- 34 Quomodo peritis in arte credatur.
- 35 An matrone, & alij periti in arte iurare debeant? num. 36. n. 37.
- 38 An sufficiat in specie nostri text. unus matrone dictum? n. 39. n. 40. n. 41.
- 42 Non obstat text. in l. 1. §. fin. ff. de verborum obligationibus.
- 43 In depositione matronarum, vel peritorum non habet locum regula, quòd magis creditur deponentibus de affirmatiua, quam de negatiua. num. 44.
- 45 Simul cum matronis medici adhibendi sunt ad inspectionem.
- 46 Regula, quòd publicatis attestationibus testes super eisdem articulis non admittuntur, fallit in matronis & medicis inductis ad virginisatem. num. 47.

A D T E X T V M

In cap. Proposisti 4. §. in cap. causam 14. huius tituli De probationibus.

Probat text. noster non esse credendum marito cum iuramento asserenti vxorē carnaliter cognouisse, si vxor contrariū probauerit proprio iuramento, & simul per inspectionem matronarum. Similis est text. in l. 1. in principio, ff. de ventre inspiciendo, l. 1. §. & 6. tit. 8. part. 4.

2 Dubitationem movet: nam viro iuranti se vxorē cognouisse, maior adhibetur fides, quam vxori cū iuramento id neganti, c. si quis acceperit 33 q. 1. c. cōtinebatur de desponsatione impuberū: præcipuè nam maritus id iurans deponit de affirmatiua, & maxime verosimili supposita cohabitatione: vxor verò de negativa deponit, sicut etiam matrone pro illa negativa deponentes.

3 Præcipuè nam carnalis copula per conueniens testimonium de visu probatur, de quo in c. præterea 27. de testibus iubatur tex. in l. 3. §. 1. de testibus. At verò testimonium obstetricum incertum, & sæpe fallibile est: illarum namque manus, & oculus sæpe fallitur, cap. neque aliqua 27. q. 1. cap. causam infra eodem c. fin. de frigidis, & maleficiatis.

4 Sed pro nostri text. explicatione scire oportet, virginisatem esse quandam intrinsicam qualitatem naturaliter insitam, vt egregiè ostendit Patianus de probationibus lib. 1. cap. 53. idè que cum naturaliter insit, semper esse præsumitur, nisi contrarium probetur, glossa in cap. si forte in verbo scientia de electione lib. 6. consequenter igitur neganti virginisatem incumbit onus probandi: quia mulier in dubio præsumitur esse virgo, sic Philippus Francus, in c. 1. num. 2. de clericis coniugatis lib. 6. Panormitanus in cap. 1. nam. 5. de adulterijs, vbi rectè Socinus num. 6. Albanus consil. 37. num. 2. Bermondus de Publicis concubinarijs in rubrica de stupro, n. 9.

5 Vnde non probo Aymonis opinionem, cōsilio. 166. num. 5. dicentis, quòd tunc præsumitur virginisatem, quando mulier propriam allegat virginisatem, secus tamen si alius virginem esse allegauerit: tunc enim cessat præsumptio, nisi adfit probatio: nemo enim de aliena virginisate potest esse certus: verius ergo est virginisatem præsumi, etiam quando ab aliquo tertio allegatur: est namque qualitas naturaliter insita, & ita sufficit alleganti certitudo, quæ oritur ex præsumptione naturali: quæ non stante contraria probatione ipsa est liquidissima probatio, & ita in prædicto casu probavit Socinus in cap. 1. num. 6. de adulterijs.

6 Vnde est, quòd si duæ obstetrices deponant mulierem esse corruptam: duæ verò dicant virginem esse, magis creditur de virginisate asserentibus, cum habeant pro se naturalem præsumptionem: deponunt namque de re verosimiliori, cap. præterea de testibus, l. ob carmen, §. si testes, ff. eodem. Curtius de testibus conclusione 19. & conclusione 32. Patianus de probationibus, lib. 1. c. 50. concl. 3.

7 Ex eodem etiam nascitur, quòd viro iuranti vxorem carnaliter cognouisse, magis creditur, quam vxori iuranti non esse cognitam, sed virginem: eo enim casu adest pro marito præsumptio, eò quòd non statim reclamauerit mulier, sed tacuerit, vt in dict. cap. 1. de frigidis, cap. si quis acceperit 33 q. 1. Erit ergo nostri text. praxis, quòd quoties de impotentia ad copulam in iudicio agitur, & de illa aperte constat, statim fit divorcium, cap. 1. de frigidis. Si autem de illa non possit constare, statim spectandum est triennium, cap. Iudabilem, cap. fin. de frigidis, l. 5. tit. 3. part. 4. lapsò tamen triennio de impedimento constabit, si ipsa adhuc virgo ex inspectione matronarum apparuerit, vt in dict. cap. fin. de frigidis, & in text. nostro dicitur. Si enim pro vxore cum iuramento virgi-

virginisatem asserente concurrant depositiones matronarum iuratae viro asserenti carnaliter cognitam non creditur: quia in omnibus forensibus actionibus plenior probatio præferri debet, vt expressè dicitur in text. nostro: est enim in casu nostro plenior probatio mulieris matronarum depositione confirmata. Sic Cobarruias in quarta secunda parte, capite tertio §. primo, numero decimoquarto, Franciscus Marcus decisione 677. numero primo, secunda parte, Caldas Pereyra in lege si curatorem, verbo minoribus, numero vigesimo primo, C. de in integrum restitutione, Soto in quarto dist. 34. quæst. 1. articulo secundo, Patianus de probationibus lib. 1. capite 47. per totum, Mascardus de probationibus conclusione 1412.

8 Huius doctrinæ ratio oritur ex eo: nam receptum est iure nostro peritis in arte sua credendum esse leg. prima in principio, ff. de ventre inspiciendo, leg. septimo mensis, ff. de statu hominum, leg. semel, C. de re militari, lib. 12. cap. fraternitatis, cap. fin. de frigidis, cap. significasti de homicidio, cap. quia indicante de prescriptionibus, Surdus consilio 26. numero 16. cum adductis à Patiano dicto cap. 47. numero 14. Cum ergo in specie nostra matronæ deponant de virginisate mulieris, quæ fortior est probatio, cum sit per corporis aspectum, cap. testes 3 quæst. nona. Merito eis tanquam peritis creditur, & præferri debet vxoris probatio contendentis matrimonium dirimendum esse propter viri impotentiam.

9 Aliter verò dicendum esset stante sola declaratione vxoris: tunc enim potius marito creditur asserenti cognitam esse carnaliter, vt dictum est, vt in text. nostro probat glossa fin. Butrij numero decimo, Panormitanus 1. Imola 4. Barbacia 14. Decio 3. Ex quibus receptum est, quòd vbi ex lege, vel statuto standum est alicuius partis iuramento, intelligitur, nisi contrarium probetur. Tunc namque plenior probatio prævalet: egregiè Cobarruias lib. secundo variarum capite decimo tertio, numero quarto, Tiraquellus de vtroque retractu titulo primo §. quarto, glossa 1. in principio, Mascardus dict. conclusio 1412. num. 13.

10 Vnde oritur, quòd licet cursori credendum sit, seu nuncio publico circa pertinentia ad suum officium, cap. cum parati 19. de appellationibus, similiter & pastoribus in illis casibus, in quibus statur eorum dicto super obium amissionem, id tamen semper procedit, nisi dominus contrarium probaverit leg. decima quinta, titulo octavo, par. quinta, Abiles in capite 18. prætorum verbo, carcel numero 18. & in leg. septima titulo quarto, lib. quarto fori, sic etiam dicendum est. Quòd licet standum sit mulieri asserenti se ab aliquo cognitam fuisse, non verò stupratori id neganti, vt communiter probant Panormitanus, Socinus, & Cardinalis in dict. capite primo de adulterijs, Plotus de in litem iurando §. 33. num.

3. Iulius Clarus lib. secundo sententiarum §. Supram in vericulo, sed pone: Nabarro in manuali capite 16. numero 16. Mascardus dict. conclusio 1412. id tamen procedit, nisi contrarium probetur videlicet antea ab alio fuisse cognitam ex eisdem allegatis.

11 Et eodem modo, quamvis standum sit actoris iuramento in probatione rerum amissarum contra spoliante, lege si quando, C. vnde vi, capite fin. de his, quæ vi, leg. 9. titulo 11. p. 3. Id tamen procedit, nisi reus legitime probet oppositum: eo enim casu, non stabitur actoris iuramento, lege qui vas in principio, ff. de furtis, & communiter omnes in dict. capite fin. de his, quæ vi: Felinus in text. nostro numero quarto, Plotus de in litem iurando §. 48. num. 23. Menochius de arbitrarijs casu 208. num. 21.

12 Idque verum est, quamvis Aretinus in text. nostro, & Tiraquellus de vtroque retractu titulo primo §. quarto, glossa prima numero vndecimo, senserint in ea specie probationem non esse admittendam contra depositionem spoliati iurata, & moventur ex text. in leg. penultima §. in eum, ff. ne quis eum, qui in litem vocatus. Nam dicendum est doctrinam procedere, quando probatio spoliantis præcessit sententiam: nam post illam latam talis probatio non admittetur contra iuramentum delatum spoliato propter dolum, & delictum spoliantis, vt probat Bartolus in leg. admonendi numero nono, & numero decimo, ff. de iure iurando ibidem, Iasson numero 34. Est namque privilegium speciale retractare rem iudicatam, leg. Divus, leg. Imperatores, ff. de re iudicata, quòd delinquenti à lege denegatur, imò etiam post rem iudicatam, in ea specie probationem esse admittendam probant Felinus in text. nostro numero quarto, Ripa in dict. leg. admonendi numero 69. Purpuratus num. 83. Plotus dict. §. 48. num. 26. ex l. videamus, §. fin. ff. de in litem iurando, & sic solvitur dubitandi ratio supra adducta.

13 Neque obstat alia consideratio supra adducta numero tertio, verum namque est carnalem copulam per visum probari posse, non tamen sequitur alijs modis non posse probari, vt constat ex eodem text. in dict. cap. præterea 27. de testibus, cap. literis de præsumptionibus cum adductis à Mascardo de probationibus, conclusione 452. volumine primo, Barbosa in leg. secunda in principio numero 74. & numero 84. ff. soluto matrimonio. Dubium ergo erit, cur in specie nostri text. matronarum dicto fallaci, non verò dicto mariti standum sit: respondetur verò matronas non semper falli: & idè earum declarationi regulariter statur, donec de veritate contrarium constet: aliàs namque sententia ad illarum declarationem lata semper poterit retractari, & in ea specie potius dicta mariti credendum est, & sic procedit text. in d. cap. fraternitatis de frigidis, & in d. c. causam 17. de probationibus, & in eodem sensu est intelligendus text. noster, idè que commu-

commune placitam est sententiam latam ex peritorum testimonio non transire in rem iudicatam, ut probat Ioan. Andreas ad Speculatorem titulo de homicidio §. 1. Butrius in text. nostro num. 8. Inola nam. 4. Barbacia 17. Felinus 11. Decius 14. Gomecius in cap. 2. num. 26. de re scriptis lib. 6. Patianus dicto cap. 47. num. 89. est enim communiter recepta doctrina Innocentij in cap. tua num. 5. de cohabitatione clericorum, sententiam latam ex probationibus privilegiatis in rem iudicatam non transire.

14 Fatemur verò contrariam sententiam optimis esse fundatam fundamentis contrariam communi opinioni, quam nervosè probant Panormitanus in text. nostro num. 11. Aretinus num. 24. Decius num. 14. Alexand. consil. 148. num. 6. lib. secundo, & alij relati à Patiano dicto cap. 47. num. 88. Pro qua facit generalis regula, qua docemur sententiam ex novis probationibus non posse revocari, lege Imperatores 35. ff. de re iudicata, à qua regula recedere non licet, nisi in casibus à iure expressis. Argumento text. in l. 1. ff. de regulis iuris: tum etiam nam ad id inventa est rei iudicatae auctoritas, ut finis litibus imponatur, leg. 1. ff. de re iudicata, quæ ratio etiam procedit in sententia lata ex testimonio peritorum: iustissimè enim leges finem controversijs imposuerunt, etiam cum priuata hominum iactura propter bonum commune totius reipublicæ.

15 Vnde difficilis est opinio Alexandri (in lege si ab hostibus numero duodecimo, ff. soluto matrimonio) dicentis communem opinionem procedere, ubi iudex ex officio suo testes interrogat: quia eo casu cessat gubernationis periculum. Sequitur Ias. in dict. leg. admonendi num. 4. ff. de iure iurando, Aretinus in text. nostro numero 24. quod valde difficile redditur: nam cum ratio, propter quam sententia in hac specie non retractatur, non est gubernationis timor, sed illa finiendarum litium adhuc timore illo deficiente sententia revocanda non est, non ergo rectè Patianus dict. cap. 47. num. 92. hoc totum dubium cogitandum reliquit.

16 Ex dictis etiam non probo Baldi opinionem in text. nostro dicentem num. 5. viduam ab aliquo in uxorem ductam ab illo cognitam præsumi etiam ipsa negante, eò quòd eo casu virginitas probari non possit, quoniam adhuc tunc mariti impotentia testimonio medicorum de illa deponentium per corporis inspectionem probari potest.

17 Sed pro maiori horum omnium, quæ dicta sunt, explicatione nõ leviter dubitari potest de nostri text. sententia, dum loquitur de testimonio matronarum per corporis inspectionem, de qua etiam loquitur text. in cap. aliqua, capite quòd si pœnitentia 27. quæst. 1. ad explorandam virginitatem, ibi, *inspiciantur iterum virgines ab obstrictibus diligenter*, multa tamen esse videntur, quæ inspectionem hanc fœminei corporis reprehendunt

sione dignam ostendant, cum etiam & in viris referet Herodotus lib. 1. apud gentes etiam Barbaras probrosum fuisse, cū teste Cicerone, hoc animal natum est pudoris, & verecundia præcipue, idque varijs exemplis probat Nicephorus lib. 4. cap. 8. historiae. Et hac ratione pubertatibus quæ olim inspecto corpore iudicabatur lex civilis, ut honestati consuleret certo annorum, & atque termino hoc diffinire voluit leg. 3. de minoribus, leg. 2. C. si minor, leg. fin. C. quando tutor huc: nam que videbatur inhonesta, & indecenti nudi corporis inspectio ipsis viris: & consideranda egreg. è Clemens Alexandrinus lib. 2. pædagogico capite 6.

18 Vnde si viris ipsis indecens visa est nuditas, fœminis quidem impudica, atque proba videtur omnino, ut dilucidè probat idem Clemens Alexandrinus lib. 3. pædagogico cap. 5. Ciprianus lib. de habitu virginum indicans honestatis fœminis nihil magis curæ quam ne nudæ concipiantur, ut expendit ex multis Agelius lib. 1. cap. 10. B. isilius lib. de vera virginitate, pag. 1532.

19 Si ergo nuditas fœminei corporis in immitæ loco habetur, quãto magis cum his Ecclesiasticis visitationibus illud videtur indignius, licet teras corporis partes, quas facilius revelare licet, opertas manere videmus illis detectis, quæ natura velut obscena celari voluit. Vnde dixit Ambrosius lib. 3. de virginibus: *An quidquam est in patrone ad libidinem, quàm in conditis moribus, quæ vel natura abscondit, vel disciplina voluit membrorum opera nudare?* Ideòque Barbari tyrãni in christianarum mulierum martyrijs, quo gravior esset infamia, partes illas nudari iuebant, quas naturalis pudor voluit abscondi. Sic Nicephorus lib. 1. ca. 8. ideòque Augusto Cæsari obiectum est, quod matres familias, & adultas ætate virgines decurari, atque perspicere iubebat apud Suetoniũ in Augusto cap. 69.

20 Imò hæc fœminarum inspectio ad explorandam corporis integritatem tolleranda esset aliquo modo, si aliqua veritatis probatio eliceretur, cum sit certum etiam peritis hoc esse falsissimum, ut & omnes communiter Doctorum agnoscunt in dict. cap. fraternitatis, dict. cap. fin. de frigidis, de quo plura Arnaldus de Villanova insignis Medicus, lib. 3. breviarij cap. 6. Villalafus lib. de sacra philosophia capite vigesimo quinto.

21 Nec desunt patrum testimonia hanc fœminarum inspectionem corporalem improbatam, ut notat Divus Augustinus lib. primo de civitate Dei capite octavo. Ambrosius libro sexti epistolarum in epistola ad Siagriũ, Veronensem Episcopum in prima editione Romana. sed nihilominus à iudicibus Ecclesiasticis hæc inspectio receptam esse, ut in dicto cap. fraternitatis capite. litera de frigidis cum alijs multis decisum est, cum non aliter de ea re in iudicialibus controversijs agi possit.

22 Quare explicare oportet, quæ sit in matronis necessaria qualitas, qualiterque debeant de virginitate deponere, ut probationem faciãt: dicendum ergo est primò matronas debere esse artis peritas, honestas, & bonæ famæ, non viles, ne pretio subornatæ falsò deponant, & idem dicendum de alijs peritis deponentibus, ut expressum est in cap. penultimo de probationibus, ibi, *honestas matronas, prouidas, ac prudentes deputare curatis*, & in dicto capite fraternitatis, ibi, *prouidas, & honestas*, & in dicto capite fin. de frigidis, ibi, *à matronis bonæ opinionis, fide dignis*, & in leg. magistrorum studiorum, C. de professoribus, & medicis, lib. 10. Vnde exceptiones, quibus aliorum testimonium fides enervatur, has quoque matronarum depositiones poterunt excludere, ut in dict. cap. penultimo de probationibus, & ibidem Butrius num. 9. Panormitanus notabili antepenultimo, Aretinus num. 3. notabili 3.

23 Cum ergo dissolutio matrimonij gravissima res sit, diligenter inspicenda est qualitas matronarum, ideò nec nimia iuventus propter experientia defectum, nec nimia senectus propter defectum visus adesse debet, ut notat Ioan. Andreas in dict. cap. fraternitatis de frigidis, num. 4. Butrius num. 18. Aucharranus num. 3. notab. 4. Gregorius in l. 5. verbo *mugeres*, tit. 8. p. 4. Patianus lib. 1. de probationibus capite 47. num. 128. Imò & debent esse de parochia mulieris inspicendæ, ut indicant verba text. in dict. cap. fraternitatis, ibi, *quasdam matronas sua parochia prouidas, & honestas ad tuam presentiam euocasti*, ex quo præsumitur eas habituras plenioram notitiam. Ergo text. in cap. scriptum, cap. postquam de electione, & notarunt Panormitan. in dict. cap. fraternitatis num. 4. & præpositus ibidem, rectè advertens querendas esse peritiores matronas, quanto fieri possit, etiam si non sint de parochia.

24 Dubitari autè solet, an sufficiat, si solum constaverit de peritia matronarum per earum confessionem in iudicio factam dicentium se talis artis esse peritas, ita ut ex eo talis qualitas sufficienter videatur probata, hanc quæstionem in genere de omnibus peritis movet Aretin. in text. nostro num. 15. & num. 16. & citato Bald. distinguit. Nam si solus ipso peritus deponat de qualitate, quæ sibi debet inesse, non sufficet, si tamen habeat alium contestem, sufficet: nam licet de sua qualitate attestetur non reijcitur eius testimonium. Quoniam non videtur in causa propria attestari, sed potius in partis utilitatem, & quamvis eius fides suspecta videatur, ex eò quòd querit, ut suo testimonio adhibeatur fides, id verò parũ refert: nam qua ratione nõ præsumitur falsitas propter iuramentum in sua principali declaratione. Sic etiam neque in circumstantijs respicientibus causam, aut personam argumento text. in l. doli ver. *diversum*, ff. de novationibus, sicut creditur notario in instrumento se esse notarium asserenti notata per Doctores in cap. quoniam contra infra isto tit. l. 1. C. de fide instrumentorum.

25 Dicendum est secundò electionem matronarum esse ipsius iudicis, non partium: nam matronæ non tam testium, quam iudicium munus gerere videntur, iudexque illas eligit, ut ipsum instruant, ut ex multis probat Felinus in cap. penult. num. 2. notabili 7. de probationibus. Vnde non leviter controversum est, an matronæ, & alij periti, ut tales periti deponentes possint recusari, & ex eo nascitur dubitatio: nam recusatio est iudicis, recusatio est quædam iurisdictionis declinatio, ut notat Speculator in titulo de recusatione in principio. At matronæ, & alij artis periti, cum nullam habeant iurisdictionem recusari nequeunt: ea enim ratione quamvis exceptio opponi possit adversus testem, & eius fide enervandam recusari tamen non potest, eò quòd nullam habet iurisdictionem, idem ergo videtur de matronis dicendum, & alijs peritis, qui vicem testimonium obtinent, ut probant nostri text. verba, ibi, *videtur igitur nobis, quòd iuramento puella, ac septem illarum mulierum testimonio fides est potius adhibenda*, & in cap. fin. de frigidis, ibi, *que perhibuerunt testimonium ipsam adhuc virginem permanere*. Tandem quia matrone, & similes peritiæ vicem arbitratorum obtinent non iudicum, at arbitrator recusari non potest, ut notat Butrius in cap. quintavallis num. 19. de iure iurando, Abendaño de exequendis lib. 2. cap. 23. num. 10.

26 Sed puto verius matronas, & alios peritos deponentes recusari posse: quia non sunt proprii testes, sed eorum depositio, & declaratio magis est iudicium, quam testificatio. Sic Baldus in leg. secunda num. 4. ff. de ferijs, Decius in text. nostro num. 53. & relati à Patiano de probationibus, capite 47. num. 15. & num. 94. id quæ denotant verba text. in dicto capite, quia indicante de præscriptionibus, ibi, *agrimensoris dispositionem*, l. certis iuris, ibi, *iudicare*, C. de iudicijs, & ideò rectè dixit Ioan. Garcia de expensis cap. 24. num. 18. Hos peritos obtinere vicem testimonium, quatenus deponant, & vice iudicum, quatenus dant formam sententia iudicis. Vnde Baldus in l. data operarum 23. C. de his, qui accusare dixit hos non esse veros testes, sed præsumptos, pro qua sententia est Bart. in lege Theopompus numero 11. ff. de dote prælegata, Cobarruvias lib. 2. variarum cap. 13. num. 5. conclusione 6. Mascardus conclusione 1038. num. 19. Patianus dicto capite 47. numero 120. Ioan. Garcia de expensis capite 24. num. 25. & hoc modo declarantur iura contraria.

27 Neque obstat exemplum arbitratoris: nam diversum est, quando periti à iudice eliguntur, vel ab ipsis partibus: nam quando à iudice eliguntur absolute possunt recusari ex sola suspitionis causa, ut recusantur iudices seculares, lege apertissimi, C. de iudicijs, & ibi glossa verbo, *recusare*, lege vigesima secunda, titulo quarto, parte tertia, & ideò sufficit assertio partis recusantis iurata asserentis suspectos habere illos peritos.

28 Sed remanet scrupulus: nam cum iudicium hoc, in quo matrone deponunt de mulieris virginitate ad probandam impotentiam mariti; & matrimonium dissolvendum fore sit Ecclesiastici, non poterunt matronæ, aut medici in hoc iudicio deponentes recusari, nisi allegata, & probata causa coram arbitris, sicut in recusatione iudicis Ecclesiastici observatur. capite suspicionis de officio delegati, capite secundo requiris, tertio postulas, capite cum speciali de appellationibus, cap. legitima eodem titulo lib. 6.

29 Respondetur tamen id solum procedere in ipsomet Ecclesiastico iudice, quando vero in eo Ecclesiastico recusatur notarius, vel matrona, vel alter, ut peritus deponens id necessarium non est, sed ius civile servatur, quo attento ad recusationem sufficit partis iuramentum, cum ergo in his casibus nihil disponat ius canonicum, etiam in foro Ecclesiastico ius civile servandum est, ut recte probavit Sancius de matrimonio lib. 1. cap. 6. num. 24.

30 Idem ergo dicendum est, quando electis peritis dissentientibus tertius eligitur a iudice: nam is etiam recusari potest absque causa, & ex solo partis iuramento, quando tertius ille nominatim non est electus de expresso partium consensu. Nihil enim refert partes concordantes esse, ut tertius eligatur: id namque intelligitur, nisi suspectus, ideoque necesse est, ut nominatim consentiant in personam certam. Tunc enim nisi expressa, & probata causa recusari nequit, sicut & iudex a partibus electus recusari nequit, nisi ex iusta causa, aut noviter in partis notitiam venienti: glossa in capite statutum, §. cum autem verbo *recuset*, de rescriptis lib. 6. & in cap. singulis verbo, & *appellatione*, de statu monachorum.

31 Qua ratione communiter improbat Butrij opinio (in dicto capite quintaballis numero decimo nono de iure iurando) dicentis arbitratorem a partibus electum nullo modo posse recusari. Hoc namque solum erit verum, quando non adest nova causa, vel de novo cognita, ut advertit Panormitanus in dicto capite quintaballis numero duodecimo, Imola numero vigesimo septimo, Alexand. de Nebo numero 102. & num. 103. Francus in dicto capite cum speciali numero trigesimo sexto, quaestione decima quinta de appellationibus, & in hoc sensu intelligendus est Ioan. Garcia de expensis capite 24. numero 25. vbi docet hos artis peritos ex nova causa recusari posse. Loquitur enim de peritis a partibus electis, idque ostendit decisio text. in lege si quis testibus 13. C. de testibus, vbi dicitur testes a parte in suum favorem productos in vna causa non posse ab eodem etiam in alia reprobari, nisi de causa de novo emergenti ostendatur.

32 Dicendum est tertio, quod ut matronæ de mulieris virginitate legitime deponant, non satis est, ut verenda oculis perspiciant, sed ulterius necesse est, ut sagaciter per tactum depo-

nant, & colligitur ex dicto capite penultimo de probationibus sibi, *quia sæpe manus fallitur, & oculus oblietricum*. Supponit ergo text. & visum & tactum desiderari: oportet enim omnem adhibere diligentiam in re tam gravi, & difficilis probationis: sæpe enim corruptæ virginitatis varijs medicamentis sigillum effingitur, de quibus Bayrus de medendis humani corporis morbis libro quinto capite fin. signa enim, quibus videntur matronæ fallacia sunt, ut advertit fragonius in sua chirurgia universalis tractatu secundo de las declaraciones en el titulo, para conocer la virginidad en la muger, Realdus lib. vndecimo anatomie cap. 16. Hypocrates in suis aphorismis libro 5. aphorismo 39.

33 Neque obstat textus in lege prima, mittantur autem, ff. de ventre inspiciendo, vbi cavetur, ne invita muliere, obstetrices eius ventrem tangant: nam procedit, quando tactus necessarius non est, ut contingit in in pragnatione, quæ sola ventris inspectione cognoscitur, quod non ita est in declaranda virginitate, in qua simul utrunque desideratur visus & tactus, neque adest periculum proli, sicut in pragnatione, ut inquit Albericus in leg. Imperator la segunda, numero quarto versiculo, *pro hoc facit*, ff. de statu hominum: ideoque sic tenent Hostiensis in capite penultimo de probationibus numero quarto, & in capite primo de frigidis numero primo, Butrius numero decimo octavo, Ancharranus numero tertio, notabili quarto, Aretinus consilio 142 dubio quarto, numero vigesimo, Gregorius in lege quinta, titulo octavo part. quarta in verbo *mugeres*, Patianus de probationibus lib. 1. cap. 1. num. 17.

34 Dicendum est quarto, quod cum testimonium periti non sit de certa, sed tantum de vero simili scientia, fides ei non est adhibenda, nisi appareat eum fuisse diligenter a iudice examinatum, & interrogatum. Sic Bart. in leg. semel numero 1. C. de re militari lib. 12. Aretinus in text. nostro num. 15. vbi ulterius docet necesse esse, ut & causam scientiæ reddant. Credo autem matronas sufficienter reddere causam, si dicant puellam esse virginem: quia partes foeminae, in quibus virginitas deprehenditur, inspexerunt, & indicant verba nostri text. ibi, *testimonio mulieris probavit, qui per aspectum eam esse virginem asserunt*, & ibidem notat Panormitanus numero secundo, Baldus numero secundo, in versiculo, *per aspectum*, vltimus tamen desideratur, ut deponat se sufficienter partes illas tetigisse.

35 Dubium autem est, an matronæ, & alii periti iurare debeant, ut fidem faciant: dubium movet text. noster, vbi fit mentio de iuramento mulieris asserentis, se non esse cognitam nullam. Ista mentio de iuramento matronarum: imò in lege prima, ff. de ventre inspiciendo de sola simplici obstetricum assertionem fit mentio, vbi glossa verbo, *vel due*, ait fortè iuramentum non exigi, & vrger: nã etsi testis non iuratus nihil probet,

cap. nuper in fine de testibus, l. iuris iurandi, C. eod. tit. id tamen non procedere in testimonio peristorum, & obstetricum, sentit glossa in dict. l. iuris iurandi in verbo, *iuris iurandi*.

36 Verius tamen est periti iuramentum, necessarium esse, ut expresse dicitur in dict. cap. fraternitatis de frigidis ibi, *discrete illis iniungens sub periculo animarum*, neque enim rationi congruum est, ut in re adeo gravissima obstetricibus sine iuramento credatur, ut advertit Gofredus in dicto cap. fraternitatis verbo, *discrete*, & ibi Hostiensis num. 2. Ioannis Andreas num. 5. & num. 23. Panormitanus num. 12. Butrius num. 17. Bart. in l. 1. in principio num. 2. ff. de ventre inspiciendo, Antonius Cuchus lib. 5. institutionum titulo 12. num. 264. Cobarruias lib. 2. variarum capit. 13. num. 4. conclusione 4. Pinellas in leg. 2. 3. parte cap. 4. num. 3. C. de rescindenda, Garcia de expensis cap. 34. num. 18. Matienzo in l. 1. tit. 1. lib. 5. glossa 2. num. 20. & 21. & relati a Mascardo de probationibus conclusione 1174. num. 48. Patianus dict. lib. 1. cap. 47. num. 21. Zaballus in practicis quaest. 1. num. 25.

37 Hoc autem procedit, quando periti eliguntur a iudice, secus vero si a partibus eligantur: tunc enim cum fides eorum a partibus sit approbata, iuramentum non erit necessarium, ut ostendit Patianus, vbi supra num. 22. Mascardus, vbi supra num. 51. Id tamen non admitterem in matronis de consensu partium electis ad dignoscendam virginitatem in causa dissolvendi matrimonij: quo casu iurare necesse est: nam cum coniuges iuri suo renunciare non possint, nihil refert partium consensus, & approbatio, quominus obstetricum iuramentum desideretur. In his enim causis matrimonialibus multa suppletur iudicis officio propter nimiam negotij gravitatem, ut advertit Cardinalis in dict. cap. fin. de frigidis num. 1. in versiculo, *nota, quod virginitas*.

38 Dubium autem est, an in specie nostri text. & similibus sufficiat vnus matronæ dictum, an plures desiderentur testificantes de virginitate puellæ, & septem desiderari: nonnulli existimant, & moventur ex text. nostro ibi, *iuramentum puellæ, & testimonium illarum septem mulierum est potius fides adhibenda*. Tum etiam, nam quando suspicio est contra mulierem prægnantem, quinque obstetrices desiderantur l. 1. §. si omnes, ff. de ventre inspiciendo, & ibi glossa in verbo, *quinque*, multo fortius septem in specie nostra erunt necessariae, vbi de re graviore agitur videlicet de matrimonio dissolvendo, & fortior adest contra mulierem præsumptio, cum diu tacuerit, & res sit difficilis cognitionis, & multis fraudibus exposita, ut sentit Patianus de probationibus lib. 2. cap. 2. num. 26.

39 Verius tamen est duas, vel tres obstetrices sufficere, neque contrarium probat text. noster: non enim facit mentionem septem obstetricum: quia necessariae essent, sed factum narrat. Neque enim recedendum est a generali regula,

quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, de qua in cap. in omni negotio de testibus, neque obstat text. in dict. leg. 1. §. omnes, ff. de ventre inspiciendo. Loquitur enim eo casu, quo foemina se ingessit dicens esse prægnantem, tunc namque suspecta redditur in præiudicium hæreticum, alias enim sufficere tres probat glossa in dicto §. omnes verbo, *quinque*, Baldus in text. nostro numero quarto. Butrius in cap. fraternitatis de frigidis numero quarto, Alexand. de Nebo in cap. fin. eodem tit. num. 11.

40 Unde proculdubio dicendum est, quod vnus matronæ testimonio credendum non est, nisi vna sola repetiretur, & illa fide digna in civitate, vbi matrimonialis causa verteretur, ut in authentico de non alienando §. quod autem collatione secunda, vbi dicitur pro estimando rei valore duos artis peritos adhibendos esse, si in civitate reperiantur, alias vnum sufficere, lege 1. §. fin. ff. de verborum obligatione ibi, *utrumque alterius linguam intelligat sine per se, sine per unum interpretem*. Bart. in leg. fin. ad finem, ad leg. Gornelliam de Sicarijs, & in leg. 1. in principio num. 4. ff. de ventre inspiciendo, Ancharranus numero 4. laudabilem eum, 5. notabili 6 de frigidis. Butrius in text. nostro num. 6. & ibi. Decius num. 18. Felinus num. 7. Gomecius tomo secundo variarum capite nono, numero quinto, Mascardus de probationibus conclusione 1174. num. 21. Patianus dicto libro 1. dicto capite 47. num. 35. Id probantes contra Panormitanum, etiam si causa sit ardua, quando vnus ille esset artis peritissimus, sic Mascardus, vbi proxime num. 25. Patianus, num. 36. Aretinus in text. nostro numero duodecimo, & numero 13. alias alter vocandus est ex loco vicino.

41 Quamvis tamen hæc opinio probabilis sit, in causis vero matrimonialibus tutius erit dicere propter nimiam gravitatem, & arduam negotij dicto vnus matronæ etiam peritissimæ non esse credendum, sed aliam (si in loco non sit) de alio loco esse ducendam, ut probat & merito Panormitanus in text. nostro num. 5. Garcia de expensis cap. 24. numero 20. & 21. Nam generaliter omni iure cautum est testimonium vnus quantumvis peritissimi, & gravissimi viri fidem non facere, neque contrarium probat text. in dict. authentico de non alienando dict. §. quod autem, quoniam loquitur quando Ecclesia scire vult rei suæ valorem, ut eam in emphyteusim concedat. Quare mirum non est, quod in eo casu vnus periti testimonium sufficiat alijs deficientibus: quoniam de sola instructione agitur, & ut animus concedentium, & administrantium informetur.

42 Neque etiam obstat text. in dict. leg. 1. §. fin. ff. de verborum obligationibus: nam recte respondet ex Bart. Ioan. Garcia de expensis dict. cap. 24. dict. n. 21. interpretem, de quo loquitur text. ille longe differre a teste, neque de vno ad aliū sumi potest argumētum: nam interpretes ex consuetu-

utriusque procedit: quare nec mirum, quod vnus
interpres sufficiat.

43 Dicendum quintò, quòd etfi magis prò-
bent de affirmatiua, quàm de negativa deponentes
ex regulis vulgaribus: in depositione autem ma-
tronarum, aut peritorum multum est discrimen:
nam siue matrona deponat non esse virginem
puellam, siue non esse corruptam, semper vide-
tur affirmare. Si enim dicit virginem non esse, af-
firmat esse corruptam, & si dicat non esse corruptam,
asserit esse virginem: sic Bart. in l. diem proferre, §.
si plures, ff. de receptis arbitris, & ibi Baldus vers.
nam tunc distinguit, Alberic. in l. 1. n. 6. in vers. secun-
do casu, ff. de ventre inspiciendo, Aretin. in l. 1. §.
fin. n. 41. vers. tu autem aduerte, ff. de verborum obli-
gat. Soëmus regula 508. fallentia 2. Anton. Ga-
briel tomo 3. communium lib. 1. tit. de testibus,
cõclusionone 4. limitatione 6. Patianus lib. 1. de pro-
bationibus cap. 50. num. 58. & cap. 47. numero
tertio.

44 At cæteris paribus potius creditur asse-
rentibus virum esse potentem, quam dicentibus
frigidum: nam potentia coeundi est naturalis qua-
litas. Probant Innocentius in cap. 1. num. fin. de
frigidis, Petrus Gregorius lib. 9. syntagmatum
cap. 12. num. 11. Patianus dict. cap. 50. num. 62.
Sic etiam duabus matronis asserentibus puellam
esse virginem magis creditur, quam alijs dicenti-
bus esse corruptam: nam priores deponunt etiam
de qualitate naturali, & ostendit Patianus lib. 2.
de probationibus cap. 2. num. 12. declarat Baldus
in l. testium num. 37. C. de testibus, Felinus in ca-
p. nostra num. 2. de testibus, Decius consil. 368.
num. 3. volumine 3.

45 Sextò dicendum est, quòd etfi regulari-
ter honestatis gratia ad inspiciendam mulierem
matronæ adhibendæ sint, vt in text. nostro, & in
cap. penult. huius tituli, dict. cap. fraternitatis. d.
cap. fin. de frigidis. At verò quãdo agitur de qua-
litate altiore peritiã indigente, ne pereat pro-
bationis facultas, & sit periculum dissolendi, aut
conservandi matrimoniũ cum dispendio salutis
etiam medici periti adhibendi sunt ad inspiciendam
fœminam: nam huius negotij gravitas natu-
rali honestati præponderat, sicut etiam fœmina à
medicis inspicietur, quoties vrget morbi necessi-
tas. Sic notatur in cap. ex literis de frigidis ibi: si
vultum illud mulier à natura contraxit, nec opẽ medi-
corum poterit adiuuari, & in dict. cap. fraternitatis
ibi, nisi per incisionem, aut alio simili modo violentia in-
feratur. In vtroque enim loco supponitur fœmi-
nam à medicis inspiciendam, probant Aretinus
consilio 142. dubio 4. num. 15. vbi refert id factũ
eum Dorothea filia Ludovici de Mantua. De-
cius in tex. nostro num. 3. notabili 2. dicens sic ob-
servatũ cum filia Ducis Parmæ, Patianus de pro-
bationibus lib. 2. cap. 2. num. 33. & 34.

46 Tandem dicendum est, quòd etfi publi-
catis attestacionibus testes super eisdem articu-
lis non admittantur, cap. fraternitatis de testibus
clementina 2. eod. tit. hæc regula fallit in matro-

nis ad virginitatem fœminæ in ductis, vel in me-
dicis. Possunt namque alij induci ad declarandũ
post publicationem, vt in dict. cap. causam 14. hu-
ius tituli, & ibi glossa verbo pars, & ibi Butrius n.
3. Baldus num. 1. Felinus num. 2. notabili 3. Na-
barro consil. 3. lib. 4. sub titulo de frigidis, & rela-
ti à Patiano dict. cap. 47. num. 77. Idque procedit
etiam quando agitur aduersus emissam profes-
sionem, vt constat ex dict. capite causam de
probationibus. Ibi enim inductæ fuerunt matro-
næ ad inspiciendam coniugatam volentem ex ar-
pectu se virginem probari, & consequenter ad
factam professionem valuisse, eò quòd matrimo-
nium non consummaverit aduersus virum eam
sibi restitui petentem, & nihilominus publicas
attestationibus aliæ matronæ admittæ sunt.

47 Et quamvis multi sentiant id speciale esse
in causis matrimonialibus, vt sentit glossa ver-
bo pars, in dict. cap. causam. & ibi Butrius nu. 10.
vt publicatis attestacionibus alij testes admittan-
tur, eò quòd in illis sententia non transeat in re
iudicatam, verius tamen est id generale esse in
omnibus causis decidendis per artis periti decla-
rationem. Quoniam illi nequeunt de certa scien-
tia deponere, sed tantum de verosimili idque clu-
det ratio text. in dict. cap. causam ibi, quia sapientia
nusa fallitur, & oculus oblietricum: quæ ratio in om-
nibus peritis versatur, & cum his absolvitur text.
notter.

S U M M A R I A.

Ad tex. in cap. tertio loco 5. huius tituli
de Probationibus, cap. insuper 6. c.
capite nuper 5. de Testi-
tibus.

- 1 **P**roponitur questio nostri text.
- 2 Ratio dubitandi ad nostrum text. num. 3. & num. 4.
- 3 Singuli de vniuersitate in causa vniuersitatis in-
tes admittendos esse, veluti religiosi in causa
monasterij.
- 4 Doctores varias adducunt rationes huius conclu-
sionis.
- 5 Conuincitur Baldi doctrina.
- 6 Nec filius pro patre, nec pater pro filio testis esse
debet.
- 7 An pater possit esse testis pro extraneo in causa,
qua filius agit procuratorio nomine, vel e con-
tra.
- 8 Alberici doctrina.
- 9 Elegans Aretini distinctio in §. pater num. 2. de
tamentis.
- 10 Procedit etiam in filio emancipato.
- 11 Quid de spurij.
- 12 Parentes non coguntur ad testificandum in causa
filiorum.

Sed ad istud lib. primo.

- 15 Fallit hæc doctrina in multis casibus, num. 16. num.
17. n. 18. n. 19. n. 20.
- 16 Maritus pro uxore, nec uxor pro marito testis esse
potest.
- 17 Felini decidendi ratio ad nostrum text. n. 5.
- 18 Respondet glossa in cap. 1. 14. q. 2.
- 19 Rasso, quare singuli de vniuersitate admittantur
in causa vniuersitatis.
- 20 Quamuis admittantur, non tamen sunt integri, ne-
que omni exceptione maiores.
- 21 Hoc est iudicis arbitrio relinquendum.
- 22 Quando agitur de legato vniuersitatis relicto, reci-
piuntur testes vniuersitatis in subsidium.
- 23 Discrimen inter affectionem patriæ, & patris. nu.
26. n. 30.
- 24 Aliquando causa civilis est totius vniuersitatis sin-
guli tamen de illa commodum sentiunt in par-
ticulari.
- 25 Respondetur ad text. in §. legatarij in §. de lega-
tis. n. 33.
- 26 An procedat nostri text. regula, quando testes per
indirectum, vel consequentiam commodum, aut
detrimentum sentire possint, licet de presenti
non sentiant. n. 35.
- 27 In causa criminali testem de vniuersitate idoneũ
non esse.
- 28 Quidam scrupulus circa propositam dubitationem
supra n. 2.
- 29 Respondetur à Doctoribus, cap. tuis.
- 30 Civitas, vel villa non potest obligare conuocato con-
cilio publico, suo contractu, vel decreto singu-
los vicinos, qui ibi non interfuerunt, n. 40.
- 31 Egregia doctrina Bart. in l. 4. §. Casus ff. de verbo-
rum obligat.
- 32 L. 22. tit. 1. part. 7.
- 33 Factum à maiori parte in ijs, quæ pertinent ad sin-
gulos tanquam ad vniuersos valet, & tenet mi-
nori parte reserua, n. 44.
- 34 Respondetur ad scrupulum supra adductum, n. 2.
& 3.
- 35 Quando dicatur causa ad commodum vniuersita-
tis, vel singularum respicere, n. 47. n. 48.
- 36 Monachus in causa sui monasterij semper habet af-
fectiones, & interesse, n. 50. n. 51.
- 37 Expenditur tex. in cap. nisi Christus in fine de iure
iurando.
- 38 Expenditur etiam tex. in cap. veniens 38. de testi-
bus.
- 39 Text. in l. consensu, §. si autem vers. super C. de re
pudijs.
- 40 Discrimen inter testes, qui repelluntur, & probi-
bentur.
- 41 Respondetur ad dubitationem supra adductam,
num. 4.
- 42 Non leuis scrupulus, qui ex nostro textu deponitur
- 43 An probatio per testes validior sit, quam ea, quæ
fit per instrumenta, n. 59.
- 44 Instrumentum reprobari potest per testes, non solum
qui in ipso instrumento scripti sunt, sed etiam
per alios, n. 61. n. 62.
- 45 Reprobatur opinio Iasson. consilio. 124. in vers.

- 64 Quando omnes testes instrumentarij dicunt se non
intervenisse proculdubio reprobatur instrumẽ-
tum, num. 65.
- 66 Quando ex septem testibus necessarijs vnus contra-
dicit instrumentum redditur suspectum, non
falsum.
- 67 Si in instrumento sint adhibiti quatuor testes cũ duo
sufficiant, & duo dicant se nunquam contra-
dictum fuisse, vt in instrumento narratur, quid
iuris. n. 68. n. 69.
- 70 Quid faciendum est, quando testes non sunt scripti
in instrumento, & impugnant instrumentum
num. 71.
- 72 Interpretatur l. 115. tit. 18. part. 3. n. 73. n. 74.

AD TEXTVM

In cap. Tertio loco 5. huius tituli de
Probationibus, c. insuper 6. c. n. 5.
per 51. de Testibus.

Reponat text. noster quæstionẽ:
An scilicet in causa vniuersitatis
singuli de vniuersitate possint in
testes admitti, veluti in causa re-
probationis instrumenti, & respõ-
det, Singulares de vniuersitate posse in causa vniuersi-
tatis reprobare instrumentum falso confectum nomine
vniuersitatis.

2 Dubitationẽ mouet: nam causa vniuersita-
tis, v. g. Ecclesiæ monasterij aut collegij censetur
propria singulorum illius vniuersitatis, vt indicant
verba text. in cap. tuis quæstionibus 39. de testi-
bus ibi, in causis proprijs producere: verè enim in his
causis commodum, vel incommodum ad illos per-
tinet, l. 1. §. dies vers. in propria causa, ff. quando
appellandum sit, c. biduum vers. palam est 2. q. 6.
Cum ergo nemo in sua causa testis sit idoneus, l.
nullus ff. de testibus, l. omnibus, C. eodem cap. si
testes, vers. omnibus 4. quæst. 3. l. 18. & 19. tit.
16. p. 3. dicendum videtur singulos de vniuersita-
te in causa illius tanquam in propria testificare
non posse.

3 Idque confirmatur primò: nam testis com-
modum spectans, vel damnum etiam secundario
ex causa, vel aliquam habens affectionem non est
idoneus testis, l. fin. ff. de testibus, c. quoties 5. c.
personas de testibus, c. fin. eodem tit. lib. 6. Cum
ergo hoc verificetur in testibus, de quibus text.
noster loquitur pro sua Ecclesia deponentibus
meritò dubitatur, cur admittendos esse dictum
sit in ea specie.

4 Confirmatur secundò: nam ea ratione fa-
miliares ad testificandum non admittuntur, qua-
si non idonei, l. penultima, ff. de testibus, l. 2. C.
eodem

eodem tit. cap. in literis 24. de testibus. cap. fin. de verborum significatione, lib. 6. At singulares de vniuersitate domestici, & familiares reputantur ipsius vniuersitatis, cum sint de eadem domo & familia, videlicet Ecclesia, collegio, aut monasterio, c. 1. q. 2. l. Adiles 25. §. familia, ff. de adilitio edicto, l. 2. §. familia, ff. de vi bonorum raptorum. Præcipue, nam canonice ab ipsa vniuersitate producente imperari potest, vt testimonium ferant, & ita succedit regula text. in l. idonei 6. ff. de testibus.

5. Sed nihilominus verisimum est, singulos de vniuersitate in causa vniuersitatis in testes admittendos esse, veluti religiosi in causa sui monasterij, c. in super 6. c. tuis quæstionibus 39. c. nuper 51. de testibus, canonici in causa sui capituli, c. veniens 38. de testibus, & in alijs clericis secularibus idem probat text. in c. 1. q. 2. c. cum nuncius 12. de testibus: sic etiam idem dicendum est in Episcopis, & alijs ecclesie prælatijs in causa sue ecclesie testificantibus, nisi causa ad mentem pertineat episcopalem, sic probant in tex. noſt. Ioannes Andreas, & Felino, num. 9. proceditque etiam in omnibus collegijs, ciuitatibus, municipijs, confraternitatibus, & vniuersitatibus secularibus, probant glossa, & Bart. in l. in tantum, §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione, & in l. si municipis, ff. quod cuiusque vniuersitatis, & ibi Baldus num. 4. Panormitanus in text. noſtro, num. 5. Hippolytus in l. 1. §. Seruus, à num. 1. ff. de quæstionibus. Assietis, decisione 400. Capicius decisione 152. Rebusus de reprobatione testium à n. 571. Cobarruias in practicis, cap. 18. num. 4. Menochius de arbitrarijs, casu 106. Mascardus de probationibus, conclusione 1358.

6. Huius doctrinæ, & conclusionis text. noſtri varias adducunt rationes Doctores noſtri, Baldus in cap. cum Nuncius, num. 1. de testibus, quem sequitur, multis relatis, Farinacius, lib. 2. etiminalium, tit. 6. quæst. 6. allatione 17. n. 550. Respondet ideò, singulos de vniuersitate in causa vniuersitatis in testes admitti: quia non agitur de interesse singulorum: nam in iure noſtro illius dicitur interesse, qui proprio nomine agere potest, vel excipere, l. Sed si vnus, §. procuratorem, ff. de iniurijs, l. 2. §. Sed si alius, ff. quando appellandum sit: at singuli de vniuersitate, neque agere, neque excipere proprio nomine possunt, c. edoceri 21. de rescriptis, capite causamque 9. de iudicij Clementina, religiosus de procuratoribus: ergo causa vniuersitatis non habet interesse singulorum.

7. Hæc autem Baldi doctrina apertè conuincitur: quoniam non rectè infertur, nõ potest quis suo nomine agere, ergo non habet interesse: nam filius in potestate interesse habet in causa patris, & tamen proprio nomine agere non potest: imò neque in causa patris testificare, l. parentes, §. C. de testibus, & idem est in vxore in causa mariti.

8. Est enim iuris regula, quod nec filius pro patre, nec pater pro filio testis est idoneus, l. te-

stis idoneus: vbi omnes, ff. de testibus, c. si testis, vers. item testis idoneus, 4. quæst. 2. Imò neque admittuntur ad testificandum, l. parentes, C. de testibus vbi glossa verbo, aduersus se, & ibi Bartol. num. 2. Zepola cautela 219. in principio, Socinus regula 427. Antonius Gabriel in tit. de testibus conclusio. 17. num. 2. & 5. Grammaticus de cisione 48. num. 13 & decisio 45. num. 16. Rolandus, consilio, 9. num. 32. volumine 3. Mascardus lib. 3. de probationibus conclusione 1148. num. 1. & 2. & num. 13. idemque procedere in matre, omnibusque ascendentibus, & descendentibus: testatur Bartol. in l. qui testamento, §. quæcunque, ff. de testamentis, num. 3. Antonius Gabriel, dict. conclusione 17. num. 4. Est enim in his omnibus eadem affectio, quod in patre consideranda est: Mascardus de probationibus, lib. 3. conclusione 1148. num. 3.

9. Vnde conuertitur solet, an pater possit testis esse pro extraneo, in causa filij agit procuratorio nomine: vel è conuerso. & non potest testificare sentit Bartol. in dict. l. qui testamento §. quæcunque, ff. de testamentis, vers. nisi plus repellerentur, & ibidem Albericus, num. 4. Aretin. num. 6. nunquam enim pater de facto filij testificare potest, siue commedum patri, siue filio, siue tertio quærat, Antonius Gabriel, dict. conclusione 17. num. 3. Mascardus, dict. conclusione 1148. num. 11. lib. 3.

10. Albericus tamen vbi supra adhuc sentire videtur patrem testem esse posse in causa, in qua filius agit procuratorio nomine dicens, nullam esse rationem probabilem, ob quam pater à testimonio repellatur, quando negotium; neque ad patrem, neque ad filium spectat, veluti quando filius agit procuratorio nomine: quo casu inquit Albericus, omnis affectionis ratio cessat: quam opinionem esse originalem Raynerij testatur Albericus, cum in tali casu pater non testificat pro filio, sed pro domino causæ, vt sentit Baldus in dicto §. quæcunque, Socinus regula 427. fallentia 4.

11. Quare placet mihi eligens Aretini distinctio in §. pater nu. 2. de testamentis: distinguit enim, quod aut agitur de probando facto filij, & illud est tale, vt ex illo filius teneatur ad interesse suo principali, x. g. si fuerit negligens, & contumax: vt in l. eum, qui res agit, C. de procuratoribus: quo casu pater non erit legitimus testis, & è conuerso, aut agitur de alia re, & negotio, ex quo filius commodum non reportet, aut damnum, vt in l. plane §. fin ff. de legatis 1. Tunc pater testis poterit esse in causa filij, argumento textus in l. Pater, l. in testamento in principio, ff. de testamentis: eo enim casu non testificat filio, sed domino, namque ex testimonio patris aliquid filio quæritur, vt multis relatis probat Farinacius in praxi criminali, quæstione 54. num. 183. Mascardus de probationibus, dicta conclusione 1148. num. 12. Fateor tamen patrem in causa filij, & è conuerso, etiam quando agit procuratorio nomi-

ne nunquam esse testem omni exceptione maior rem propter affectionem, quam præsumitur habere, vt filius etiam alterius procurator victor remaneat in illa causa, quam agit nomine procuratorio.

12. Idque procedit etiam in filio emancipato, vt testatur Mascardus, dicta conclusio. 1148. à num. 5. in quo eadem affectionis ratio consideratur, sicut & in matre, quæ potestatem non habet in filijs, & in omnibus ascendentibus, seu descendentibus eadem ratione: sic Bartolus in l. Parentes, post numerum primum, C. de testibus, Antonius Gabriel, tit. de testibus, conclusione 17. num. 6. & idejn erit in filijs naturalibus tantum, spurij, & incestuosus. Argumento textus in l. Luitius Titius in testamento, §. fin. ff. de legatis, 2. & in auth. de triente, & semitte. §. neque illo.

13. De spurijis verò nonnulli id negant, quasi filiorum appellatione non contineatur, vt in authent. quibus modis naturales efficiantur sui, §. fin. l. vulgò, l. lex naturæ, ff. de statu hominum; sed vt cunque sit negari non potest, quin ratione sanguinis repellantur: in illis namque affectionis ratio etiam viget: experientia enim docet sæpe plus diligi spurios, quam legitimos & naturales, & ita id rectè defendit Albericus in l. Parentes in principio, num. 1. & 4. in vers. & idem in naturali, & spurio, C. de testamentis, Ioannes Andreas ad speculatorem, tit. de testam. §. 1. litera F. Alexand. in l. ex facto, §. si quis rogatus, n. 44. ff. ad Trebellianum, Felinus, in cap. cum oporteat, num. 3. de accusationibus, Antonius Gabriel, tit. de testibus, conclusione 17. num. 8. Mascardus, dict. conclusio. 1148. à num. 8.

14. Et inde est, quod nec parentes cogi possint ad testificandum in causis filiorum, neque è conuerso, vt notarunt communiter omnes in dicta l. Parentes, præcipue Salicetus in versiculo, nota, quod cogi non debent, inquit enim Imperator ibi, quod parentes, & liberi inuicem aduersus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt: ideòque Ioannes Andreas vbi proximè docet, quod iudex non potest infringere hanc limitationem, nec iubere, vt filius testis sit contra patrem, vel è conuerso, Gomecius tomo tertio variarum, capite duodecimo. n. duodecimo in vers. quod verum est.

15. Hæc tamen doctrina in multis casibus fallit. Primo, quando sumus in casu, in quo veritas aliter habere non potest, vt in simili ostendit Farinacius in praxi criminali, quæst. 54. num. 18. Gomecius dict. cap. 12. num. 24. Secundo, fallit in crimine læsæ Maiestatis, in quo admittitur testimonium filij contra patrem, & è conuerso, glossa in l. id tamen, verbo nam vt crimen. ff. de accusationibus, glossa in cap. 1. verbo Christiani, de conuersione infidelium, docens, filium insurgere debere contra patrem propter conseruationem patriæ, Gigas de crimine læsæ Maiestatis, tit. qui accusare possunt, quæstione 8. Mascardus de probationibus, lib. 1. conclusione 462. num. 9. & lib. 2.

concl. 857. num. 20. & 21. vbi idem etiam probat in crimine hæresis.

16. Fallit tertio in ætatis probatione filiorum; in qua parentes pro filijs admittuntur, docet Bartol. in dict. l. parentes in principio, C. de testibus; & cons. 92. num. 5. Baldus in dict. l. qui testamento, §. quæcunque in versiculo, Sed in causa ætatis; ff. de testamentis; & consilio 10. num. 4. lib. 5. Paulus consilio 129. num. 2. lib. 1. Ruinus; consilio 194. num. 8. volumine 1. Antonius Gabriel, tit. de testibus, conclusione 17. num. 9. & communiter allegatur textus in l. etiam, ff. de probationibus, vbi Albericus, num. 1. Et ideò communem dicunt Sforciaodus, de restitutione in integrum 1. parte, quæstione 37. articulo 5. num. 53. Mascardus de probationibus, lib. 2. conclusione 668. à num. 7. Hoc tamen intelligendum est, vt matris testimonium non inducat talem probationem; qualem induceret testimonium alterius extranei, sed præsumptionem, aut indicium ex Bart. in l. 2. num. 4. ff. de excusat. tutorum, Baldo consilio 452. lib. 4. Alexand. consilio 29. num. 10. lib. 7. Paulus, consilio 124. num. 2. lib. 1. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 116. num. 3. Mascardus, dict. conclusione 668. num. 14. vbi explicat verba text. in dict. l. etiam, adeòque potens est matris testimonium ad filij ætatem probandam, vt transferat onus probandi contrarium in aduersarium ex Bart. in dict. l. 2. num. 4. ff. de excusat. tutorum, Baldo dict. consilio 452. lib. 4. Sforciaodus, dict. quæst. 37. num. 54. Imò & tale testimonium suppletur adminiculis, Socinus Senior consilio 19. num. 17. Socinus Iunior consilio 3. num. 10. libro 2. vbi pro adminiculo considerat librum patris, vbi reperitur ætas filij scripta, Paulus dict. consilio 124. num. 2. Mascardus dict. conclusione 668. num. 15.

17. Fallit quarto in testibus instrumentarijs: est enim idoneus testis filius in instrumento celebrato inter patrem, & extraneum: nam cum rogatus sit à partibus censetur tacite approbatus; vt formaliter docet Aretinus in dict. l. qui testamento, §. quæcunque num. 6. versiculo, & contra illam conclusionem, ff. de testamentis, Antonius Gabriel, dict. conclusione 17. num. 14. Zepola cautela 219. per totam, Mascardus de probat. d. conclusio. 1148. n. 25.

18. Fallit quinto, si partes tacite, vel expresse consentiant in testimonio filij, vel è conuerso; vt si à parte producantur: probant enim contra producentem, argumento text. in l. si quis testibus, C. de testibus: diceretur enim tacitus consensus quando parentes, aut filij producerentur parte non opponente resoluit Aymon, consilio 105. num. 2. Farinacius in praxi criminali, quæst. 62. à num. 175. Expressus verò dicitur consensus, quado pars instaret, peteret ve patres, aut filios examinari: quo casu nihil est, quod impediatur eorum testimonium ex Baldo in dicta l. quis testamento, dict. §. quæcunque num. 2. in versiculo, nam si utraque pars velle, ff. de testamētis, Socinus regula

regula 427. fallentia penultima, Antonius Gabriel, dicta conclusione 17. num. 15. Mascardus de probationibus, dicta conclusione 1148. numero 17.

19 Fallit sextò in patre, & filio spirituali vnus namque pro altero testis esse potest, sicut & compater pro compatre. Sic Baldus in l. parentes, num. 3. C. de testibus in versiculo, *Idem dico in patre regenerationis*, & ibidem Salicetus, num. 2. in versiculo *Sed quid de patre regenerationis*, Mascardus de probationibus lib. 1. conclusione 310. num. 3. & 4. & conclusione 332. num. 1. & 13. & 14. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. casu 100. nu. 1. & 2. Plaça de delictis, cap. 40. num. 11. Aymon consilio 169. num. 1. Alexand. consilio 42. num. 18. lib. 3. in versiculo, *neque obstat. quòd vnus eorum testium*, & consilio 237. num. 18. lib. 6. id tamen intelligi debet, ita vt pater spiritualis vel e converso quamvis admittatur in testem, non tamen sit integra fidei: quoniam ex tali cognatione oritur aliqua affectio, vt declarant supra relati.

Fallit 7. in causa correctionis peccati, in qua pater poterit esse testis in causa filij, ibi namque carnalis affectio nihil impedit, cum solum agatur de salute animæ ex notatis in capite tantum, de testibus. Socinus, regula 427. in 1. fallentia, Mascardus, dict. concl. 1148. num. 16.

21 Sic etiam certum est, nec vxorē pro marito, nec maritum pro vxore testem esse posse, c. si testes, §. idonei, 4. part. 3. l. etiam, C. de testibus. & ibi glossa 1. in versiculo, *Quid in viro, & vxore*, glossa in l. sed etsi quis, §. illud sciendum, vers. *praterca*, ff. si quis cautionibus, & in l. 1. §. si vir verbo, domus, ff. ad Silianum, Socinus, consilio 17. num. 11. lib. 1. Grammaticus decisione 45. num. 13. & num. 19. Antonius Gabriel sub tit. de testibus, conclusione 16. num. 1. & 4. Mascardus, lib. 3. de probationibus conclusione 1420. num. 1. & num. 10. Et ratio est. Primò propter magnam affectionem, qua vnus alterum prosequitur. Secundò, quia vxor viro subiecta dicitur, c. mulierem, 32. quæst. 5. Tertiò: quia vir & vxor sunt duo in carne vna, vt Genesis 1. dictum est, *Vnum corpus & anima*: Imò hanc conclusionem extendunt Doctores communiter ad sponsam, vt probat ex multis Mascardus, dict. conclusione 1420. num. 4. Imò & etiam communiter eam extendunt Doctores ad concubinam ratione affectionis, vt advertit Baldus in cap. 1. num. 3. de testibus, & in cap. in literis, num. 3. eodem tit. Socinus Iunior, consil. 31. num. 16. lib. 2. Mascardus, conclusione 533. num. 8. & conclusione 1356. num. 24. & conclusione 1420. num. 5. Proceduntque in hac conclusione ea omnia, quæ de parentibus, & filijs dicta sunt.

22 Quare aliam decidendi rationem adducit Felinus nostræ decisionis in text nostro, num. 1. Ideò videlicet admitti singulares de vniversitates in causa vniversitatis: quoniam non agitur de causa singulorum, sed communi vniversitatis: at ea, quæ communia sunt, non sunt propria, cap. ratio

nulla de præbendis, l. sed si hæc, §. qui manu mittitur, ff. de in ius vocando, ideòque non censetur in causa propria testificare: hæc tamen ratio non tollit rationem affectionis, aut interesse, quod in singulis consideratur ex c. quoties, c. personas de testibus, & argumento text. in l. illud 46. ff. de ritu nuptiarum cum alijs supra pro dubitandi ratione adductis, n. 2.

23 Aliter etiam respondet glossa in dicto capite 1. 14. quæst. 2. dicens statutum esse in text nostro singulos de vniversitate admitti, interest, in causa vniversitatis iure singulari, & favore religionis, ex regula textus in l. sunt persone ff. de religiosis, & sumptibus funerum, sed conuincitur: nam idem sequeretur nostri text. decisionem obtinere duntaxat in vniversitatibus, religiosis, & ecclesiasticis, cum alijs communiter receptum sit de singulis etiam vniversitatis secularis idem procedere, vt multis relatis probat Farinatus in praxi criminali, q. 60. illatione 17. d. n. 451. cum multis sequentibus.

24 Quare, vt nostri text. veram rationem explicemus, scire oportet, diuersum esse querere, an singuli de vniversitate in causa vniversitatis admittantur testes, an verò an idonei sint, & omni exceptione maiores, quòd autem admittendi sint, indubitatum est, & ratio est in promptu: quoniam edictum de testibus admittendis prohibitorium est respectu certarum personarum: omnes ergò, qui non sunt expresse prohibiti admittendi sunt, l. 1. ff. de testibus, l. 8. tit. 16. part. 3. & multis adductis probat Menochius, consilio 231. num. 6. volumine 3. & de arbitrarijs, quæst. 27. num. 5. Mascardus, de probationibus, conclusione 310. num. 4. Farinatus in praxi, quæst. 53. d. num. 1. Cum ergo de vniversitate non sint prohibiti, constat admittendos esse, etiam si aliquo modo suspecti videantur.

25 quamvis tamen in testes admittantur, non tamen sunt integri, neque omni exceptione maiores. Maior namque omni exceptione dicitur, cuius fides nullā ob causam diminui potest, glossa in cap. 1. verbo *maiores*, de consanguinitate, & affinitate, & in §. item verborum instituta de inutilibus, verbo idoneus. Cobarruias in 4. 2. parte, cap. 8. §. 12. num. 7. Mascardus, conclusione 855. num. 10. & conclusione 1360. num. 6. Farinatus in praxi, quæst. 62. in principio, neque ex eo, quòd testis iure admittatur, sequitur, quòd sit omni exceptione maior: hæc ergò erit nostri text. ratio: nam etsi testes de vniversitate admittantur: quia non sunt iure prohibiti, non tamen sunt integri, neque omni exceptione maiores: in affectione notantur, cum sint vniversitatis membra. Sic Farinatus dicta illatione 17. num. 456. ideòque iudicis arbitrio relinquatur, quanta eis fides sit adhibenda, l. 3. §. tu magis, ff. de testibus vt statim explicabimus.

26 Cum ergò totum hoc ex iudicis arbitrio pendeat, qualiter se gerere debeat iudex explicandum est. Et primò si causa sit civilis, & agatur

de actu probando, qui ab alijs, quàm ab illis, qui de vniversitate sunt, probari non potest, veluti in electionibus, & alijs, quæ secretò fiunt apud singulos de vniversitate: tunc singuli de vniversitate probant, eorumque fides sequenda est, sic Bart. in l. tantum, §. vniversitatis, num. 1. ff. de rerum divisione, Grammaticus consilio 26. num. 36. Afflictis decisione 400. num. 1. Plotus in i. si quando, num. 142. C. vnde vi, satisque probatur in text. nostro, & in l. cum probatio ff. de probationibus, l. interrogari, C. de quæstionibus: alijs enim omnino periret veritas.

27 Quando ergò probatio alijs testibus fieri posset, solum tamen extarent testes vniversitatis, & commodum, aut incommodum causæ solā vniversitatem, & non singulos afficerent, verbi gratia, quando agitur de legato vniversitati relicto, vt in l. civitatibus, ff. de legatis primo. Eo enim casu indubitanter recipiuntur testes vniversitatis, & in hoc, & similibus casibus loquitur textus noster cum omnibus supra relatis, Angelus tamen Aretinus in principio de rerum divisione, num. 1. quem sequitur Petra Sancta, singulari 21. sentire videtur, quòd cum alij testes adhiberi potuissent testibus vniversitatis, non est facile credendum ex l. consensu, §. super plagijs, C. de repudijs: hæc tamen constitutio loquitur in verè domesticis, ideòque subiiciunt prædicti authores maiorem esse affectionem illorum erga patriam, quàm quis habet erga patrem.

28 Sed negandum non est, magnam esse differentiam inter affectionem, quam quis habet in patriam, & in patrem: affectio namque respectu patris consideratur ratione sanguinis, & successionis bonorum, quæ, vt experientia docet, magis movet, quàm illa naturalis obligatio, qua nos patriæ obligamur: habet enim in se quandam antidotalem obligationem, iuxta text. in l. sed etsi le, §. consuluit, ff. de petitione hæreditatis, & inde est, quòd lex rejicit testimonium filij pro patre, non tamen rejicit testimonium civis pro civitate.

29 Neque in hoc casu testes de vniversitate in subsidium admittuntur, sed propriè, & directè, vt rectè advertit Felinus in cap. insuper, num. 7. de testibus. Imò eorum testimonium admittitur ad integram fidem faciendam, vt rectè Felinus, vbi proximè, num. 2. & consuluit Alexander, consilio 68. num. 14. lib. 2. rectè tamen Decius in dicto capite insuper de testibus, num. 7. censet hoc totum esse in arbitrio iudicis, Aimon de antiquitate, part. 7. primæ partis principalis numero 18:

30 Vnde oritur, quòd si vniversitatis aduersarius alijs testibus contrarium probasset in pari causa maior fides illis est adhibenda: quia ea suspicione omnino carent. Sic Panormitanus in dicto capite insuper, numero secundo, Felinus, num. 3. Afflictis decisione 400. num. 8. semper tamen hoc omne manebit in arbitrio iudicantis Bartolus, in l. quoties C. de naufragio, lib. 10. Socin.

Senior, consilio 17. lib. 1. Cobarruias in practicis cap. 18. num. 4. ad finem. Id tamen non procedit in teste vniversitatis, qui aliàs ab ipsa vniversitate salariatus est: is namque non admittitur in testem, vt egregiè adnotauit, Decius, consilio, 94. num. 2.

31 Aliquando tamen causa civilis est totius vniversitatis, singuli tamen de illa commodum sentiunt in particulari, & tunc singuli de vniversitate testes idonei non erunt, verbi gratia, si agatur de pascuis vniversitatis, vbi singuli de illa sua animalia pascere solent, vt in specie scribit Zepola de seruitutibus rusticorum, cap. de seruitute iuris pascendi, num. 18. Aimon, de antiquitate 7. parte, primæ partis principalis in principio, n. 19. Cobarruias in practicis, cap. 18. num. 41. & simile erit, quando de nemoribus est contentio, in quibus singuli de vniversitate ligna accipere solent. Decius in dicto capite insuper de testibus, num. 6. Alexand. consilio 99. num. 15. lib. 5. & solet esse ratio: nam sicut non est quis in causa sua principali, l. in omnibus, C. de testibus, sic etiam, neque in causa, in qua commodum sentire potest in consequentiam.

32 Neque obstat text. in §. legatarijs, instituta de legatis, vbi Iustinianus docet legatarios idoneos testes esse in causa testamēti, ex quo commodum consequuntur, & ideò Bartolus, in l. qui testamento, ff. de testamentis, & communiter Doctores in l. dictantibus, C. de testamentis, docent, legatarium nō posse in particulari super ipso legato testimonium ferre, sed solum in vniversum, & sequitur Bellonus, consilio 14. num. 7. Aimon, consilio 232. num. 9. Non tamen tollitur dubium, quòd oritur ratione commodi in consequentiam venientis.

33 Responderi tamen potest ex sententia Viglii, in dicto §. legatarijs esse speciale in causa testamenti ea ratione: nam legatarij non sunt iuris successores: tum etiam, quia testamentum satis confirmatur testibus adhibitis, l. si quis ita, ff. de verborum obligationibus. Cum ergo relicto sit legatum testibus, quo testamenti negocium facilius explicetur, non debet testamentum everti re id, quòd ad eius cōfirmationē factum est. Vel secundo responderetur distinguendo, nam aut cū testimonio legatariorum concurrat tabellionis scriptura, & tunc legatarij testibus etiam creditur: nam illa suspicio legatariorū efficaciori præsumptione qualitatis notarij tollitur. Argumento text. in l. Divus, ff. de in integrum restitutione, & ex duabus rationibus pugnantibus illa observari debet, quæ alteri præponderat, si verò nulla extat scriptura, & legatarius omnino est legatum consequuturus, verbi gratia, nam constat testatorem clausulam adiecit Codicillarem: erit proculdubio legatarius testis idoneus, cum in omnem eventum siue valeat, siue non valeat testamentum, legatarius legatum consequuturus sit: si verò nulla extat scriptura, neque ad sit Codicillaris clausula, etsi legatarij testimonio testamētū non

non sustinetur, legata corrunt: tunc legatarius testis idoneus non erit, ut rectè notant Panormitanus in dict. cap. insuper de testibus, num. 9. Felinus num. 20. Socinus Iunior, consilio 89. à num. duodecimo, lib. 1.

34 Sed an nostri text. regula procedat, etiam quando testes de vniuersitate per indirectum, & per quandam consequentiam, aut commodum, aut detrimentum sentire possint, licet de presenti non sentiant, dubium est, & quod eo casu non sint testes idonei respondet, Fulgosius, consilio 174. in vers. *Sed & alia occasione*, Baldus, consilio 443. lib. 5. vbi docet testes vniuersitatis non esse idoneos pro vniuersitate contra creditorem vniuersitatis, quando pro solutione debiti vniuersitas necesse haberet imponere collectam, & illam à singulis de vniuersitate exigere, sequitur etiam Iasson in l. sed si hac, §. patronum in versiculo: *Tertio limita*, ff. de in ius vocando, Baldus, consilio 391. lib. 1.

35 Hæc autem resolutio non est sine controversia: nam Alexander, consilio 8. num. 14. lib. 2. & consilio 99. num. 16. lib. 5. quem sequitur Decius, consilio 342. num. 3. non videtur probare Baldi doctrinam, eos tamen concordat Aimon, de antiquitate, 7. part. primæ partis, num. 21. dicens, Baldi opinionem procedere, quando certum, & indubitatum est collectam esse imponendam, opinionem verò Alexandri procedere, quando dubium & incertum est, an collecta sit imponenda, vel non.

36 In causis verò criminalibus receptum est testem de vniuersitate idoneum non esse pro illa, ut communem dicens docet Felinus, in dicto ca. insuper de testibus, num. 4. idque apertè probat textus in cap. 1. 14. quæst. 2. & in cap. 1. 3. q. 5. præcipuè, si tota deliquisset vniuersitas, ex Bart. in l. a ut facta, §. nonnunquam, ff. de pœnis, Menochius de recuperanda, remedio 9. num. 124. id tamen non procederet quando vnus de vniuersitate, contra alteram eiusdem vniuersitatis testimonium diceret. Sic Felinus in dict. cap. insuper num. 4. Decius num. 10. Bellonus, consilio 63. Tunc enim per affectionis causa suspicionem tollit: argumento text. in l. non solum, ff. de ritu nuptiarum, glossa in cap. cum olim de officio de legati: sicut etiam coniunctus pro coniuncto testimonium in eo sensu ferre potest, Decius in l. qui iurisdictioni, num. 7. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Corrasius in miscelaneis, lib. 3. c. 7. ad finem.

37 Sed adhuc remanet scrupulus dubitationis propositæ supra num. 2. videlicet causam vniuersitatis esse propriam singulorum de vniuersitate iuxta textum in d. cap. tuis quæstionibus, de testibus cum alijs, dict. n. 2. relatis, responderetur tamen, verissimè esse neminem in causa propria testem esse posse: negamus tamen vniuersitatis causam propriam esse singulorum, quamvis vniuersitatis causa communis dicatur, cap. 3. de præbendis, glossa in dicto cap. tuis, & in d. c. cū

nuntius de testibus.

38 Neque his obstant verba text. in dicto capite tuis, vbi causam monasterij propriam monachorum appellat: nam id intelligitur in eo sensu, non quod sit propria singulorum, ut singuli sint, sed singulorum, ut vniuersi, ad quos tanquam ad vniuersos spectat, & in hoc sensu dicimus testes in propria causa posse esse testes, quando pertinet ad singulos, non ut singulos, sed ut vniuersos; & sic intelligendus est text. in dict. leg. nullus, ff. de testibus, & in dict. leg. omnibus, C. eodem. Et ea est recepta traditio, & differentia inter ea, quæ ad aliquos tanquam ad singulos pertinet, vel tanquam ad vniuersos, vel in communi, velati ad vniuersitatem, collegium, vel communitatem, in quibus solum procedit iuris regula, quod omnes tangit, 29. de regulis iuris, lib. 6. & in l. 1. in fine, C. de autoritate præstanda, l. perfundum, 1. ff. de seruitutibus rusticorum: & ideo in his verò, quæ respiciunt singulos tanquam vniuersos, sufficit maior pars, & procedit regula text. in l. quod maior, ff. ad municipalem, cap. 1. & per totum de his, quæ fiunt à maiori parte, glossa 1. in cap. cum omnes de constitutionibus, & ibi Decius, num. 5. Felinus à num. 15. Padilla in l. aquam, num. 3. C. de seruitutibus Gomecius, tomo 2. variarum, cap. 3. num. 14. Dueñas, regula 295.

39 Vnde civitas, verbi gratia, vel villa, convocato concilio publico, quod dicimus (*Consejo abierto*) non poterit suo contractu, vel decreto obligare singulos vicinos, qui ibi non interfuerunt, quando agitur de propria, quæ omnes, ut singulos tangit, ideoque ut omnes obligentur, omnium desideratur approbatio, & ita in specie docet Abendaño responso 34. Est enim firma & recepta conclusio, quod in his, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, minime valet, quod fit à maiori parte, nisi omnes consentiant, ut communiter receptum est per text. ibi in l. perfundum, ff. de seruitutibus rusticorum. Vnde notabiliter conuulsi Oldradus, consilio 34. quod si quis obtinuerit fundum in emphyteusim à pluribus dominis & vult alienare cum consensu dominorum, vnus tamen illorum contradicit, non potest fundum alienare in præiudicium contradicentis.

40 Hoc tamen non procedit. Primò quando agitur de dilatione debitori concedenda, sufficit namque consensus maioris partis creditorum, respectu quantitatis, l. maiorem, ff. de pactis, l. fin. C. qui bonis cedere possunt. Sic etiam non procedit favore administrationis bonorum pupilli, si factum à maiori parte tutorum sufficit, l. 1. ff. de administratione tutorum, & idem est in administratoribus bonorum Ecclesiæ, & eodem modo in iure patronatus, & præsentandi, quod pluribus patronis competit: nam facta præsentatio à maiori parte proculdubio obtinebit. Glossa in dicto c. cum omnes de constitutionibus allegans text. in c. quoniam in quibusdam, cap. postulasti de iure patronatus, & idem procedit in iure patro-

natus libertorum, leg. si quis, §. quoties, ff. qui, & à quibus.

41 Ex dictis etiam procedit egregia Bartoli doctrina in leg. quarta, §. Cato, ff. de verborum obligationibus, vbi docet, quod si lege vel statuto caveatur, homicidam non esse pœna mortis puniendum. facta cum hæredibus defuncti pace; factum à maiori parte hæredum firmitatem obtinebit, & tanquam valdè notabile sequitur Albericus de statutis 3. p. q. 28. addens, quod sufficit consensus vnus ex hæredibus.

42 Quæ valdè notabilis est doctrina ad præxim nostræ legis Regiæ 22. titulo 1. part. 7. vbi idem definitum est, quod Bartolus statuit in dict. §. Cato, & fulcitur argumento text. in leg. maiorem, ff. de pactis, & in leg. fin. C. de cessione bonorum. Si enim in dictis legibus favore liberationis valet, quod factum est à maiori parte à fortiori valebit in causa criminali ad excusandam pœnam mortis: in his namque causis licita est transactio, leg. transigere, C. de transactionibus: adhuc tamen Bartoli opinio dubia remanet ex adductis à Felino in dict. cap. cum omnes de constitutionibus limitat. 7.

43 At verò in his quæ pertinent ad singulos, tanquam ad vniuersos factum à maiori parte valet, & tenet minori parte rejecta, leg. maior, ff. ad municipalem: nam factum à maiori parte melius esse præsumitur: integrum enim censetur iudicium, quod plurimorum confirmatur sententijs, cap. prudentiam in principio de officio delegati.

44 Nec procedit superior conclusio, nisi in actibus necessarijs, quæ fieri debent à collegio, vel vniuersitate, secus verò dicendum est in actibus voluntarijs, qui fiunt nulla cogente necessitate: in istis namque necesse est, quod omnes consentiant. Glossa communiter recepta in dict. cap. cum omnes, glossa in leg. perfundum, ff. de seruitutibus rusticorum. Similiter non procedit, quando maior pars aliquid voluisset facere in magnū præiudicium Ecclesiæ, vel vniuersitatis violando iura, & privilegia, aut laudabilem communitatis consuetudinem. Eo enim casu præualet minor pars contradicens, ut expresse docet Innocentius in cap. accedentibus de privilegijs, Panormitanus in capite veniens de præscriptionibus. Eo namque casu minor pars habet iustam contradicendi causam, & ea ratione vnus solus potest contradicere, ne actus fiat. Sic Albericus in leg. quod maior, ff. ad municipalem, & facit text. in cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte, idque procedit ita, ut minor pars contradicens non teneatur iustificare suam repugnantiam coram cæteris de capitulo, sed consulendus est superior communitatis, ut determinet, an decretum à maiori parte sit, ut iniqum reuocandum, vel non: ut notat Panormitanus in dict. cap. 1. de his quæ fiunt à maiori parte.

45 Neque etiam obstat alter scrupulus supra adductus eodem numero secundo, & tertio,

videlicet commodum, vel incommodum causa spectare ad singulos de vniuersitate, ideoque quasi in causa propria fidem non facere: nam respondetur ex dictis illud verum esse, vbi causa respicit singulorum vtilitatem in particulari, & sic procedit text. in leg. nullus de testibus. Secus vero erit, quando commodum, vel damnum directè respicit ipsam communitatem, cuius nomine actum est licet per accidens, & secundario in singulos de vniuersitate redundet, id namque non venit in considerationem, argumento text. in leg. prima, ff. de autoritate tutorum, leg. statues 41. ff. de acquirendo rerum dominio, leg. prima, §. seruum municipum, ff. de quæstionibus. Vnde mirum non est, quod singuli in causa vniuersitatis admittantur in testes, idque denotat text. in leg. qui testamento 20. in principio. ff. de testamento, & in dict. §. legatarijs instituta eodem glossa prima, in leg. si quis ita 15. ff. de rebus dubijs, & in leg. distantibus, vbi Iasson num. 3. C. de testamentis, vbi constat, quod etsi in causa principali testamenti hæres, ad quem directo spectat in testem, non admittatur. Legatarij vero admittuntur, licet secundario ad eos pertineat, sic Panormitanus in dict. cap. insuper num. 9. de testibus, Tello Fernandez in leg. 3. Tauri 2. p. num. 13. Burgos de Paz num. 844. Costa in cap. si pater, 2. p. verbo *superstite*, num. 24. de testamentis libro 6. Matienzo in leg. 1. titulo 4. lib. 5. Glossa 8. nu. 9. Mascardus de probationibus conclusio. 1358. Menochius de arbitrarijs casu 106. num. 4. sic explicans textum nostrum Mascardus conclusione 1416. num. 5.

46 Quando autem causa dicatur respicere commodum vniuersitatis, vel singulorum, ut testes de vniuersitate admittantur, vel non satis inter Doctores constat in dict. leg. in tantum §. vniuersitatis, ff. de rerum diuisione, & in leg. civitatibus, ff. delegatis primo, quare Baldus in dict. leg. distantibus, C. de testamentis num. 4. quem sequitur Iosephus Ludobicus decisione Lucensi 14. num. 13. Quatuor modis id explicare conatur, ut appareat, quando testis videatur in causa propria deponere, ut admittendus sit, vel non. Primò, ratione vtilitatis rei. Secundò, ratione iuris rei. Tertio, ratione instantiæ. Quarto, ratione iuris officij.

47 Quare, ut hoc explicemus, sit prima conclusio, quando agitur de re, cuius proprietates, & vtilitas est ipsius vniuersitatis: ad ipsam vniuersitatem dicitur expectare, si vero proprietates vniuersitatis sit vtilitas vero singulorum, dicemus etiam vtilitatem ad singulos expectare, ut advertit Ioan. Andreas in dict. cap. cum paucius num. 4. de testibus, Ancharranus in dict. cap. insuper eodem titulo num. 5. subdens ad singulos expectare, quando agitur de possessione rei, cuius fructus in singulos distribuuntur, & ideo Angel. in d. l. omnibus num. 2. docet ad vniuersitatem spectare, quando agitur de re, cuius emolumentum in arca communi deponitur, & non singulorum.

48 Secunda conclusio, quando agitur de patris, vel nemoribus ubi pascuntur animalia singulorum ad singulos spectare dicitur, vt in text. nostro observat Baldus num. 5. Felinus 3. Panormitanus in dict. capit. insuper num. 2. Alexand. consilio 68. num. 14. volumine 2. Menochius de arbitrarijs casu 106. num. 13. Mascardus de probationibus conclusione 1416. num. 1. docet communem Farinatus dict. illatione 17. num. 50. Secus vero dicendum est, quando agitur de pastis, & nemoribus, quando ius pascendi, & lignandi ab vniversitate venditur, & precium ipsi vniversitati reservatur: tunc enim ad vniversitatem, & non ad singulos expectare dicitur; sic Felinus in dict. capit. insuper de testibus num. 2. Afflictione 400. num. 7. Hieronymus de Monte de finibus regundis, quæst. 58. n. 5. Farinatus vbi proxime num. 504. Alexand. consil. 141. num. 9. volumine 1. Mascardus conclusione 1358. numero tertio. Gama decisione 98. num. primo, & idem est quando agitur de proprietate rei, v. g. de fundo, de cuius fructibus singuli de vniversitate alendi sunt.

49 Sed remanet scrupulus: nam adhuc semper verum est dicere monachos, v. g. in causa Monasterij, & similes saltem habere affectionis interesse, respondetur tamen id non sufficere, vt à testimonio repellantur: nam hæc levis suspicio tollitur per iuramentum testis: nam iurat veritatem dicere, & omnia affectione deponere, neque verisimile est singulos de vniversitate periuros esse propter vniversitatis iura: nam quod commune est, facile negligitur leg. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. Sic respondet Baldus in dict. cap. cum nuncius ante num. 1. de testibus: ego vero fateor per tale iuramentum non purgari suspensionem illam affectionis. Hæc tamen quamvis non sufficiat ad repellendum omnino testem, sufficit tamen, vt illis testibus tanquam non omni exceptione maiores, minor fides adhibeatur, quam alijs extraneis argument. text. in l. 39. i. ff. de testibus.

50 Quare glossa secunda in text. nostro intelligit monachos in eius specie in testes admittendos: quia agebatur de probatione eorum, quæ intra capitulum acta fuerunt, quæ per alios extraneos probari non poterant sequuntur ibidem Butrius num. 14. Panormitanus num. 5. Felinus num. 7. In ea enim specie etiam domestici, & familiares admittuntur, leg. consensu §. si autem, C. de repudijs. cap. veniens 38. de testibus, Mascardus dict. conclusione 1360. Gomaccius tom. 3. variarum cap. 12. num. 21. & multis relatis Farinatus dict. quæst. 62. limitatione 1.

51 Hæc tamen interpretatio ad materiæ resolutionem non sufficit: nam indubitatum est monachos admittendos esse in testes ad probationem eorum, quæ fiunt extra capitulum, & quæ alijs per extraneos frequenter probari possunt, vt colligitur ex generalitate text. in dict. cap. in-

super, dict. cap. tuis quæstionibus de testibus, & omnes Doctores communiter observant, & in cap. primo, 14. quæst. 2. ea ratione: nam cum nullo iure prohibeantur testificari necesse recipiendi sunt argumento text. in leg. 1. ff. de testibus. Sic Panormitanus in dict. capit. insuper num. 2. Felinus num. 7. Decius num. 8. Alexand. consilio 68. num. 14. volumine 2. Farinatus dict. limitatione 17. num. 474. Quod verius est etsi nunquam admittendos nisi in defectum aliorum senserit dict. glossa 2. Speculator tit. de teste §. 1. n. 22. Mascardus conclusione 318. num. 2.

52 Pro qua doctrina expendi solet text. in capite atsi Christus in fine de iure iurando conceditur monachis posse in causis sui monasterij testes esse, alijs testibus deficientibus. Respondet tamen diversam esse illius text. speciem: nam ibi monachi illi putabant iurare illis non esse licitum propter perfectionis statum iuxta Christi verbum Matthæi quinto, ibi, nolite iurare omnino, quæ verba non præcepti, sed consilij esse, & ad solos perfectos pertinere sensit Alfonso de Castro de hæresibus verbo, iuramentum, quamvis aliter intelligat Soto de iustitia & iure, quarta, articulo tertio: & idem eo ducti scrupuli religiosi in causa sui monasterij iurare volebant & hunc scrupulum tollere curavit Romanus Pontifex dicens, non esse contra illud perfectionis consilium testificari in causa sui monasterij alijs testibus deficientibus, ne iura monasterij perirent, alijs vero testibus existentibus iuxta consilium perfectionis vitabunt, quantum eis sit possibile iuramenti vinculum, & in hoc sensu in illo text. intelligitur verbum indulgemus, vt ibidem probant Hostiensis, Panormitanus, & imola, ceterum si scrupulum deponant rectè poterunt testificari etiam alijs testibus existentibus, cum iure eis id non sit prohibitum, sic Panormitanus in dicto capite insuper numero secundo, Felinus numero septimo.

53 Expenditur etiam pro illa opinione text. in dict. capite veniens trigesimo octavo, de testibus in fine, vbi canonicis datur facultas testificandi in causa electionis, & assignatur ratio quia gestum in capitulo per alios, quam per canonicos probari non poterat, quasi text. vellet à contrario sensu eam facultatem cessare alijs testibus existentibus. Respondeo tamen, quod Pontifex non adducit eam rationem ad excusandum testificantes in causa Ecclesiæ si quidem ibi canonici testes non erant in causa Ecclesiæ sed in causa electionis inter duos contendentes super Decanatu tendit, ergo ea ratio ad hoc, quod absolutio ad cautelam concedatur canonicis excommunicatis, vt possent esse testes iuxta text. in capite decernimus de sententia excommunicationis libro sexto, cum adductis ab Antonio Gabriel titulo de testibus conclusione decima octava, Cobarruvias in capite alina mater ap. 7. num. 7.

54 Vterius pro illa opinione text. in dicta leg. consensu §. si autem versic. super plagijs, C. de repudijs cum adductis in materia per Surdum consilio 132. num. 9. & num. 71. & num. 72. Flaminio de confidentia beneficii, quæst. 7. num. 73. & quæst. 66. num. 12. Quod etsi vera sit superior doctrina, nobiscum tamen non pugnat: nam loquitur de testibus inhabilibus, & à lege prohibitis, qui non recipiuntur; nisi in aliorum defectum, nos vero loquimur de testibus de vniversitate, qui quidem inhabiles non sunt, neque à lege prohibiti, merito ergo etiam alijs statibus erunt admittendi.

55 Est enim discrimen inter testes, qui prohibentur, & repelluntur omnino, neque interrogari possunt, & inter eos, qui à iure admittuntur, & interrogari valent, licet non sint integra fidei, nec valeant interrogari. In primo enim casu nec testiū qualitas, nec magnus numerus prodesse poterit, cū eorum testimonium iure sit reprobatur: posteriori vero casu procedit text. noster, & idem arbitrio iudicis relinquatur, quanta eis fides sit adhibenda ex dicta lege tertia, §. primo, ff. de testibus, & sic communem dicens probavit Decius in dict. capit. insuper num. 7. Menochius de arbitrarijs casu 106. Farinatus d. illatione 17. num. 538.

56 Neque tandem obstat alia dubitandi ratio supra adducta numero quarto. Fatemur enim domesticos, & familiares non esse idoneos testes ex iuribus dicto numero quarto adductis, & ex leg. decima octava, titulo decimo sexto, part. tertia, cum adductis ab Antonio Gabriel titulo de testibus, conclusione decima, Balasco consultatione quadragesima quinta, Farinatio latissimè de testibus, quæstione 55. per totam. Id tamen procedit in domesticis propriè sumptis, verbi gratia, in illis, quibus ratione patriæ, vel dominicæ potestatis imperari potest à producente, vt pro illis testimonium ferant; secus vero in alijs, qui lato modo dicuntur domestici, quales sunt monachi, vel clerici in causa Monasterij, vel Ecclesiæ, & deponunt in causa eius, qui subijciuntur, & à quo imperari possunt ad ferendum testimonium, quales sunt monachi in causa Monasterij, clerici in causa Ecclesiæ, idemque rectè in testes admittuntur. Sic notavit glossa in dicto capite primo, decimo quarto, quæstione secunda, & relati ab Antonio Gabriel, titulo de testibus, conclusione 10. num. 2.

57 Vterius remanet in text. nostro non levis scrupulus: nam ibi significatur, quod etli de legitima rerum Ecclesiæ alienatione per publicum constaret instrumentum, adhuc tamen potior videbitur contraria probatio facta per testes, quod ex eo dubium redditur non solum, quod in exercendis litibus parem vim habeant testes, & instrumenta lege in exercendis, C. de fide instrumentorum, lege iudicia, C. de reuendicatione, lege scripturas, C. qui potiores: imò plerumque iure nostro prævalet probatio per

instrumenta, lege census decima, lege cum de indubito 25. §. fia. ff. de probationibus, leg. si alterius, C. si minor se maiorem dixerit, leg. fin. C. arbitrium tutela.

58 Indeque orta est controversia, an probatio per testes validior sit, quam illa, quæ fit per instrumenta, vt ad vtranque partem refert Mascardus de probationibus, quæstione sexta numero primo. Pro cuius resolutione distinguendum est: nam vel sumus in casibus, in quibus à iure specialiter à iure desideratur scriptura, de quibus glossa in capite primo, §. postquam de censibus lib. sexto, verbo in scriptis, Balasco de iure emphyteutico quæstione septima. Quo casu præstantior est probatio per scripturam, quam per testes, & sic procedit text. in leg. census, ff. de probationibus cum similibus, si verò sumus in casibus, in quibus scriptura ad probationem non desideratur vna probatio alteram non superat, & sic procedit text. in d. leg. in exercendis, C. de fide instrumentorum, ex relatis à Mascardo dict. q. 6. num. 21.

59 Idem procedit, quando testes, & instrumenta ab vna, & eadem parte producuntur: nam si testes à vna parte producantur, & ab adversa instrumenta, prudenter arbitrabitur iudex naturam, & qualitatem negocij cum multa occurrant, quæ melius testibus, quam instrumentis probantur, qualia sunt ea, quæ percipiuntur visu. Alia vero sunt, quæ melius instrumentis, quam testibus probantur, vt facta antiqua, capite cum causa infra isto titulo de probationibus, & acta iudicialia processus, capite quoniam contra de probationibus: & tunc præstant testes instrumenta, vt notat glossa finalis in textu nostro.

60 Vnde receptum est instrumentum reprobari posse per testes non solum per illos, qui scripti sunt in ipso instrumento, sed etiam per alios vt notari solet, in capite cum Ioannes, de fide instrumentorum glossa fin. per illum text. in leg. cum precibus, C. de probationibus, quod vt explicemus, sciendum est duplicem esse huius rei inspectionem alteram de testibus scriptis in instrumento, alteram vero de illis non scriptis instrumentum impugnantibus.

Ad primam inspectionem.

61 S Vpponendum est, quod ad hoc vt testes instrumento scripti probent contra instrumentum publicum necesse est, quod concludenter deponant: nam etsi hoc in omnibus receptum sit, cap. in præsentia de probationibus, leg. neque natales, C. eod. tit. hoc tamen in casu nostro præcipuum est, Panormitan. in text. nostro n. 7. Iason consilio 13. lib. 3. in versiculo, secundo præ eadem, Alexand. consil. 33. n. 8. lib. 3. & reddere debent sui dicti ratione etiam non interrogati, Felin. in c. cum Ioan. n. 42. de fide instrumentorum, &

constare debet testes esse eosdem scriptos in instrumento, Angelus in leg. prima §. si quis neget, ff. quemadmodum testamenta aperiuntur, Felin. vbi proxime num. 44. Decius consil. 101. num. 2. Fulgosius consil. 79.

62 Nec refert eos testes instrumentales esse omni exceptione maiores, vel non. Corneus consilio 232. in versiculo, *neque etiam obstat, quod testes*, libro primo, Aymon consilio 56. numero nono, rationem addens, quia instrumentales censentur à partibus rogati, & approbati habito respectu ad tempus confecti instrumenti, leg. si quis testibus; C. de testibus: secus verò si postea subisset causa impugnandi testes, Socinus Iunior consilio 189 numero 52. lib. secundo; & consilio 17. num. 15. lib. 3.

63 Quare non probo opinionem Iassonis consilio 124. in versiculo, *sed ad iud.* lib. primo, & alibi sæpè dicentis eò casu testes omni exceptione maiores esse debere, quem perperam sequutus est Baldus consil. 37. lib. primo, Zepola inter criminalia consilio 21. numero quinto, & sexto. Quorum opinio procedere non potest, nisi in alijs præter testes instrumentarios, nisi exceptiones novas patiantur post confectum instrumentum: de his namque de novo supervenientibus, non videtur à contrahentibus fides approbata, sic respondet Alexand. consilio 191. num. 1. lib. 7.

64 Hoc supposito primò dicendum est, quòd quando omnes testes instrumentarij in instrumento adversantur dicentes se non interfuisse, proculdubio reprobatur instrumentum. Probat Baldus in dict. leg. prima, §. si quis neget. ff. quemadmodum testamenta aperiuntur numero sexto, & relati à Cobarruvias lib. secundo variarum capite vndecimo, numero decimo, in versiculo *secunda conclusio*, & fecit text. noster. vbi omnes asserunt nunquam tale quid factum in capitulo, capite tam ex literis de testibus expendo ulterius text. in dicto §. si quis neget, vbi dicitur fidem instrumenti variare, seu vacillare, quando vnus ex instrumentarijs contradicit. Si ergo omnes contradicunt, proculdubio falsum probatur instrumentum, & confirmatur: nam instrumenti fides à testium fide firmatur, vt in authentico de instrumentorum cautela, & fide §. sed et si quis & v. si verò, glossa in leg. generali, C. de tabularijs lib. decimo, Boerius quæstione 118. numero 1. si ergo testes contradicunt, deficit proculdubio fides instrumenti.

65 Dicendum est secundò, quòd quando vnus tantum instrumento contradicit, & adhuc superest integer testium numerus ad illius perfectionem desideratur, verbi gratia, si in testamento octo testes fuerint adhibiti, & vnus contradicit, testamentum non redditur suspectum, cum remaneat integer testium numerus in testamento necessarius, vt advertit Bartol. in dicta leg. prima, dict. §. si quis neget, ff. quemadmodum testamentum aperiuntur num. 2. & num. 7. Bosius

titulo de falsis num. 39. ratio est: tum quia testis ille singularis est: tum, quia eo subducto actus remanet integer, & solemnus.

66 Si verò vnus ex septem testibus, verbi gratia, necessarijs contradicat suspectum redditur instrumentum, & eius fides vacillare dicitur: non verò redditur falsum, ita vt fides instrumenti reddatur infirma, vt præter Bartolum in dict. §. si quis neget, Socinus Senior consil. 213. Afflictis decisione 166. numero quinto, Boerius dict. quæst. 118 numero sexto, probat Cobarruvias lib. secundo variarum cap. 13. num. decimo in dicto versiculo *secunda conclusio*. Hoc verò non procedit, quando de levi præiudicio ageretur: enim casu vno teste contradicente testamenti fides non vacillaret, sic Felinus in capite cum Ioannes de fide instrumentorum numero 51. Boerius dict. quæst. 118. num. septimo. Nec procedit etiam si testis contradicens de mendacio convinceretur, verbi gratia, si ipse dicat se non interfuisse testamento, & alij sex conformiter dicant interfuisse.

67 Dicendum est tertio, quòd quando duo testes instrumento contradicunt, adhuc tamen in eo superest integer testium numerus necesse est, verbi gratia, si in instrumento celebrati contractus adhibiti sint quatuor testes. cum duo interficerent, si duo testes ex illis dicant se nunquam contractui fuisse præsentem: tunc instrumenti fides vacillat ex Bart. in dict. leg. 1. dict. §. si quis neget num. 8. Aymon consilio 56 numero 2. vbi num. 16. refert Baldi consilium 228 lib. 1. dicens, quod si instrumento quinque testes adhibentur, in quo duo sufficerent, si tres contradicunt, instrumentum vacillat. Sequitur Cobarruvias lib. 2. variarum cap. 12. num. 10. versiculo, *secunda conclusio*, & facit text. in leg. optimam, C. de contrahenda, & committenda stipulatione, ratione reddunt, Baldus, & Aymon. Nam vbi testes testamentarij non sunt instrumento examinati, adhuc remanet dubitatio, an si examinarentur, pro instrumento deponerent, & licet præsumi debeat quòd verè deponerent, non tamen tanta debet esse vis præsumptionis, quòd vera probatio ex testimonio duorum illi cedere debeat, & ideo ceteri sunt Boerius dict. quæst. 118. nu. 19. quòd si vnus vel duo ex testibus instrumentum scriptis negarent se interfuisse ceteris tacentibus, vel mortuis etiam si centum fuissent scripti, fides instrumenti vacillat, & devilitatur: nam et si sit præsumptio pro instrumento: nam præsumatur testes mortuos stare pro instrumento tamen cum contrarium probari possit, si duorum testimonio probatur, cessat illa præsumptio. Imò insurgit contraria, quòd si testes viverent pariter dixissent se in instrumento non fuisse præsentem, vt ex multis considerat Boerius dict. quæst. 118. num. 20. Boerius tit. de falsis num. 34. ideoque reprobatur Menochius de arbitrarijs casu 105. opinionem Pauli Castrensis in l. hæredes palam in principio, si de testamentis dicentis, quòd si instrumento descripti

sint sex testes, cum duo sufficiant, si duo contradicant, & reliqui sint mortui, non redditur instrumentum suspectum.

68 Si verò testes, quorum numerus sufficit ad valorem instrumenti, verbi gratia. Duo deponant pro instrumento, & alij duo, vel tres contra instrumentum: tunc instrumenti fides non vacillat. Sic Baldus, consilio 228. libro 2. quem sequitur Cobarruvias dicto capite 12. versiculo, *Secunda conclusio*, Bosius de falsis, numero 32. Aimò, consilio 56. numero. 16. quamvis Alexand. consilio 17. numero 14. libro tertio, & consilio 149. numero 10. libro secundo, quando numerus reprobantium sit multò maior numero confirmantium instrumentum dicat, adhuc instrumenti fides vacillare, Socinus Iunior, consilio 132. num. 5. libro 3. Sed verius est non vacillare iuxta veteriorem Baldi opinionem, dicto consilio 228. què sequitur Boerius dict. quæst. 118. n. 18. Et ratio est: nam eò casu numerus testium perfectus, & forma superest, & ideo licet aliquorum testium adfit cōtradictio, ea tamen tollitur aliorum testimonio deponentium pro testamento.

69 Si verò duo, vel tres instrumentarij testes non negant se interfuisse instrumento, sed solum dicunt memores non esse eorum, quæ in instrumento scripta sunt: tunc proculdubio instrumentum suspectum non redditur, sic Bartol. in dicto §. si quis neget, num. 9. Alexander, consilio 33. num. 22. libro 3. & consilio 88. num. 3. lib. 4. Eo enim casu nihil dicitur contra instrumentum, I. cum precibus, C. de probationibus: at verò, quando testes instrumentarij deponunt contra substantiam instrumenti non negantes præsentem fuisse tempore celebrationis contractus, sed dicentes aliter dictum fuisse, quam scriptum: tunc si duo sunt, vel plures, ita affirmantes falsum, creditur instrumentum. Argumento text. in l. cum precibus, C. de probationibus, & ita Bartol. in dict. §. si quis neget, num. 10. Felinus in dicto capite cum Ioannes, numero 48. de fide instrumentorum.

Ad secundam inspectionem.

70 **A**ltera huius rei inspectio est de testibus in instrumento non scriptis instrumentum impugnantibus, v. g. quando dicunt eo loco, & tempore non fuisse celebratum, vel aliter scriptum, quàm dictum: quo casu. Primo scire oportet testes debere esse omni exceptione maiores, vt expressè firmat Bart. in dicto §. si quis neget, num. 12. Felinus in dicto cap. cum Ioannes, nu. 44. Boerius dicta quæst. 118. num. 14. Cobarruvias, lib. 2. variarum, cap. 13. num. 10. versiculo *Prima conclusio*, Bosius. tit. de falsis, num. 43. nam magna est pro instrumento præsumptio, dicta l.

cum precibus, C. de probationibus ad quam elidendam validissimæ desiderantur probationes: Argumento text. in l. fin. ff. quòd metus causa debent etiam concludentissimè deponere de eodem loco, & tempore, vt probant omnes supra relati.

71 Maior verò huius rei controversia est de numero testium, qui necessarij sunt eorum, qui non sunt instrumentarij ad reprobandum instrumentum: alij dicunt quatuor testes necessarios esse, vt sensit glossa, & alij relati à Menochio, dict. casu 105. num. 38. sed receptius duo sufficere putat Cobarruvias, dict. cap. 13. nu. 11. Menochius, vbi supra, num. 37. Mascardus conclusione 920. num. 9. volumine 2. de probat. nisi aliàs pro instrumento simul cum tabellione esset vnus testis: nam tunc ad eius reprobationes tres desiderantur testes. Sic Cobarruvias, dicto cap. 13. num. 11. Menochius, vbi proxime, num. 43. quamvis securius dicant hoc totum iudicis arbitrio relinqui.

72 Nec minor est iure nostro Regio hæc controversia: nam constat ex l. 115. tit. 18. part. 3. quòd ad reprobandum instrumentum necesse est testes in eo descriptos affirmare falsum esse, eoque esse bonæ famæ, tabellionem verò suspectum notant Villalobos in suis antinomijs, verbo, *instrumentum*, num. 29. Olanus in concordia sua verbo *instrumentum*, num. 29. Imò quatuor testes desiderari omni exceptione maiores, si sint de non scriptis in instrumento: probat text. in l. 117. tit. 18. part. 3. & ibi Gregorius, verbo *Homes*, dicens ibi approbatam esse opinionem glossæ finalis in text. nostro, aliunde verò tres testes sufficere probat text. in l. 32. tit. 11. p. 5.

73 Quare pro solutione, & concordia distinguendum est: nam, vel quis vult reprobare instrumentum contra se productum directè, vel indirectè priori casu distinguendum est: nam, vel vivit tabellio, aut non vivit, & tam ipse, quàm testes instrumentarij concordant pro instrumento, aut contra illum, & tunc instrumento standum est, nisi si pleniori probatione contrarium probetur ex dicto c. cum Ioannes, §. tabellionem, quòd si differant, & tabellio deponat contra instrumentum, neque in contrarium adfit probatio resellitur instrumentum ex dict. l. 115. in principio: si verò adfit in contrarium probatio testium eorum testimonio standum est contra malitiam tabellionis, ex Gregorio ibidem verbo, *no deve valer*.

74 Si verò è contra tabellio sit pro instrumento, & testes contra eum, tunc si cõcordat cum registro, & tabellio sit bonæ famæ, & factum antiquum creditur tabellioni, & non testibus ex dict. l. 115. Quando verò per indirectum reprobatur instrumentum, vt in exemplo dict. l. 117. quatuor testes requiruntur, ex eadem l. 117. vel tres, ex dicta l. 32. quando vero ex præsumptionibus instrumentum de falso redarguitur: tunc iudicis arbitrio standum est ex dict. l. 118. in hac tamen specie desiderantur testes omni exceptione maiores

iores ex dicta l. optimam, C. de contrahenda stipulatione, Cobaruvias, Menochius, & alij iam relati, Paulus Æmilius, decisione Rotæ. 100. 2. part. num. 2. & decisione 279. num. 1. 3. part. & cum his absolvitur textus iste.

S U M M A R I A.

Ad text. inc. Post cessionem,
7. huius tituli de Probationibus.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
- 2 Duplicem partem continet.
- 3 Quanta sit sigilli probatio, n. 4.
- 5 Quando quis alterius scripturam pro sigillo sigillavit, an illam videatur approbare.
- 6 Doctrina purpurati in l. admonendi, num. 177. ff. de iure iurando.
- 7 Sigillum publicum est in duplici forma.
- 8 Quando versamur in pertinentibus ad officium, & super his adhibetur sigillum eo casu nulla desideratur subscriptio.
- 9 Quando sigillum adhibetur his, quæ ad sigillantis officium non pertinent, ulterius desideratur subscriptio.
- 10 Sigillum publicum scripturæ impressum plenam fidem facere.
- 11 Opponitur contra nostrum text.
- 12 Qualiter literis Episcopi possit fides adhibere.
- 13 Fallit in rebus parvi præiudicij.
- 14 Opponitur de generali nostri text. ratione.
- 15 Literæ Ordinarij subscriptæ non tamen sigillatæ censentur privatae, & ideo in præiudicium tertij non probant.
- 16 Opponitur, quod ad hoc ut excommunicatus repellatur excommunicatione, necesse est excommunicationem probare apertissimis documentis, numero 17.

A D T E X T V M

In cap. Post cessionem 7. huius tituli
de probationibus.

- 1 **P**robat textus noster, quod per literas Ordinarij sufficienter probatur, quem esse excommunicatum, & à procuratore repellitur.
- 2 Hæc decisio duplicem continet partem. Prior est, literis Ordinarij standum esse, & plenam fidem facere, cuius ratio deduci-

tur ex illa vulgari regula, qua docemur pro iudice semper esse præsumendum, l. 2. C. de officio civilium iudicum, cap. in præsentia de renuntiatione, ideoque ipsius literis creditur tanquam publico instrumento, cap. statuimus 19. quæst. 3. c. cura 11. quæst. 3. cap. pervenit de fidei iussoribus, l. 14. titulo 5. part. 3. Idque denotant verba nostri textus ibi, *quibus standum donec contrarium probetur.*

3 Pro cuius explicatione scire oportet textum nostrum loquutum esse, quando constat, procuratorem esse excommunicatum per literas Ordinarij sigillatas. Ut ergo res melius explicetur, videndum est, qualis quantaque sit sigilli probatio: ideoque distinguendum est inter sigillum privatum, & publicum. Si enim loquimur de sigillo privato, ut videamus, an probationem, an præsumptionem faciat, oportet aliquos distinguere casus. Primum dicendum est, quod quando hoc privatum sigillum scripturæ confectæ de re propria sigillantis adhibetur, constatque sigillantem proprio sigillo sigillasse, tunc plene constat plenam fidem facere, ut latius scribit Menochius, lib. 2. de arbitrarijs casu 113. à numero 10. dicens, idem operari, quod operatur subscriptio: ostendit namque ea sigillatio perfectionem contractus, ut advertit Baldus in l. contractus in versic. *Sed quæro hic*, C. de fide instrumentorum, Philippus Francus in capite significavit in versiculo, *Et quod privata scripturam*, de appellationibus, Decius in capite secundo ad finem de fide instrumentorum, Riminaldus Senior.

4 Dicendum secundò, quod quando sigillum adhibetur scripturæ confectæ de re propria, & non est proprium sigillantis sigillum, sed alterius, eo casu requiritur, quod exprimat causa à sigillante, ob quam alieno sigillo sigillavit ad hoc, ut faciat plenam fidem, ut notat Innocentius in capite secundo de fide instrumentorum, numero secundo, in versiculo, *Si autem nullum sigillum*, & ibidem Baldus numero 13. Felinus in prima conclusione, & relati ab Antonio Gabriel, libro primo communium, titulo de præsumptionibus, conclusione 4. numero 15. & numero 19. Ratio est manifesta: nam sigillum est variatum & alioquin res dubia redderetur: debet namque scriptura ita sigillari, ut sigillantis persona discernatur, quod fieri non potest, si is, qui videtur alieno sigillo, id non expræferit.

5 Quando verò alterius scripturam quis proprio sigillo sigillavit, dubium est, an illam videatur approbasse, ita ut ex ea maneat obligatus: multi dicunt præsumptionem inferri approbationis actus descripti in ea scriptura. Sic tenent glossa in l. si procuratorem absentem, verbo *intelligendum*, ff. de procuratoribus, & ibidem Paulus, numero 5. Bartolus in l. quæ dotis ad finem, ff. soluto matrimonio, & ibidem Alexand. numero 33. Iasson, numero 94. Anfrerius Ad Capellam Tolosanam, quæst. 24. Marsilius in rubrica, C. de probationibus, numero 321, ea ratione, quod sigillum

idem operatur, quod subscriptio. Romanus, consilio 303. ad finem: alij verò dicunt sigillum semiplenam probationem facere. Sic Albericus in dicta l. si procuratorem in versiculo, *Sed licet privata* Socinus Senior, consilio 258. in vers. *parum facit*, lib. 2.

6 Alij verò dicunt sigillum in ea specie plenam probationem facere, ut sensit Purpuratus in l. admonendi, numero 177. ff. de iure iurando, Aimò de antiquitate temporum, prima parte in 5. particula, numero 44. Antonius Gabriel, titulo de præsumptionibus, conclusione quarta, numero secundo, & numero tertio. Ulterius addentes contrarias adductas opiniones procedere quoad præiudicium tertij, contra quæ solum inducitur præsumptio, vel semiplena probatio, secus verò quoad ad præiudicium eius, cuius est sigillum, contra quem plene probat. Hoc autem valde dubium videtur Menochio de præsumptionibus lib. 2. præsumptione 57. numero 36. & merito: nam aut constat testibus sigillantem sua causa, & nomine sigillum adhibuisse, & tunc plene probat: ea tamen plena probatio potius provenit à testimonio testium, quam ab ipso sigillo, quod si testes non extent, ita ut tota vis probationis à sigillo pendeat, puto quod solum faciet præsumptionem: non enim poterit plus operari sigillum, quam subscriptio, quæ solum præsumptionem facit.

7 Si verò loquamur de sigillo publico, quod princeps, vel magistratus, iudices, vel alij similes utuntur hoc sigillum solet esse in duplici forma: nam aliqui sigilli loco utuntur annullo signatorio, cuius eadem est vis: sicut & sigilli, ut notat Innocentius, in capite secundo, numero tertio de fide instrumentorum, & ibidem Baldus in versic. *Disit Innocentius*, Felinus in versiculo *Dicunt etiã prædicti*, Antonius Gabriel, dicta conclusione 4. numero 23. Aliquando tamen hæc sigilla habent sculptas aliquas singulares imagines, quibus nemo alius utitur, quorum meminit Alexand. ab Alexandro, lib. secundo genialium, capite 19. Bertachinus in tractatu de Episcopo, libro tertio primæ partis, num. 43. Castaldus de Imperatore, quæstione 47. numero 5. nullum tamen est discrimen inter huiusmodi sigillū, uterque enim æque probat.

8 Hoc supposito dicendum est primò, quod quando versamur in pertinentibus ad officium, & super his adhibetur sigillum eo casu nulla desideratur subscriptio, ut communiter probant Doctores ex Innocentio in dicto capite secundo, de fide instrumentorum, Baldus in Rubrica, C. eodem, numero 40. Guidus Papa, quæstione 175. unde declaravit Rota, decisione prima, & decisione decima, sub tit. de probationibus, sigillum Episcopi absque aliqua subscriptione Notarij, vel testium plene probare: Imò & Rota, decisione septima sub titulo de officio delegati in antiquis resalvat sigillo executoris sine subscriptione, & testibus fidem adhiberi, quod quis acceptaverit

beneficium: idque probat Decius ex textu in capite primo, 18. distinctione, cap. si Episcopo, 75. distinctione, capite non debet, capite cum inter de electione, capite inter dilectos, de fide instrumentorum, capite, si canonici de officio Ordinarij, libro sexto, & is casus etiam procedit in officio delegati, ut in textu nostro scribit Decius, numero decimo.

9 Quando verò sigillum adhibetur his, quæ ad sigillantis officium non pertinet ulterius desideratur subscriptio, vel Notarij, vel testium, ut Decius advertit in textu nostro, numero undecimo, in versiculo, *Secunda conclusio*, Baldus in Rubrica, C. de fide instrumentorum, numero quadragesimo, & in casu loquitur Guido Papa, dicta quæstione 175. & quæstione 481. Socinus Senior, consilio 257. libro secundo, in versiculo, *Tertio etiam respondetur*, dicentium, eam subscriptionem esse necessariam: loquuntur enim quando adhibetur sigillum in his, quæ ad sigillantis officium non pertinent, & ratio est, quia dum publicum sigillum terminos egreditur suæ auctoritatis, non amplius publicum, sed privatum appellatur: auctoritas enim sigilli restringitur ad causam, & officium ad quod fuit ordinatum, ut in textu nostro probant formaliter Baldus, & Aretinus: unde Baldus ipse in capite significavit, de appellationibus notabiliter docet, quod custos arcis non potest tuto restituere arcem ei, qui venit cum sigillo domini: nam sigillum non est ordinatum ad illum actum. sequuntur ibidem Butrius Abbas, & Francus, Bertachinus, in tractatu de Episcopo, libro tertio primæ partis, numero trigesimo quinto.

10 Constat ergò sigillum publicum scripturæ impressum, plenam fidem facere, idque receptum testantur omnes, communiter in dicto capite secundo, de fide instrumentorum, Salicetus in leg. si qua per calumniam, C. de Episcopis, & clericis in versiculo, *quære generaliter*. Antonius Gabriel libro primo titulo de præsumptionibus conclusione quarta, numero 27. Bertachinus de Episcopo libro primo tertie partis, numero vigesimo quarto.

11 Sed his omnibus, & conclusioni textus nostri non leviter advertatur, nam viva voci plus creditur quam mortua authentico de instrumentorum cautela, & fide, §. si verò tale collatione sexta: at iudici, aut Episcopo aliquando viva voce aliquid asserenti non creditur, capite si tatum, capite placuit sexto, quæstione secunda, capite quoniam contra, infra isto titulo, capite cum à nobis vigesimo octavo, capite cum tu, decimo sexto de testibus. Imò nec dicto uniuscuiuscunque honoris, iure nostro standum est, capite licet ex quadam, capite licet univèrsis de testibus leg. iuris iurandi, C. eodem titulo. Ergo multò minus voci mortuæ, scilicet literis Episcopi standum erit.

12 Huius argumenti occasione controversum est, qualiter literis Episcopi fides possit adhiberi

hiberi, in qua quaestione varias opiniones referunt Doctores. Et tandem glossa nostra distinguit iater iudicialia, & extraiudicialia, vt in iudicialibus literis Episcopi non credatur, secus vero in extraiudicialibus, in quibus inquit glossa nostri textus regula procedit: hanc tamen glossa doctrina nullo modo defendi potest: nam in textu nostro de iudicialibus agitur, quare facile respondeatur ex dictis supra à numero octavo cum sequentibus. Primò enim certum est literis Ordinarij, vel Episcopi, etiam sigillo autentico sigillatis regulariter non credi, nisi vterius habeant testium subscriptiones, vt rectè docent in textu nostro Calderinus, & Panormitanus, numero quinto, do cet communem Felinus, numero tertio, Decius, num. 7. per textum in capite primo de procuratoribus.

13 Fallit tamen in rebus parvi præiudicij, vt in specie nostri textus vbi agebatur de excommunicatione ad effectum repellendi procuratorem, verbi gratia, quando vt in textu nostro opponitur excommunicatio in vim dilatoria, tunc namque literis Episcopi creditur, docet communem Aretius in præfenti, numero vigesimo, Decius numero decimo tertio, Felinus numero duo decimo.

14 Sed obijci potest textus nostri rationem generalem esse, & omnes casus comprehendere, sed respondetur, quòd ad vitandam iurium repugnantiam venit restringenda ad speciem causarum leuium, de quibus loquitur textus noster, vt sæpè fit: argumento textus in capite secundo de exceptionibus.

15 Vterius, vt iam diximus, literis sigillatis

absque testibus creditur in his, quæ pertinent ad sigillantis officium: secus verò in alijs extra officium, vt in præfenti notant Felinus, numero sexto. Decius, numero vndecimo. Literæ verò Ordinarij subscriptæ, non tamen sigillatæ censentur privatæ, & idè in præiudicium tertij non probant, sed solum contra scribentem, vt ibidem advertit Felinus, numero decimo octavo. Argumento textus in l. Publica, §. finali, ff. de positi, nisi adfit contraria consuetudo. Sic Decius ibidem, numero duodecimo, de quo plura videndus Montes de la Cueva, decisione duodecima Regni Aragoniæ.

16 Sed iterum obijci potest: nam ad repellendum excommunicatum à iudicio necesse est excommunicationem apertissimis provare documentis, capite primo, verficulo si quis, de exceptionibus, libro sexto. At literæ Ordinarij, de quibus loquitur textus noster, non sunt apertissima documenta, capite quoniam contra, infra scripto titulo, dicto capite cum à nobis, dicto capite, cum tu, de testibus: non ergo videtur sufficiens probatio ad repellendum à iudicio procuratorem.

17 Respondetur tamen fatendo maiorem, & negando minorem: nam procurator tempore constitutionis excommunicatus, præsumitur excommunicatus, donec probetur absolutus. Sic Ancharranus in textu nostro, numero 4. Decius notabili tertio, vnde in hac specie literæ Episcopales erunt documenta legitima, meritò ergò in textu nostro procurator à iudicio repellitur, & sic absoluitur testis noster.



SUMMA

SUMMARIA.

Ad tex. in cap. præfentia 8. hoc tit. de probationibus.

- 1 **D**IVISIO proponitur nostri text. & eius conclusio.
- 2 Dubitandi ratio, num. 3. 4. 5. 6. & 7.
- 3 Authores qui disputant materiam nostri text. adducuntur, proponitur conclusio nostri text.
- 4 Obijciuntur aliqua contra conclusionem, num. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.
- 5 Nonnulla pro intelligentia nostri text. proponuntur.
- 6 Quid sit vulgaris substitutio.
- 7 Substitutio de qua loquitur noster text. non est intelligenda in legitima, qua filio competeat iure Digestorum, & Codicis.
- 8 An filius gravatus ultra legitimam possit deducere quartam Trebellianicam, num. 20. & 21.
- 9 Intellectus argumenti Othomani.
- 10 Quid servetur iure Digestorum, & Codicum in de tractione hac quaest. num. 24.
- 11 Adducitur Zenonis testimonium in leg. in bemus, C. ad Trebellianum.
- 12 Simul, & eodem tempore legitima, & Trebellianica non est admittenda.
- 13 Hodie de iure Regio quid servandum sit.
- 14 Explicatur consilium Bald. 94. lib. 2.
- 15 Conditio, si sine herede decesserit, idem est, ac si diceret, sine filijs.
- 16 Beroius num. 479. varias conclusiones adducit ad nostrum textum.
- 17 Convincitur supra dicta decidendi ratio ex tex. in authent. de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc.
- 18 Non obstant verba nostri text. ibi sine herede.
- 19 Per ingressum monasterij testamentum antea factum non rumpitur.
- 20 Alia decidendi ratio adducitur, num. 35.
- 21 Reprobatur supra decidendi ratio adducta ad nostrum textum.
- 22 Vera decidendi ratio adducitur.
- 23 §. Sed & hoc præfenti.
- 24 Falsa doctrina Alciati redditur in leg. Gallus, §. & quod se tantum, num. 7. ff. de lib. & posth.
- 25 Nostri text. conclusio procedit in casu dubio, non verò quando constat de voluntate testatoris.
- 26 Respondetur ad §. sed & hoc præfenti.
- 27 Respondetur ad tex. in leg. Titie, si non nupserit 99. ff. de conditionibus, & demonstrationibus n. 43.
- 28 Conditio apposta in maioribus, quod religiosus, vel monachus non succedat, quomodo est intelligenda.
- 29 An nostri text. conclusio procedat, quando substitutus est alius testatoris filius, num. 46.
- 30 An sit spectanda mors naturalis, vel sufficiat professio ad hoc, vt substitutus excludatur.
- 31 Quid, quando religio est bonorum capax.
- 32 Respondetur ad argumenta in contrarium adducta.
- 33 Conditio debet adimpleri in forma specifica.
- 34 Doctores ad videndum, qualiter conditio si sine liberis decesserit verificatur, disputare solent varias quaestiones, num. 52. 53. 54. & 55.

- 56 Adoptivus filius non excludit substitutum.
- 57 An filij naturales faciant deficere conditionem, si sine liberis, num. 58.
- 59 Intellectus, §. si quis rogatus, num. 60.
- 60 Leg. generaliter, §. cum autem, C. de inst. & subst.
- 61 Quid dicendum sit de legitimatis per principis rescriptum.
- 62 Quid de legitimatis per subsequens matrimonium.
- 63 Respondetur ad secundum argumentum supra adductum.
- 64 Compendiosa substitutio facta à milite verbis directis intra pubertatem, valet vt directa pupillaris post pubertatem, num. 66.
- 65 Non obstat supra adducta, num. 12.
- 66 Hereditas non adita non transmittitur.
- 67 Respondetur ad quartum argumentum.
- 68 Respondetur ad ultimum argumentum.
- 69 Explicatur leg. 61. Tauri.
- 70 Non obstat tex. in leg. omnes 17. §. Lacius, ff. qua in fraudem creditorum, num. 73.
- 71 Respondetur ad fundamenta Bart.
- 72 Donatio omnium bonorum est contra bonos mores.
- 73 Concilium Tridentinum Sessio. 25.
- 74 Respondetur ad argumentum adductum supra n. 18.

AD TEXTVM.

In cap. Præfentia 8. hoc titulo de probationibus.



ELEBRIS est huius text. decisio, & quæ inter omnes huius tit. principem obtinet locum, & idè antequam conclusionem tex. proponamus, necessariū duximus literam explicare, quæ in tres partes dividitur. In prima quæ est in principio, proponitur facti, & processus narratio: in secunda quæ est in versic. dilectus, proponitur auditoris definitio: in tertia quæ est in vers. nos proponitur definitionis confirmatio à Pont. facta. Quæstio ergo versabatur in text. nost. inter duos fratres cuiusdam testatoris defuncti ex vna parte, & monasterium ex altera parte. Dicti ergo fratres coram Cardinali Auditore proponebant, quod defunctus frater suus testator in testamento suo Martinum filium, quem in potestate habebat heredem instituit, eumque gravavit, vt si sine liberis moreretur, ad ipsos fratres bona hereditaria testatoris devolventur. Monasterium bona illa possidebat, eò quòd filius hæres institutus ingressus fuerat monasterium: petebant monasterium compelli ad illorum bonorum restitutionem: ex parte monasterij dicebatur, fratres ipsos compellendos esse bona omnia Martini restituere monasterio, eò quòd ipse se, & sua Deo obtulerat per ingressum religionis. Replicabant fratres etiã Martinum tempore professionis minorem fuisse, & fervore infirmitatis emisisse votum, quod postea in salute revocavit, & idè cum decessisset sine liberis ad ipsos devoluta esse bona hereditaria ex dispositione testatoris. Monasterium verò respondebat, quod etsi prædictus Martinus recessisset, postea verò ingressus est, vnde cum bis se, & sua monasterio

rio dicaverit, nec ex aduerso probetur vtrumq; ingressum tempore minoris ætatis factum debuit obtinere monasterium, nam si primi ingressus tempore minor fuit, tempore secundi potuit esse maior, præcipue nam verbū illud *minor*, potest duobus modis intelligi, aut de minore 25. aut de minore 14. annis, vnde verbū *minor*, non nocebat monasterio; nam si ipse Martinus minor 25. annis, & maior 14. annis monasterio se obtulisset, valebat oblatio: neque intelligendum erat Martinum sine liberis decessisse, qui monasterium hæredē habebat, vnde auditor Cardinalis sententiam protulit à Pontifice confirmatam in favore monasterij.

2 Hæc est nostri textus litera pro cuius explanatione antequam principalem conclusionem proponamus, primò scire oportet, difficile esse in litera textus, qualiter petitio fratrum, & libellus procedere potuisset, hi namque tanquam fideicommissarij generaliter petebant bona Martini sibi restitui, & iure nostro libellum generalē admittendum non esse cautum est cap. 2. de libelli oblat. leg. fin. C. de annali exceptione, quare cōmuniter Doctores intelligunt fideicommissarios egisse fideicommissaria hæreditatis petitione: in qua cum iudicium vniuersale sit, admittitur libellus incertus, & generalis, leg. 1. & per totum, ff. de fideicommissaria hæreditatis petitione, vt in alia quacunque petitione hæreditatis, leg. item videndum, §. fin. cum leg. seq. ff. de petitione hæreditatis, est enim hæc actio vniuersalis.

3 Sed quamvis hæc interpretatio communis sit, ex eo vincitur, nam fideicommissaria hæreditatis petitio competere non potest, nisi illis, quibus saltim verbaliter restituta est hæreditas: vt in leg. 1. ff. de fideicommiss. hæreditat. petitione: at in text. nostro nulla fuit fratribus substitutis facta restitutio hæreditatis, ergo illis talis actio competere non potest. Respondet Bald. in præsentis n. 3. quod de æquitate canonica etiam ante verbalem restitutionem talis actio competit, sed hoc est valde difficile, cum tam notabilis differentia inter ius civile, & canonicum non sit temere constituenda. Respondet ergo Aretin. quod in præsentis restitutio hæreditatis necessaria non erat, vt sic substituti fideicommissaria hæreditatis petitione agere potuissent: nam hæres gravatus bona restitutioni subiecta non poterat alienare, ea tamen alienavit, dū se, & sua monasterio obtulerat; quo casu limitatur regula text. in leg. restituta 37. ff. ad Trebel. nam facta alienatione ab hærede, qui alias restituere tenebatur, restitutio ipso iure facta censeatur: argum. text. in leg. fin. §. fin. autem, C. communia delegatis, cum docet fideicommissarium res alienatas fideicommissi posse etiam à tertio possessore vindicare, quod fieri non posset, nisi earū rerum dominus esset.

4 Sed facilius respondetur, quod in præsentis à Pōtific. expressū nō fuit qua actione agerent fideicommissarij contra monasterium: nam de hoc non erat dubitatio, sed probabile est fideicommissarios

in præsentis actione ex testamēto egisse, quia illis impleta conditione, & Martino sine liberis decedente, competere potuit aduersus hæredem argu. text. in §. hæres instituta de obligat. quæ quali cōtractu, leg. apud Iulianum 3. §. fin. ff. quibus ex causis in possessionem eatur, le. si quis sentis, §. hæres, ff. de actionibus, & obligat. vnde iuxta hunc sensum rectè potuit sustineri libellus generalis.

5 Secundò dubitāt interpretes in litera textus nostri qualiter Martinus minor in specie textus nostri potuisset bona sua alienare cum esset minor, & immobilia sine decreto iudicis alienari nō possunt, l. si prædium, l. si quidem, C. de prædij l. lex, quæ tutores, C. de administratione tutorum. Sed facile respondetur, nam regula generalis habet celebrem limitationem, vt non procedat in ore in religionem ingresso, quo casu sine decreto iudicis potest omnia bona sua donare, in monasterium transferre ex Baldo in præsentis n. 30. Abbate nu. 20. Decio n. 50. Beronio 14. Ratio deducitur; nam hæc donatio, quæ fit monasterio, quasi per viam vltimæ voluntatis facta censeatur, arg. text. in leg. deo nobis, C. de Episcopis, Clericis, & ideò nulla desideratur solēnitās. Tur etiam: nam talis donatio censeatur facta in contentiam personæ, vt in authēt. ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesijs, sicut etiam apparet in minore, qui se in abrogationem dedit, vt probat text. in principio inst. de acquisitione per arrogationem.

6 Tertio dubitant Doctores circa literam textus nostri: nam monasterium fundabat suam intentionem in maiore ætate Martini, & consequenter debatur dicendum, quod debuisset illam probationem: vt in leg. de ætate 44. leg. minor 33. ff. de minoribus. In qua difficultate varias cumulat Doctorū opiniones Menochius de præsumptionibus lib. 2. præsumptione 50. Sed tandē resoluta questione in eo consistit dubitatio, vt videamus in minore, vel maiore ætate præsumenda sit, & consequenter intelligamus, cui incumbat onus probationis ætatem. Et quamvis Menochius vbi supra affirmet quemque maiorem esse præsumendum actu ab eo celebrato, ego verius puto, nec maiorem nec minorem ætatem præsumi, sed qui fundat se in maiori, vel minori ætate, eam probare debere ex relatis à Mascardo conclusionem 313. n. 14. & conclusionem 663. Vnde in specie huius textus monasterium non fundabat suam intentionem in maiore, vel minore ætate, sed in oblatione Martini. Quare cum aduersa pars fundaret suam intentionem in eo, quod ingressus fuit in minori ætate, debuit minorem ætatem concludenter probare, leg. cum te, C. de probationibus, & docentur numeri relati à Paciano lib. 2. de probationibus cap. 24. num. 4.

7 Quarto dubitant Doctores circa literam textus qualiter obligari potuit ex voto servitio infirmitatis emisso, & iusto timore mortis, vt in cap. prorectum de regularibus, quod vt intelligatur scire debes votū metu gravi factum nō obligare, cap.

cap. 1. de his quæ vi, metu, & causa fiunt, capite preses 20. quæst. 3. & declarat Soto de iustitia, & iure lib. octavo, quæst. 2. articulo 1. & copiosè Suarez de Religione tomo secundo, lib. 1. de voto cap. 7. 8. & 9. Hæc verò doctrina procedit quoties metus ab alio infertur per iniuriam ad effectum extorquendi votum; sed hoc diversum est omninò in metu intrinseco, quod ab alio non infertur, sed solum intrinsece patitur, quo casu votum valet: non enim sit metus ad effectum extorquendi votum, vt in specie nostri text. & in dict. cap. prorectum, & docet copiosè Cobarruias in quarta, secunda parte capite tertio, §. quarto numero 16.

8 Quibus sic breuiter præmissis circa explanationem nostri textus deveniendum est ad conclusionem principalem, de qua præter ordinarios in præsentis latè disputant Doctores in authentica nisi rogati. C. ad Trebellian. & in authentica ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesijs, Cobarruias lib. 1. variarum cap. 19. Menoch. de præsumptionibus lib. 4. cap. 83. Caldas, denominatione emphiteutica, quæst. 16. Thesaurus in Pedemontanis decisione 163. Esforcia de compendiosa substitutione 6. p. art. 6. & relati ab Alfano collectanea 463.

Est ergo nostri textus conclusio: *Si rogatus restituere hæreditatem, si sine liberis moreretur, religionem ingrediatur, evanescit fideicommissum, & hæreditas ad monasterium pertinet.* Idem probat textus in authentico de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc præsentis, collatione 9. & in dict. authentica ingressi, & in dict. authent. nisi rogati, C. ad Trebel. leg. 17. tit. 1. par. 6.

9 Sed contra primo dubitationem movet: nam in specie nostri text. conditio *si sine liberis decesserit*, impleta videtur, ergo debuit hæreditas ad substitutos pervenire, non ad monasterium. Probatur, nam hæc conditio, *si sine liberis decesserit*, iuxta testatoris mentem; & verborum proprietatem in forma specifica debuit adimpleri: vt probat textus in l. qui hæredi 44. l. Mebius 54. ff. de condit. & demonstrat. at illa conditio, *si sine liberis decesserit*, iuxta proprietatem verborum, & in forma specifica verificatur in solis filijs legitimis, & naturalibus, leg. cum avus 102. ff. de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, leg. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut. leg. fin. C. de his, qui veniam ætatis impetrarunt, ergo in monasterio non verificatur, & consequenter hæreditas ad substitutos pertinere debuit, non ad monasterium; sic enim videmus etiam, quod illa conditio, *si sine liberis decesserit*, non adimpletur in filio adoptivo: quia non est verus, sed fictus filius l. fideicommissus 75. ff. de condit. & demonstrat. leg. si ita quis, §. 1. in fine, ff. delegatis 2. ergo idem est dicendum de monasterio, quod etiam filius fictus est sicut adoptivus.

10 Secundò obijcitur: nam illa substitutio, vt bona ad substitutos devolvantur hærede sine liberis decedente, est omninò compendiosa, ita

vt si fiat à pagano filio impuberi per verba communia intra pubertatem valet iure directo, vt pupillaris, post pubertatem verò valet, vt fideicommissaria, leg. Centurio 15. ff. de vulgari, leg. precibus, C. de impuberum, cap. si pater de testamentis lib. 6. at substitutio, de qua loquitur text. noster à pagano facta fuit filio impuberi, & per illud verbū commune *devoluerentur*, ergo filio in monasterium ingresso, & sic sine liberis decedente intra pupillarem ætatem, succedere debebant substituti fratres ex directa pupillari, post pubertatem verò ex fideicommissaria, & consequenter nec illo casu potuit succedere monasterium.

11 Et confirmatur: nam monasterium per ingressum hæredis non aliter poterat ad illam hæreditatem admitti, quam si substitutio illa, *si sine liberis*, expirasset prius, sed hæc substitutio non expirat per ingressum monasterij ex authentico de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc præsentis collatione 9. ergo nec in specie huius text. potuit expirare, & consequenter, nec monasterium admitti.

12 Tertio obijci potest: nam hæreditas nondum adita ad hæredes transmitti non potest, leg. emancipata, C. qui admitti, l. quoniam sororē, C. de iure deliberandi, l. vnica §. in novissimo, C. de caducis tollendis, at ex text. nostro non obstat Martinum hæreditatem adijisse, aut se bonis immiscuisse paternis, ergo eam hæreditatem nō potuit ad monasterium transmittere.

13 Quarto obijci potest: nam bona restitutio in subiecta, & fideicommissio gravata nullo modo alienari possunt authen. res quæ, leg. fin. §. sed quia, C. communia delegatis, sed bona defuncti testatoris ad Martinum delata, erant restitutioni subiecta, & fideicommissio gravata, ergo non potuit illa ad monasterium transferre.

14 Quintò obijci potest: nam donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum quasi bonis moribus contraria, & auferens liberam testandi facultatem iure nostro improbata est, l. omnes 17. §. Lucius, ff. quæ in fraudem creditorū, l. si libertus 16. §. si quis versu. magis, ff. de iure patronatus, l. stipulatio 61. ff. de verbo. oblig. vbi copiosè Bart. & antiqui omnes, at in nostro text. omnium bonorum fuit à Martino facta donatio, ergo non potuit valere.

15 Quod fortiter confirmatur, nam Martinus in specie nostri text. nullam fecit professionem, sed absque illa se, & sua Deo obtulit, ergo nō fuit verus religiosus, & ita non potuit succedere monasterium etiam ex tali donatione bonorum arg. text. in cap. statuimus de regularibus, & in cap. si religiosus 17. de electione lib. 6.

16 Quibus non obstantibus verissima est superior conclusio. Pro cuius explanatione, nonnulla sunt memoria tenenda clarioris doctrinæ gratia. Primò scire oportet sex esse substitutionum species, vt ex multis agnoscunt interpretes in rubrica de vulgari, & copiosè Esforcia in tractatu de substitutionibus in principio; Pe-

trus Gregorius tertia parte symtag. lib. 42. cap. 11. Costa in cap. si pater in principio de testamētis lib. 6. & relati à Pichardo in rubrica de vulgari a numero 70. videlicet vulgarem pupillarem, & exemplarem, reciprocā, compendiosā, fideicommissariam quamvis pupillarem, & vulgarem veras esse substitutiones probat Donelus in rubrica, C. de impuberum numero 12. aliās verò substitutiones appellari doctrinæ gratia, nam de fideicommissaria latè disputant interpretes, an sit vera substitutio; & obtinuit post longam disputationem, non esse substitutionem, vt resolvunt relati à Pichardo vbi suprā numero 72. Sed ego eam quæstionem nominis tantum esse puto, & omnino superfluum: nam omnia argumenta, quibus probant Doctores fideicommissariam non esse substitutionem, solum concludunt non esse directam.

17 Prima ergo species est vulgaris substitutio, & est illa, quæ à quolibet fieri potest, & concipitur his verbis: *Lucius hæres esto, & si Lucius mihi hæres non sit, Paulus hæres esto*: de qua agitur in lege prima, ff. de vulgari. Pupillaris est, quæ solis filijs in potestate impuberibus fieri potest, & concipitur his verbis: *Filius meus impubes hæres esto, & si hæres erit, & si intra pupillarem ætatem decesserit, Titius hæres esto*. De qua tractatur in lege secunda, ff. de vulgari. Exemplaris est, quæ ad exemplum pupillaris humanitatis ratione introducta est, sicut enim per pupillarem substitutionem filio, qui propter defectum ætatis testari non potest, prospicitur, ne decedat intestatus; sic etiam per exemplarem filio, qui propter mentis defectum testari non potest, providetur, & concipitur sicut pupillaris nulla facta pubertatis mentione, sed solius furoris, de qua in l. ex factō 43. ff. de vulgari, & in leg. humanitatis, C. de impuberum, §. qua ratione. Instituta de pupillari. Reciproca verò substitutio appellatur, in qua sub vna verborum conceptione, plures comprehenduntur instituti sibi invicem substituti, veluti: *Paulus hæres esto, Ioannes hæres esto, vosq; invicem substituo, vel Titius, & Mævius hæredes mei institui, substituti invicem mihi hæredes sunt*. De qua in leg. Lucius 45. ff. de vulgari quam substitutionem, etsi nonnulli breviloquam dicant à Iurifconsultis, tamen reciproca appellatur, lege iam hoc iure quarto, ff. de vulgari. Compendiosa verò substitutio est, quæ sub conditione mortis, vel alia plura tempora complectitur, de qua latè disputat Bart. in leg. Centurio 15. ff. de vulgari, vbi gratia, si testator dixerit: *Filius meus hæres esto mihi, & quodcumque decesserit, vel si decesserit sine liberis fratres meos substituo, vel bona ad fratres meos perveniant, vel devolvantur*. Quo casu si filius hæres esse noluerit, fratres substituti succedunt ex vulgari: si verò sit hæres, vel adhuc impubes decesserit, succedunt fratres ex pupillari, nam adita semel hæreditate expiravit vulgaris, leg. secunda, ff. de vulgari, si verò decesserit in furore filius post pupillarem ætatem succedunt fratres

exemplari substitutione, & dict. leg. humanitatis. Si verò post pubertatem moriatur filius in furore, succedunt fratres ex fideicommissaria, lege precibus, C. de impuberum, & ita comprehendit vulgarem, pupillarem, exemplarem, & fideicommissariam, vt advertit Bart. in dict. leg. Centurio 11. Iason num. 24. Ripa numero 64. Alciatus numero 58. Cobarruvias in cap. Reinuncius de testamentis §. 9. & relati à Peregrino de fide. articulo 24. numero secundo. Vnde cum in specie huius textus Martino fratres testatoris fuissent substituti, si ille sine liberis decesserit dicendum est substitutionem, de qua loquitur text. noster, esse compendiosam, cum comprehendat tempora vtriusque substitutionis, & ante, & post pubertatem conditione mortis. Erant ergo qui dicunt directam fuisse substitutionem in hoc textu: nam cum testator miles non fuerit, non potuit illa substitutio facta filio impuberi post pubertatem iure directo valere, leg. verbis civilibus, leg. in pupillarem 14. ff. de vulgari §. si in de pupillari.

18 Secundò, pro maiori explicatione sic oportet, substitutionem, de qua loquitur textus noster, non esse intelligendam, quoad legitimam, quæ filio ex bonis testatoris debebatur, quæ iure Codicis, & Digestorum erat quarta pars bonorum defuncti, leg. Papinianus octavo §. quarta, ff. de inofficioso testamento, leg. cum quæritur, leg. parentibus, l. ex tribus, C. eodem iure verò noviori authenticorum aucta est legitima, vt contineret tertiam partem bonorum, verbi gratia, si quatuor essent filij, legitima esset triens, si verò plures, esset semis, id est, dimidia pars totius hæreditatis, authentico de triduo & semisse §. 1. collatione 3. authentica novissima, C. de inofficioso, & observat Fachineus libro quarto controuersiarum capite decimo octavo, quod iure regio abrogatum est, quo cavetur omnia bona paterna legitimam filiorum esse, ex toto quinto bonorum, de quo potest pater disponere ad libitum, etiam in præiudicium prolis, ex collatione textus in leg. 10. Tauri, & ostendit Rodericus Suarez in leg. quoniam in prioribus, C. de inofficioso, Molina Theologus de iustitia & tractatu secundo, disputatione 158. in ea ergo legitima pater non potest vllum gravamen imponere filio, dict. leg. quoniam in prioribus authenticis de hæredibus, & Falcidia §. primum, & que collatione 1. & ideò neq; in illa potest fideicommissum admitti, l. ex hærede 41. §. cum filius ff. de vulgari, leg. vnum ex familia, §. sed si fuerit ff. delegatis secundo. Quare meritò receptum substitutionem fideicommissariam quoad legitimam esse recipiendam omninò, vt advertit Suarez vbi suprā limitatione prima numero tertio, & ideò si Martinus restitueret hæreditatem, proculdubio, esset legitima deducenda, nam in filio non potest gravari, capite Reinaldus, vbi ostendit *dilectus filius, de testamentis*, vbi ostendit

19 Sed illud est difficilius, an dato, quòd bona testatoris ex vi fideicommissi essent substitutis restituenda, posset filius gravatus ultra legitimam quartam Trebellianicam deducere, & consequenter vtraque quartam sibi retinere, scilicet legitimam, & Trebellianicam. Et partem affirmativam probat tex. in cap. Reinuncius de testamētis iuncto cap. Reinaldus, eodem tit. cap. si pater, eodem tit. lib. 6. quæ iura vulgò pro hac sententia vti expressa allegantur, & procedit optima ratio: nam legitima, & Trebellianica ex diversis rationibus, & iure procedunt, legitima ex iure naturali, Trebellianica ex Trebelliano. Quare vnus detractio alterius detractio non debet impedire, argumento text. in l. in quartum 9. ff. ad l. Falcidiam ibi enim prælegata in Falcidiam non imputantur, quæ ab hærede detinentur testatoris beneficio, Falcidia verò legis autoritate retinetur, ideòque filius gravatus Trebellianicam detrahit vt hæres, legitimam verò vt filius: facit etiā tex. in l. pater filiam 14. ff. ad l. Falcidiam ibi: *Falcidiam quidem iure hæreditario, dotem autem iure proprio filiam habituram respondi, quia dos in hæreditate patris non inveniretur*. Sicut etiam legitima non invenitur in hæreditate patris: quare non est mirum quod si vtriusque gerat vicem, vtriusque simul possit consequi emolumentum. Et facit text. in l. tutorum 22. ff. de his, quibus vt indignis. Duplex ergo detractio conceditur ex duplici deducendi causa. Quam doctrinam, etsi receptum sit solo iure Pontificio procedere, vtroque iure veram esse acerrimè contra Othomanum defendit Fachineus lib. 5. contro. cap. 2. Cobarruvias in dict. cap. Reinuncius, §. 11. Gailius lib. secundo observat. cap. 121.

20 Sed contra hanc doctrinam iure canonico comprobata consurgunt Othomanus quæstionum illustrium, capite vigesimo quinto, Matheacius de via, & ratione iuris, libro secundo capite vigesimo quinto, Cuiacius lib. octavo observation. capite tertio, Goveanus ad titulum, ff. ad leg. Falcidiam in præfatione, Donel. lib. septimo comment. cap. trigesimo. Anton. Fab. de erroribus pragm. decade 11. capite septimo, Osualdus ad Donel. dict. cap. 30. litera K. & ex antiquis relati à Costa in dict. cap. si pater verbo. *absque deductione*, num. 3. intrepidè asserentes filium gravatum vnicam tantum quartam deducere posse: imò, & Othomanus ausus est dicere Pontifices inique vtriusque quartæ detractioem induxisse. Moventur ex reg. textus in leg. filium, quæ habentem, C. familiae erciscundæ ibi, *super quartam habens reddere compellatur*, & ex textu in leg. iubemus, C. ad Trebellian. ibi, *retenta quarta dodrās restituatur*, & in lege prima, §. interdum, ff. si cum plusquam per leg. Falcid. sumpto argumento de legitima patroni ad legitimam filiorum. Quare multi probabiliter putant, quod & si iure canonico filius gravatus fideicommissi possit vtramque quartam retinere, non verò iure civili ex dictis iuribus. Alij verò dicunt distinguendum esse

se, an filius sit fideicommissi gravatus purè, an sub conditione, ita vt in primo casu vnam tantum possit quartam detrahare: nam vtriusque detractio eodem tempore non potest habere locum, ex dict. l. iubemus. In secundo verò casu non concurrunt vtriusque detractio simul, nam legitima statim detrahitur, in qua gravari non potuit filius, at vero existente die, vel conditione Trebellianicam detrahit. Quam distinctionem agnoscunt relati à Cobarruvias in dict. cap. Reinuncius, §. 11. num. 5. Gomecius in dict. l. Tauri, num. 80. sed concurrens nam text. in dict. leg. filium, quæ habentem, cum similibus negant duplicis quartæ detractioem, etiam in fideicommissi conditionali.

21 Quare verius puto hodie iam post novam constitutionem textus in leg. quam in prioribus, C. de inofficioso, nullam esse differentiam inter ius civile, & canonicum, sed vtroque iure vtriusque quartæ detractioem admittendam esse. Nā hodie filius nullo modo potest in legitima onere fideicommissi gravari, & ante restitutionem hæreditatis retinere potest legitimam, quia non est restitutioni obnoxia, at vero ex residuo bonorum, in quo gravatus est poterit detrahare Trebellianicam. Neque obstat tex. in dict. l. iubemus cum similibus: nam ea iura procedunt secundum ius antiquum ante Iustiniani constitutionem in d. l. quam in prioribus, quo tempore gravamen legitime filiorum positum mero iure valebat ex reg. text. in d. l. filijs matrem, C. de inofficioso, & resolvit Costa in cap. si pater 20. verbo. *absque deductione*, num. 16. Suarez in l. quam in prioribus in evidentialibus, num. 18. C. de inofficioso, quare illo tempore antiquo filio fideicommissi gravato non poterat competere detractio quartæ legitimæ, nam eo tempore valebat onus fideicommissi, non enim resciebatur per viam deductionis quartæ, sed per viam querelæ inofficiosi testamenti.

22 Vnde intelliges argumentum Othomani, quo probare conatur duplicis quartæ detractioem non esse admittendam exemplo aliarum quaratarum, in quibus perpetuò cautà est vnus detractioem alterius detractioem, excludere: huius enim rei tria videntur esse exempla in l. Papinianus, ff. de inofficioso testamento, primum in quarta autè, vbi filius, qui Falcidiā ex legatis retinuit, ab inofficiosi querela repellitur. Ecce, inquit Othomanus, vbi vtriusque quartæ concursus non admittitur, quamvis Falcidia a filio debeatur quasi hæredi: altera verò quasi filio secundum in §. vade si quis: vbi filius, qui ex fructibus quartam pergaganam consequutus est, etiam excluditur ab actione inofficiosi: tertium est in §. si quis impubes; vbi nepos impubes ex filia adrogatus ab avo, & exhæredatus remouetur à querela inofficiosi, eò quòd ex constitutione Divi Pij quartam habet arrogatoriam. Et idem est in le. prima §. penultimo, ff. si cui plusquam per legem Falcidiam: vbi patronus qui in liberti bonis partem habet legitimam, si illam detraxerit, à retentione Falcidiæ repellitur.

23 Sed his omnibus facile respondetur ex his, quæ supra num. 19. diximus, non esse in hac disputatione observandum illud, quod antiquis legibus constitutum est: nam iure antiquo attento proculdubio dicendum esset vnicam tantum quartam restituendam esse, at recentioribus legibus cautum est, vt si filius restitutione gravetur legitima excipitur; & ideo rectè dicimus illam esse retinendam tanquam filio debitam, & residuum hæreditatis restituendum deducta quarta Trebellianica: quare argumentum desumptum ex aliarum quartarum deductione, de quibus fit mentio in dict. leg. Papinianus cum suis §. nihil ad rem pertinere videtur, & eodem modo respondetur ad textum in leg. filium quem habentem, C. famil. eriscundæ, cum similibus.

24 Sed obijcit adhuc Othomanus: nam etiã iure authenticorum videtur prohibita vtriusque quartæ detractio ex Iustiniano in novella constitutione 39. cuius verba refert, vbi supra Othomanus Iuliano interprete ibi: *Si quis unum ex liberis heredem instituerit, & rogaverit eum, vt cum morietur alijs hereditatem restituat, primam quidem legitimam portionem, nempe tertiam sibi retineat, ceteras autem partes fidei commissario restituat integras.* Sed facilius respondetur, quod si legatur tota illa novella, sive secundum Iuliani, sive secundum Oloandri interpretationem constabit non fideliter fuisse ab Othomano relatam: solum enim asserit, quod quoties filius est gravatus de restituenda hæreditate, excipienda est à tali restitutione legitima, at illa verba ceteras autem partes fidei commissario restituat integras, falsò adiecta sunt ab Othomano, cum in verbis Iustiniani non reperiantur.

25 Secundò suam opinionem irrefragabili Zenonis testimonio in dict. l. iubemus, C. ad Trebellianum probare conatur Othomanus, dum docet, quod si filius portionem suam hæreditariã fratri rogatus fuerit restituere retenta beneficio Trebelliani quarta tenebitur dodrantem restituere: quæ verba aperte excludunt alterius quartæ detractioem. Sed respondemus fatendo, quod secundum tempora Zenonis vna solùm modò quarta retineri potuit, nõdum enim erat novella Iustiniani prolata, qua constitutum fuit, vt legitima filiorum non veniat in restitutionem, quoniam temporibus Zenonis ante Iustinianum cum legitima etiam veniret in restitutionem, ideo eius de tractioni locus non dabatur, sed solum quartæ Trebellianicæ, cum tamen hodie post Iustinianum excepta sit à restitutione legitima, & salva filio poterit filius ex residuo hæreditatis quartam Trebellianicam detrudere: & eodem modo intelliguntur omnia iura, quæ adducuntur à Matheacio dict. lib. 2. cap. 25. ad probandum vnicam tantum quartam detrahendam esse.

26 Neque obstabit, si replices, vt nõnulli putarunt, simul & eodem tempore legitimæ, & Trebellianicæ concursus non esse admittendum. Tum, quia non videtur iuri cõvenire, vt duæ causæ lucrativæ eodem tempore locum habeant, l.

quoties, ff. de regulis iuris, leg. omnes, leg. ex pmissione, ff. de actio. & obligationibus. Tum secundo, nam legitima imputatur in Trebellianicam vel è converso, & ita filius in effectu vnam tantum poterit retinere. Respondetur tamen ad primum quod illud argumentum supponit falsum: supponit enim vnum tantum quadrantem deberi, cur re vera duo debeantur, & legitimæ, & Trebellianicæ; illam, quia non continetur in restitutione istam autem ex beneficio Trebelliani: quare de causa lucrativæ non pertinent ad vnã, & eandem rem, sed ad diversas. Ad secundum respondetur negando, quod legitima imputetur in Trebellianicam, in hanc enim imputantur solum ea, quæ ex testamento capiuntur; legitima verò capitur extra causam testamenti. Neque etiam Trebellianica in legitimam potest imputari: nam hæc extrinsecus advenit filio ex auctoritate Trebelliani.

27 Sed qualiter hæc omnia, quæ in hac questione dicta sunt, hodie sint ad praxim applicanda non est sine dubitatione: nõ si attendamus ad authenticorum, si plures essent filij quã quatuor legitima erat semis, et si ad ius Hispaniæ respiciamus legitima sunt omnia bona paterna, excepto quinto bonorum, quo casu si filius gravatus legitimam retineret, & ex residuo Trebellianicam rē totam retineret hæreditatem, & adhuc hoc casu vtriusque legitimæ, & Trebellianicæ detractioem admittendam esse probant, Aymõ Caveta consilio 50. Cagnolus in leg. Papinianus, meminisse, num. 19. ff. de inofficioso testamento Alvanus consilio 41. Angelus consilio 280. Corneus consilio 182. lib. 2. dicit communem, Costin in cap. si pater verbo, absque deductione, num. 9. de testamentis, lib. 6. & tandem pro hac sententia indicatum fuisse testatur Thesaurus in Pedemontanis decisione 252. num. 4.

28 Sed quamvis superior sententia communis sit, & in puncto iuris verior, ego tamen magis assentior Baldo, qui consilio 94. lib. 2. & consilio 156. & consilio 260. asserit, quod in prædicta specie filij gravati solum legitimam retinere possunt, non autem Trebellianicam. Et movetur ratione, nam absurdum est dicere, quod gravati filij de restituenda hæreditate plus ex illa consequantur, quam ille cui hæreditas ex fidei commissio restituenda est. Quare etiam authores contrariæ opinionis valde dubium vocant huiusmodi articulum, Baldum tamen sequutus est Alexander consilio 3. lib. 7. vbi post longam disputationem resolvit, veriorē esse Baldi sententiam in praxi, Decius consilio 228. Curtius Senior consilio 75. num. 4. Cobarruvias in cap. Rainucius, lib. 11. num. 6. de testamentis.

29 Tertio sciendum est verba fidei commissi conditionalis collati sub conditione *si sine hærede decefferit*, idem significare, ac si dictum sit, *si sine liberis decefferit*, vt probat expressus textus in l. ex facto 17. ff. ad Trebellianum, quamvis alibi regulariter hæredis appellatione quicumque præ-

prehendatur successor, leg. hæredis, ff. de verborum significatione: nam aliàs si in casu nostro verbum, *sine hærede*, non significaret idem, quod *sine liberis*, nunquam ferè posset esse locus fidei commissio, cum vix nemo sine hærede decedat, l. 1. C. vnde vir, & vxor, & propter ordinarios in præsentia advertit Socinus in l. solemus, ff. de condit. & demonstrat, Guido Papa, quæst. 230. & relati à Mantica de coniecturis lib. 8. titulo 14. num. 6. Peregrino de fidei commissis art. 32. num. 31. & hoc modo intelligi debet text. noster in illis verbis, *quam tamen intelligendum non erat sine hærede decedere, &c.* idem *sine liberis*, vt resolvit Cobarruvias lib. 2. variarum cap. 18.

30 Quibus suppositis variæ solent superioris conclusionis adduci decidendæ rationes, quas plena manu congestis in præsentia Beronius à numero 479. & inter omnes illam antiqui magis receperunt quod videlicet monasteriũ, ideo substitutos excludat: nam habetur loco filij, adeo vt non videatur sine liberis deceffisse, qui religionē proficitur, quæ fuit sententia glossæ in dict. autentico de san. xii. Episcopis, & vbiq; semper; quam sequuntur relati à Tiraquello, in leg. si vnquam verbo *susciperit liberos*, num. 42. C. de revocandis donationibus, Molina de primogenijs Hispaniæ cap. 9. numero 40. Gutierrez lib. 1. canonicarum quæst. cap. 32. num. 7. Adeo vt existiment, quod sicut agnatione filij testamentum antea factum rumpitur, veluti posthumo nato, l. certum, l. posthumorũ, ff. de iniusto rupto, ita & professione sequuta, quasi monasterium loco filij agnascatur, & evanescat substitutio, & testamentum si forte antea factum fuisset, rumpatur, quasi agnatione filij ita, vt monasterium habeatur loco posthumi nati vt communem dicens testatur Imola in cap. 1. num. 11. de testamentis, & relati à Chiro lib. 4. sententiarum, §. testamentum, q. 18. Menchaca de successorum creatione, lib. 3. §. 11. num. 166. moventur ex textu nostro ibi, *sine hærede, id est, sine filio*, iuxta textum in Lex facto 17. §. fin. ff. ad Trebel.

31 Sed hæc decidendi ratio communiter reprobatur, & convincitur ex reg. text. in dict. autentico de Sanctis. Episcopis, §. sed & hoc, quatenus probat illam conditionem, *si sine liberis more-retur*, quoad monasterium pro nõ scripta esse habendam, quod omninò esset impossibile, si monasterium loco filij haberetur: eo in casu potius diceretur conditio defecisse, quam quasi pro non scripta habenda. Tum secundò, nam si monasterium haberetur loco filij mero iure ex voluntate testatoris expiraret substitutio, nõ solum si substitutus privatus quidam esset, sed etiam si esset causa pia, quod expressè adversatur decisioni textus in autentico, nisi rogati, C. ad Trebel. Tum tertio, nam si loco filij, non veri, sed ficti, & civilis tantum haberetur, non posset excludere substitutos, vt in dict. leg. fidei commissum, ff. de condit. & demonstrat leg. si ita quis 51. §. fin. ff. delegatis secundo, vbi habetur, quod ille, cui hæreditas reli-

cta est sub conditione, si liberos habeat, adoptando filium, non consequitur hæreditatem: nam adoptivus non est vere filius, sed fictus; verba enim conditionis *si sine liberis*, naturaliter intelligenda sunt iuxta ea, quæ notantur in leg. fin. C. de his, qui veniam ætatis, & in leg. Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iure fisci. Merito ergo dicimus ea verba non esse intelligenda de filio ficto contra verborum proprietatem, & contra reg. tex. in l. naturaliter 69. in principio, ff. delegatis tertio. Quare quod monasterium loco filij nõ habeatur, probat Bart. in dict. autentico, nisi rogati, Felinus in præsentia num. 42. Veronius 475. Cobarruvias lib. 1. variarum cap. 19. num. 6. & relati à Tiraquello in dict. leg. si vnquam, verbo *suscipere liberos*, num. 41. Paleotus denotis, & spurij cap. 28. num. 5. Zavallos in practicis quæst. 292. Menochius de præsumptionibus lib. 4. præsumptione 83. numero 29.

32 Nec obstant in cõtrariũ verba nostri textus sibi, *sine hærede*: nam illa verba continent partis allegationem, & sunt narrativa, & consequenter iuris dispositionem non inducunt, argumento textus in cap. si Papa, de privilegijs lib. 6. glossa celebris in l. unica, C. quando non petentium partes. Et advertit Abbas in præsentia num. 40. Caldas de nominatione emphiteutica quæst. 96. num. 10. Neque obstabit dicere, quod etsi illa verba sint allegatio partis, cum tamen in illis fundetur Pontificis decisio, iuris dispositionem inducere videtur: nam respondetur negando, quod ibi sit decisionis fundamentum, sed in eo, quod plenè probaverat monasterium professionē Martini. Nec etiam obstat, quod in aliquibus libris loco verbi, *sine hærede* ponitur *sine filio*, vt advertit Sarmiento in dict. l. si ita quis, §. is qui, num. 2. ff. delegatis secundo: nam verior litera est *sine hærede*, vt in omnibus commendationibus Codicibus habetur ex Anton August. 3. collectione decretalium libro 2. titulo 2.

33 Vnde infertur falsam esse opinionem dicentium testamentum factum ante Religionis ingressum professione sequuta rumpi, quasi posthumi nativitate: nam verius est non rumpi, vt probat textus in autentico de Monachis, §. illud collatione 1. & in capit. quia ingredientibus 19. quæst. 3. vt notat Felinus in præsentia numero 54. Beronius num. 539. quamvis Bart. in autentico, si qua mulier, C. de Sacrosanctis Ecclesijs distinguat: nam si tempore facti testamenti testator de futura ingressione non cogitavit, postea sequuta professione testamentum prius factum rumpitur, quod disputat Cobarruvias in cap. 2. de testamentis num. 5. Sed verius est nunquam rumpi ex generalitate, textus in dict. autentico de Monachis. Posset autem eo casu Bart. opinio verificari, quando post factum testamentum ingrediens se, & sua monasterio expressè offerret, vt in textu nostro: nam eo casu videretur revocasse testamentum sicuti bona sua alicui donasset; aut alienasset, argumento textus in leg. si legatarius 8.

§. si rem suam delegatis tertio, de qua re ad declarationem Tridentini plura tradiderunt relati à Gratiano regul. 456. Cenedo ad decretum collectanea 50. Castillo lib. 1. de usufructu capite 65. num. 6.

34 Quare supra dicta decidendi ratione omiffa aliam solēt adducere antiquiores primarij Salmanticenses præceptores supponentes, quod in decisione nostri textus negari non potest, quin magnus religionis favor versetur, vt colligitur ex dicta authentica *nisi rogati*, C. ad Trebellian. lege Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis, qui favor semper, & vbiq̄ue perspicuus est, leg. sunt personæ 43. ff. de religiosis, & sumptibus fun. vt in authentico de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc præsentis, quatenus probat illam conditionem, *si sine liberis*, reiiciendam esse, & pro non scripta habendam, sed hæc est dubitatio quare illa conditio *si sine liberis*, pro non scripta habeatur.

35 Hoc ergo ea ratione procedere existimant ex sententia Pauli Castrensis in dict. authentica nisi rogati: nam religionis favore ex præsumpta testatoris voluntate admittitur monasterium exclusis substitutis, nam præsumitur testatorem pariter dilexisse filios instituti, & monasteriū, ita vt sicut liberos hæredis substitutis præferre voluit, sic & monasterium præferri voluisset, si cogitasset hæredem monasterium esse ingressurum, quasi sit certum hærede gravato religionem profitente testatorem responsurum hæreditatem ad monasterium pervenire debere, cū sibi ipsi testatori vtilius sit, argumento textus in cap. iniustum, cap. mancipia de rerum permutatione, sequitur Decius in præsentis num. 58. Ripa in leg. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellian. num. 99. Mantica de coniecturis, lib. 1. titulo 7. Menochius de præsumptionibus lib. 4. præsumptione 83. num. 16. Octavianus in Pedemontanis decisione 126. Valascus consult. 24. num. 8. ita, vt ex mente testatoris in conditione illa *si sine liberis decesserit*, subintelligenda sit clausula præterquam si religionem ingrediatur gravatus, sicut etiam similem coniecturam iuri scriptam habemus in d. l. cum acutissimi, C. de fideicommissis, leg. generaliter, §. cum autem, C. de institutionibus, & substitutionibus, leg. si vnquam, C. de revocandis, leg. cum avus, ff. de condit. & demonstr.

36 Sed quamvis hanc rationem quandam à præceptoribus nostris accepimus, iam verò eam improbandam censemus, quoniā vix videre possumus, vnde hæc testatoris voluntas coniecturari possit, nam vbi habemus claram testatoris dispositionem, voluntatis quæ sit, admittere non debemus, leg. ille, aut ille 26. §. cum in verbis, ff. de leg. 3. leg. quidam cum filium 46. ff. de hæredibus instit. cum adductis à Molina de primogenijs lib. 1. cap. 4. num. 6. neque negari potest quin verba substitutionis in textu nostro clara sint adeò, vt prædictæ coniecturæ non sit locus: mens enim testatoris talis præsumitur, qualis apparet ex verbis testamenti, leg. fin. ff. ad Trebellian. at verba

nostri text. monasterio non conveniunt, tum etiam nam in eius specie constat substitutos esse fratres testatoris, at naturalis caritas videtur præferre fratres monasterio, argumento textus in capite quicunque 17. quæst. 4. tum etiam aperte probatur in dict. §. sed & hoc præsentis, cuius decisio in coniecturata testatoris mente non fundatur, imò id contra eam, & contra antiquum iuris rigorem statuere videtur quatenus inquit illam conditionem invalidam esse, & pro non scripta habendam.

37 Quare alijs omiffis illa mihi verior videtur ratio videlicet, ideò monasterium substitutos excludere, nam etsi conditio illa *si sine liberis* in persona hæredis gravati iusta fuerit, postea verò quam ille ingreditur religionem illa conditio *si sine liberis*, incipit esse turpis, vnde illa sublata manet omninò pura institutio, leg. obtinuit 4. ff. de condition. & demonstrat. & ita pertinet ad monasterium hæreditas. Quæ ratio deducitur ex dict. §. sed & hoc præsentis, cuius verba omnem difficultatem aperiunt, si attendimus quòd ibi Iustinianus de quatuor tantum conditionibus loquitur, quæ in eo, qui religionem profitetur, reputantur turpes.

38 Iustinianus enim in dict. §. sed & hoc præsentis aliquid novi instituit contra iuris rigorem, dum illas condiciones *si sine liberis* pro non scriptis habendas esse docet, si gravatus religionem profitetur, & hoc religionis favore. Quæ ratio quamvis per se non sufficeret ad excludendum substitutum, quem testator expressè vocaverat, sufficit tamen ad iustificandam novam Iustiniani decisionem, ita vt potius legis potestati, quam voluntati defuncti totum hoc sit tribuendum. Quod si dicas vt Menoch. & Gutierrez infra relati considerant, quod si talis conditio pro non scripta haberetur, fideicommissum remaneret purum, vt deberetur hæreditas substitutis excluso monasterio, quod est contra mentem, & verba text. in dict. §. sed & hoc præsentis. Nam respondeo, quòd conditio restitutioni apposita quoties pro non scripta habetur fideicommissum non debetur, adeò vt hæreditas sine vilo onere apud hæredem remaneat: argumento textus in leg. quoties 22. ff. de condition. & demonstra. explicant præter ordinarios Antonius Mercator lib. 1. notatorum cap. 30. Robertus lib. 1. animadversionum cap. 3. Sancius lib. 1. de sponsalibus disp. 34.

39 Quòd ita procedere puto, vt omninò falsa sit Alciati doctrina in l. Gallus §. & quid si tantum num. 7. ff. de liber. & posthum. & resp. 53. num. 6. & respons. 159. dicentis de cis. nostri text. procedere in foro exteriori, non verò in foro conscientie, adeò vt falso putaverit monasterium in foro conscientie teneri restituere bona hæreditaria substitutis, nam cum contrarium iure dispositum sit bona utroque foro poterit secure retinere, vt contra Alciatum defendit Mantica de coniecturis lib. 1. 2. titulo 7. Gutierrez canonicarum quæstio num cap. 32.

40 Vnde inferitur primò huius textus decisionem procedere in casu dubio, non verò quando constat de voluntate testatoris volentis excludere monasterium substituto admissò, etsi multi dicant monasterium excludi non posse etiam repugnante testatoris voluntate, ex dict. §. sed & hoc præsentis, quatenus docet illam conditionem pro non scripta habendam esse, sic expressè Innocentius, Baldus, & Abbas, & alij relati à Rolandò consilio 32. num. 2. lib. 3. Burfato consil. 199. nihilominus quòd eo casu monasterium non admittatur praxi receptum est, vt notat Paulus in authent. nisi rogati, num. 58. & relati à Cobarruvias lib. 1. variarum cap. 19. num. 8. Menochius de præsumptionibus præsumptione 83. & ita sæpe iudicatum esse testatur Marcarius 2. p. quæst. 31. decisione Pedemontana 126. num. 121. Franchis decisione 29. num. 7. quæ praxis ea ratione nititur, nam eo casu testatoris voluntas servanda est, argumento textus in leg. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. deleg. 3. leg. 3. in fine, C. de liberis præteritis, nunquam enim lex interpretatur conditiones contra voluntatem testatoris, leg. in conditionibus, ff. de condition. & demonstrationibus: tum etiam, nam in re sua quilibet est moderator, & arbiter, leg. in re mandata, C. mandati, neque enim est aliquis invitus benefacere compellendus, cap. Iudæi, 43. dist. non ergo testator cogendus est disponere ita, vt bona ad monasteriū pervenerint, imò iniquum esset propter monasterij favorem manifestam testantis voluntatem impedire cap. vltima voluntas 13. quæst. 2.

41 Non obstat text. in dict. §. sed & hoc præsentis, nam eius constitutio procedit, & intelligenda est quando sine repugnantia voluntatis testatoris potest favore religionis cap. præsumptio, vt conditio pro non scripta habeatur, non verò quando de contraria voluntate verbis expressis constat, vel sufficientibus coniecturis, vt in terminis resolvit Decius cons. 259. Padilla in leg. cum acutissimi num. 44. C. de fideicommissis, Olascus in Pedemontanis decisione 127. num. 25.

42 Neque obstat text. in l. Titia si nō nupserit 99. ff. de condition. & demonstrat. ibi: *Mulier legata fuerunt ducenta si non nupserit, centum si nupserit*, & cum nupta esset mulier respondit Iurisconsultus ducenta ei deberi, idem ergo penitus dicendum est in matrimonio spirituali, argumento text. in cap. 2. de translatione Episcopi, & consequenter constat monasterium non posse per testatorem excludi, nam respondetur omiffa explicatione eorum, qui literam illius textus emendarunt, ex Anton. Augustin. lib. 1. emendationum cap. 2. quòd eo casu non valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale: nam in matrimonio carnali olim peculiaris ratio versabatur, si quidem coelibatus apud præcos quasi turpis erat prohibitus propter publicam utilitatem, vt contractis matrimonijs civitas liberis repleretur. l. 1. ff. solut. matrim. quare maximis poenis à castitate arcebantur coelibes legibus Julia, & Pa-

pia, præmissisque invitabantur ad liberorum procreationem, vt copiosè referunt Cobarruvias in 4. 2. parte cap. 8. Duarenus lib. 4. disputationum, cap. 40. Conanus lib. 1. comment. cap. 2. Brissoni lib. 3. de formulis cap. 3. & quos retulit Pichard. in §. sed si vxori Init. delegatis, quòd iam hodie ita receptum est ex toto titulo, C. de infirmis pœnis coelibatus, & C. de indicta viduitate tollenda, sic enim & favore religionis receptum est.

43 Sed nihilominus receptum est, conditionem illam *si non nupserit* non valere in certis casibus, vt ostendit Costa in leg. cum tale §. si arbitratu, ff. de condition. & demonstrat. & lib. 1. selectarum cap. 8. & relati à Sanctio de sponsalibus lib. 1. disp. 34. per totam: an verò ea conditio valeat in matrimonio spirituali, verbi gratia, *si non sit Monachus*, controversum est, & omiffa longa disputatione interpretum, ego existimo eam conditionem expressè conceptam pro non scripta esse habendam ex dict. §. sed & hoc præsentis; valere tamen si tacitè concipiatur, vel si expressè concepta sit adiecta causa, verbi gratia, conservandæ agnationis, vt rectè ostendit Costa vbi proximè, & naturaliter falsam esse puto opinionem, quā multis argumentis defendit Sancius vbi supra, & ita dicendum est, quòd si legantur Titio ducenta si vxorem duxerit, centum verò si religionem ingrediatur, quòd eo in religionem ingresso centum solum consequetur ex aperta testatoris voluntate, vt præter relatos resolvit Decianus consilio 41. num. 3. Rolandus consilio 35. num. 16. Fachinus lib. 4. controversiarum cap. 56.

44 Ex quibus intelliges qualiter valeant conditiones in maioratibus adiectæ, quæ frequentissimæ sunt videlicet ne religiosus monialis, aut monasteriū succedat: nā conditiones istæ sunt ea ratione, quoniā non apponuntur in odiū religionis, sed ad conservationem familiaris, vel aliam iustam causam, argumento textus in leg. peto 72. §. fratre, l. cum pater 78. §. liberos, ff. delegatis secundo, & confirmatur; nam conditio illa, quòd res non transeat ad monasterium in contractibus adiecta admittitur argumento textus in leg. fin. C. de patris inter emptorem, leg. fin. titulo 7. par. 5. eodem ergo modo valere debet si ea conditio in vltimis voluntatibus adiecta sit. Probatur secundò hæc sententia in cap. 1. de vasallo milite in vltimis feudorum cap. 1. si de feudo defuncti contentio fuerit, confirmatur ex generalitate textus in leg. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, & sequuntur relati à Cobarruvias lib. 2. variarum cap. 19. num. 11. Molina de primogenijs, lib. 2. cap. 12. nu. 54. Pelaez de maioratibus 92. p. quæst. 3. quòd intelligendum est in maioratibus regia facultate constitutis, non verò in his, quæ fiunt ex 3. parte bonorum, in quibus non potuerunt excludere filios clericos, aut religiosos, nam tenetur necessario servare ordinem in leg. 27. Tauri præscriptum.

45 Sed illud est difficile, an textus nostri decisio

cifio procedat quando substitutus sit alius testatoris filius, & quod eo casu adhuc monasterium excludat substitutum consuluit Decius consilio 426. nam § Ripa in leg. ex fact. § si quis rogatus à num. 41. ff. ad Trebellian. Costa in cap. si pater, verbo *si absque liberis*, num. 64. de testamentis lib. 6. moventur, nam generaliter fito gravato de restituenda hereditate si sine liberis moriatur monasterium admittitur, nisi substitutus sit alia causa pia, ut probatur in dict. §. sed & hoc. presenti, & in dict. authentica nisi rogati, quæ exceptio firmat regulam in contrarium, argumento text. in leg. nam liquide, ff. de penu legata, præcipue si attendimus dispositionem generalem, privilegiatos etiam comprehendere, leg. in fraudem 16. §. fin. ff. de militari testamento, leg. data 27. C. de donat. tum etiam induci potest text. in leg. cum avus cum similibus, de condition. & demonstrat. vbi Papiniani coniectura etiam admittitur filio testatoris substituto.

46 Sed quamvis prædicta opinio sit probabilis in puncto iuris, contraria in praxi receptior est, & verior, videlicet, quod si substitutus alter sit filius testatoris debet monasterio præferri, nam eo casu ex præsumpta testatoris voluntate, maior debet esse filij favor, quam monasterij, nullus enim amor, est qui vincat paternum, leg. cum furiosus in principio, C. de curatore furioso, l. scripto, ff. vnde liberi: filius enim ad successionem patris quasi ex debito naturæ vocatur, leg. cum ratio, ff. de bonis damnatorum. Si ergo verum est causam piam substitutam monasterium excludere, multo melius poterit facere filius testatoris, cuius causa omnibus alijs est favorabilior, cap. quicumque 17. quæst. 4. idem hanc doctrinam in specie probat Beronius in præfenti num. 492. & relati à Menoch de præsumptionibus presumptione 83. num. 3. Mantica de coniecturis lib. 12. tit. 7. num. 18. & ita iudicatum fuisse in Rota tradit Puteus decisione 55. num. 13. lib. 1. Thefaurus decisione 163. neque obstat generalitas dicti §. sed & hoc præfenti: nam dum ibi causa pia excipitur, etiam censetur excepta causa filiorum, quæ omnibus alijs potior est. Neque etiam obstat textus in dict. leg. cum avus, nam de coniectura Papiniani non rectè fumitur argumentum ad monasterium, testatoris enim nepos, de quo loquitur Papinianus, magis dilectus creditur, quàm monasterium.

47 Illud verò difficile est, an illis casibus, in quibus admittitur substitutus monasterio excludo quando gravatus religionem profitetur, spectanda sit mors naturalis gravati, an verò sufficiat professio, quæ reputatur mors civilis, & quoties gravatus professus est religionem bonorum capacem cõmuniter receptum est substitutum non esse admittendum ante mortem naturalem gravati, nam illa cõditio *si sine liberis, vel cum moriatur*, sola morte civili, impletur, nam appellatione mortis sola naturalis continetur, leg. ex ca parte 121. §. in sumam, ff. de verborum, retinebit ergo monaste-

rium bona monacho vivente, argumento text. in leg. Stacius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fisci.

48 At verò quãdo gravatus religionem profitetur bonorum incapacem, ut in Clementina Exivi de verborum significatione, maior est dubitatio, an sequuta professione statim ante mortem naturalem gravati bona perveniãt ad substitutum, an verò durante vita naturali monachi remaneant pœnes monasterium. Hanc quæst. multis relatis disputat Castillo lib. 3. variar. cap. 12. obtinuit tamen bona eo casu data religionis in capacitate statim ad substitutum pertinere, nam tunc propter incapacitatem idem reputantur mors civilis, quos naturalis, argumento textus in leg. 1. §. sed si pater, ff. de coniungendis cum emancipato liberis; nam quotiescunque primo vocatus incapax efficitur, sequenti locus fit, leg. 1. §. qui habebat, ff. de bonorum possessio. contra Tab. ut multis relatis vbi supra notat Castillo num. 83. Quæ doctrina non procedit in maioratibus Hispaniæ, in quibus indistinctè observatur, quod quotiescunque monachi excludantur, sive tacita, sive expressa testatoris voluntate; sive monasterium capax sit bonorum, sive non, mortem naturalem non esse necesse expectare. sed facta professione bona ad sequentem in gradu proveniunt Ratio enim quæ consideravit in dict. §. Cornelio procedit in fideicommissis temporalibus non vero in perpetuis, & maioratibus, nam in specie illius potuit fideicommissarius præmori, & sic fideicommissum quasi caducum evanescit, leg. vnica §. in secundo, C. de caducis tollendis, quæ ratio in maioratibus Hispaniæ non procedit, nam quamvis monacho vivente primò vocatus maioratur, non idem cessat maioratus, nam sequens in gradu, & quilibet sequens in infinitum admittendus est, leg. cum ita 33. §. in fideicommissio, ff. delegatis secundo, & notat Molina de primogenijs lib. 1. capit. 1. num. 7. vbi differentiam constituit inter fideicommissa temporalia & maioratus Hispaniæ: ita expressè probat idem Molina lib. 1. cap. 13. alter Molina Theologus tomò 3. de iustitia & iure, disp. 623. & relati à Zavallos in practicis quæst. 193. in illis verò maioratibus, in quibus monachi non excluduntur durate vita naturali professi bona maioratus remanent apud monasterium ex receptissima Doctorum sententia.

49 Quibus suppositis non obstant argumenta in principio adducta Non primum, quod nobis magnam præstat occasionem agendi de illa conditione *si sine liberis moriatur*, quæ in iudicialibus controversijs testamētorum frequentissima est; pro cuius explicatione, quod attinet ad præsentem contractionem scire oportet conditionem *si sine liberis* aliquando esse à testatore expressam, aliquando verò tacite esse subintelligendam. De illa ergo quæ expressè in testamento adiecta est nosser procedit sermo, nam illa, quæ tacite subintelligitur pertinet ad Papiniani coniecturam, de qua disputant Doctores in dict. leg. cum avus, &

in dict. leg. cum acutissimi, C. de fideicommissis. Sciendum ergo est filios, nepotes, & pronepotes, & reliquos descendentes in infinitum liberorum appellatione comprehendendi, sed si hac 10 §. si liberis el secundo, ff. de in ius vocando, leg. liberorum 20. ff. de verborum significatione, Pinelus in leg. 1. prima parte num. 6. C. de bonis maternis, & non solum qui in potestate sunt, sed omnes alij descendentes liberorum appellatione continentur, sive virilis, sive fœminei sexus sint, leg. cognoscere 56. §. liberorum de verborum significatione, imò etiam nepos ex filia liberorum appellatione comprehenditur, leg. penul. cum sequentibus, ff. de pollicitationibus: quare videndum est qualiter hæc conditio *si sine liberis*, aut impleta aut defecta videatur.

50 Et quamvis regulariter cõditiones in forma specifica possibili ad impleri debeant, ut notant relati ab Alfano collectanea 298. Cobarruvias in practicis cap. 39. num. 1. Costa in §. & quid si tantum 5. p. num. 14. Donel. lib. 8. commentar. cap. 33. sæpè tamen sufficit, si adimpleantur per æquipollens, veluti ex coniecturata mente testatoris, vel favore religionis, ut in textu nostro voluntas defuncti est, quæ primum locum in dispositionibus habet, leg. in conditionibus, leg. pater severinam, ff. de condit. & demonstr. neque obstat textus in dict. leg. qui hæredi, cum alijs in argumento adductis: nam ibi necesse debuit in forma specifica adimpleri, quoniã illius cõditionis implemētum in mero facto consistebat, & quæ facti sunt personæ cohærent, §. sed cum factum Inst. de stipulatione fervorum, & resolvit Gomecius 1. tomo variarum cap. 10. num. 77. nam conditio adiecta sit dandi decem hæredi ex voluntate testatoris non satisfacit legatarius decem dando domino, & quamvis ei per servum acquiratur non tenebitur impleta conditio; & similiter in dict. l. Mævius, debuit conditio in forma specifica adimpleri, nam continebat nudum factum traditionis, ut advertit Costa lib. 2. selectarum cap. 8. Sarmiento lib. 2. selectarum cap. 5.

51 Vnde varias quæstiones disputare solent Doctores ad videndum qualiter conditio *si sine liberis* verificatur. Primò disputari solet, an si quis sit hereditatem restituere gravatus, si sine liberis decesserit vnico filio, filia vè, nepotè, aut nepote superflite evanescat fideicommissum: & pars affirmativa receptior est; & probari videtur in lege iubemus, §. fin. autem, C. ad Trebellian. & in l. 1. C. de conditionibus insertis: ratio est; nam etsi liberorum appellatione contineantur plures, causa tamen frequentioris vsus loquendi verificatur in vno filio, aut filia, ut testantur Conanus lib. 10. comment. cap. 1. num. 20. Costa in cap. si pater 5. parte verbo *absque liberis*. num. 21. cum sequentibus: nam in eo casu eadem ratio militat in plurali, ac in singulari num. filiorum, & idem pluralis numerus in singularem resolvitur, argumento textus in leg. falsa 33. §. fin. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.

Vnde rectè infertur etiam evanescere fideicommissum, si filius gravatus decesserit vnica filia superflite, ut advertit Costa in dict. cap. si pater, 1. p. verbo *si absque liberis*. num. 23. nam in vltimis voluntatibus receptum est masculinum in se fœmininum continere, leg. qui duos 62. in fine, ff. delegatis tertio, & relati à Tiraquel. de tractu linaginer, §. 1. glossa 9. à nu. 149. nisi alias constiterit de contraria testatoris voluntate, ut notat Menochius consilio 95. num. 14. lib. 1.

52 Quod multi putant non procedere quãdo testator filia in re certa hærede instituta filiã vniversalem hæredem instituit, eique agnatum substituit *si sine liberis decesserit*: quo casu dicunt fideicommissum admittendum esse, etiam si filia superflite decesserit filius, ut consuluit Castrensis consilio 79. lib. 2. & relati à Surdo consilio 25. num. 5. lib. 1. Menochio dict. consilio 95. num. 90. Fachineo lib. 4. controversiarum cap. 54. & moventur, nam coniecturari potest in ea specie mens testatoris volentis conditionem illam, *si sine liberis*, non habere pro defecta, si filius gravatus decesserit vnica filia nepti testatoris superflite, quoniam cū substitutum filia iam natæ prætulere, vero simile est eum quoque nepti nascituræ, quæ in remotiori gradu est, præferri voluisse, argumento textus in leg. si viva matre, C. de bonis maternis, sed in hac difficultate multi, quos refert Menochius consilio 150. num. 25. Fachin. dict. cap. 54. putant neptem quasi defecta conditione excluso fideicommissio esse admittendam; sed existimo hoc totum ex coniecturata testatoris mente pendere, quæ ex multis causis deduci potest primò videndum est, quæ sit testatoris persona, an vir, an fœmina: nam si fœmina sit, verba illa *si sine liberis*, non solum ad masculos, sed etiam ad fœminas referuntur, ut advertit Socinus in dict. leg. cum avus num. 83. & relati à Molina de primogenijs, lib. 3. cap. 5. num. 73. verba enim sunt interpretanda iuxta conditionem proferentis, leg. ex facto, §. si quis rogatus el primero, ff. ad Trebellian. neque est credibile fœminam odio proprium sexum habuisse. Quæ ratione feudum à fœmina acquisitum pro se, & filijs, & filiabus etiam acquisitum esse videtur, ut ex Baldo in leg. quoties, C. de fideicommiss. probat Rolandus consil. 73. lib. 3.

53 Secundò videndum an pater filiam propter aliqua eius de merita odio habuerit, quando eam in re certa hæredem instituit, eo in casu filio mortuo superflite filia testatoris nepte evanescit fideicommissum, nam regulariter masculinum continet fœmininum, leg. iusta 201. ff. de verborum significatione, neque tunc interest filiam in re certa institutam fuisse, vnde possit sumi coniectura exclusionis fœminarum, nam ut advertit Socinus vbi supra num. 81. fœmina ibi non fuit exclusa favore masculorum, sed particulari ratione propter ipsius demerita, & consequenter succedit regula textus in dict. leg. cum acutissimi, vbi conditio tacita *si sine liberis*, deficit vnica filia suscepta,

54 Tertio videndum est, an testator sexum femininum odio habuerit: eo namque casu neptis per filium suscepta non faciet deficere conditionem *si sine liberis*, vt resolvit Castrensis consil. 99. lib. 2. nam alias deterioris conditionis esset filia, quam neptis contra regulam textus in leg. si viva matre, C. de bonis maternis; & advertit Tiraquel. in leg. si vnquam, verbo *libertis*, num. 45. C. de revocandis.

55 Quarto videndum an testator causa conservandæ agnationis exclusa filia filium instituerit: nam eo casu cum in filia conservari non possit, neque in nepte: est enim scemina caput, & finis familiæ, leg. pronuntiatio, §. familiæ, ff. de verborum significatione, neptis fideicommissi conditionem non faciet deficere, resolvit Decius cō filio 370. num. 2. & relati à Pinelo in leg. 3. n. 24. C. de bonis maternis, Molina de primogenijs lib. 3. cap. 5. num. 1. vbi apertè probat, quod si institutor maioratus voluerit, quod bona sua perpetuò maneat in familia, & agnatione, foemina à successione maioratus manebunt exclusæ.

56 Ex his etiam colligitur, quod hæc conditio *si sine liberis*, non censetur deficisse suscepto filio adoptivo, nam adoptivus non excludit substitutum, dict. l. fideicommissum 76. ff. de condit. & demonstr. nam alias adoptionis commento facile voluntas testatoris illuderetur, ex Bart. ex leg. si cognatis num. 1. ff. de rebus dubijs, Cuiacius in recitationibus posthumis ad Papinianum, lib. 6. responforum, & relati à Menochio de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 82. num. 10. nam quamvis liberorum appellatio adoptivos comprehendat, leg. cum ratio, §. ex bonis, ff. de bonis damnatorum, leg. 1. §. fin. ff. delegatis præstandis, nihilominus testator, cuius semper est voluntas inspicienda, non creditur sensitse de adoptivis, qui non veri, sed ficti sunt filij, itaque propter liberos adoptivos donatio antea facta non revocatur, iuxta textum in leg. si vnquam: vbi Tiraquel. verbo *susceperit liberos*, C. de revocandis.

57 His proximè illa solèti annecti controversia, an filij naturales solum faciant deficere fideicommissum. Quam difficultatem præter ordinarios in præsentia disputant omnes in leg. ex facto, §. si quis rogatus el primero ad Trebel. Conanus lib. 10. comment. cap. 1. num. 6. Corrasius lib. 1. in miscellaneis cap. 7. Cuiac. ad Papin. lib. 8. responforum in leg. cum pater, §. volo, ff. delegatis secundo, Costa §. & quid si tantum 5. p. à num. 59. Molina de primogenijs lib. 3. cap. 3. num. 41. & relati à Menochio lib. 4. præsumptione 79. Faquin. lib. 4. controversiæ cap. 52. sed ommissa longa interpretum disputatione partem affirmativam, videri substitutum excludi per filios naturales, sequitur relati à Mantica de coniecturis lib. 11. tit. 9. num. 2. Peregrinus de fideicommissis art. 28. num. 45. pro qua sententia adducunt textum in leg. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellian. l. cum pater 77. §. volo, leg. Lucius 88. §. Damæ, ff. delegatis secundo, leg. hæreditatibus 77. §. fin. ff. ad Tre-

bellian. leg. fin. ff. de iure deliberandi.

58 Sed contrariam opinionem, scilicet filium naturalem substitutum non excludere nisi contiterit alias de voluntate testatoris, veriorem putant Costa vbi supra num. 78. & relati à Molina lib. 3. cap. 3. num. 43. Thesaurus in Pedemontanis decisione 166. num. 6. Duaren. de iure deliberandi cap. 2. Anton. Fab. in Iurisprudencia Papiniana titulo 9 lib. 2. illatione 2. moventur ex d. §. si quis rogatus, quatenus ibi Vlpianus explosa Papiniani sententia voluntatis esse questionem ait. Secundo moventur, nam conditiones proprie debent intelligi, leg. fin. C. de his, qui veniam petitis, & c. at filius naturalis ex propria significatione appellatione filiorum non continetur, leg. filium, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Tertio moventur ex reg. text. in leg. generaliter, §. cum autè, C. de institut. & substitut. quatenus Iustin. inquit illam conditionem *si sine liberis*, naturaliter deficere, nisi rogatus cum iusta sobole decedat, iuxta autem soboles non est filius naturalis.

59 Sed huius controversiæ difficilis resolutio omninò pendet ex dict. §. si quis rogatus, vbi Vlpianus proponit hæredem gravatum si sine liberis decesserit relicto filio naturali decessisse, & querit, faciatne is filius fideicommissum evanescere, & refert Papinian. lib. 8. responforum dixisse deficere conditionem *idq. in libertino, eodemq. colliberto* respondit, neque existimo Papinianum existimasse naturales regulariter fideicommissum evanescere, neque Vlpian. Papiniani sententiam reprehendere, vt falso credit, Corras. dict. lib. 1. cap. 7. num. 6. Faquin. dict. cap. 52. imo potius Vlpian. à Papiniano non dissentit, vt docet Costa in dict. §. & quid si tantum 5. parte num. 71. nam Papin. in illa specie probat naturales substitutum excludere, vt colliges ex responso Papiniani relato in leg. cum pater 77. §. volo delegatis secundo, quare summa resolutio est, distinguendum inter naturales natos in servitute, aut ingenuos, & liberos homines natos, vt primi faciunt conditionem, & fideicommissum evanescere, secundi vero non faciunt de mente testatoris: constat Papiniani sententiam ex Vlpian. esse quantum ad naturales natos in servitute, & ex figura matrimonij, de quibus intelliguntur illa verba, *in libertino, eodemq. colliberto*, quæ referuntur ad declarationem dict. §. volo desumpto ex lib. 8. responforum Papin. vt advertit Cuiac. lib. 3. observat. cap. 39. in filijs verò naturalibus respondet Vlpian. non evanescere fideicommissum nisi aliud constet de voluntate testatoris.

60 Cuius doctrinæ ratio est, nam filius naturalis, de quo loquitur Papinian. fuit conceptus in servitute, & figura matrimonij, inter servos autem vel libertos matrimonia olim non poterant contrahi, sed contubernia dicebantur, leg. oratione 16. lege Julia 44. ff. de ritu nuptiarum, leg. pleurumque 35. ff. de edil. edicto, leg. vxorem 41. l. codicillis, ff. delegatis tertio, leg. quæstum 12. l. contubernales, ff. de fundo constructo, l. Titium, §. tres

§. tres hæredes, ff. ad Trebel. & ideo filius conceptus in servitute, & ab illis parentibus natus, qui contrahere non poterant iustum matrimonium, non esse mirum si quali verus, & legitimus faciat evanescere fideicommissum, & hoc modo intelligitur textum in dict. leg. Lucius 88. §. Damæ, ff. delegatis secundo, ibi enim liberorum appellatio ne continetur Pamphila naturalis filia in servitute, & figura matrimonij concepta; & eodem modo potest intelligi textus in dicta leg. final, ff. de iure deliberandi, vbi conditio (si mihi nullus filius) erit deficit suscepto filio libertino, quia conceptus in servitute, & figura matrimonij. At vero in secundo casu de naturalibus filijs natis ingenuis nulla potest dari certa regula, sed tunc procedit Vlpian. doctrina videlicet voluntatis esse questionem, vt constat ex dict. §. si quis rogatus, & omnes supra relati agnoscunt. Quæ autè sint huiusmodi coniecturæ tradunt in d. §. si quis rogatus, Bart. Paulus, & Alexand. Gomezius primo tomo variarum cap. 5. num. 40. Molina de primogenijs libro tertio, capite tertio, numero quadragesimo secundo.

61 Nec obstat textus in dicta lege generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substitut. nam omnia opinione dicentium distinguendum esse inter conditionem sine liberis expressam, aut tacitam, ita vt in secunda filij naturales substitutum excludant, quam sequuntur relati à Socino in dicta lege cum avus numero 61. Mantica de coniecturis libro decimo, titulo octavo, numero 17. Menoch. de præsumptionibus, lib. 4. præsumpt. 89. Fachin. libro quarto controvers. cap. 60. facilius respondetur textum in dict. §. cum autem, solum probare, quod si gravatus sobolem relinquat legitimam fideicommissariam nullo modo poterit petere sibi hæreditatem restitui, si verò relinquat filium naturalem, tunc Iustinianus nihil expresse disponit, nam eo casu testantis voluntas interpretanda est ex coniecturis ab Vlpian. adductis in dict. §. si quis rogatus.

62 De legitimatis vere filijs naturalibus per Principis rescriptum non est minor dubitatio, an excludant substitutum, quam questionem disputat latissimè Ioannes Garcia de nobilitate glossa 21. numero 23. Cervantes in lege 12. Tauri à numero 52. Fachineus libro quarto controversiarum cap. 53. Esforcia de compendiosa 6. parte titulo an legitimi in principio, & illum non excludere existimant Calderinus consilio secundo 284. numero 12. & relati à Molina libro tertio de Hispanorum primogenijs capite tertio num. 31. Sarmiento lib. 10. selectarum cap. 8. alij vero, & verius, & magis communiter receptum putant filios naturales per rescriptum Principis legitimatos in conditione positos substitutum excludere, vt copiose resolvit Menoch. lib. 4. de præsumpt. præsumptione 79. & consil. 266. nu. 20. Mantica de coniecturis lib. 11. tit. 10. quarum opinionum varia fundamenta retulit Faq. lib. 4. controvers. cap.

53. per totum, quibus omnibus consulto ommissis maioris brevitatis, & claritatis gratia hæc questionem sub distinctione respondendum existimo; nam si filij naturales legitimi efficiantur rescripto Principis post iniunctum fideicommissum eo casu non debet fieri substituto præiudicium, sed admittendus est legitimatus excludo, nam Principis rescriptum, & privilegium nihil debet operari in præiudicium tertij, l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, si vero ante iniunctum fideicommissum proponatur filios legitimatos esse, tunc excludendus est substitutus, nisi aliam fuisse testatoris mentem coniecturari posset ex adductis à Menochio. dict. præsumptione 79.

63 De legitimatis verò per subsequens matrimonium, an substitutum excludant, multi dubitant, quos cumularunt Mantica dict. lib. 11. titulo 12. Menoch. vbi supra præsumptione 81. Ego verius puto substitutum excludere ex reg. textus in cap. tanta qui filij sint legitimi. Quod etsi multi dubitent, an procedat, quando matrimonium in articulo mortis contrahitur, vt existimant relati à Faq. dict. lib. 4. controvers. cap. 55. multo verius existimant in eo casu substitutum excludi ex adductis à Covar. in 4. 2. p. cap. 8. §. 2. nu. 2. Sarmiento lib. 1. selectarum cap. 6. n. 8. Menoch. dict. præsumptione 81. num. 28. Mantica dict. lib. 11. titulo 3.

64 Nec obstat secundum argumentum quod pertinet ad compendiosam substitutionis explicationem, & pro cuius cognitione scire oportet, compendiosam substitutionem esse, quæ sub conditione mortis vel alia plura complectitur tempora, vt supra diximus n. 11. quæ substitutio verbis directis obliquis, aut communibus fieri potest. Directa dicitur, quæ significant substitutum manu sua, & propria auctoritate hæreditatem posse capere absque facto, & ministerio hæredis, v. g. *instituo, hæres esto, accipiat, capiat, & similia*. Obliqua, quæ significant substitutum non propria auctoritate, sed manu hæredis hæreditatem capere, v. g. quando ea verba ad hæredem referuntur, veluti *restituas, reddas, & similia*. Communia verò dicuntur quæ ex communi significatione, & loquendi usu ad vtrumque casum referri possunt, v. g. *proveniat succedat, pertineat, devolvatur, cõpetat, & similia* ex Bart. in l. Centurio à n. 43. ff. de vulgari, & relati à Tiraq. l. si vnquam, verbo *revertatur*, à n. 5. C. de revocand. donationib. Esfor. in tract. de compendiosa substitutione 4. p. à n. 1. cū seq. quamvis Bacon. lib. 4. declarationum cap. 64. Ant. Fab. de erroribus prag. decade 34. errore 2. prædictas verborum differentias evterere conentur.

65 Horum autem verborum effectus in consistit, quod compendiosa substitutio à milite facta verbis directis intra pubertatem valet, vt directa pupillaris, post pubertatem, vt directa vulgaris ex privilegio militis ita, vt substitutus hæreditatem cum fructibus capiat, leg. Centurio, ff. de vulgari, si verò compendiosa à pagano verbis directis fiat intra pubertatem valet, vt pupillaris,

Iuris, post pubertatem verò penitus evanescit, lege verbis civilibus, leg. in pupillari decima quarta, ff. de vulgari allegatur text. in l. si servus 108 §. si servus, ff. delegatis 1. & in leg. si ergo favore libertatis, verba directa non obliquantur, ergo neque favore compendiosæ substitutionis, quæ sententia communiter probari solet in dict. leg. Centurio ex relatis à Menoch. lib. quarto de præsumptione præsumptione 55. Peregrin. de fideicommissis art. 34. num. 71. Bacoius lib. 4. declaratio. capit. 64. Frucatorius in neciomantia dialogo 25. Alciatus lib. 10. Perergon cap. 1. Duarenus lib. 2. disp. cap. nono Cuiacius lib. vndecimo observat. cap. vigesimo quinto, Guido Papa decisione 534. Comet. tomo primo variarum capit. septimo, num. quarto, & capit. quarto num. sexto, lege 14. tit. tertio, parte sexta. Quamvis iuris Pontificij Doctores recipiant contrariam opinionem, videlicet compendiosa verbis directis facta post pubertatem valere iure fideicommissariæ substitutionis ex relatis à Costa in dicto cap. si pater, tertia parte, verbo *interdum*, à numero 73. Zavallus in practicis quæstione 154. quæ disputatio omninò est hodie supervacua, nam testatores nunquam substitutionem verbis directis facere solent tunc, quia stilo in omnibus testamentis apponi solet clausula codicillaris, quæ operatur ut substitutio directa post pubertatem valeat, ut fideicommissaria, leg. si frater tuus, C. de fideicommissis, leg. Scevola 76. ff. ad Trebellia. & resolvit Menoch ubi supra præsumptione quinquagesima quinta, numero 74. Esforcia de compendiosa quinta parte num. 42.

66 Si verò compendiosa substitutio verbis obliquis concipiatur, neque vulgare, aut pupillarem continet, sed semper, & omni tempore est fideicommissaria, leg. cohæredi 41. §. cum filix, ff. de vulgari, quod varijs fundamentis latè probat Bartol. in dict. leg. Centurio num. 42. communiter ab omnibus receptus, si verò concipiatur verbis comunibus à pagano intra pubertatem valet, ut directa pupillaris, ut in dict. cap. si pater de testamentis lib. 6. Post pubertatem vero valet, ut fideicommissaria, ut in dict. ca. Reinuntius de testamentis. Vbi omnes ea ratione, nam verba communia, & directè, & obliquè substitutioni conveniunt, ut omnes communiter agnoscunt in dict. leg. Centurio, & in dict. leg. precibus, C. de impuberum, & relati à Faq. dict. lib. 4. cap. 45. & hoc modo est intelligendus text. noster, ut loquatur in compendiosa substitutione, quæ ante pubertatem valet, ut directa pupillaris, post pubertatem verò, ut fideicommissaria; nam testator usus est verbo *devolverentur*, quod commune est, ut supra diximus, vnde argumento facile respondetur. Fatemur enim substitutionem de qua loquitur noster text. esse compendiosam, sed nihilominus negamus iure compendiosæ substitutionis bona pertinere debere ad substitutos, nam ex rationibus supra adductis constat, quod eo ipso, quod gravatus profiteretur religionem, evanescit

fideicommissum, valeret ergo ea substitutio, ut fideicommissaria post pubertatem, si gravatus esset religionem professus.

67 Neque obstat ratio in confirmatione adducta supra num. 12. cui brevissimè respondetur ex dict. §. sed & hoc præsentem, distinguendum esse an si quis sit de restituenda hæreditate si liberis gravatus alicui, an substitutus sit pater persona, an verò causa sit pia, nam in primo casu per professionem gravati evanescit fideicommissum. Secundò verò casu non evanescit, neque spirat substitutio; & hoc probat text. in dicto sed & hoc præsentem.

68 Neque obstat tertio, cui facile respondetur verum esse hæreditatem nondum aditam mitti ad hæredes non posse ex iuribus in arguendo adductis, & in leg. 2. tit. 6. p. 6. vbi plura corripit Gregor. cuius rei rationes plures adducit Antonius Gomez 1. tomo variar. cap. 9. Alciatus 4. paradoxorum cap. 5. Hæc tamen iuris notissima regula illam celebrem limitationem habet, non procedat in suis hæredibus, in quibus expectantia suavitatis receptum est, quod hæreditatem nondum aditam possint ad hæredes transmittere, ut probat text. in leg. ventre præterito 83. ff. de acqui. hæred. vbi omnes, text. expressus in l. ap. hostes, C. de suis, & legitimis hæredibus, l. i. tris, C. de iure deliberandi, leg. qui duos, ff. de bello in principio, & §. fin. ff. de rebus dubijs leg. Lucius, ff. de iure fisci, leg. 2. tit. 6. p. 6. & ratio quoniam in suis hæredibus absque alia conditione continuatur dominium, le. in suis, ff. de lib. & posth. quod procedit etiam si filius monachus sit: nam is hæreditatem ad monasterium tanquam ad legitimum hæredem ex potentia suavitatis transmittit, & est ratio, nam etsi per professionem tollatur patria potestas, nihilominus non tollitur suavitatis prærogativa, arg. text. in leg. Deo nobis, C. de Episcopis, & Clericis.

69 Neque obstat quartum, nam fatemur verissimum esse bona restitutioni subiecta non posse alienari ex iuribus in argumento adductis, latissimè disputant Pelacz de maioratibus q. 1. Molina lib. 1. de primogenijs capit. 2. in specie nostris text. valuit donatio eorum bonorum monasterio facta, nam Martinus se, & sua oblat monasterio, & valida est: nam cum facta sit in sequentiam personæ bona ipsa cum personam si re videntur, ut probat text. in authent. ingressi, C. de sacrosanct. Ecclesijs, authent. de Monachis §. illud collat. 2. aliàs enim Martinus ipse bonum donare sine persona non potuisset.

70 Nec obstat quintum, & ultimum argumentum, quod est difficile, verissimum enim donationem omnium bonorum iure prohiberi esse, ut resolvit Bart. in leg. stipulatio hoc concepta, ff. de verborum obligatione, quam loquitur Iason num. 13. Bolognetus num. 130. relati à Cobarruvias in Rubrica de testamentis secunda parte num. 4. Molina dicto libro primo de Hisp. primogenijs capite decimo, num. de

mo, Ducñas regul. 219. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte capit. 11. Faquineus lib. 6. cap. 88. & 89. & 90. cum sequentibus, Mantica de tacitis conventio. 2. lib. 13. titulo 25. vsque ad 33. Ratio est nam donatio omnium bonorum tollit liberam testandi facultatem, ut in dicta lege stipulatio, leg. pactum, C. de pactis, quod est iure reprobatur, nam testatoris voluntas de ambulatoria est vsque ad mortem, leg. 4. ff. de adimendis legatis. Tum secundò, nam si prædicta donatio valeret sequeretur hæreditatem potest dari posse, quod est contra textum in leg. hæreditas, C. de pactis conventis. Tum tertio, nam actus huius donationis est contra bonos mores, ut in dict. leg. stipulatio, leg. cum donationis 34. C. de transactionibus, qua ratione, neque etiam iuramento huiusmodi donatio roborari potest, ut resolvunt supra relati omnes Theaurus decisione 97. nam iuramentum contra bonos mores non obligat, cap. cum contingat, de iure iurando, cap. non est obligatorium, de regulis iuris.

71 Quod non solum procedit hodie in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, sed etiam in illis, quæ ex solis bonis præsentibus fit, iuxta decisionem text. in leg. 69. Tauri, ex cuius decisione iam hodie correctæ est communis Doctorum sententia dicentium, donationem omnium bonorum præsentium validam esse, quoniam non tollit facultatem testandi de bonis futuris: quæ sententia iure communi in donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum certissima est, & in donatione præsentium iure regio servanda, quamvis contrarium senserit Corral, in miscellaneis lib. 6. cap. 27. neque obstat fundamentum huius sententiæ videlicet quæquam de rebus suis disponere posse etiam abutendo, l. in re mandata, C. mandati, leg. nemo exterius, C. de Iudæis, leg. sed si lege §. consulvit ff. de petitione hæreditatis, nam hodie hoc axioma limitatur quoties utens re sua, ea utitur contra bonos mores, ut in specie nostri textus.

72 Nec ad rem facit text. pro contraria sententia allegatus in le. omnes 17. §. Lucius, ff. quæ in fraudem creditorum, dum significat donationem omnium bonorum validam esse dum probat per actionem illam revocatoriam, quæ in fraudem creditorum revocanda esse: nam ibi loquitur de donatione bonorum præsentium dumtaxat non futurorum, quæ olim valebat: neque aliter intelligi debent verba illius text. ibi *universa bona*, nam cum ea donatio simpliciter facta fuerit, debet necessario intelligi de universis bonis præsentibus.

73 Magis ergo vrget argumentum, cuius difficultate aliqui oppressi dicunt, regulam illam in argumento adductam limitari in donatione facta Ecclesiæ, vel causæ piæ, quæ etsi sit omnium bonorum præsentium, & futurorum, valida est favore piæ causæ: ita Bart. Decius, Parisius, & alij relati à Cobarruvias in Rubrica de testamentis 2. p. num. 6. Gama decisione 185. num. 5. Tiraquel. de privilegijs piæ causæ privilegio 100.

quamvis eam donationem non valere, etiam favore piæ causæ eleganter resolvit Ancarranus consilio 231. & innumeri relati à Tiraq. vbi supra quo l. optima ratione nititur, nam ratio illa, quod in donatione omnium bonorum tollitur libera testandi facultas, etiam procedit in donatione facta Ecclesiæ, & consequenter idem dicendum est respectu Ecclesiæ, atque alterius cuiuscumque privati: præcipuè nam Ecclesia cultrix est iustitiæ, cap. 1. §. sed diversum de successione feudi, & præterea si ea donatio valeat donator in sæculo manens in summa egestate constitueretur.

74 Quæ retenta opinione non obstat Bartoli, & aliorum fundamentum, videlicet quod sicut potest quis se, & sua simul monasterio donare, poterit etiã bona sine se donare, nam quando offerre se, bona videtur in consequentiam vti accessoria offerre; ut in d. authent. ingressi, multa enim iure nostro in consequentiam personæ admittuntur, quæ aliàs non concederentur ex relatis à Tiraq. vbi supra. Neque etiam obstat text. in cap. fin. 17. quæ 4. nam ibi ideò valida fuit omnium bonorum donatio, quia fuit præsentium tantum, quæ iuri communi ut supra diximus contraria non erat. Vel secundò respondetur, quod si in specie illa intelligimus donationem factam fuisse omnium bonorum præsentium, & futurorum, ideò valere potuit, non quia Ecclesiæ facta fuit, sed quia fuit facta retento usufructu, quo casu donatio omnium bonorum valida est etiam iure regio, quo attentò, nec donatio bonorum præsentium valebat ex d. 1. 69. Tauri, Molina de primogenijs lib. 2. cap. 10. num. 20. Gut. de iuramento confir. cap. 11. n. 14.

75 Quod si velis contrariam sententiam defendere, dices donationem vniuersæ bonorum esse contra bonos mores civiles tantum non canonicos, vel naturales ex Felin. in præsentem nu. 5. nam etsi donatio omnium bonorum mala sit, non verò est de genere malorum, quæ nullæ circumstantiæ possunt honestari, veluti prohibitorum in decalogo, sed de genere realiorum, quæ ex aliqua causa honestari possunt, sic etiam quamvis donans bona omnia præsentia, & futura turpitudinem committat, potest tamè aliqua ex causa honestari, veluti quando quis paupertatem spontaneam querit, & eligit propter Christum ad salutem animæ, quo casu cessat turpitudinis. Neque obstat dicere donantem eo casu in summa egestate constitui, cum alias alendus sit ab ipsa Ecclesia, cui donatio facta est, ut in d. leg. 69. Tauri advertunt Palacios Rubios num. 9. Anton. Gomez num. 6.

76 Sed hæc omnia, limitari debent in donationibus factis ab illis, qui religionem profiteri volunt, nam favore Ecclesiæ monasterij, aut causæ piæ valebunt non aliter, quam si fiant de licentia Episcopi, aut eius vicarij intra duos menses proximos ante professionem, neque effectum sortiri poterunt, nisi sequuta postea professione, iuxta Tridentini decisionem Sessione 25. illud tamen dubitari solet, an hæc decisio locum habeat non solum in donationibus factis à novitijs post sus-

ceptum habitum religioni, a regulariter fit intelligenda. Et solum de novitijs intelligi debere respondit Mendosius consilio vigesimo secundo, Marcus Antonius libro tertio institutio nuntiatulo primo, numero octuagesimo quinto, Maiolus de irregularitate libro tertio capite sexto, & relati à Manuele Rodriguez quæstionũ regularium, quæstione 87. articulo octavo, quamvis contraria sententia ex eo possit probari: nam Concilij Tridentini decisio in dict. Sessione 25. capite sexto generaliter loquitur in quacunque renunciatione ante professionem facta, neque distinguit inter factam à novitijs, aut ab alijs, qui religionem ingredi volunt. Quam doctrinam multis argumentis sequitur Navarro consilio 81. & sequenti sub titulo de regularibus relati à Gratiano regula quadringentesima quinquagesima sexta, Manuel Rodriguez in Summa 1. tomo cap. 90.

77 Neque obstat ratio in confirmationem argumenti adducta in principio numero decimo octavo: nam respondeo, observandum esse in quacunque religione approbata reperiri, qui vel religiosi sunt, vel conversi, vel oblati tantum, & omnes inter se multum differunt, ut in ca. tuis trigesimo nono, de testibus ibi, *fratribus, & conversis*, capite etfi Christus de iure iurando ibi, *vos & conversi* cum adductis à Cobarruvias in capite almanater, secunda parte, §. secundo numero octavo, religiosi dicuntur, qui ita professi sunt, ut per Ecclesiasticos ordines choro, & divinis officijs inserviant; conversi verò dicuntur, qui quamvis à sæculo ad religionem convertantur, Ecclesiasticis ordinibus non addicuntur; oblati tandem sunt, qui sine professione se ipsos monasterio offerunt, ut ibi iuvent, & ibi deserviant, ijdemque etfi veri non sint religiosi, personæ tamen Ecclesiasticæ reputantur, ut advertit Cobarruvias ubi supra. Vnde facile respondetur ad argumentum, quod etfi Martinus, nec fuerit religiosus, neque conversus, oblatus tamen dicitur, quia se, & sua omnia monasterio obtulit per oblationem ab Ecclesia approbatam, & à prælato acceptatam, quæ oblatio quoad illum effectum, ut bona in monasterium transferantur, vim professionis habet. Non ergo est necesse ut proponamus Martinum fuisse professum, & cum his solvitur argumentum, & textus.

SUMMARI A.

Ad text. in cap. Licet causam 9. huius tit. de probationibus.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
2 Dubitandi ratio. num. 3.
4 Duplex competit interdictum per conservanda possessione interdictum, uti possidetis pro rebus

- immobilibus, & utrobi pro mobilibus.
5 Interdictum retinenda competit quoties utraq. pars de proprietate contendit.
6 An interdictum retinenda competit pro molestia iriudiciali, vel iudiciali. num. 7.
8 Respondetur ad cap. Cum venissent, de institutionibus.
9 Respondetur ad id, quod reus non potest intentare interdictum retinenda contra alterem.
10 Respondetur ad clausulam, qua solet apponi in l. i. Apostolicis, contradictores per censuram excommunicatam compescendo.
11 Comprobatur ratio nostri text.
12 Doctrina Bart. in leg. si duo num. 1. ff. uti possidetis. num. 13.
14 Textus in lege si pater familias, ff. de hereditibus instituit.
15 Difficile redditur triplici argumento.
16 Bart. doctrina in leg. 1. num. 27. ff. de vulgari.
17 Testamentum debet interpretari iuxta mentem testatoris. num. 18.
19 Respondetur ad dictam leg. si pater familias, ff. de hereditibus inst.
20 Respondetur ad text. in leg. si fundus, §. si duos, ff. de pignoris.
21 Opponitur de cap. 2. in fine principij de sepulchris lib. 6.
22 Sententia absolutoria non potest ferri pro reo iter duos de retinenda possessione committentes.
23 Non est vera glossa sententia in cap. si testes 4. q. 3. & in cap. 1. nostra de testibus.
24 Reprobatur glossa sententia in nostri text. uti possidetis.
25 Respondetur ad text. in leg. sed cum duo 14. ff. de iudicijs.
26 Respondetur ad dubitandi rationem supra positam. num. 2.
27 Respondetur ad difficultatem adductam numero 3. num. 28.
29 Interdicto, uti possidetis, iure antiquo obtinet ille, qui tempore litis mota erat in possessione, & in interdicto utrobi ille, qui maiori parte erat in possessione.
30 Opponitur de text. nost. ibi à sexaginta annis citra.
31 Tenetur intentans hoc interdictum retinenda turbatam probare ab adversario illatam numero 32.
33 De interdicto, quod in Hispania appellatur, interdictum.
34 In hac interdicto obtinet, qui tempore litis mota possidebat.
35 Scrupulus quidam de text. nostro ibi quoniam.
36 Testis corruptus in dubio falsum dixisse præsumitur. num. 37. & 38.
39 Respondetur ad text. in lege Divus, ff. de re iudicata.

A D T E X T V M.

In cap. Licet causam 9. huius tit. de probationibus.



PROPONIT textus noster quæstionem ortam, & agitatam inter Ecclesiam, seu Archiepiscopum Ravennatem, & communitatem faventinam litigantes super iurisdictione, districtu, & honore in villa Sancti Petri, & cuiusdam Castri, quod omne ad se pertinere dicta Ecclesia affirmabat. Viso ergo processu & utriusq. partis probationibus iudicatum est in favorẽ dictæ Ecclesiæ contra communitatem faventiam, cui simul est perpetuum silentium impositum super possessorio iudicio dictorum iurium, vnde orta est hæc nostri text. conclusio: *Si actor, & reus in interdicto possessorio retinenda probant, obtinet is, qui antiquiorem probat possessionem titulo, maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit.* Quæ conclusio aperte deducitur communiter ex verbis nostri text. in versic. *ex præmissis*, & in versic. *maximè*. Et facit text. in leg. si duo, ff. uti possidetis, & in §. quorum. Instituta de interdictis, Bart. in leg. 1. §. fin. ff. uti possidetis, & in dict. leg. si duo, à num. 4. cum adductis à Cobarruvias in practicis cap. 17. numero fin. versiculo *de decimo*, Menochius de recuperanda remedio decimo quinto, numero 389. Osalcus in Pedemontanis decisione quinquagesima quinta.

2 Dubitationem movet primò, nam etfi Ecclesia probasset generaliter se omnem iurisdictionem possidere, communitas faventina probaverat quinquagenariam possessionem certorum servitorum. Cum ergo huiusmodi probationes nullo modo inter se repugnarent, utramque enim potuit esse verum: eo enim casu pronuntiari debuit in eo possessorio iudicio uti possidetis, ita possideatis: ut in toto titulo, ff. uti possidetis, & in §. retinenda, & §. tertia divisio, instituta de interdictis.

3 Idque, quod attinet ad nostri text. speciem, confirmatur primò, nam etfi dicta Ecclesia probasset antiquiorem possessionem, non inde sequitur præsumendum novam Communitatis faventis possessionem iniustam esse, ut aperte probat text. in capite cum Ecclesia sutrina, de causa possessionis: & consequenter pro ea debuit habere locum declaratio, saltim quoad illa servitia, non obstante antiquiore Ecclesiæ possessione. Secundo quoniam in hoc interdicto retinenda, obtinet ille, qui est in possessione tempore litis motæ, lege prima, ff. uti possidetis: vel saltim hodie obtinet qui est in possessione tempore litis contestatæ, ut in §. quorum, Instituta

ta de interdictis. Cum ergò Communitas faventina probasset quinquagenariam possessionem servitorum debuit in eo retinenda iudicio obtinere.

4 Sed pro explicatione nostræ conclusionis primò sciendum est, quòd pro conservanda possessione duplex competit interdictum uti possidetis pro rebus immobilibus, & interdictum utrobi pro rebus mobilibus, ut in §. retinenda, & §. sed interdictum, Instituta de interdictis, lege prima, ff. uti possidetis, & lege prima, ff. utrobi, competit ergò huiusmodi interdictum retinenda ei, qui de facto in sua possessione molestatur, & impeditur, ne ea libere utatur: veluti in cultura, & collectione fructuum, lege tertia, §. si vicinus, ff. uti possidetis, Glossa magna in dicto §. quorum, Instituta de interdictis, lege vim facit, ff. de vi, & vi armata, capite audita, & ibi Glossa secunda de restitutione spoliatorum: imò & competit interdictum etiam si solo verbo molestia inferatur, veluti si possessori libera administratio impediatur, veluti si impediretur locatio fundi, vel mercenarij non inveniantur, ut probatur in dict. leg. vim facit, ff. de vi, & vi armata, ibi, *sive quid omnimodè faciendo*.

5 Competit etiam hoc interdictum retinenda, quoties utraque pars de proprietate contendit; nam si ignoratur quis possessor sit ad ordinandum iudicium proprietatis, hoc intentatur iudicium, ut sciamus, quis sit possessor, ut is partes rei sustineat; ut in dicto §. retinenda, instituta de interdictis: & sic procedit textus in lege si quis à liberis, §. final. ff. de liberali causa, & in lege ordinarij, C. de rei vindicatione, & in lege in certi, C. de interdictis. Et hoc est vnum inter alia commoda possessionis, de quibus in §. commodum: Instituta de interdictis, quod possessor partes rei sustineat, & in leg. vigesima septima, & vigesima octava, titulo secundo, parte tertia, plura tradit Ripa in capite sæpè, à numero secundo, de restitutione spoliatorum, Menochius de retinenda possessione in præludijs à numero quarto, quibus additur interdictum, quod apud nos *interim* appellatur, de quo loquitur text. in capite cum venissent, de institutionibus, Cobarruvias in practicis capite 17. Menochius de retinenda in præludijs à numero trigesimo.

6 Dubium autem est, an interdictum retinenda non solum competat pro molestia extra iudiciali, sed etiam pro iudiciali, super proprietate, vel super possessione: in qua quæstione Innocentius, & Ioannes Andreas in text. nostro existimant hoc interdictum nullo modo competere pro molestia iudiciali: quos sequitur Panormitanus in cap. audita num. 8. de restitutione spoliatorum, & ibidem, Imola in fine, Alexand. in leg. si prius numero vigesimo secundo, ff. de novi operis nuntiatione, & moventur aliquibus fundamentis infra referendis.

7 Receptior tamen est contraria sententia, videlicet etiam competere pro molestia iudiciali super proprietate, aut possessione: idque probare videtur text. in leg. i. §. hoc interdictum in versiculo *sed si inter duos*, & in leg. si duo, versiculo *hoc interdictum* el primero, ff. vti possidetis. Vbi si vnus intentat interdictum retinendæ, & adversarius defendit allegans se possidere interdictum ab vtroque intentatum, censetur quasi vterque simul sit actor, & reus. Et pro hac doctrina expendi potest text. in dict. cap. cum venissent de institutionibus, in versiculo *nos igitur*, vbi Archiepiscopus intentavit proprietatem iuris instituendi in Ecclesijs vacantibus, & ex illa molestia iudiciali pronuntiatur fuit interdictum retinendæ pro Archiepiscopo. Et expendi etiam potest text. in cap. cum personæ, versiculo, *quod sitales*, & ibi glossa, verbo *turbentur*, de privilegijs lib. sexto. Et facit vterius pro hac doctrina: nam si actor intetaverit petitorium, poterit reus deducere interdictum retinendæ, ne turbetur, & molestetur in sua possessione, vt videtur sentire Iason in leg. naturaliter, §. nihil commune, numero 142. ff. de acquirenda possessione. Et ibidem Rubeus num. 321. Ripa num. 164. Quam opinionem veram puto, quando quis molestatur super possessione iudicialiter, secus verò super proprietate.

8 Neque retenta ea opinione obstabit text. in dict. capit. cum venissent, de institutionibus, vbi defenditur Archiepiscopus in sua possessione contra intentantem petitorium: nam respondetur, quod in illa specie interim defenditur lite pendente: nam cum eo tempore nihil sit innovandum, & Archidiaconus esset in possessione tempore litis motæ, iustissime in ea defenditur interim, quod super proprietate pronuntiatur, non tamen defenditur contra molestiam litis ipsius proprietatis, ita vt actor impediatur litem suam super proprietate prosequi. Et eodem modo procedit text. in dict. cap. cum personæ de privilegijs lib. 6.

9 Neque iterum obstabit dicere reum posse intentare interdictum retinendæ cōtra actorem, qui petitorium intentat: nam hoc verum erit quando aliàs reus molestatur extraiudicialiter in sua possessione, non verò propter molestiam iudicalem: actor namque impedi non potest, quominus actionem suam super proprietate prosequatur: argumento text. in leg. non videtur, ff. de regulis iuris, & in leg. Grachus, C. ad leg. Iuliam de adulterijs. Sic etiam est intelligendus text. in cap. Audita de restitutione spoliatorum: nam etsi text. ille loquatur in inferente molestiam extraiudicalem iuxta communem Doctorum sententiam, non tamen negat id etiam fieri posse, quando infertur molestia iudicialiter circa possessionem. Et eodem modo est intelligendus text. in capit. cum Ecclesia Vulterana 31. de electione. Neque etiam obijci potest text. in cap.

conquerente de restitutione spoliatorum, dicitur probat non competere interdictum, vnde videtur contra spoliū iudiciale factum iuris ordine à iudice servato: nam respondetur, non esse spoliū quod à iudice fit servato iuris ordine; erit tamen possessionis turbatio petere aliquem defendentem possessione, si adversarius possideat.

10 Remanet tamen scrupulus, nam Bullis Apostolicis apponi solet illa clausula, contra dictatores per censuram Ecclesiasticam compescendo. Respondeo tamen intelligendum clausulam illam de contradictoribus de facto, extraiudicialiter, non verò de contradictoribus de iure; & in iudicio. Sic docet Glossa in capite pro illorum de præbendis, verbo *contra dictatores*, ibidem ab omnibus recepta; & rescribit Navarro in capite cum contingat de rescriptis, Stafleus de litteris gratiæ, titulo *de vi*, & *de clausularum*, in capite significatio clausulæ numero quarto, quoniam nunquam creditur se intentio Pontificis tollere ius alteri quæ sita lege secunda, & merito, & §. si quis à Principe, ne quid in loco publico. Et faciunt ea que notantur ad regulam cancellariæ de iure quæ sita tollendo.

11 His suppositis ratio nostræ decisionis & conclusionis nostri textus supra in principio propositæ deducitur ex verbis nostri textus *cum duo*, est enim iuris regula notissima, duo simul eandem rem possidere non posse, lege tertia §. ex contrario, ff. de acquirenda possessione, lege si vt certò, §. duobus vehiculum, ff. commodati. Neque obstabit dicere, quod si hoc verum esset, nunquam posset pronuntiari sub illa forma, *vti possidetis, ita possideatis*, iuxta decisionem text. in lege si duo, versiculo *hoc interdictum* el primero, ff. vti possidetis: nam respondetur hoc interdictum sub ea forma competere, vbi cumque vterque possidet diversis respectibus, verbi gratia vnus naturaliter, & alter civiliter, vnus iurisdictionem, & alter servitia, vt in textu nostro, vt in similibus casibus, vt advertit Glossa in dict. lege si duo, & verbo *vti possidetis*, in textu nostro. Imò & poterit declarari sub illa forma, *vti possidetis, ita possideatis*, si vterque probat se possidere respectu eiusdem possessionis: veluti si vterque possideat civiliter, & naturaliter, & de potestate iure non constet possessionis alterius: nam licet verum sit non esse possibile duos vnā, & eandem rem simul in solidū possidere eodem respectu, cum tamen possibile sit duos simul eandem possessionem probare, eo casu pronuntiatur, *vti possidetis, ita possideatis*, nam cum eo casu iudex non possit certam sententiam dicere, causam iudicialiter decidit, *vti possidetis, ita possideatis*, pronuntiando: quia cum mutuo concursu se impediunt probationes vtriusque partis, non erit incertam esse sententiam.

12 Fatemur tamen Bartolum in lege si duo numero primo, ff. vti possidetis, sensisse, quod

vtraque parte æqualiter possessionem probante in eo interdicto retinendæ iudicem debere vnicuique dimidiam possessionis partem adiudicare. Quem sequuntur Angelus in dict. leg. si duo numero quarto, Salicetus in lege vnica, C. vti possidetis numero vigesimo tertio, Panormitanus in textu nostro numero trigesimo septimo, Decius numero vigesimo octavo, Beroius quæstione 239. numero secundo, Tiraquellus de primogenijs, quæstione decima septima, numero septimo. Et moventur primò ex text. in leg. si pater familias, 4. ff. de hæredibus instituendis, vbi propter dubium hæreditas dividitur. Secundo ex text. in leg. si fundus decimo sexto, §. si duo pariter, ff. de pignoribus, vbi ratione dubij pignus vtrique creditori manet obligatum. Tertio ex text. in cap. fin. in fine principij de sepulturis, libro sexto, vbi decum est funeralem portionem inter duas parochias esse dividendam pro æquis portionibus.

13 Sed puto veriore, & receptiore esse contrariam opinionem, videlicet vtrique in solidum esse adiudicandam rei possessionem, neque dividendam esse; vt firmiter probavit Baldus in capite in nostra, numero quinto de testibus, Aretinus in text. nostro, numero 84. Imola numero vigesimo quarto, Felinus numero quadagesimo quarto, Albericus in dicta lege vnica, C. vti possidetis, numero duodecimo, Fulgosius numero decimo sexto. Idque probare videntur text. nostri verba in versiculo *cum duo insimul*. Nam quando duo æqualiter possessionem probant non deficit ius, sed probatio: nam attenda veritate vnus possidet, & alius molestatur. Tum etiam: nam sententia debet esse conformis libello, leg. vt fundus, ff. communi dividundo, capite licet el 31. de simonia. Vnde parte vtraque integram possessionem petenti possessio pro parte adiudicari non potest. Præterea, nam iudex iudicare tenetur secundum allegata, & probata, lege illicitas, §. veritas, ff. de officio præsidis, Cobarruvias lib. 1. variarum cap. 1. si ergo vterque integram probavit possessionem, vtrique integra debet adiudicari.

14 Neque obstat cōtraria opinionis fundamenta. Non primò text. in leg. si pater Familias, ff. de hæredibus instituendis. Et ad idem solet expendi text. in §. fin. Instituta de vulgari, quæ iura non levem continent difficultatem, vt sensit Alciatus lib. primo disputationum capite secundo, Politus de vulgari quarta parte, numero septimo. Pro cuius explicatione sciendum est, Iustinianum in dict. §. fin. de vulgari dixisse, quod si servus alienus hæres institutus sit, quem aliàs testator patrem familias esse credebat, eique substitutus datus sit si vnus hæres institutus iussu domini adierit, hæreditatem, hæreditas dividenda est

pro dimidia portione, ita vt dimidia ad dominum, dimidia verò ad substitutum pertineat. Quod etiam significare videtur text. in dict. leg. si pater familias quarto, ff. de hæredibus instituendis.

15 Hoc autem triplici, argumento difficile redditur. Primò, nam iuxta regulam text. in lege quando 68. ff. de acquirenda hæreditate concursus instituti, & substituti admitti non potest. Secundo, nam vulgaris substitutio adita per institutum hæreditate exspirat, lege post aditam, C. de impuberum: cum ergo in ea specie proponamus servum institutum hæreditatem adijisse, nullo modo debuit substitutus admitti. Tertio, nam in hac eadem specie Iurisconsultus in dict. lege si pater familias, aliam diversam hæreditatis divisionem proponit dicens, semissem tantummodo hæreditatis dividendum esse inter substitutum, & dominum servi instituti, Iustinianus verò in dict. §. fin. vniversam hæreditatem putat esse dividendam.

16 Quare hanc divisionem, & concursum instituti, & substituti contra iuris regulas in dictis iuribus admitti sensisse videtur Bart. in lege prima, numero vigesimo septimo, ff. de vulgari, & in dict. leg. si pater familias, Baldus nobelus in leg. cum filio, ff. delegatis primò, à numero trigesimo quarto, & ibidem, Socinus Iunior numero 159. & numero 162. Aymon à numero 230. Alciatus libro primo disputationum capite secundo, Vacinius libro sexto, declarationum cap. 85. Cuiacius libro decimo septimo, observationum, capite vigesimo primo. Nam contra substitutum faciunt ea quæ dicta sunt. Et vterius, nam illa verba substitutionis, *si hæres non erit*, eum habent sensum, si neque ipse hæres erit, neque alius, cui subiectus sit, eam adquisierit. Cum ergo in prædicta specie seruo adente hæreditas domino quærat, excluditur substitutus, argumento textus in lege si iam facta, vnde prima, ff. de conditionibus, & demonstrationibus.

17 Ex adverso tamen pro substituto nimis vrgere videtur testatoris voluntas, iuxta quam sunt semper interpretanda verba testatoris, lege quo loco 20. §. primo, vbi Bart. ff. de hæredibus instituendis. Instituit ergo testator servum hæredem, credens liberum esse. Vnde conditio substitutionis impleta fuit, *si hæres non erit*, quoniam neque ipse fuit hæres, neque alium mutata conditione, sed retenta fecit hæredem: imò cum eum, quem ingenuū esse credebat, cum verè servus esset, hæredem instituisset, testatoris voluntas penitus videtur defecta, argumento text. in lege si pater 4. C. de hæredibus instituendis, leg. nec professio, C. de testamentis.

18 Quare cum non inæqualiter in ea specie

cie pro instituto, & substituto urgeat ratio, & testatoris voluntas, ne aliàs integra hæreditas vni adiudicetur, & alteri contra mentem testatoris penitus auferatur, mediam viam elegerunt Imperatores in dicta lege si pater, & in lege, & hoc Tiberius, ff. de hæredibus instituendis, & similis est Glossæ finalis partitio in alia specie in lege Nensenus trigesima quarta, ff. de negotijs gestis: quam exornat Decius consilio centesimo septuagesimo sexto, numero sexto, Tiraquellus de primogenijs quæstione decima septima, opinione quarta, numero nono. Quare in dictis iuribus propter repugnantiam scripti iuris cum voluntate testatoris speciali ratione divisio hæreditatis admissa fuit, & vt potius valeret, quam periret testantis dispositio, & voluntas, quæ ratio in specie nostri text. non procedit.

39 Remanet tamen difficile Iurisconsulti responsum in dicta lege si pater familias: vbi alter semis solum dividitur inter dominum instituti servi, & substitutum. At in dicto §. final, Instituta de vulgari, integra hæreditas dividitur, ita vt dominus servi instituti integrum habeat semissem, & aliam integrum semissem habeat substitutus. Variæ ergo sunt interpretationes dictæ legis si pater familias. Quibus omnibus omnis ex ultimam dicendum in dicta lege si pater, non alterum semissem fuisse divisum, sed totius hæreditatis integrique assis divisionem factam, vt indicant illa verba eiusdem textus ibi, *Potest dici Sempronium in partem hæreditatis admitti*, eademq; verba reperiuntur in dicto §. final, ibi, *Marius substitutus in partem admittitur*, eaque coniungenda sunt cum decisione textus in lege nomen filiarum, centesimo sexagesimo quarto, §. patronis, ff. de verborum significatione, & in lege hoc Tiberius, ff. de hæredibus instituendis, ibi, *nam diuisa hæreditas est*. Vbi in casu dictæ legis si pater, diuisam fuisse hæreditatem Pomponius scribit. Vnde iuxta vetustiores libros Sempronius non cohæres, vt alij putant, sed solum substitutus fuit, vt rectè putat Dionysius Gotifredus. Neque obstabit versus, *ita vt alter semis*, nam rectissimè Cuiacius advertit legendum esse *ita vt as*, erroris causam Triboniano dedit, quod grandioribus litteris scriptum esset, *vt as*, & inter duas posteriores forte punctum incidisset, quod pro dictionum compendij non notas pro notis Tribonianus accepit, & legi volebat, *vt alter semis*. Vt ergo posterior pars legis primæ correspondeat, in qua semisses fieri Iulianus dixerat, ita, vt as æquis partibus divideretur, apparet, ita etiam in posteriori esse legendum.

20 Neque etiam obstat secundo text. in leg. si fundus, §. si duo pariter, ff. de pignori-

bus, vbi probatur, quod si pignus duobus obligatum, pro æquis portionibus obligatum creditur. Nam respondetur, idè in ea specie pro parte censei pignus obligatum vtrique creditori: quia ea fuit contrahentium voluntas, qui pignus non in solidum obligarunt.

21 Tandem non obstat tertio, text. in capite secundo in fine principij de sepulturis, libro sexto, vbi si quis habeat duplex domicilium in duplici parochia pro æquis partibus, canonica portio dividitur, ibi, *Lomiciliorum Ecclesia habebunt inter se dividere canonicam portionem*. De cuius explicatione agit Cobarrubias in capite indicante de testamentis, numero secundo. Costa in capite si pater, prima parte, verbo *pauperes*, à numero decimo tertio, de testamentis, libro tertio. Respondetur tamen in ea specie nullam dari inæquitatem: neque enim repugnat, quod quis parochianus sit duarum parochiarum, idè que nullum est inconueniens portionem funeralem inter duas Ecclesias dividere: repugnat tamen vnam, & eandem possessionem esse inter duos.

22 Ex quibus oritur primò, quod in prædicta specie non poterit ferri absolutoria sententia pro reo: nam inter duos de retinenda possessione contendentes vterque simul actor, & reus est, leg. si duo, §. hoc interdictum, ff. vt possidetis. Et facit text. in leg. in tribus, ff. de iudicijs, quamvis aliàs verum sit, quod quantum ad ordinem iudicij, qui prius ad iudicium provocavit censetur actor ex regula text. in lege qui prior, ff. de iudicijs. Imò neque obstat dicere regulam illam, actore non probante reum esse absolvendum, de qua in lege actor, C. de probationibus, capite cum Ecclesia Gutrina de causa possessionis, etiam habere locum in iudicijs duplicibus, idque probari videtur in capite ex litteris supra dicto titulo, & docuit Glossa nostra in verbo *vt possidetis*: nam respondetur, quod hæc sententia locum habet in iudicijs familiarum eriscundæ, finium regundorum, & communi dividendo, vbi ille, qui conventus est possidet, & colligitur etiam ex eodem capite ex litteris. Illa tamen decisio ad casum nostrum non potest applicari, vbi vtroque litigatore æqualiter possessionem probante non potest constare, quis possessor sit, & sic intelligenda est dict. glossa nostra verbo *vt possidetis*.

23 Infertur etiam non esse veram glossæ sententiam in capite si testes quarto, quæstione tertia, & in capite in nostra de testibus decem, quod si partes æqualiter probant possessionem, iudex poterit vni parti gratificari: nam certum est vnum ex litigatoribus non possidere. Neque obstat text. in lege si quis servus octava, §. si inter duos, ff. delegatis secundo

secundo, vbi si testator re legans de certo senserit legatario, & non appareat quis sit ex duobus, poterit hæres qui voluerit solvere: nam respondeo, quod ibi hæres vni potuit gratificari, quia de suis bonis gratificatur, & sine alterius præiudicio, cui semper ius suum saluum manet, vt notat Aretius in lege ex duobus numero quinto, ff. de vulgari. Sic etiam non obstat text. in cap. cum tu de iure patronatus, capite Duobus, §. quod si forsan de rescriptis, libro sexto, capite Si quis iusto quadragesimo sexto, de electione libro sexto: nam in his iuribus Ordinarius poterit gratificari vni data paritate, nam loquuntur in materia beneficii, ne diu Ecclesia pastore careret, vt in cap. Oblata quinquagesimo septimo, de appellationibus, & probat Aretius vbi supra.

24 Neque etiam probanda est glossæ nostræ sententia in verbo *vt possidetis* docentis, quod si vtraque pars æqualiter probet possessionem, forte res dirimenda est: quam sequuntur in text. nostro Hostiensis, & Ioan. Andreas, Felinus numero quadragesimo quarto, Tiraquellus de primogenijs, quæstione 17. oppositione 1. contrarium enim sensit Accurs. in l. vnica, C. vt possidetis verbo, *probavit*, Bart. in leg. si duo, num. 5. ff. vt possidetis, Alexand. ex Iason, in lege huiusmodi, §. final, ff. delegatis primo, docet in text. nostro communem Decius numero vigesimo octavo, Tiraquellus de primogenijs, quæstione decima septima, numero octuagesimo quarto, & ratio erit: nam in rei veritate certum est possessionem ad vnum pertinere, cum penes duos esse non possit, ex dicta leg. tertia, §. ex contrario, ff. de acquirenda possessione. Non ergo iuste poterit causa iudicio fortis committi, glossa in §. primo, verbo *partes*, Instituta de satisfactione tutorum, Tiraquellus vbi supra 1. opinione num. 92.

25 Neque his obijci potest text. in lege sed cum duo decima quarta, ff. de iudicijs, vbi in iudicijs duplicibus dicitur rem forte dirimendam esse, nam respondetur, quod in illa specie solum forte determinatur quis reus, & quis actor sit, quado vterque æqualiter, & eodem tempore provocavit ad iudicium. Quod etiam in iudicio vt possidetis procedit ad eum effectum, vt prior agat, qui prior appellat, iuxta textum in lege qui prior, ff. de iudicijs: secus verò quando agitur ad iudicandam possessionem, & causam possessionis determinandam, vt in text. nostro docet Felinus numero quadragesimo quarto, Imola super glossa nostra in verbo *vt possidetis*, Tiraquellus dicta prima opinione in principio. Sic etiam non potest obijci text. in lege final, §. Sancimus, C. communia delegatis, & in §. optionis Instituta delegatis, vbi si pluribus optio relicta sit, &

in electione non conveniunt, forte controversia dirimitur: nam in ea specie forte res dirimitur inter eos, qui ius habent æquale, & ita procedit etiam text. in leg. si quæ sunt cautiones, ff. familiarum eriscundæ, in leg. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicommissariis libertatibus: de quo videndus est Tiraquellus dicta quæstione decima septima, opinione 1. per totam. Petrus Gregorius lib. 34. syntagmatum, titulo 5. per totum.

26 Vnde non obstat dubitandi ratio supra adducta numero secundo, vbi dicebatur in textu nostro servandam esse eam formam, *vt possidetis, ita possideatis*, eò quod etsi Ecclesia probasset generaliter omnem possessionem possidere, at Communitas faventina certorum servitorum possessionem probavit. Cum ergo probationes istæ non repugnarent inter se, debuit iudicium fieri sub illa forma, *vt possidetis, ita possideatis*: nam respondetur quod in ea specie id locum non habuit, nam testes Ecclesiæ deposuerunt penes Ecclesiam esse omnem honorem, & iurisdictionem in prædictis locis, & sub illa vniuersali etiam continerentur servitia, argumento text. in cap. si Romanorum decima nona, distinctione. Vnde cum possessio Ecclesiæ esset antiquior possessione Communitatis faventinæ, illa præferatur, & hæc vitiosa præsumitur, & clandestina, idè que obtinuit Ecclesia, vt advertit in præfati Innocentius, quem sequitur Ancharranus numero decimo nono, in tertia oppositione, Ægidius Belamera, numero vigesimo nono, & numero trigesimo. Vnde si vnus ex litigatoribus probasset possessionem, & alius etiam diversis respectibus, vnus alteri, & e contra deberet condemnari interdicto, *vt possidetis*, respectu possessionis, quam probavit, & hoc modo interpretanda esset sententia lata sub illa forma, *vt possidetis, ita possideatis*.

27 Neque obstat difficultas adducta supra numero tertio, videlicet, quod etsi dicta Ecclesia probasset antiquiorem possessionem non inde sequitur noviore possessionem communitatis faventinæ iniustè præsumi ex regula text. in dict. cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis: nam respondent Ioan. Andreas, & alij quos retulit Butrius in text. nostro numero sexagesimo, text. in dict. capit. cum Ecclesia Sutrina procedere in iuribus in corporalibus, in quibus multiplicabilis est possessio; & idè etiam probata antiquiori possessione adversarij novior non præsumitur iniusta: non tamen procedit in possessione rerum corporalium, in quibus cum possessio multiplicabilis non sit, probata antiqua possessione nova possessio censetur iniusta.

28 Hæc tamen solutio manifestè convincitur, eò quod non potest decisioni nostri text. adaptari: nam text. noster de possessione iurium

iurium incorporalium loquitur. Deducitur ergo pro tuenda quasi possessione iuris incorporalis interdictum, *uti possidetis*, competere saltim utile, ut probat glossa nostra in verbo *uti possidetis*, lege secunda, §. final, ff. si servitus vendicatur, Bart. in leg. naturaliter, §. nihil commune numero decimo octavo, ff. de acquirenda possessione. Idque ex communi legistarum sententia procedit, ubicunque iura incorporalia alicui rei coherent, veluti Ecclesiarum, villarum, Castro, aut fundo: secus vero si coherent soli personarum: ut in capite ad Apostolicam quadragesimo secundo, de simonia, docet Bart. in lege final, ff. quorum bonorum, Ripa ibidem numero tertio. At vero secundum communem Canonistarum hoc casu etiam competit interdictum retinendae: argumento text. in cap. querelam de electione, & probat Innocentius in capite pervenit de censibus, Menochius de recuperanda remedio primo, numero octuagesimo septimo, Olfascus decisione nonagesima nona. Vnde verius est text. in dicto capite cum Ecclesia Sutrina, esse intelligendum de interdicto recuperandae, ubi in odium spoliantis spoliato conceditur restitutio, licet non videatur habere iustam possessionem, maxime quia in ea specie Clerici possidebant cum scientia, & patientia Canoniorum.

29 Neque tandem obstat ultima difficultas eodem numero tertio adducta, videlicet Communitatem faventinam esse in possessione servitorum tuendam, cum possideret non solum tempore litis motae, sed etiam tempore litis contestatae; nam respondetur, quod iure antiquo interdictum *uti possidetis*, illi competebat, qui possidebat tempore interdicti; at vero in interdicto *utrovi* obtinebat ille, qui maiori parte anni fuerat in possessione, ut in lege prima, ff. uti possidetis, lege prima, ff. utrovi docet Iulius Paulus libro quinto receptorum sententiarum, titulo sexto, & ibidem, Cuiacius. Hodie vero satis erit, quod interdictum intentans possideat tempore litis contestatae in utroque interdicto, ut in §. quorum, Instituta de interdictis, & in dicto leg. prima, ff. utrovi: & notant Alciatus, & Rebusus in lege maiori parte centesima quinquagesima quarta, ff. de verborum significatione, Balduinus in dicto §. quorum. Tenetur ergo hoc interdictum intentans probare se possidere non vi, non clam, non precario tempore litis contestatae ab adversario suo, lege prima in principio, ff. uti possidetis, lege prima, ff. utrovi. Imò & sufficit probare antiquam possessionem continuatam fuisse allegando; ex eo enim probatur praesens possessio tempore legitimo, ut docet glossa in lege siue possidetis, C. de probationibus, quam ibi sequuntur communiter Bart. & Doctores. Et facit text. in ca-

pite olim el terzero, de restitutione spoliatorum ibi, *vel prius etiam habuisse*, docet communem, Ripa in dicto capite cum Ecclesia Sutrina numero trigesimo secundo, & numero trigesimo octavo, de causa possessionis, Cobarrubias in regula possessor secunda parte, §. 1. numero quarto, Zefalus consilio 85. numero decimo nono, libro primo. Menochius de recuperanda remedio decimo quinto, numero 386. Quae sententia verior est, quamvis contrarium defenderit Glossa in cap. cum ad sede de restitutione spoliatorum.

30 Sed obiici potest text. noster ibi, *A sexaginta annis citra*, ubi constat Pontificis decisionem non solum fundari in antiqua possessione Ecclesiarum, sed etiam in continuatione possessionis. Respondetur tamen, ideo in ea specie necessarium fuisse probare possessionis continuationem, nam faventina Communitas allegabat, & probabat noviore possessione, alias enim Ecclesiae sufficeret antiquam probare, & allegare novam, ut resolvit Afflictus decisione 394. Cobarrubias in practico capite decimo septimo in fine, Olfascus in Pedemontanis decisione quadragesima tertia, & decisione 99. in fine.

31 Tenetur & ulterius hoc interdictum retinendae intentans vim turbativam probare ab adversario illatam, ut colligitur ex lege final, ff. utrovi, & ex text. nostro ibi, *à vi turbativa*, Glossa finalis in dicto §. quorum, Instituta de interdictis, Bart. in dicto leg. prima, §. hoc interdictum, ff. uti possidetis, Rolandus consilio 46. numero vigesimo secundo, volumine secundo. Quae sententia vera est, quotiescunque hoc interdictum principaliter intentatur, secus vero quando ad ordinandum iudicium intentatur proprietatis, quo casu intentari potest absque aliqua vi turbativa, ut in §. retinendae Instituta de interdictis, & in cap. Pastoralis de causa possessionis ibi, *alijs possessoris iudicij*, & utrobique scribentes, & in l. si quis à libertis, §. fin. ff. de liberali causa.

32 Vnde facile respondetur ad argumentum: ideo enim in specie nostri text. faventina Communitas non obtinuit in hoc interdicto, quamvis probaverat possessionem tempore litis motae, & à quinquaginta annis citra, nam cum Ecclesia probasset antiquiorem possessionem continuatam, eo ipso censetur vitiosa possessio Communitatis faventinae, ut ultra scribentes in text. nostro, resolvit Cobarrubias dicto capite decimo septimo, Gomecius in lege quadragesima quinta Tauri, num. 126. Matienzo in lege nona, titulo septimo libro quinto, glossa prima numero primo, Menochius de recuperanda remedio primo, num. 158. Sicut ex alijs causis vnus possessio potior est, quam alterius, ut praeter relatos docent in praesenti Decius n. 9. Berolius n. 49.

33 Tandem aliud est interdictum retinendae, de quo loquitur text. in cap. cum venissent de institutionibus, & in cap. cum personae, versiculo, *quod sitales*, de privilegijs lib. 6. quod apud Hispanos appellatur *interim*, de quo Cobarrubias in practico dicto cap. 17. Gomecius in leg. 45. Tauri, num. 126. Matienzo in lege nona, titulo septimo, libro quinto, Glossa prima num. 3. apud Gallos dicitur *recredentia*, de qua Masuerius in practica, titulo de possessorio, Tiraquel. in tractatu le mort. sexta parte, declaratione nona, Rebusus in concordata, titulo de annatis, in versiculo *quinta tamè*, & in commentario constitutionum Regiarum, tomo tertio, titulo de materijs possessorijs, Glossa prima à numero quarto cum sequentibus, apud Italos dicitur *nova provissa*, de quo Menochius de retinenda remedio 3. numero 9. & antiqui hoc interdictum appellabant *vindictis*, seu *in iudicium dicituram*, docet Alexand. ab Alexand. lib. sexto, Genialium cap. decimo, Alciatus lib. 1. parergo cap. nono, Eguinarius Varro in §. retinendae, Instituta de interdictis, Balduinus in 12. Tabulis ad leg. 45. Corrasius in leg. 2. §. deinde ex his n. 8. & 9. ff. de origine iuris.

34 In quo interdicto obtinet is qui possidet tempore litis motae ex Cobarrubias dicto cap. 17. & alijs allegatis. Cavere ergo debet hoc interdictum intentans ne asserat se spoliatum, vel penes adversarium esse possessionem, non enim poterit obtinere: ad obtinendum enim debet possessionem probare, vel illam habuisse tempore litis motae, & allegare eius durationem, & index precipit examinare quinque testes ab actore, & quinque à reo, & quinque ex officio breviter, & summarie cum partium citatione, ut advertit Cobarrubias dicto cap. 17. num. 4. & tunc pronuntiatur possidentem defendendum in sua possessione lite pendente sine prauidicio iuris utriusque partis in proprietate, & possessione, nam in hoc interdicto datur parti possessio custodiae causa, ut rectè advertit Rebusus ubi supra: nam iudicium *interim*, non facit quem pacificum possessorem, quia sicut ex primo decreto non consequitur quis veram possessionem in realibus, sed custodiam, ut in capite Pastoralis, §. praeterea de officio ordinarij, capite primo, & secundo, de eo, qui mittitur in possessionem: sic etiam nec per interim consequitur Rebusus de pacificis possessoribus numero 198. Glossa in cap. commissa de electione, libro sexto, vnde non habet in eo locum regula de triennali; nec regula text. in Clementina vnica de sequestratione possessionis, & fructuum.

35 Tandem remanet scrupulus circa litteram text. nostri ibi, *Quoniam est de corruptione aliquid dicere videantur, de falsitate penitus nihil dicunt*: quae verba denotant solam corruptionem ad repellendum testem non sufficere nisi aliàs de falsitate testis appareat. Dubitationem movet, text. in capite sicut vobis nono, de testibus, ubi

sola corruptio testium illos à testimonio repellit, etiam sine probatione falsitatis. Imò certum est testem corruptum non solum non probare, sed etiam de falso puniendum esse, ut communiter notatur in cap. primo de testibus, & ibi glossa verbo *preio*. Belamera in versiculo *nota primo*. Felinus numero primo, notabili primo, Panormitanus numero secundo, in versiculo *quid si preio*, & probari videtur in lege tertia, v. lege Julia, ff. de testibus ibi, *Qui ve ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel convictus erit*. Romanus singulari 330. in principio, & relati à Mascardo de probationibus, libro primo, conclusione 454. à num. 1. & conclusione 1358. à num. 1.

36 Testis namque corruptus in dubio praesumitur falsum dixisse, etiam non probata falsitate, ut sentit Hostiensis in capite primo de testibus in principio, in versiculo *non conducantur*, Bosius titulo de oppositione contra testes, numero 148. & num. 149. in versiculo, *in dubio praesumitur falsum dixisse*. Imò & communiter receptum est ex sola praesumptione corruptionis tolli fidem testi adeo, ut ex eo solum quod probetur testem corruptum fuisse possit de falso accusari sentit Bart. in lege prima in principio post glossam, verbo *advocationem*, ff. ad leg. Corneliam de falsis, & in leg. Divus numero septimo, ff. de re iudicata, Iulius Clarus in §. falsum, versiculo *quid è converso in principio*, Butrius in text. nostro numero 34. Panormitanus 24. Felinus 29. Alexand. & Iason in dicto leg. Divus num. 28.

37 Hanc tamen interpretationem doctrinam improbat Philippus Decius in textu nostro numero vigesimo, ex text. in capite sicut de testibus, ubi simul requirebatur corruptio, & falsitatis probatio ibi, *Se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitatis, & iterum ibi, cum periuri sint, & sic vtrunque requiri, & corruptionem, & falsitatem probat Panormitanus in textu nostro num. sexto, Innocentius, & Ioan. Andreas, & Aretinus in dicto cap. sicut, num. 68. idque probatur: nam probationes debent esse concludentes per necessesse, non per possibile, leg. nec natales, C. de probationibus: sola enim probatio corruptionis non concludit falsitatem.*

38 Neque obstat dicere, quod ex sola corruptione praesumitur falsitas, nam hoc procedit ad effectum, ut testis puniatur, eiusque fides repellatur opposita legitimo tempore ea exceptio ne contr. testem ex adductis ab Antonio Gomecio in dicto leg. fin. Tauri numero decimo quinto, cum adductis per Bosium titulo de oppositione contra testes, num. 148. Emanuel Suarez in Thesauri communium litera T. num. 253.


39 Denique non obstat text. in dicto leg. Divus, ff. de re iudicata: nam in eius specie potius probatur simul cum corruptione intervenire debere probationem falsitatis, nam Iurisconsultus ad retractandam sententiam duo requirit simul videli-

videlicet, & confoirationem aduersariorum, & corruptionem testium, quo casu in conspiratione falsitas videtur inclusa, nihil enim aliud poterat operari conspiratio quam falsis testibus decipere iudicantem, ut in leg. si Prætor, §. Marcellus, ff. de iudicijs. Ea tamen omnia intelligenda sunt quoad effectum retractandi sententiam in quo casu non sufficit probatio corruptionis, nisi etiam probetur falsitas, ut in dict. cap. sicut de testibus. Neque obstat dicere, quod in illius text. species falsitas probata non fuit, sed solum testes, eam confessos fuisse, quorum confessio in præiudicium tertij admittenda non est, docet communis in dict. cap. sicut, & in cap. in tua, de te

stibus, vbi Felinus num. 7. Gomecius in dict. leg. fin. Tauri num. 15. nam priori dicto testis standum est de quo capella Tolosana, quæstion. 280. Alexand. de Nebo consilio 71. num. 4. & num. 5. Bart. in leg. si quis in gravi, §. si quis moriens, ff. ad Silanianum, Felinus in cap. literas, num. 19. de præsumptionibus, leg. 21. titulo 1. parte septima, nam verum est solam confessionem testium parti non præiudicare, nisi cum ea alia concurrant adminicula, ut in dict. cap. sicut vbi concurbat simul corruptio testium cum confessione eorum, ut communiter receptum testatur Gomecius vbi proximè, & sic finitur text. iste.



AD



AD TITVLVM DE IVRE IVRANDO 24. LIB. SECVNDO DECRETALIVM.

S V M M A R I A.

Ad textum in cap. 1. & in cap. Debitores, 6.
de Iure iurando.

- 1 **I**n his iuribus de promissione usurarum iurata tractatur
- 2 Conclusio qua ex dictis iuribus colligitur.
- 3 Conclusio nostra duplicem continet partem.
- 4 Prima pars conclusionis creditores usurarios compellendos esse ad iuramentum super usuris sibi solvendis relaxanda, unde oritur eius ratio num. 5.
- 6 Usurae sunt prohibita, & damnata omni iure divino, humano, & naturali. num. 7.
- 8 An de iure civili antiquo usura fuerint prohibita dubitari solet num. 9.
- 10 Supponitur secundo.
- 11 Respondetur ad text. in cap. super eo, de usuris.
- 12 Supponitur tertio.
- 13 Obligatio per promissionem iuramenti non solum adquiritur obligatio Deo, sed etiam homini, iure canonico attento.
- 14 Quid autem iure civili.
- 15 Contraria sententia, quod ex iuramento promissorio non oriri actionem, aut obligationem, sed iudicis officium competere iure civili attento ex Bar. num. 6.
- 17 Respondetur ad text. in leg. ut iuris iurandi, ff. de operis libertorum.
- 18 Respondetur ad text. in Authent. sacramenta puerum, & l. i. C. si adversus venditionem.
- 19 Respondetur ad text. in l. si quis maior, C. de transactiombus.
- 20 Respondetur ad text. in l. qua sub conditione, §. quoties, ff. de conditionibus, Inst. & in l. hac scriptura, ff. de condit. & demõst.
- 21 Supponitur quarto.
- 22 Iuramentum, quod sine culpa veniali impleri non pote nullam inducit obligationem.
- 23 Doctrina Panormitani in d. c. p. quamvis pactum, 2 p. §. 6. num. 6. & 7. num. 24. & 25.
- 26 Respondetur ad textum difficilem in c. p. cum quidam §. illi vero de iure iurando, num. 27.
- 28 Falsa doctrina gl. illa in c. p. final. verbo confirmavit, 2. quæst. 4. num. 29. & 30.
- 31 Vera nostra prioris conclusionis ratio, numero 32.
- 33 Respondetur ad argumentum supra adductum, num. 4. num. 34. & 35.
- 36 An si quis secum iuraverit in absentia alius in cuius utilitatem promisit nemine acceptanti teneatur id implere, num. 37. 38. & 39.
- 40 Longe diversa est ratio de relaxatione iuramenti, quod soli Deo præstitum est, ab eo quod homini præstitum est.
- 41 Irritatio iuramenti differt à relaxatione, & commutatione.
- 42 Doctrina Valentia 2. 2. disput. 7. quæst. 5. punto 4. num. 43. & 44.
- 45 Iuramentum de non ludendo difficillime relaxandum esse ex dict. in Navarri.
- 46 Iuramentum Deo præstitum relaxare ille potest qui potest in votis dispensare.
- 47 An quando iuramentum Deo præstitum est de materia reservata, & absolutum possit ab alio quam à Pontifice relaxari, veluti Casuatis, Religionis, num. 48.
- 49 Aliquando aliqua iuramenta sunt, quorum relaxatio pertinet ad Principem, ut sunt illa quibus firmanantur statuta.
- 50 Quid de iuramento, quod continet promissionem homini ff. de iur. iur. eius obligatio possit irritari, aut remitti ab illo, cui præstitum est.
- 51 In iuramento subintelligitur conditio salvo iure superioris.

- 52 Irrevocatio iuramenti potest fieri à superiori indirecte.
- 53 Quid in relaxatione iuramenti, de potestate dominativa.
- 54 De viro respectu uxoris idem dicendum est.
- 55 De parentibus respectu filiorum.
- 56 Explicatur Authent. sacramenta puberum, C. si ad versus vendit. num. 57.
- 58 De domino respectu servi.
- 59 An condonante creditore obligatio iuramenti tollatur. num. 60.
- 61 Remissio potest fieri à creditore ex solo arbitrio suo. num. 62.
- 63 Quando iuramentum prestitum non est principaliter in gratiam creditoris, sed in sui honorem, non potest creditor relaxare iuramentum. num. 64. & 65.
- 66 Respondetur ad doctrinam D. Thoma 2. 2. q. 89. art. 9. ad secundum. num. 67.
- 68 Quid si creditor prorogaverit solutionem, an si debitor non solvat periturus sit. num. 69. & 70.
- 71 Quid in compromisso. num. 72.
- 73 Fideiussor pro carcere tunc non obligatur, si iudex carcerem prorogaverit.
- 74 An sit citandus in tali remissione.
- 75 Respondetur ad argumentum supra num. 5.
- 76 Quando non versatur turpitudine ex parte recipientis, iuramentum non potest relaxari per Prælatum vel Ecclesiasticum præter Summum Pontificem.
- 77 Iuramentum Deo prestitum ex propria auctoritate potest in melius commutare, secus homini prestitum.
- 78 Quando turpitudine versatur ex parte creditoris recipientis Episcopus poterit tale iuramentum relaxare. num. 79.
- 80 Quid quando quis iuravit metu levi compulsus? num. 81.
- 82 An iuramentum prestitum metu latroni, vel usurario de non denunciando Ecclesie, sit obligatorium.
- 83 Iuramentum de non petenda relaxatione non est validum.
- 84 Cui Prælato competat relaxatio iuramenti quando contrahentes sunt diversi Diocesis. n. 85.
- 86 An relaxatio iuramenti possit peti per procuratorem domino absentem.
- 87 Principes seculares, & Magistratus possunt cognoscere de iuramentis, & ea remittere. n. 88. & 89.
- 90 An lex civilis, & Princeps possint impedire obligationem iuramenti. num. 91. 92. & 93.
- 94 Ad potestatem Ecclesiasticam pertinet relaxatio iuramenti.
- 95 Alij dicunt pertinere ad utramque potestatem civilem, & Ecclesiasticam. num. 96. & 97.
- 98 Explicatur secunda pars nostra conclusionis.
- 99 Triplex habet difficultates. num. 100. & 101.
- 102 Vera nostri text. conclusio.
- 103 Debitor qui sub usuris accepit pecuniam nullam usurario irrogat iniuriam, sed potius ipse ab ore

- ditore iniuriam patitur.
- 104 Qui indiget pecunia, & facile illam habere alim. de non potest licite poterit mutuum petere.
- 105 Ratio decidenda prioris conclusionis partis.
- 106 Ratio nostri text. in secunda parte.
- 107 Opponitur contra supra dictam doctrinam. num. 108. 109. & 110.
- 111 Exemplo declaratur supra dicta.
- 112 Lex Pontificia non curat de peccato recipiente usuras ex debitoris causa, quia non est proxima, sed immediata ex ipsius actus natura, idcirco debitor propter iuramentum solvere debet usuras.
- 113 Qualiter hoc iuramentum de solvendis usuris sit obligare.
- 114 Difficile argumentum ex eo urget.
- 115 Recte respondet Lessius libro secundo de iustitia & iure. capite 42. dubitat. 6. numero 26. Suarez.
- 116 Verior doctrina Sancy tomo 2. mor alium, libro de iuramento cap. 11. num. 3.
- 117 Ex tali iuramento ius, & actio adquiruntur debitori.
- 118 Contrarium est verius.
- 119 Sicut iuramenti obligatio satis facta videtur soluta momentanea solutione.
- 120 An detur compensatio ratione iuramenti in usurarum debito.
- 121 Quomodo supra dicta de compensatione intelligantur.
- 122 Declaratur tertia pars nostra conclusionis.
- 123 Opponitur contra conclusionem.
- 124 Facile respondetur.
- 125 Respondetur ad argumenta pro dubitandi ratione proposita num. 126.
- 127 Iuramentum actus naturam non sequitur, sed illam excedit.
- 128 Iuramentum aliquando confirmat contractum, aliquando illum non confirmat, sed observandum est propter divini nominis honorem.
- 129 Contractus remanet in sua natura quando iuramentum obligat, non tamen confirmat.
- 130 Quando iuramentum confirmat contractum quodvis aliis esset secluso iuramento esset nullus, si fieri firmus, & irrevocabilis ratione iuramenti.
- 131 Quando iuramentum confirmat contractum regulariter non licet illi contravenire.
- 132 Iuramentum sequitur naturam actus, & ipsius interpretationem, qua bona fide contractus interpretatur.
- 133 Quando iuramentum confirmat contractum, non, quomodo intelligendum est.
- 134 Quando dicatur contractus propter bonum publicum cum prohibitus principaliter.
- 135 Quando ex parte creditoris versatur turpitudine non confirmatur iuramento.
- 136 An hoc turpitudine ex parte creditoris sit de iure naturali, vel divino.
- 137 Iuramentum de materia interdicta per quantitate

- que legem, sive naturalem, sive divinam, & quando obligat ad culpam, nullum habet vim obligandi, nam videtur esse rei inique.
- 138 Intellectus text. in capit. non est obligatorium de regulis iuris. lib. 6.
- 139 Alienatio fundi dotalis non obstante prohibitione iuris civilis iuramento confirmatur.
- 140 Doctrina Cobarravias de pactis 2. p. in principis, num. 1. declaratur.
- 141 Quando lex civilis immediate tendit in bonum privati, & ipsius favorem non obligat ad culpam, iuramentum in tali casu erit obligatorium.
- 142 Rejicitur opinio Barr. in dict. leg. si quis pro eo, num. 9. & in Authent. sacramenta puberum, num. 10. num. 143. 144. & 145.
- 146 Quando iuramentum vergit in præiudicium tertij nunquam obligat.
- 147 An promissio arrarum ultra decimam partem bonorum iuramento confirmetur. num. 148.
- 149 Respondetur ad text. in leg. 1. 2. tit. 1. lib. 4. Recop.
- 150 Quid dicendum sit in sponsalitia largitate. num. 151.
- 152 Iuramentum non obligat in præiudicium tertij quando directe, & principaliter tendet in tale præiudicium.
- 153 Ad intelligentiam de iuramento confirmatorio nonnulla observanda sunt.
- 154 An hæc confirmandi contractus virtus insit iuramento prædictis modis, an solum habeat vim obligandi relicto contractui in sua pristina natura. num. 155. 156. 157. 158. & 159.
- 160 An iuramentum habeat virtutem confirmandi contractum qui eo secluso ipso iure irritus est. num. 161. 162. & 163.
- 164 Contractus qui non parit obligationem naturalem confirmatur iuramento.
- 165 Idem de contractu prodigi.
- 166 Reprobatur doctrina Azorij tomo 1. institutionis moralium, lib. 11. cap. 7. quæst. 1.
- 167 An contractus iure civili in ius ita formetur iuramento, ut efficiatur validus. num. 168. & 169. & 170.
- 171 An possit peti ab Episcopo relaxatio iuramenti solvendi amissa ludo pecunia creditæ.
- 172 Nonnulli Doctores affirmant sufficere quodcumque iuramentum de futuris ad confirmandum contractum.
- 373 Duplex est promissio de futuro. numero 174. & 175.
- 176 Non obstat text. in dict. Authent. sacramenta puberum, C. si ad versus venditionem. num. 177.
- 178 Respondetur ad leg. non dubiam, C. de legibus.
- 179 Authentica sacramenta non est restringenda tanquam odiosa, sed potius extendenda tanquam favorabilis.
- 180 An iuramentum habeat vim confirmandi contractus contra prius iuratum de illis non celebrandis.
- 181 An in actibus spiritualibus gesta contra iuramentum valeant.
- 182 Cap. dicto de præbendis.

- 183 Matrimonium est quid spirituale, & tamen valet contractum contra priora sponsalia iurata.
- 184 Aleiani doctrina in cap. cum contingat de iure iurando. num. 269.
- 185 Nulla est differentia inter actum spirituale, & temporalem.
- 186 Quid iuris erit in alienatione fundi dotalis, in donatione inter coniuges, & in alijs contractibus confirmetur iuramento. num. 187.
- 188 Iuramentum posterius non confirmat tale actum. num. 189.
- 190 Respondetur ad text. in leg. qui sic, ff. de solutionibus.

A D T E X T V M.

In capite 1. & in cap. debitores 6. de iure iurando.



In his iuribus de promissione usurarum iurata tractatur, de qua præter ordinarios ibidem videndus est Cobarravias in cap. Quamvis pactum, 2. p. q. 3. Gutier. de iuramento confirmatorio, 1. p. c. 2. & 3. p. c. 17. Serafinus de privileg. iuram. cap. 116. Germonius lib. 3. de sacrorum immunitatibus cap. 21. à num. 178. Molina de iustitia, & iure bono tract. 2. disp. 149. cum sequentibus, Sancy lib. 1. de sponsalibus, disp. 32. & lib. 2. moralium cap. 19. cum sequentibus, Suarez de Religione lib. 3. de iuramento, cap. 39. & cap. 41. Faquines lib. 3. controversia. cap. 13. & 18. & lib. 8. cap. 62. cum alijs multis adductis, Acenado ad Decretales colle. can. 78.

2 Ea ergo ex dictis iuribus colligitur conclusio: Quamvis usurarum promissio non obliget, si vero iuramento firmetur cum eius observantia ex parte creditoris turpitudinem contineat, agi potest ad relaxationem iuramenti, tenebitur tamen debitor solvere usuras solutas, tamen repetere poterit, quæ istorum iurium conclusio confirmatur ex decisione text. in cap. per tuas, c. quia in omnibus, cap. super eo de usuris, cap. significanti 7. de pignoribus, ca. ad nostram el 1. y el 2. cap. cum contingat, infra istos tit. cap. licet mulieres eod. tit. lib. 6. cap. quamvis pactum de pactis lib. 6.

3 Duplicem ergo continet partem conclusio nostra: in priori agitur de relaxatione iuramenti præstiti de solvendis usuris; in posteriori vero de necessitate solvendi usuris promissas virtute iuramenti, & de illarum repetitione. Quare doctrinæ, & claritatis gratia totam hanc nostram disputationem in duas partes dividimus. In prima enim de priori conclusionis parte agendum est, quæ pertinet ad text. in d. cap. 1. In secunda vero de posteriori agemus, quæ pertinet ad text. in d. cap. debitores.

4 Ad primam partem conclusionis. Probat

igitur prior conclusionis pars, *creditorum usurarios compellendos esse ad iuramenta super usuris sibi solvendis relaxanda*. Huius autem conclusionis dubitandi ratio ex eo nascitur, nam obligatio iuramenti est actus religionis, & consequenter Deo principaliter præstatur, etiam si homini facta sit; ut in iuramento de solvendis usuris docet communis Doctorum traditio teste Panormit. in d. cap. debitorum n. 1. notab. penult. Alexand. de Nebo n. 5. Paulo de Castro in Authent. sacramenta puberum, n. 18. C. si adversus venditionem, Suarez de Religionibus lib. 2. de iuramento, cap. 4. num. 1. & consequenter Deo Opt. Max. hæc acquisita obligatio solvenda est, cap. et si Christus infra eod. tit. cap. quantumlibet 47. dist. d. c. debitoribus ibi, *cogendi sunt reddere domino iuramenta*, ergo nulla ratione poterit tale iuramentum, neque à creditoribus, neque ab alio relaxari: nam iuxta iuris regulas obligatio vni quaesita per alium tolli non potest: arguendo text. in leg. id quod nostrum 10. ff. de regulis iuris, leg. fin. ff. de pactis.

5 Secundò dubitationem movet; nam potestas relaxandi iuramenta præcisè pertinet ad Summum Pontificem, cap. authoritatè 15. q. 6. c. si vero 8. c. verum 15. c. quanto 18. infra istotit. c. venerabilem 34. de electione. cap. fin. de foro competentis lib. 6. ergo neque à creditoribus ipsis, neque ab alijs prolatis remitti, & relaxari potest.

6 Sed adhuc vera est hæc prior conclusionis pars; ad cuius explicationem primò supponendū est, usuram omni iure prohibitas, & damnatas esse humano, divino, & naturali. De hac prohibitione constat iure canonico per totū titulum de usuris, & per totam 14. q. 3. & q. 4. & idem est iure regio ex 1.9. tit. 1.3. p. 1. l. 1. tit. 2. lib. 8. ordinamenti. Cōstat etiam iure divino prohibitas esse; ut refertur in c. quia in omnibus, c. super eo de usuris: quod non solū procedit ex divina, & generali prohibitione furti, nam usura ipsa furtū, & rapina vocatur in c. si quis cum sequenti 14. q. 4. nam ulterius expressè iure divino, & veteris, & novi Testamenti prohibitas esse usuram constat Ezechiel 18. Exo. 22. Levit. 25. Lucæ 6. ibi: *Mutuum dare nihil inde sperantes*, cum adductis à Navarro in tract. de usuris notabili 5. n. 7. Lupus in leg. curabitur 32. C. de actio. empti. Nec credendū est Alciato lib. 6. parergon cap. 20. & alijs asserentibus verba Evangelij non esse præceptum, sed consilium tantum, nā præceptum esse tenet communis Theologorum schola cum D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 4. Et sub Leone X. declaratum fuisse in Concilio Lateranensi testatur Navarro vbi supra.

7 Constat etiam hæc prohibitionem esse de iure naturali, cuius prohibitionis plures adducit rationes Socin. in c. 1. de usuris, Cobar. lib. 3. var. c. 1. n. 5. Bañez de iust. & iure, q. 78. art. 1. sed verior est quam tradidit D. Thom. q. 78. art. 1. Nam præceptum naturale non patitur, quod unus cū alterius iactura fiat locupletior, l. nā hoc natura, ff. de condi. indeb. at fenerator cum alterius iactura locupletatur, quod ut intelligas, scire de-

bes, quod pecuniā sub usuris mutuare nihil aliud est, quam vendere id, quod non est: sunt enim quædam, quarum usus in illarum consumptione consistit, in quibus usus rei nequaquam ab ipsa separari potest. Exemplū est: nam si quis v. g. venderet vinum, & seorsum vini usum, ea eadem rebus vendidisset, vel aliā id, quod nihil est, vendidisset. Idem ergo est in pecunia numerata: nā pecuniæ usus in eiusdē consumptione consistit: quæ diversum est, ut rectè, vbi supra, advertit D. Thom. in illis rebus, quæ usu non consumuntur; in quibus cū usus rei sit distinctus, & separabilis ab ipsa, non est usura vsū rei vendere: veluti qui condonat domum licitè usum domus vendere potest, in domo usu non consumitur.

8 An verò iure civili antiquo usura fuerit prohibita dubitari solet, nam quidā iure illo non fuisse reprobata testantur ex text. in l. placuit de usuris, l. lecta, ff. si certū petatur, leg. 3. ff. de eo quod certo loco, l. 3. ff. de annuis legatis, l. 1. de eo C. de usuris. Et sequuntur Bart. & Ias. in l. 1. n. 2. C. de Summa Trinitate: quāvis fateantur iuramentum vellarū Iustiniani fuisse reprobata, ut explicat Fortun. de ult. sine illat. 5. Alij verò tēpore Iustiniani permissas fuisse, non verò approbatas fatentur propter rei publicæ bonū, ut sic subditorum necessitatibus facilius occurreretur, ut sentit glob. verbo *lex*, in c. 1. 10. dist. Purpurat. in d. l. 1. C. de Summa Trinitate n. 52. Gerson de contradictis propositione 17. relati à Cobar. lib. 3. var. c. 1. n. 6. Gutier. lib. 2. canonicarum cap. 18. num. 70.

9 Sed quāvis ego iam multis ab hinc annis crediderim usuras omni iure civili Digestorum & Codicis fuisse reprobata, quod & hodie valde probabile existimo, non enim facile admittendū credidi Iurifconsultos, & Imperatores adeo turpiter errasse, facile enim omnia iuris antiqui testimonia, quæ significant hanc usurarū approbationem, possunt intelligi, ut non loquatur de usuris pure lucratorijs, in quibus manifesta versatur iniquitas; sed de illis, quæ exigebatur, vel rationis moræ, vel interesse lucri, aut dāni emergentis, aut suscepti periculi, ut latius quondā discipulis nostris tradidimus. Hodie verò mutata sententia dicendum puto, olim usuras receptas fuisse, tanquā licitas, atque idè, ut Patres Ecclesiæ hunc error tot legibus antiquis approbatū omnino deleberent tot iuribus, & rationibus voluerunt ostendere versararum iniquitatem, quibus in omni foro omnino standum est; ommissis iuris civilis dispositionibus.

10 Secundò principaliter supponendum est, quod quāvis mutuas sub usuris peccet mortaliter, at mutuarius licitè accipit sub usuris pecuniā causa propriæ necessitati subveniendæ, vel utilitati, dum tamen ad usuras non inducitur mutuantem etiam quantumvis paratissimum, licet enim cuicumque vti peccato voluntario alterius propter bonum proprium, ut testatur Augustinus relatus in cap. movet 16. 22. quæst. 1. ibi: *Ac per hoc quā vititur fide illius, quem constat iurasse per Deos falsos, & vititur non ad malam rem, sed ad licitam*

licitam, & bonam, non peccato eius se sociat, quo per demonia iuravit, sed bono pacto eius, quo se dem servavit. Is autem, qui accipit mutuum sub usuris, petit id, quod sibi vtile est, nempe mutuum ab illo, qui sine peccato præstare potest: atque ita non videtur peccato usurarij cooperari, ut probat glossa in text. nostro, quam sequuntur communiter Doctores teste Felin. ibidem num. 6. Innocentius, & Beronius in dict. cap. super eo de usuris, num. 20. & communiter Theologi cum D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 4. in corpore, Cobarruvias in cap. Quamvis pactū, 1. p. 5. 1. num. 10. de pactis lib. 6. Navarro in Manuali cap. 14. num. 31. & cap. 17. num. 272. Lupus de usuris commentario secundo, numero 31. Molina de iustitia & iure, tomosecundo disputatione 335. & sic est intelligendus text. in lege debitor, ff. de usuris. Nam licet ibi is, qui pecuniā accepit, sub usuris debitor usurarius appellatur, non idè fit, quia usura crimen committat, sed debitor usurarius appellatur, quia debitor est usurarum.

11 Sed huic doctrinæ vulgò obijcitur text. in dict. cap. super eo de usuris, ex quo multi colligunt etiam promittentem solvere pecuniā sub usuris, quamvis ad redemptionem captivorum, eodem usurarum crimine involvi, ponderantes illa verba, ibi, *Multò magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captivi usuram crimine involvat*: in cuius explicatione mirè laborant interpretes; sed puto questionem omnino esse supervacua, nam ea verba nequaquam referuntur ad personā mutuatarij, sed mutantis tantum, quidquid Abbas, & Hostiensis in eodem text. falso crediderint, quoniam ex verbis, & mente text. apertè colligitur Pontificem loquentū esse de creditore sub usuris mutuante, constatq; apertius ex Anton. Augul. in prima Decretalium, collectione lib. 7. tit. 15. cap. 3. quæstio enim in illa specie fuit, an creditores licet sub usuris pecuniā dare possent ad redemptionem captivorum. Et respondet, Pontifex, non posse ea ratione, nam usura vtriusq; testamenti pagina reprobata est tāquā iniqua, & sicut pro alterius vita mentiri prohibitū est, multo magis prohibitū censeretur pro redemptione captivorum usuram accipere: quasi dicat, nullū opusquātumvis pium posse usuram iustificare, & consequenter nullo modo etiam eo prætextu talem concedendam esse dispensationem.

12 Tertiò principaliter supponendum est negandum non esse ex iuramento promissorio obligationem oriri: dubiū autè est cui acquiratur obligatio, etiam dato casu, quod factum sit in gratiam alicuius tertij. Et primò certū est iuramenti promissorii obligationem directè, & principaliter esse respectu Dei, ratio est; nam formaliter est obligatio religionis: at religio per se primo reddit debitu Deo, & in specie iuramenti probatur Mat. 5. Exodi 20. Levit. 19. & probatur in d. c. debitoribus: idque rectè probat contra Caietan. ex mente D. Thom. Suarez tomo 2. de Religionibus lib. 2. de iuramento cap. 4. per totum.

13 Quando verò iuramentum promissorium est per humanā promissionē iuratum, non solum Deo acquiritur obligatio, sed etiā homini, hoc enim iure canonico attento certissimū est, & probatur apertè in d. c. 1. & in d. c. debitoribus. Ex quibus constat actionē competere ex iuramento promissorio: nemo enim sine actione in iudicio experiri potest, l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest. Colligitur etiā ex text. in c. cū contingat 26. infra eod. c. licet mulieres eod. tit. lib. 6. c. quamvis pactum de pactis lib. 6. Ex quibus constat, quod etiā ex promissione inefficaci accedente iuramento actio conceditur. Probatur etiā ex reg. text. in ca. non est obligatoriu de reg. iur. lib. 6. à contrario sensu idè etiam in c. fin. de futuro competenti. Vbi laici ab Ecclesiastico iudice compelli possunt ad observantiā iuramenti, c. 1. c. qualiter de pactis, vbi secundū cōmunē sententiā iure canonico ex pacto nudo oritur actio: ergo a fortiori oriri debet ex iuramento promissorio, & idè sic probat gloss. in c. quoties 1. q. 7. Bart. in l. si quis pro eo, n. 4. & n. 12. ff. de fide iussoribus, cum adductis à Cobar. in d. c. quamvis pactum, 1. p. 5. 2. n. 4. & 5. Gutier. de iuram. confirmat. 3. p. 4. 34. à n. 20. Molina de iust. & iure disp. 150. & tom. 2. disp. 256. Quæ receptor est sententia licet non actionem, sed solū iudicis officium ex iuramento promissorio competere defendant Alciato in d. c. cum contingat, à num. 100. de iure iurando, Corrafin leg. admonendi in præludij num. 17. ff. eodem, Faquineus lib. 3. controversiarum cap. 12.

14 Maior autem controversia est, an idè dicendum sit iure civili attento, in qua ex iuramento promissorio obligationē, & actionē oriri probant Bald. in l. 1. C. de oper. libert. Roman. in l. si quis maior, C. de transactio. Fortun. in c. 1. de pactis n. 23. Cobar. in rubrica de pactis, 1. p. 5. 2. n. 4. Sarmiento lib. 1. Selectarum cap. 3. Mendoza lib. 1. de pactis cap. 4. num. 16. & ab ea non esse recedendum in iudicando, & consulendo testatur Zaballus in practicis, quæst. 315.

15 Contrariā verò sententiam, scilicet ex iuramento promissorio non oriri actionē, aut obligationem, sed iudicis officiu competere iure civili attento probant Bart. in d. l. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus, Imola in d. c. cum contingat n. 30. Corneus in Authent. sacramenta puberum n. 39. C. si adversus venditionē, Alexand. in d. l. si quis maior, & ibidem, Cagnolus nu. 130. Cuiacius in paratitla ad tit. C. de reb. creditis, & iure iurando.

16 Quæ sententia proculdubio verior est in puncto iuris, quāvis à priori praxi non sit recedendum. posterioris enim sententiæ fundamentū præcipuū adducit Bart. ex text. in d. l. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus, vbi fideiussor, qui pro eo qui libertus non erat operas præstaturū iuravit, nō tenetur: at si ex iuramento obligatio nasceretur, proculdubio teneretur fideiussor; sed adhuc id non probari in dict. leg. si quis pro eo rectè contra Bart. probant Cobar. & Sarmiento vbi supra probatur tamen ea ratione, quoniam nullibi cautū

reperitur in iure civili ex tali iuramento promissorio actionem oriri seu obligationem nisi in casu speciali liberti operas promittentis, ut in leg. iuris iurandi, ff. de operis libertorum. Quod expresse declarat Caius lib. 2. institutio. titulo 9. ibi: *Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.*

17 Unde retenta hac opinione quam in puncto iuris veriore arbitror, non obstat primo, text. in dict. leg. ut iuris iurandi, ff. de operis libertorum, & in leg. fin. ff. de liberali causa ex quibus videtur probari ex iuramento iure etiam civili obligationem oriri: nam respondetur facile hoc ita specialiter fuisse in libertis constitutum, ut ex iuramento in favore patroni à liberto prestito patrono competat actio, & adquiratur obligatio, ut indicant expresse verba Caij dict. lib. 2. institutio. dict. titulo nono ibi: *In quo supra dicitur liberti non tam verborum solemnitate, quam iuris iurandi obligantur, sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.* & ita ex dict. leg. ut iuris iurandi aperte probatur regulariter loquendo ex iuramento iure civili, non oriri obligationem: nam cum Iurisconsultus hoc speciale esse constituat in libertis aperte significat in contrarium esse ius commune, idque denotat etiam text. sic intelligendus in leg. servum, ff. de manumissis testamento, ibi: *Quia nisi post manumissionem iuret non obligatur.*

18 Neque obstat etiam secundò, text. in authentica Sacramenta puberum, in leg. prima. C. si adversus venditionem, & alijs similibus, quibus statuuntur iuramenta esse inviolabiliter observanda, illisque confirmari contractus, & conventiones, ac consequenter videbatur dicendum ex illis oriri obligationem, & actionem: *Nam respondetur iuramento contractus confirmari, ex illisque actionem, & obligationem oriri.* Quo casu non dicimus ortam esse obligationem ex iuramento confirmante, sed ex contractu iure iurando confirmato: nam iuramentum non est aptum, neque inventum iure civili attentò ad actionem producendam.

19 Neque obstat tertio, text. in leg. si quis maior, C. de transactionibus, quatenus videtur probare ad pœnam consequendam, quæ transactioni adiecta est ex iuramento actionem oriri: nam cum ex transactione non oriatur actio, leg. cum proponas, C. de pactis; nulla alia in ea specie potest dari actio, nisi quæ ex iuramento orta est: nam respondetur, quod in specie dict. legis si quis maior, ideò dictum est pœnam peti posse, quia per stipulationem promissa fuit, solebat enim olim adhiberi stipulatio pœnæ, ut rectè notat Alciatus in dict. leg. si quis maior num. 66.

20 Neque obstat quarto, ex text. in leg. quæ sub conditione, §. quoties, ff. de conditionibus institutionum, & in leg. hæc scriptura, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, quatenus probant hæredem, qui iuravit se aliquid daturum, vel facturum, compellendum esse ad faciendum, vel dandum: nam facile respondetur, in dictis iuribus hæredem compellendum esse, non iure actionis descendens

dentis ex iure iurando, sed iure obligationis descendens ex ultima testatoris voluntate.

21 Quarto & ultimo supponendum est quod omne iuramentum, quod sine animæ periculo observari potest, semper esse omnino servandum, id enim postulat honor Deo Optimo Maximo debitus, & præstāndus, ut omne id, quod sub illius attestazione promittitur, adimpleatur ne alias Deo ipso hæc iniuria irrogetur, ut in textem infidelis promissionis adducatur. Tunc autem dicimus servari posse absque dispendio salutis, quoties id, quod promittitur ex parte promittentis, & iurantis nullum continet peccatum, ut colligitur ex dict. capit. 1. dict. capi. debitorum, dict. cap. cum contingat cum similibus supra adductis, & ostendit rectè Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum, 2. p. §. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 7.

22 Quæ doctrina adeò vera est, ut si iuramentum sit de opere, quod sine culpa veniali impleri non potest, nullam adhuc inducat obligationem, ut vulgò notatur in cap. quanto de iure iurando, ubi generaliter dicitur iuramentum de re illicita non esse observandum: dicitur autem res illicita quæ continet peccatum veniale. Hæc autem doctrina eam patitur dubitationem primò: nam ipsa omnia regulariter probant ea iuramenta non obligare, quæ observata vergunt in dispendium salutis æternæ, ut in cap. si verò, dict. cap. cum contingat de iure iurando, at peccatum veniale non inducit interitum salutis æternæ, quia per temporalem pœnam remittitur: ergo non impedit obligationem iuramenti, idque confirmatur: minus malum est peccare venialiter quam falsum iurare, sed si iuramentum non observatur propter vitandum peccatum veniale, redditur falsum: ergo non obstante peccato veniali potius est implendum iuramentum, quam peierandum: nam tunc solum non licet implere iuramentum, quòd hoc est minus malum, ut probatur in cap. 1. & 2. 13. dist. & in cap. iuravit, cap. non solum 2. quæst. 4.

23 Sed huic difficultati respondet Cobarruvias, ex Panorimitano in dict. cap. quamvis pactum secunda parte §. sexto, num. sexto, & septimo, quod in illis iuribus non proponitur regula exclusiva, scilicet solum illud iuramentum non obligare, quod in salutis æternæ ducit interitum, neque proponitur etiam regula universalis affirmativa, scilicet quod non est in dispendium salutis æternæ servandum esse, sed simpliciter proponitur ea regula, iuramentum quod vergit in dispendium salutis æternæ non est servandum. Hæc tamen solutio videtur difficilis, quoniam verba illorum iurium aliquid amplius significare videntur; nam expresse dicunt, *iuramentum servandum esse, nisi sit in dispendium æternæ salutis*, & similia etiam habentur in dict. cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6.

24 Quare melius respondet Suarez ex Scriptorum Patrum doctrina tomo secundo de Religione

gione lib. secundo de iuramento, cap. 15. num. 3. Docens, quod peccatum veniale, etiam vergit in dispendium salutis æternæ: nam licet veniale non privet per se, & immediate vita æterna: *Nihilominus quatenus de se disponit ad mortale, & reddit hominem aliquo modo indispositum ad perfectum Dei amorem, merito dici potest vergere in dispendium salutis*, quod alia iura vocant vergere in priorem exitum, ut dicitur in cap. si aliquid el primero, y el segundo, 22. quæst. 4.

25 Neque obstat ratio in confirmationem adducta: nam respondetur, illam rationem rectè accommodari ad iuramentum promissorium, quatenus assertorium est, nam licet sit de peccato, veniale potius debet fieri cum proposito illud implendi, quam sine illo; nam alias committeretur per iurium formale assertorium. Si quidem is qui iurat se aliquid, verbi gratia, facturum, si iurat sine animo implendi falsum iurare videtur, quod magis cavendum est, quam peccatum, quod committi potest habendo tale propositum, nam etiam in utroque casu iuramentum vanum sit, at iurando rem levem sine proposito adimplendi, est peccatum mortale: iurando verò cum proposito, erit peccatum veniale, ut eleganter ostendit Franciscus Suarez tomo secundo de Religione libro secundo, de iuramento cap. 15. num. 4 non tamen habet locum talis consideratio in iuramento promissorio quatenus promissorium est, quoniam postea non implere illud nullum est peccatum, & consequenter nulla potest esse comparatio minoris, vel maioris mali, aut culpæ, atque ideò maius malum est quodlibet peccatum veniale, quam non adimplere, quod male iuratum est, quoniam non implere, non est culpa, neque periurium formale, sed materialis omisio rei iuratæ, nam ex natura huius actus intelligitur Deum nolle, ut tale iuramentum impleatur, & in hoc sensu dicimus, tunc permitti non adimplere iuramentum.

26 Sed adhuc obijci potest text. difficilis in cap. cum quidam, §. illi verò de iure iurando, ubi text. loquitur de illis, qui iuramentum illicitum fecerunt, & adhuc docet absolvendos esse ab observantia talis iuramenti: ergo significat text. obligationem induxisse, quamvis esset de re illicita, verbi gratia, videlicet non loqui patri, vel matri, sorori, vel fratri, neque eis humanitatis officium exhibere. Hæc difficultas diutius interpretum ingenia; quare ad eius declarationem dicendum est proculdubio tale iuramentum, de quo loquitur text. in d. §. illi verò non obligare, ut expresse probat Augustinus relatus in cap. inter cætera 22. quæst. 4. & aperte probatur, nam esset vitium iniquitatis, atque ideò text. ille expresse docet pœnitentiam esse imponendam ei, qui tale præstitit iuramentum, non quia iuramentum non implevit, sed quia iniquè iuravit.

27 Quare respondet ibidem Innocentius, Felinus in ea specie necessariam fuisse absolutionem illius iuramenti, eo quòd non esset ita malum

quin aliquando sine peccato posset observari, verbi gratia, non subveniendò parentibus, quando non indigerent, neque cum illis loquendo si necessarium non esset. Sed hæc interpretatio merito rejicitur, ut probat Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum secunda parte in principio, numero quarto: nam illud iuramentum simpliciter fuit illicitum, & contra rationem, ut expresse dicitur in dict. §. illi verò. Neque valebit dicere iuramentum de re dubia absolutione indigere, nam licet hoc verum sit, non tamen applicatur ad decisionem text. in dict. §. illi verò; quia materia illius text. erat non loqui cum fratribus, nec parentibus, neque illis subvenire, hæc autem materia aliquando erit peccatum mortale, plerumque tamen veniale, & dato casu quod aliquando cessaret culpa, saltem est materia indifferens, atque ideò manifestum est, tale iuramentum nunquam obligare, neque vlla indigere absolutione, nunquam enim Deus obligare vult ad aliquid vanum, & ociosum, quale est materia indifferens, teste D. Thom. secunda secunda quæst. 89. art. septimo ad secundum, Soto libro octavo de iustitia, & iure, quæst. 1. articulo septimo ad secundum, Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, prima parte §. sexto numero sexto, & septimo, Gutierrez de iuramento confirmatorio prima parte cap. 72. à numero quinto, Barbosa in lege alia 15. §. eleganter à nu. 28. ff. soluto matrimonio, Azorius tomo primo moralium libro undecimo, cap. quinto quæst. prima, Suarez tomo secundo de Religione libro secundo de iuramento, cap. decimo septimo, numero septimo, Rebellus de obligatione iustitiæ, secunda parte libro primo quæst. 9. num. 13. Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 42. dub. 4. num. 20.

28 Unde proculdubio falsa est glossa sententiæ in cap. final verbo confirmavit, 22. quæst. 4. dum docet non posse iurantem propria auctoritate contravenire iuramento materiæ malæ, aut indifferentis, sed indigere relaxatione, idque conatur probare ex decisione text. in dict. §. illi verò, & text. in cap. venerabilem verbo id etiam, de electione, ubi dicitur iuramento illicito non esse contraveniendum absque superioris auctoritate: nam absque dubio dicendum est tale iuramentum nulli indigere relaxatione; sed posse iurantem propria auctoritate ei contravenire, cum constet non esse obligatorium, ut rectè ostendunt Cobarruvias Gutierrez, & Barbosa ubi supra, Saurus in clavi Regia cap. octavo, libro quinto à numero decimo tertio, neque quidquam obest text. in dict. cap. venerabilem, nam loquitur quando res est dubia teste glossa ibidem, verbo venire, Suarez libro secundo de iuramento cap. decimo octavo num. fin.

29 Tota verò dubitatio est in explicatione text. in dict. §. illi verò cui respondetur Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum, secunda parte in principio numero quarto, quod in illa specie

illa absolutio non petitur tanquam necessaria, sed ad cautelam. Vel secundò respondetur eam absolutionem non esse à iuramento, sed à peccato; sed ego his explicationibus nulla ratione assentior: non priori, quia cum res promissa in dicto § illi verò, sit apertè iniqua, vt expresse in eodem text. dicitur, supervacua penitus esset talis cautela, imò nullo modo ius canonicum talem cautelam potuisset petere, hoc enim esset in dubium revocare, an rei inique iuramentum obligaret.

30 Neque etiam assentior posteriori solutioni, nam expresse docet text. iurantem absolvendum esse ab observantia iuramenti, & ait etiam ei esse iniungendā pœnitentiam, eo quòd male iuravit: ergo distinguit absolutionem ab observantia iuramenti ab absolutione peccati male iurantem, ideòque vera interpretatio est illius, text. iurantem absolvendum esse à *iuramenti observantia*, id est, *declarandum esse eum esse absolutum, & liberum ab eius observantia, solamq. pœnitentiam esse imponendam pro peccato male iurandi*, ita vt verbum *absolventi*, positum in dicto §, illi verò, significet absolutionem declarativam nullitatis vinculi, non verò pro absolutione vinculi dissolutiva, vt rectè notant Sancius tomo secundo moralium, libro tertio cap. nono, numero decimo tertio, Suarez dicto capite decimo quinto numero octavo. Neque novus est in iure nostro hic loquendi modus, vt constat ex text. in cap. Audivimus vigesimo quarto, quæstione prima, vbi quamvis excommunicatio in aliquem lata ab excommunicato nulla sit, denotat text. esse adhuc absolvendum: vbi verbum absolvere non significat solutionem à vinculo excommunicationis, sed declarationem, vt ibidem docet glossa ibi: *id est absolutos esse ostendendo, id est non ligatos*, & hanc eandem explicationem dicti §. illi verò, senserat ante omnes Panormitanus ibidem.

31 Quibus suppositis vera nostræ prioris conclusionis ratio supra propositæ num. 4. dum docet creditores vsurarum compellendos esse ad relaxanda debitorum iuramenta, ex eo vulgo deducitur, quoniam nihil est tam naturale, quàm verum quòdque dissolvi eodem modo, & genere, quo colligatum est, lege nihil tam naturale trigesima sexta, ff. de regulis iuris, capite Omnis res, vigesimo septimo, quæstione secunda. Atque ideò sicut ex debitoris promissione adstrictus est debitor creditori solvere, ita remissione creditoris liberabitur debitor, lege prima, C. quando liceat ab emptione discedere §. final, Instituta quibus modis tollitur obligatio: quare cum ex promissione vsurarum iurata obligatio creditori adquiratur ipsius creditoris remissione obligationem tolli ratio ipsa postulat.

32 Sed hæc ratio non concludit quid sit agendum creditore recusante remissionem talis iuramenti; unde dicendum est, quod cum vsuræ omni iure prohibita sint, vt supra diximus à nu-

mero sexto, idque non ex parte debitoris promittentis, sed ex parte creditoris accipientis iuxta communem Doctorum traditionem in dicto capite. Debitores, turpitudine creditoris dedit causam decisioni nostri text. vt creditor à tali turpitudine retrahatur, ideòque hic ordo servandus est, vt antequam adveniat solutionis dies debitor requisito creditore ab eo petat iuris iurandi remissionem, eoque id recusante, adeat Episcopus, vt compellat creditorem ad iuramenti remissionem, idque significat text. noster in dicto capite primo ibi. *cogatis*, & in cap. Tuas de vsuris, ibi *ante solutionem*, at verò creditore differente remissionem, vt elevatur terminus solutionis propter periurij periculum tenebitur debitor solvere, quamvis eo in casu poterit Episcopus iuramentum remittere, vt statim latius dicemus, cap. cum quidam duodecimo, §. final, cap. quanto decimo octavo, cap. Quintavallis vigesimo tertio, de iure iurando, & hæc est in dictis iuribus communis omnium Doctorum sententia, & Theologorum doctrina secunda secundæ, quæst. 89. articulo septimo, Soto de iustitia & iure, libro octavo, quæst. prima articulo primo, Cobarruvias in dicto cap. Quamvis pactum prima parte, §. tertio, Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio trigesimo nono numero quinto, Barbosa in lege prima, prima parte num. 77. ff. soluto matrimonio, Germonius de sacrorum immunitatibus libro tertio cap. 21. num. 176.

33 Vnde non obstat primum argumentum supra adductum numero quarto, pro dubitandi ratione contra priorem conclusionis partem quod petit, vt explicemus qualiter iuramentum, quod principaliter refertur in Deum ab alio remitti, & relaxari possit. Pro cuius explicatione supponendum est, quod iuramentum homini factum, aut potest esse non includens promissionem, aut illam includens: quotiescunque ergo non includit promissionem, vnicam tantum habet obligationem, quæ dirigitur in ipsum Deum, sicut Doctores dicunt de iuramento de solvendis vsuris, quia nullam confirmat obligationem, sed solum propositum ex quo nulla oritur obligatio: superest ergo sola obligatio: religionis orta ex iuramento, quæ est erga solum Deum, vt ex multis probat Suarez dicto libro secundo de iuramento, capite quarto numero secundo, & est communis Theologorum doctrina cum D. Thom. secunda secundæ, dict. quæst. 89. art. 4. & in 3. Sententiarum dist. 39.

34 At verò quando promissionem includit duplex est in tali iuramento obligatio, altera Deo Optimo Maximo, altera verò ipsi homini quæ sita, vt rectè notat D. Thom. dict. quæst. 89. articulo septimo ad tertium, Suarez dict. cap. quarto, numero secundo, & tertio. Alex. and. de Nebo in capite debitorum numero quinto, de iure iurando, & ratio est manifesta: nam obligatio religionis in ordine ad Deum, & obligatio iustitiæ, aut fidelitatis

tatis in ordine ad hominem, quæ continetur in eo iuramento, sunt diversæ speciei: quare non probo sententiam Soti qui libro octavo de iustitia & iure, quæstione prima articulo septimo, ad tertium dixit vnicam tantum esse obligationem ad hominem duplici vinculo fundatam, videlicet vinculo promissionis, & vinculo iuramenti, eo quòd cum nulla fiat Deo promissio, nulla videtur (ait Soto) ei posse adquiri obligatio: nam hæc ratio Soti facile convincitur, quod obligatio non solum potest Deo adquiri per promissionem illi factam, quæ in illum refertur tanquam in creditorem, est enim alia obligatio reverentiæ respiciens Deum, tanquam fideiussorem, & testem: & hæc est, quæ in tali iuramento reperitur; ideòque rectè declaratur exemplo vti iurati, in quo duplex est obligatio ad ipsum Deum, altera fidelitatis, & iustitiæ, quæ Deo ipsi adquiritur, tanquam creditori, altera verò, quæ respicit ipsum Deum, tanquam testem, & fideiussorem, quæ dicitur obligatio reverentiæ. Neque etiam obstat aliud Soti argumentum: nam ait, quod si in tali iuramento promissio daretur duplex obligatio distincta, in Deum ipsum videlicet, & in hominem, sequeretur non posse hominem relaxare obligationem iuramenti, quatenus est in Deum, negamus enim consequentiam: nam vt infra explicavimus, iuramenti obligatio includit voluntatem eius in cuius favorem, & utilitatem fit promissio, tanquam necessariam conditionem, atque ideò obligatio illa cum Deo includit voluntatem illius, in cuius utilitatem facta est promissio. Quando vero iuramentum promissionem includens soli Deo fit, claudit obligationem voti, & iuramenti: si vero non includat promissionem, solum claudit iuramenti obligationem, vt rectè adert Sancius tomo secundo moralium, libro tertio capite nono, numero octavo, & nono.

35 Et in hac specie quando iuramentum continet promissionem homini factam, adhuc tamen principalis obligatio Deo ipsi adquiritur, secundaria verò homini: ratio est tunc, quia obligatio quoad Deum nunquam potest à iuramento separari, cum tamen aliquando quoad hominem separetur, vt in iuramento de solvendis vsuris, tum etiam quia obligatio iuramenti directè, & principaliter est obligatio religionis, quæ per se directè, & principaliter respicit Deum ipsum eique debitum reddit, vt supra notavimus numero duodecimo.

36 Vnde ille casus non leviter controversus est, an si quis secum iuraverit in absentia illius, in cuius utilitatem promissit, nemine acceptante, teneatur adimplere, & partem affirmativam probant Bart. in leg. si quis pro eo, numero duodecimo, ff. de fideiussoribus, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, secunda parte §. quarto, numero undecimo, & numero decimo sexto, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte

cap. trigesimo sexto, numero quarto, & quinto, Molina de iustitia & iure, tomo secundo, tractatu secundo, disputatione 263. in fine. Suarez tomo secundo de Religione libro secundo, de iuramento cap. primo, numero decimo tertio, & cap. duodecimo, numero vigesimo primo. Qui indistinctè ita probant, sive verba promissionis dirigantur in absentem, sive in præsentem, ita vt quando a. est iuramentum non possit revocari etiam ante acceptationem, sequitur Gregor. in leg. 4. tit. 4. p. 5. in verbo *no lo puede*.

37 Sed quamvis hæc sententia valde probabilis sit, ego verò veriorē puto contrariam, videlicet quod quamvis adsit iuramentum, & pactum de non revocando, adhuc poterit ante absentis acceptationem revocari: quam rectè probat Sancius libro primo de matrimonio, disputatione septima, numero vigesimo quarto, & tomo secundo moralium, libro tertio capite nono, numero decimo, Panormitanus in capite cum contingat de iure iurando, numero vigesimo quinto, & ibidem, Alciatus num. 121. & relati ab Osasco in Pedamontanis decisione 70. numero octavo, Decio consilio 342. à numero vigesimo quinto, Molina de primogenijs, libro quarto, capite secundo, §. num. 65. Gutierrez mutata sententia de iuramento confirmatorio, in secunda editione in principio, num. 55. & ratio est: nam tale iuramentum induit naturam primordiale actus, super quo interponitur, videlicet promissionis factæ homini, cui accedit, leg. final, C. de non numerata, lege prima, ff. qui satisdare cogantur, lege 27. titulo undecimo, parte tertia. Hæc autem promissio absenti facta ex sui primordiali natura tacitam includit conditionem, si acceptetur, neque aliter videtur promittens se voluisse obligare; nam secundum veriorē opinionem ante acceptationem nulla oritur ex promissione, nec naturalis obligatio, vt probat Soto libro tertio de iustitia & iure, quæstione quinta articulo tertio, Molina de primogenijs, dicto libro quarto, dicto capite secundo, numero 62. Sancius libro primo de matrimonio, disputatione sexta, numero decimo. Pactum ergo, & iuramentum non revocandi eam habet tacitam conditionem, si acceptetur, atque ideò ante acceptationem poterit revocari, nemo enim per pactum, vel iuramentum obligatur nisi consentiat ille, cui fit: teste Panormitano in capite sicut el tercero, de iure iurando: imò quamvis Deus adducatur in testem talis promissionis, semper videtur homini facta non ipsi Deo per modum voti, atque ideò Deus minimè acceptat donec homo ipse, cui iurans obligatur, acceptaverit. Poterit ergo proculdubio talis promissio ante acceptationem absque aliquo periculo revocari, atque ideò merito reprobat sententia Azebedi, qui in lege secunda, titulo decimo sexto, numero vigesimo quinto, docet in prædicta specie validam esse revocationem, revocantem tamen periurum esse.

38 Hæc tamen doctrina intelligenda est, ut non procedat quando iuramentum ipsi Deo factum fuisse, & in eius honorem, veluti quando fit de aliqua pia promissione implenda, tunc enim habet rationem voti, & sic nullo modo revocari potest, atque idcirco cum ius non adquiratur homini, sed soli Deo, potest per relaxationem, vel commutationem tolli inconsulto homine, ut eleganter ostendit Lessius ultra allegatos, libro secundo de iustitia, & iure, capite decimo septimo, dubio septimo, à num. 52. & cap. 42. dubio 4. num. 22.

39 Neque obstat fundamentum contrariæ opinionis, quo Doctores probare conantur talem promissionem iuratum, etiam ante acceptationem, non posse revocari, nam tale iuramentum non est contra bonos mores, neque contra bonum commune: ergo necessarîo servandum, ut in capite si verò de iure iurando: nam respondetur iuramentum, quod non est contra bonos mores servandum esse, nisi habeat tacitam conditionem, quæ nondum est impleta, ut verbi gratia, is qui iuravit aliquam se in uxorem ducturum, reus non est periurij, si ipsam postea cum alio fornicatam ducere noluerit, nam tale iuramentum tacitam illam includit conditionem, si res in eodem statu permanerit, ut in capite quemadmodum de iure iurando, ubi dicitur tale iuramentum nõ obligare: si etiam promissionis absenti factæ iuramentum tacitam illam habet conditionem, si promissio iurata acceptetur, ut rectè probant Molina, & Sancius ubi supra, Burgos de Paz in quaestionibus civilibus, quaestione decima, numero quadragesimo sexto.

40 Quibus præmissis, ut relaxationis materiam explicemus, primò videndum est relaxatione iuramenti, quod soli Deo præstitum est, longe enim diversa est ratio de relaxatione iuramenti, quod homini præstitum est, ut statim dicemus, quamvis utriusque iuramenti obligatio cessare possit relaxatione, aut dispensatione: & quod in votis dicitur dispensatio, in iuramentis verò relaxatio dicitur, & sicut in voto, ita & in iuramento commutatio dari potest: multum autem interest inter relaxationem iuramenti, & eius commutationem: nam per relaxationem tollitur omninò iuramenti obligatio, per commutationem verò minimè, sed eius obligatio in aliam transfertur materiam.

41 Sic etiam irritatio iuramenti differt à relaxatione, & commutatione: nam irritatio pertinet ad potestatem dominativam, & nulla indiget causa, quale est in voto, & iuramento filij respectu patris, uxoris respectu viri, servi respectu domini, religiosi respectu prælati: at relaxatio, & commutatio pertinet ad potestatem Ecclesiasticam, & indiget iusta causa. Illa autem remissio hominis, cui fit iuramentum, et si omninò tollat iuramenti obligationem, non tamen dicitur relaxatio proprie loquendo, ut notat Soto libro octa-

vo de iustitia & iure, quaestione prima, articulo nono, Aragón secunda secunda, quaest. 89. articulo nono, nam relaxatio petit potestatem spiritualem in relaxante, sicut irritatio dominativam in irritate, neutram autem petit iuramenti remissio, quæ fit, verbi gratia à creditore, ab eo scilicet, cui iuratum est.

42 Quo supposito, quod attinet ad irritationem iuramenti Deo præstiti, Valentia secunda secunda, disputatione septima, quaestione sexta, punto quarto censuit non esse idem dicendum de potestate irritandi iuramenta, & vota, adeò ut quamvis illi, quorum potestati sunt subiecti votentes possint istorum vota irritare; non tamen poterunt irritare eorum iuramenta, nisi quando res iuramento promissa esset eorum potestati subiecta, nam inquit irritatio iuramenti non pendet à superioritate irritantis respectu personæ iurantis, sed respectu materiæ iuratæ. Sed adhuc puto nullam esse differentiam inter irritationem voti, & iuramenti, ut rectè notat Sancius tomo secundo moralium, capite nono, numero primo. Ecce dicendum puto, quod omnes qui habent potestatem irritandi vota subditorum, possunt etiam eorum iuramenta de rebus Deo præstita irritare in omnibus illis casibus, in quibus possunt vota irritare: nam huiusmodi iuramenta voti rationem induere videtur, ut docet D. Thom. secunda secunda, quaestione 89. articulo nono, ad tertium. Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite sexto, §. secundo, Sylvester verbo iuramentum, §. quaestione septima, Aragón secunda secunda, quaestione 89. articulo nono, Azorius libro vndecimo institutio cap. 10. ad finem.

43 Circa relaxationem verò, & commutationem iuramenti, quod soli Deo præstitum est, primò dicendum puto, in Ecclesia esse legitimam spiritualem potestatem verè relaxandi iuramenta, & non solùm declarandi ea non obligare in tali casu, & vulgò notatur in capite quarto, de iure iurando, ubi omnes Doctores communiter, & est D. Thom. sententia secunda secunda, quaest. 89. articulo nono. Quæ doctrina præcise procedit in iuramento promissorio: nam in assertorium nulla potest cadere relaxatio, ut rectè notat D. Thom. dicto articulo nono, nemo est in dispensare potest ut quis falso iuret; hoc namque est intrinsecò malum.

44 Secundo dicendum est, quod ad hoc verum huius iuramenti relaxatio valida sit iusta causa de sideratur, nam vinculum iuramenti non est ex iure repositivo; in quo valet Pontificia dispensatio, etiam sine causa concessa, sed obligat ex iure naturali divino, in quo nec Pontifex potest dispensare sine iusta causa, ut rectè advertit Sancius tomo secundo moralium, libro tertio, capite decimo nono, numero quarto. Atque idcirco cum huiusmodi iuramentum soli Deo præstitum induat relaxationem voti, causa, quæ exiguntur ad relaxandum votum, crunt etiam, necessaria ad relaxa-

tionem

tionem huius iuramenti, ut resolvit Soto lib. octavo de iustitia & iure, quaestione prima, articulo nono ad tertium, Valentia secunda secunda, disputatione sexta, quaestione septima, punto quarto. Et ita quando causa non fuerit sufficiens ad relaxandum votum, aut iuramentum, debet partim relaxari, & partim commutari.

45 Atque ita rectè docuit Navarro in Manuali capite duodecimo, numero vndecimo, iuramentum non ludendi difficilimè relaxandum esse, referens Pium Quintum noluisse relaxare, si tamen nimis virgeret fragilitas iurantis, non dū adeò esse omninò relaxandum, sed partim relaxandum, & partim commutandum propter innumera peccata, quæ inde pullulare solēt, relinquendumque esse iuramentum obligatum, ne ad libitum ludat, sed certis diebus, nec ludo exponat, nisi certam pecuniæ quantitatem arbitrio relaxantis taxandam.

46 Tertiò dicendum est, quod ille potest iuramenta Deo præstita relaxare, qui potest in votis dispensare, eò quod talia iuramenta induunt rationem voti, ut testantur Soto dicto articulo nono, Sylvester verbo iuramentum, §. quaest. 3. Azorius libro vndecimo moralium, capite nono quaestione sexta. Unde regulariter tenendum est, quod ille, qui habet facultatem ordinariam commutandi vota, poterit etiam, hæc iuramenta soli Deo præstita commutare teste Azorio dicto libro vndecimo moralium, capite decimo, quaest. secunda. Imò quamvis controversum sit, an ipse iurans possit ea iuramenta commutare propria autoritate inevidenter melius ex adductis à Gratiano regula 264. numero quarto, Azorio dicto libro vndecimo, capite decimo, quaestione prima, Antonino secunda parte, titulo decimo, capite sexto, §. primo Verius puto id facere posse, ut probat mihi expressus textus, in cap. per venit de iure iurando, dum docet promissum non infringere commutantem in melius, nam cum solus Deus creditor sit, optimè eius voluntati satisfactum videtur reddendo, quod illi evidenter apparet esse magis gratum, ut rectè advertit Aragón secunda secunda, quaest. 89. art. 9. dicto 5. Valentia secunda secunda, disputatione sexta, quaest. 7.

47 Maior autem dubitatio est, an quando iuramentum Deo præstitum est de materia reservata, & absolutum possit ab alio, quam à Pontifice relaxari, veluti Castitatis, Religionis, aut Pergrinationis Ierosolymitanæ, quarum rerum vota soli Pontifici reservantur, & cum tale iuramentum induat naturam voti, multi putant reservatum esse, ita ut à nullo alio quam à Pontifice possit relaxari: probant Soto libro octavo, de iustitia & iure, quaestione prima, articulo nono ad secundum, Navarro capite vigesimo septimo, num. 275. Nam iurans (inquiunt) Petro se certam pecuniam daturum, id Petro promittit, eamque promissionem cõfirmat testimonio divini nominis: ergo iurans Deum, se servaturum castitatem, id

Deo promittit iurando, & firmat eodem testimonio: & consequenter votum est, cum sit promissio Deo facta, ergo sicut votum castitatis reservatum est, a fortiori id fatendum est de iuramento castitatis. Alij verò quos refert Sancius libro 8. de matrimonio, disputatione decima tertia, numero tertio, dicunt ea iuramenta non esse reservata, Le defina secundo tomo Summæ, tractatu 11. cap. 4. dubio secundo.

48 Ego tamen ut rem explicem, sequutus Sancium tomo secundo moralium, capite decimo nono, numero sexto. Supponendum puto iuramentum Deo factum de re aliqua concernenti eius honorem regulariter continere promissionem Deo factam, & consequenter votum, quod frequentissimum est, & regulariter accidit. Idcirco probant fundamenta prioris opinionis, & in hoc sensu eam putoverissimam esse. Aliquando tamè potest fieri iuramentum, ita ut nullam includat Deo factam promissionem, sed pura sint iuramenta, ut verbi gratia, si iurans intentione careat promittendi aliquid Deo, sed solùm per iuramentum assertorium id se facturum testatur, ut rectè advertit Valentia secunda secunda, disputatione 6. quaestione septima, punto secundo. Quo casu puto posse procedere posteriori sententiam: eo enim casu (quem rarissimum puto) tale iuramentum dicitur imperfectè promissorium, neque iurans Deo tanquam creditori obligatur, sed ut testi exigenti sui testimonij veritatem: deficit autem à vera promissione, eò quod non sit obligatio pacto firmata, veluti si quis propter aliquod infortunium quasi desperatè iurat religionem, nihil Deo promittit, sed solùm propositi testem Deum adducit quando verò huiusmodi iuramenta sunt pœnalia, aut conditionalia sive ante, sive post incursam pœnam, puto nunquam esse reservata, sed relaxari posse, etiam ab Episcopo, ut multis relatis probat Sancius dicto libro octavo, disputatione decima, num. 8. & dicto lib. 3. moralium, tomo 2. cap. 19. num. 6.

49 Aliquando tamen sunt aliqua iuramenta quorum relaxatio ad solùm pertinet Pontificem, ut sunt illa, quibus firmantur statuta Pontificis Collegiorum, Academiarum, & bonorum Ecclesiasticorum, ne facile talia bona dilapidentur, ut resolvunt Soto dicto libro octavo, de iustitia & iure, quaestione prima, articulo nono, ad tertium, Azorius libro vndecimo moralium cap. 9. quaest. 4. Si verò statutum dimanaret ab Episcopo, posset iuramentum ab illo relaxari: sic etiam solus Pontifex potest relaxare iuramenta insignium virorum; teste Panormitano in cap. quanto, numero octavo, de iure iurando, veluti facta à principibus non recognoscentibus superiorem in temporalibus, & idem est de iuramentis Episcoporum ex adductis ab Azorio dicto cap. nono, quaestione quarta.

50 Nunc autem videamus de iuramento quod continet promissionem homini factam, qualiter eius obligatio possit irritari, aut remitti ab illo,

illo, cui præstitum est. Et hoc dubium duplicem habet inspectionem, alteram circa irrationem iuramenti, quod homini præstitum est, alteram de remissione illius factam per ipsum hominem, cui præstitum est. In priori difficultate de irratione iuramenti sciendum est, dupliciter fieri posse, aut directè, aut indirectè: directè fit ratione materiæ, quæ subditur liberæ dispositioni irritantis, & hoc modo Pontifex potest rescindere iuramenta præstita circa distributionem rerum Ecclesiasticarum, & beneficiorum, verbi gratia, circa augenda, vel minuenda beneficia Ecclesiastica, circa non admittendum canonicos ultra certum numerum, circa alienationes rerum Ecclesiæ. Ratio aperte deducitur ex decisione text. in cap. venientes de iure iurando: nam in his iuramentis semper intelligitur excepta superioris autoritas, ut per illum textum probant Panormitanus in cap. quanto num. 8. de iure iurando, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, prima parte, §. 3. num. 5. Antoninus secunda parte, titulo 10. capit. 6. casu primo. Cuietanus secunda secundæ, quaest. 89. art. 9. Azorius lib. 1. in institutionem moralium, cap. 9. quaest. 9. Soto lib. 8. de iustitia & iure, quaest. 1. art. 9. Idque explicat rectè Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento, capite 34. num. 3. dum inter alias virtutes iuramenti conditiones illam refert, nisi *trahatur habens auctoritatem aliam disposuerit*: quod intelligitur de auctoritate quam habet superior ad dispensandum in actibus inferiorum: exemplum etiam est in toto, in quo eadem conditio includitur, ut vulgò notatur in cap. non est de voto: vbi rectè notant Butrius, & Ioan. Andreas.

51 Et simile est, quod nonnulli dicunt aliam etiam in iuramento subintelligi conditionem, videlicet *salvo iure superioris*, quæ similis est præcedenti, in eo tamen distingui potest ab illa, nam ibi excipitur auctoritas, quam superior habet ad dispensandum, in hac verò intelligitur ius, & quasi dominium, quod superior habet in subditum, & in eius actiones, ratione cuius non potest subditus aliquid promittere, quod derogat iuri superioris, & ita habetur in dicto capite venientes de iure iurando: ratio est, nam iurare aliquid contra ius superioris, est quid illicitum, sed in omni iuramento intelligitur conditio, *nam modo ad illicita non extendatur*, ut supponitur in capite eate de iure iurando, atque idè hæc conditio non solum est intelligenda de iure Summi Pontificis, quod in omnibus fidelium iuramentis semper excipitur, sed etiam intelligenda est respectivè de iure cuiuslibet Episcopi, Prælati, aut superioris; & quod magis est respectu etiam cuiuslibet potestatis secularis in illis, quæ licitè præcipere, vel prohibere potest: nam licet quis iuret hoc, vel illud facere, necessariò subintelligitur, nisi princeps, vel iudex, qui potest id prohibere, de facto prohibeat.

52 Secundò, hæc iuramenti irritatio fieri potest à superiori indirectè, quod fit quando irrita-

tio venit in consequentiam, veluti quando Episcopus, vel Rex, quibus iuratum est, deponitur, nam eo ipso à iuramento liberantur, qui aliis illius vinculo obstricti erant, capite ad Apostolicam de re iudicata, libro sexto, & similiter quoties situta civitatis, aut collegij revocantur auctoritate superioris, eo ipso rescinditur indirectè iuramentum de illis servandis præstitum, resolvit Cobarruvias in dicto capite quavis pactum, prima parte, §. 3. num. 5. Azorius lib. 1. in institutionem cap. 9. quaest. 4.

53 Si ergo loquamur de potestate dominativa relaxandi iuramenta qualis est in patre respectu filij, viri respectu vxoris, Prælati respectu religiosi, domini respectu servi, diverse dicendū est, quando talia iuramenta facta sunt in favorem alicuius hominis: nam tunc habenda est ratio contractus iuramento firmati, nam quando superior potest irritare contractus inferioris potest etiam irritare iuramentum: nam etiam videatur esse præiudicium alterius, superior tamen iuramentum irritans suo iure utitur tollendo iuramenti materiam, vide licet contractum. secus verò quando non possunt contractus irritare, ut rectè Soto in dicto libro octavo de iuramentis & iure, quaest. 1. art. 8. Ledelina tomo secundo tractatu 1. cap. 4. dubio primo: Et hac ratione Prælati potest irritare quamcumque promissionem hominis, & à religiofo, etiam iuramento firmatam, tum quia religiosus omni caret voluntate, & idè non nisi firmum potest efficere absque consensu superioris, tum etiam, nam sine tali consensu, nec naturaliter obligatur.

54 De viro respectu vxoris idem dicendum, nam iure Regio vxor sine mariti licentia, & ob eius præiudicium nullo modo potest contrahere ex lege 55. Tauri, lege secunda, titulo tertio, libro quinto compilatio. & idè nullus contractus vxoris iuramento firmatur, quominus, & relaxari possit, & irritari à marito, ut notat Molinatus tomo secundo de iustitia & iure, disputatione 343. Hæc autem omnia quæ de viro dicuntur quoad irrationem contractus iurati mulieris, intelligendū sunt quando talis contractus vergit in præiudicium viri, nam alias nequaquam poterit à viro irritari, ut verbi gratia, quando esse dicitur contractus referitur post mortem viri, aut vxoris, ut resolvit Burgos de Paz consilio 2. num. 97. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte capite primo, num. 34.

55 De parentibus verò respectu filiorum, aut tutoribus respectu pupillorum similiter dicendum est, posse irritare iuramenta, quibus impuberes ante pubertatem confirmant contractus, secus verò si id post pubertatem faciunt: pro cuius explicatione sciendum est gravem esse quaestionem an desideretur pubertas in minore iurante, ut eius contractus iuramento firmetur, vel satis sit, quod sit proximus pubertati. Et sufficere proximum esse pubertati probant Bart. in Authentica sacramenta puberum, num. 9. C. si al-

versus venditionem, & ibidem Paulus num. 6. Salicetus octavo, & ibidem Ias. quaest. secunda, Panormitanus consilio 108. lib. 2. & in cap. ex literis num. 6. de sponsalibus, Decius in leg. pupillum num. 4. ff. de regulis iuris, Serafinus de privilegij iuramenti privilegio 83. num. 24. Gregor. in lege sexta, verbo maior, titulo 19. parte sexta, Gutierrez in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 117. Caldas in leg. si curatorem, verbo minoribus, num. 9. C. de integritate.

56 Sed verius puto pubertatem esse necessariam, nam text. in dicta Authentica sacramenta puberum, & in leg. 56. titulo 5. parte quinta, lege sexta, titulo 19. parte sexta, ad confirmandum contractum exigunt iuramentum puberis ante pubertatem, namque facile ea ætas decipitur in contractibus, atque idè idem dicendum est de iuramentis, sic probat glossa in leg. fin. verbo potuerit, ff. de liberali causa, & in dicta Authentica sacramenta puberum, verbo puberum, & ibidem Baldus num. 9. & 10. Albericus num. 7. Alciatus in cap. cum contingat num. 141. de iure iurando. & in leg. pacta num. 26. C. de pactis, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, tertia parte §. 1. num. 3. & in 4. Decretalium prima parte, cap. 5. §. 1. num. 4. Gomecius lib. 2. variarum cap. 14. num. 18. & relati à Menochio consilio 29. num. 37. volum. 1.

57 Hoc autem intelligendum est, ita ut tale iuramentum puberis, obligatorium sit, donec relaxetur, cum possit absque peccato servari, eritque sufficiens relaxationis causa talis ætas, sicut & metus, ut rectè advertit Cobarruvias vbi supra, Gratianus regula prima, num. 4. Imò etiam poterit pater, vel tutor tale iuramentum irritare, nam cum non confirmet contractum ius irrevocabile tertio non acquiritur, sed solum ex vinculo religionis tenetur impubes, quod verum est si eam sententiam sequamur, quæ docet impuberem, nec naturaliter obligari, nisi locupletior sit, ut probant Alciatus in dicta leg. pacta num. 24. C. de pactis, Duarenus in leg. si pupillus 127. ad finem. ff. de verborum obligatione, Godeanus in leg. 1. §. id quod, ff. ad legem Falcidiam, & vulgò notatur in leg. 1. ff. de novatio. & in leg. Marcellus, ff. de fideiussoribus: nam retenta contraria opinione, quod pupillus sine tutoris auctoritate naturaliter obligatur, aliter dicendum est, cum ex eius contractu ius tertio irrevocabile adquiratur, non poterit pater, vel tutor eius iuramentum irritare. Neque obstat text. retenta priori opinione in cap. ex literis et secundo de sponsalibus, dum probat, quod si pupillus iuret sponsalia, tenetur iuramento, nam licet in causa matrimoniali, quippe quæ integrè exigat intellectum, quæ certâ ætatè potius iuramentum impuberis pubertati proximo obliget, ad confirmandos tamen cæteros contractus non satis est, nisi adsit pubertas, nam ante pubertatem facile decipitur ea ætas, ut diximus. Neque etiam obstat dicere, quod pupillus in quo malitia supplet ætatem peccando, & peierando se potest obligare diabolo, ut in cap. primo de delictis pue-

rorum: ergo similiter poterit Deo se vinculo iuramenti adstringere, nam hoc argumentum solum probat impuberis iuramentum vinculo religionis obligare, non verò, quod aiorum contractus confirmet, idè quæ in hoc sensu dicimus patrem, vel tutorem posse iuramentum pupilli irritare.

58 De domino autem respectu servi idem etiam dicendum est, nam si servus aliquid homini iuraverit in præiudicium domini, poterit dominus tale iuramentum irritare, quatenus in eius vergit præiudicium, & non amplius, servus enim domino præiudicium inferre nequit: at verò in omnibus, quæ in domini præiudicium non vergunt, servus naturaliter obligatur, leg. naturaliter ff. de conditione in debiti, leg. 5. titulo 12. p. 5. & hac ratione dominus huiusmodi iuramenta non potest irritare.

59 Maior autem, & quæ proximior est ad nostrum textum dubitatio vertitur circa remissionem iuramenti debitori à creditore factam, an scilicet obligatio iuramenti promissorij condonante creditore tollatur. In qua quaestione communitatis est, & vera Doctorum sententia, quod iuramentum promissorium homini factum definit obligare per condonationem à creditore factam, in cuius gratiam præstitum est, & expressè probatur in textu nostro: nam etsi obligatio talis iuramenti principaliter Deo quærat, at verò quando satisfactum est creditori, Deo etiam satisfactum videtur, quoniam tale iuramentum eam includit conditionem, *si creditor, cui sit promissum, satisfactus sit*: nemini enim invito beneficium fit, ergo si is cui iuramentum præstitum est, & promissio facta, illam remiserit, eo ipso tollitur obligatio iuramenti: & colligitur expressè ex textu nostro, & in cap. ad nostrum vigesimo, de iure iurando, vbi iurans non repetere vsuras, potest condonante creditore adhuc illas repetere: & in dicto cap. debitores, vbi constat obligationem illius iuramenti promissoris creditori etiam acquisitam esse, ut constat tum ex integra tam Antonij Concij, quam Antonij Augustinii in illis verbis, *domino reddere iuramentum, ut creditoribus vsuræ a debitoribus solvantur*, tum, nam si obligatio non creditori, sed soli Deo quæreretur, sequeretur posse debitorem solvere pauperibus, vel Ecclesiæ, quod nemo unquam ausus est dicere.

60 Tum etiam, nam in dicta vsurarum promissione iurata Deus non invocatur, ut principælis creditor, neque ut adiectus solutioni, ut in l. stipulatus 9. ff. de solutio. sed tantum ut testis, ut iam dictum est, & sicut partium conventiones frequètissimè contraria partium voluntate dissolvuntur, ut supra diximus, absque vlla te-
 V alterius

alterius, atque ideò Deus ipse remittit obligationem iuramenti condonante creditore, cui facta est promissio. Sic docent D. Thom. secunda secundæ, quæst. 89. art. 9. ad secundum, Antoninus secunda parte, titulo 16. cap. 6. §. 4. Abulensis super cap. 5. Matthæi, quæst. 3. 19. Soto lib. 1. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 9. ad secundum, Enriquez lib. 1. de matrimonio cap. 14. num. 6. Navarro, cap. 22. num. 25. casu primo, Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum. prima parte, §. 3. num. 1. & in 4. Decretalium, prima parte, cap. 5. in principio num. 1. Menochius de arbitrarijs lib. 2. Suarez de Religione, tomo 2. lib. 2. de iuramento, cap. 39. per totum, Sancius tomo 2. moralium, cap. 20. num. 4.

61 Quare cum hæc remissio iuramenti facta à creditore ex proprio creditoris iure pendeat, dicendum est, fieri posse ab illo pro suo arbitrio absque vlla alia causa: quod diversum est, ut diximus, in relaxatione huius iuramenti, quæ fit à Pontifice, quæ necessariò exigit iustam causam. Neque id procedit ex defectu Pontificiæ potestatis, sed quia Pontifex tantum relaxat huiusmodi iuramenta, ut vicarius, & economus Dei, & ideò cum non tanquam dominus materiæ promissæ relaxet, indiget iusta causa, ut videatur muneri suo satisfacere: creditor autem, in cuius gratiam præstitum est iuramentum, illud renitit, tanquam dominus materiæ promissæ, & ideò nulla ad remittendum indiget causa, proceditque hæc doctrina non solum in expressa remissione à creditore facta, sed etiam in tacita, & virtuali, ut resolvit Felinus in text. nostro num. 6. Nam in utroque foro tacitum expresso æquiparatur, quando ex signo tacito sufficienter ostenditur consensus: verbi gratia, si filia dotem recipiens bonis paternis renuntiavit cum iuramento, si tamen postea in testamento patris, aut instituitur hæres, aut legatum ei relinquatur, tunc licet acceptare potest absque alia relaxatione, vel remissione iuramenti, nam eo casu videtur pater tacite ei iuramenti obligationem condonasse.

62 Nec solum procedit superior doctrina in iuramento promissorio, in quo valida supponitur promissio propriam inducens obligationem iustitiæ, & fidelitatis respectu creditoris, quæ aliàs ab ipso remitti potest, sed etiam locum habet in iuramento promissorio, in quo non fuit facta homini propria promissio, sed solum assertio de futuro, vel quamvis facta fuerit, invalida est, neque vllam induxit obligationem promissionis, ut in iuramento desolvendis vsuris, de quo præcipue loquimur, nam etiam quoties iuramentum illam confirmat assertionem, talis assertio includit respectum, & habitudinem ad illam, cui præstatur iuramentum, & continet conditionem dandi, si creditor voluerit, vel si non remiserit.

63 Vnde infertur, quod quoties iuramentum præstitum non est principaliter in gratiam creditoris, sed in Dei honorem, in cuius obsequium cedit res iuramento promissæ, non poterit creditor

tale iuramentum relaxare, aut remittere: verbi gratia, si quis alteri promittat eleemosynam pauperi dandam, aut religionis ingressum, vel collocandi matrimonio virgines, extruendi Ecclesiæ, ut probat D. Thom. secunda secundæ, quæst. 89. art. 9. ad secundum, Felinus multis relatis in text. nostro num. 2. Soto dicto art. 9. ad secundum, Azorius lib. 1. institutio. cap. 9. quæst. 9. Ratio est, nam etiam huiusmodi promissiones sunt factæ gratia hominis, nam iurans fidem suam illi homini adstringit, & forsitan ut illi rem gratam faciat, cui tamen præcipua intentio iurantis sit Deum revere, & intuitu religionis id opus offerre, idem semper inspectandum est, quod principaliter intenditur, argumento text. in leg. rogati in principio, leg. si quis nec causam, ff. si certum petatur, idem ex principali intentione iudicandum est tale iuramentum non homini, sed Deo præstitum esse, neque ab homine consequenter condonari posse, cum homo in ea specie non sit creditor, sed testis, & quasi in certum promissionis intuitu religionis facta, quod aperit se imo exemplo declarat Franciscus Suarez dicto cap. 39. num. 5. verbi gratia, nam potest hoc etiam inter homines accedere servata proportione, ut si quis promittat Petro propter Paulum, & interponat Paulum, ut sit servanda fidelitatis, non potest Paulus facere remissionem, sed Petrus.

64 Potissima autem dubitatio est eo casu, quo iuramentum esset principaliter in Dei honorem præstitum, at verò tota res promissa cedit in partis favorem, possitne pars illa tale iuramentum remittere: verbi gratia, si quis religionis intuitu iuret virgini pauperi se illam in vxorem ducturum, aut eleemosynam daturum, in qua quæstione Ioan. Andreas in cap. 2. de sponsalibus, num. 7. & ibidem Butrus num. 9. Alexander de Nebo, num. 28. Cardinalis in cap. de illis el. primo de desponsatione impuberum, num. 2. Angelus, verbo sponsalia, num. 20. Sylvester quæst. 10. ad primo, Soto dicto lib. 8. quæst. 1. art. 5. ad secundum, Azorius lib. 1. moralium cap. 9. quæst. 11. existimant nequaquam posse tale iuramentum ab altero ex contrahentibus remitti: neque hæc sententia intelligenda est, ita ut iurans tenentur virginem nolentem ducere, hoc enim esset absurdissimum, sed mens Doctorum est per remissionem promissionis alterius non manere liberum iurantem, si adhuc ipsa voluerit matrimonium admittere, & moventur eo fundamento: nam D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 9. ad 2. docet illum qui aliquid promissum est pietatis intuitu non potest iuramentum remittere, nã eum Deo factum sit pietatis intuitu induit rationem voti, votum autem persona privata remitti non potest.

65 Sed adhuc in prædicta specie verius putatur quod etiam iuramentum principaliter in Dei honorem præstitum sit, adhuc tamè poterit remitti ab eo, cuius favorem cedit tota res promissa, ut probat Cardinalis in c. 2. de sponsalibus, n. 4. Cuiuslibet institutionum maiorum tit. 10. n. 61. Enriquez

11. de matrimonio, cap. 14. num. 6. Navarro cap. 25. casu 1. Sancius tomo 2. moralium, lib. 3. de iuramento, cap. 20. num. 7. Ratio est, nam quamvis iuramentum Deo præstitum sit, ipse tamen illud recipit in partis utilitatem: ergo pars, cui debetur, poterit remittere, idque eo exemplo declarat Sancius de matrimonio lib. 2. disputatione 52 num. 8. Nam pater potest aliqua vota filiorum irritare, ut sunt omnia vota impuberum, & realia puberum, & Prælati in votis subditi dispensare potest, nam potest tollere materiam, qua sublata cessat votum: ergo similiter cum pars possit condonare promissionem debitori, poterit etiam remittere iuramentum.

66 Neque obstat ea retenta opinione fundamentum contrariæ sententiæ deductum ex doctrina D. Thom. secunda secundæ, quæst. 89. art. 9. ad secundum, Dum docet eam, cui aliquid iuratur intuitu pietatis, non posse remittere iuramentum: nam facile respondetur Divum Thomam non esse loquutum eo casu, quo tota res promissa cedit in utilitatem hominis, cui iuratum est: ut si quis iuraverit alicui se religionem ingressurum; atque ideò etiam in voto dicemus, quod quando tota res per votum promissa cedit in utilitatem alicuius: verbi gratia, si quis Deo promiserit se daturum eleemosynam Petro pauperi, poterit similiter Petrus iuramentum remittere. Et tandem quamvis Deo adquiratur ius ex tali iuramento præstito pietatis intuitu, & consequenter directe non possit ab homine remitti, potest indirectè, & consequitivè: nam eo ipso, quod homo cedit iuri suo, consecutivè cessat ius Dei, quod illi annexum est.

67 Quod limitandum puto, quando talis eleemosyna non esset determinato pauperi promissa; quo casu procederet prior opinio: nullus namque pauper posset iuramentum remittere, nam eo casu iuramentum, ita præstitum est Deo intuitu pietatis, ut nec res promissa cedat in favorem huius pauperis, ac proinde nullus particularis poterit remittere.

68 Vnde ex dictis non leviter controversum est, an si creditor vsurarum solutionem die Paschatis faciendam prorogaverit vsque ad nundinas Septembris, elapso prorogationis tempore debitor non solvens periurus sit: & periurum esse commune est sententia teste Felino in cap. de causis, num. 2. de officio delegati, Decio ibidem, num. 7. Bart. in leg. cum stipulatus 113. num. 8. ff. de verborum obligatione, Alciato num. 5. Capella Tolosana decisione 181. Boerio decisione 284. num. 11. & relati à Faquino lib. 3. controversiarum cap. 6. Tiraquello de retractu §. 1. gloss. 19. num. 35. Thefauro in Pedemontanis decisione 125. Gutierrez de iuramento confirmatorio, cap. 49. num. 10. Moventur ex natura prorogationis, quæ secum trahit omnes qualitates, & conditiones pristinae obligationis, leg. sed etiam manente §. ff. de precario, glossa in cap. is cui 12. de præbendis libro sexto. Ita ut concessa debitori

solutionis prorogatione si fideiussor eodem modo maneat obligatus, argumento text. in l. g. si vnus 27. §. si cum reo, ff. de pactis. Sic etiam fideiussor pro carcere tuto acceptus, etiam manet obligatus pro carceris prorogatione. Resolvit Bosius in praxi titulo de carcerato fideiussoribus committendo à num. 36. Bertazolus inter consilia criminalia consilio 63. volumine primo: ergo qui iuravit vsuras solvere certo termino ei prorogato, si non solverit periurus erit, licet post lapsum primi termini.

69 Sed puto verius, quod facta prorogatione non datat obligatio iuramenti, nec periurij periculum; & moveor primò, quoniam negandum non est novam esse temporis concessionein, at iuramentum non extenditur ad novum casum: argumento text. in capit. ad nostram 20. de iure iurando, cap. veniens 16. infra eodem titulo, text. elegans in capite secundo. de renunciatione. Vbi qui beneficium abiuravit, potest tamen illud petere si denuò fuerit à canonicis electus, nam iuramentum non extenditur ad casum novum: ergo cum tempus prorogatum sit, & casus novus, non debet ad illum extendi iuramentum.

70 Moveor secundò, nam si prior opinio vera esset, necessariò dicendum erat iuramentum durare post terminum prorogationis, quasi repetitum in prorogatione, sicut in priori obligatione, at iuramentum nunquam obligat per relationem, neque comprehendit, nisi expressa super quibus iuramentum formaliter interpositum est, pro qua doctrina expedit textum mirabilem in c. clericus 35. de iure iurando, vbi clericus, qui iuravit observare statuta in Ecclesia edita, promittens per idem iuramentum à se iam præstitum statutum de novo editum observare, quamvis transgredi non debeat, non tamen tenetur ex vi iuramenti, sed solum ex debito promissionis, idque rectè declarat ibidem glossa, verbo *quod promissit*: nam iuramentum non extenditur ad ea, quæ postea accidunt, sicut & transactio, lege cum Aquiliana, ff. de transactio. lege tres fratres, ff. de pactis: ergo similiter in specie nostra, quamvis debitor sub eodem iuramento promittat vsuras solvere in termino prorogationis non videtur de novo obligari ex iuramento nisi de novo repetatur, quare hæc sententiam probant Decius in dict. cap. de causis num. 7. de officio delegati. Cardinalis in Clementina prima, §. nos itaque quaestione tertia, de iure iurando, Berolius quæst. 100. ad finem, Cobarruvias in cap. 9. quamvis pactum in principio num. 6.

71 Et hac ratione idem in compromisso dicendum puto: nam si factum sit cum iuramento non contraveniendi, & tempus compromissi prorogetur, post prorogationem contraveniens non erit periurus, nam iuramentum non obligat per relationem, ut ex dict. c. clericus, docet Baldus consilio 436. volumine primo, Decius in ca. præterea n. 5. de appellat. Blancus de compromis. q. 7. principali num. 58. Gutier. de iuramento confirmatorio, cap. 49. n. 23. Cobar. d. n. 6. Ruin. c. 61.

61. à num. 38. lib. 5. Marfilii singulari 300. Serafinus de privilegijs iuramenti privilegio 22. numero 71. quę sententia tenenda est, quidquid dixerit Faquaneus dict. lib. 3. cap. 7.

72 Qua retenta sententia non obstant fundamenta contrarię: non primum ex natura prorogationis, quę semper intelligitur facta cum qualitibus pristinę obligationis ex dict. lege sed si manente, ff. de precatio: nam hæc regula non procedit in iuramento necessariam formam exigente: tum etiam dicta glossa fin. in dicto cap. is cui, de præbendis, libro sexto, in contrarium allegata, quę nititur in dict. leg. sed si manente, procedit, & loquitur quando prorogatio facta fuit eodem modo, & forma, quibus facta fuerit obligatio, atque idè potius videtur probare nostram sententiam, ita vt si debitor in prorogatione solutionis non iuraverit formaliter, sicut in priori obligatione, non manebit iuramento obligatus, & in hoc sensu intelligi potest Bart. & cæteri Doctores pro contraria opinione allegati.

73 Et consequenter dicendum puto, quod fideiussor pro carcere tuto non obligatur, si iudex carcerem prorogaverit, vel mutaverit, vt rectè ostendit Thobias Nonius consilio 103. in principio, & num. 11. Bursatus consilio 193. numero 49. volumine secundo, Riminaldus consil. 201. Decianus consilio 72. volumine secundo, & idem erit de quocunque fideiussore: nam facta prorogatione debitori, nisi fideiussor de novo cõsentiat, non manebit obligatus, argumento text. in lege si cum hermes septimo, C. locati, leg. labeo vigesimo quinto in principio, ff. de arbitris caro eius de locato 3. p. rubrica de reformatione cap. 23 & 24.

74 Et tandem si queras, an ad huiusmodi remissionem à creditore faciendam super iuramento de solvendis vsuris eum citare necesse sit, quod valde à Doctõribus controversum est, & obtinuit semper esse necessariam citationem, iuxta regulam text. in lege de vnoquoque, ff. de re iudicata capite primo, de causa possessionis, Clementina pastoralis de re iudicata. Et in specie nostra probat Panormitanus in text. nostro numero 22. Felinus 23. Afinius in praxi §. 7. cap. 5. limitatione 103. Serafinus de privileg. iuramenti privilegio 31. num. 93. Quod limitatur, quando apertè constaret nullam creditori defensionem competere. Et tandem praxis recepta hæc est, vt quando petitur absolutio à iuramento ad effectum dumtaxat agendi, non erit necessaria citatio, quia non agitur de præiudicio considerabili: si verò petitur absolutio à iuramenti vinculo, & obligatione, necesse erit citare creditorem propter illius considerabile præiudicium. Resolvit Antonius Gabriel secundo communium titulo de citationibus, conclusione prima, numero 85. Lanceloto in templo iudicum, libro secundo, capite 1. §. 4. Rubrica dispensatio à iuramento, numero sexto, Cobarruvias lib. 1. variarum, cap. 4.

num. 5. & relati ab Azenedo ad Decretales, collectanea 78. pagina mihi 225.

75 Neque obstat secundo, argumentum supra nume. 5. adductum pro dubitandi ratione ex dicto capite autoritatem 15. quæst. 6. cum alijs ibidem relatis, dum probant potestatem relaxandi iuramenta homini præstita solum esse pœnes Pontificem. Petit ergo hoc argumentum, vt explicemus qualiter Prælati Ecclesiastici relaxare, aut commutare possint iuramenta homini præstita. Ad cuius declarationem sciendum est, in Ecclesia esse potestatem relaxandi, hæc iuramenta iusta existente causa, & aliquando fit ad punitionem eius, cui præstitum est propter aliquod eius crimen: & hoc modo relaxantur iuramenta interveniente fraude, iniuria, aut metu præstita: vt in capite verum, capite ii verò de iure iurando. Aliquando relaxantur propter excommunicationem creditoris, cui iuratum est, & hac ratione Ecclesia remittit iuramentum delictatis excommunicato præstitum, capite non Sanctorum, cap. iuratos 15. quæst. 8. quandoque etiam id fit propter aliquod bonum commune.

76 Hoc supposito primò dicendum est, quod quando nulla versatur turpitudine ex parte creditoris illud recipientis, adè vt reru sibi iuramento promissam restituere non teneatur, constans est Doctõrum sententia nullum prælatum Ecclesiasticum præter summum Pontificem posse tale iuramentum relaxare, idque ex iusta causa, alias irrita erit relaxatio. Ratio est, nam per tale iuramentum ius alteri quæsitum est, quod sine iusta causa auferri nequit, idque per supremam spiritualem potestatem, cuius est vincula spiritualia relaxare iusta existente causa, vt advertit Soto libro 8. de iustitia & iure, quæst. 1. articulo nono, ad tertium, & tradunt communiter Doctores in dicto capite autoritatem 15. quæst. 6. dict. cap. verum, dict. cap. si verò de iure iurando, dict. cap. venerabilem 34. de electione.

77 Vnde quamvis iuramentum Deo præstitum propria autoritate iurantis possit in melius commutari, vt iam diximus, ex dicto capite pervenit de iure iurando, & ostendit copiose Suarez tomo secundo de Religione libro sexto, de voto, capite dicimo quarto, Sancius tomo secundo moralium libro quarto, de voto capite decimo nono, à numero trigesimo, & cap. 49. cum sequentibus. Secus dicendum est in iuramento homini præstito: discrimen est, nam vnum pro alio invito creditore solvi non potest, lege secundæ mutui datio, ff. si certum petatur: Deus enim semper acceptum habet, quod melius est sibi reddi, secus verò quilibet alius, imò nec Pontifex eam iuramenta posset commutare in melius sine consensu creditoris, nisi iusta existente causa boni communis.

78 Quando verò turpitudine versatur ex parte creditoris recipientis iuramentum, eò quod iuste recipiat, & generaliter quoties iurans iniuriam patitur, vt in iuramento de solvendis vsuris,

Episcopus poterit iuramentum relaxare, nam eo casu nullum ius creditori acquiritur, quominus lege iustitię teneatur restituere. Docent Innocentius in dicto capite debitores in principio, Butrius numero septimo, Panormitanus in textu nostro numero sexto, Cobarruvias libro primo variarum, capite quarto numero quinto, & probatur ex text. in capite quidam, §. final, capite Quintavallis, hoc eodem titulo, neque obstant verba text. in dicto capite verum, & in dicto cap. si verò hoc titulo. Dum dicunt huiusmodi iuramenta solere à Pontificibus relaxari, nam hæc verba solum factum narrare videntur, non tamen disponunt eam potestatem soli Pontifici competere, vt præter relatos resolvunt Molina tomo primo de iustitia & iure, tractatu secundo, disputatione 149 & relati à Sancio de matrimonio lib. 1. disp. 23. num. 15.

79 Adè vt si is, qui metu coactus iuravit se facturum id, ad quod aliàs tenebatur, poterit petere relaxationem ab Episcopo, ne aliàs non implendo sit periurus, eò quod iniuriam passus sit violenta iuramenti extorsione, vt rectè probant Innocentius, & Hostiensis in capite ad nostram el tercero, de iure iurando, & relati à Cobarruvias, in regula peccatum, secunda parte §. 3. num. 7. quidquid senserit, glossa verbo extorsit, in cap. petitio hoc titulo.

80 Sed dubitari solet, an hæc procedant, quando quis iuraverit metu levi compulsus, possit ne eo casu Episcopus relaxare iuramentum. In qua quæstione glossa in dicto capite verum, verbo iniuri, tenet partem negativam, & ibidem Butrius numero tertio, quæstione prima. Innocentius in cap. ad aures, numero primo, de hisque vi, Ioan. Andreas numero septimo, Cardinalis numero tertio, quæstione prima, Panormitanus in dicto cap. cum cõtingat numero vigesimo primo, hoc eodem titulo. Gregor. in leg. fin. verbo que la fizo, titulo vndecimo, parte tertia, & praxi servandum testatur Corneus in dicta Authentica sacramenta puberum, numero duodecimo, C. si adversus venditionem. Posse tamen relaxari probant Doctores alij relati à Cobarruvias in regula peccatum, secunda parte, §. tertio, numero septimo in principio, & idem Corneus testatur in punto iuris veriore.

81 Ego verò distinguendum puto, & sic cõcludam has contrarias Doctõrum opiniones. Nã vel loquimur in foro externo; quo casu dicendum est, relaxationem non esse concedendam, quando metus est levis, nam lex non concedit rescissionem propter metum levem: si autem de foro cõscientiæ loquamur, habebit locum relaxatio Episcopi, neque id iuramentum confirmare contra, nã quando metus est levis, etiam adest turpitudine ex parte recipientis, ita vt tuta conscientia receptum non possit retineri, vt resolvit Sancius lib. 4. de matrimonio, disputatione 9. numero 4. Iniquum enim esset creditorem ex dolo suo contumodum reportare, idque denotat text. in capite

sollicitè, & in cap. accepta de restitutione spoliatorum: vbi attenditur iuramenta esse sponte, & non vi, neque per iniuriam præstita: at quando metus levis est, non præstatur iuramentum sponte; & sic facile respondetur ad fundamentum contrarię opinionis, dum docet, metum levem non esse considerabilem in iure nostro, iuxta regulam text. in dicto cap. verum, & in dicto cap. si verò, hoc namque procedit in foro exteriori, secus in foro conscientiæ. Et potest esse exemplum in decisione text. in lege secunda, C. de rescindenda venditione: nam licet ad rescindendum contractum lesio ultra dimidiam desideretur, secus verò in foro conscientiæ.

82 Sed maior est dubitatio quando iuramentum latroni præstitum est per metum, aut per iniuriam ab vsurario extortum, quando iuravit debitor de non denunciando Ecclesię, an sit obligatorum. Ego verò vt brevitati consulam, puto distinguendum esse. Nam si casus occurreret obligans sub præcepto promittentem ad denunciandum, verbi gratia, si latro adè nefarius esset, vt eius denuntiatio reipublicę expediret, tunc nõ obligaretur iuramentum, quasi contra bonum publicum præstitum: sic etiam neque obligat, si à iudice interrogatus sit; & in hoc sensu puto intelligendum esse, D. Thom. 2. 2. quæst. 89. articulo 7. ad tertium, Sylvestrum verbo iuramentum, 4. quæst. 11. & relati à Barbosa in leg. alia 15. §. eleganter, num. 23. ff. soluto matrimonio: si verò casus sit, in quo non teneatur denunciare, & iuravit se non denunciaturum quantum in se est, & sponte sua iuramentum obligat, dum iuridicè rogatus non fuerit, nam tale iuramentum homini, præstitum est, & quod absque peccato impleri potest, vt in specie resolvit Soto de iustitia & iure, lib. octavo quæstione prima, articulo septimo, ad tertium, Manuel Rodriguez primo tomo Summæ cap. 192. num. 2.

83 Quod si iuramentum interponatur de non petenda huius iuramenti relaxatione, receptum est non esse validum, eò quod sit contra bonos mores, vt testatur Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, secunda parte, §. tertio, numero secundo, Azorius lib. 1. institutionum moralium, cap. 7. quæst. sexta. Cavendum tamen est, ne istorum iuramentorum relaxatio in religionis catholice damnum cedat, vt verbi gratia, si captivus iurasset infidelibus, apud quos iniuste detinebatur se in suę libertatis pretium daturum eis mille aureos, tale iuramentum non esset relaxandum propter scandalum, & ne nomen Dei apud illos blasphemetur, vt resolvit Caietanus secunda secundæ, quæstione 88. articulo septimo, dubio primo, & ibidem, Aragon conclusione vltima, Soto dicto lib. 8. quæst. 1. articulo septimo, ad tertium. Qui docet idem esse dicendum si captivus iurasset se illuc esse rediturum, nam proculdubio teneretur redire etiam cum mortis periculo propter eandem rationem idem Valentia 2. 2. disputat. 6. quæst. 7. puncto 4.

84 Sed cum hæc relaxatio à nemine, nisi à Prælato fieri possit habente iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, ut testatur Abbas in dicto cap. quanto, num. 8. infra hoc titulo, Azorius dicto libro 11. cap. 9. quæst. 8. Dubium est quis Prælati relaxare valeat tale iuramentum, quando contrahentes sunt diversæ Diocesis. In qua quæstione Cardinalis in text. nostro num. 1. versiculo *quæro*, Molina tomo primo de iustitia, & iure, disputatione 111. & disputatione 149. existimantialem relaxationem per inere ad Prælatus eius, cui iuratum est: & reddit rationem Molina; nam iudex relaxat iuramentum condonando illius obligationem loco sui subditi: ergo debet necessario habere iurisdictionem in eum, cui iuramentum præstitum est, Panormitanus vero in capite si quis contra clericum, numero tertio de foro competentis, quem sequuntur Socinus, Aretinus, & Capicius relati à Mandosio in additionibus ad Lapum allegatione decima, numero quinto, nervosè probat hanc relaxationem à Prælato iurantis fieri debere ea ratione, nam is, cui relaxatur hoc iuramentum subditur suo Prælato, & tantum agitur de tollendo ligamine ut sui subditi, neque aliquid disponitur circa personam agentis, neque ab eo petitur, resolvit Lopus allegatione decima, num. quinto Calderinus consilio 6. sub titulo de iure iurando, & consilio primo, sub titulo de officio ordinarij.

85 Hanc verò quæstionem rectè sub distinctione explicat Felinus in capite final, num. 24. de foro competentis: nam aut ad relaxationem partis citatio non desideratur, & tunc vera est posterior opinio Panormitani, & aliorum: si vero citatio desideretur, tunc aut extraneus est in loco iurantis, & tunc Episcopus iurantis poterit relaxare; si verò absens sit necesse est recurrere ad Episcopum eius, cui iuratum est, quia subditus citari nequit extra territorium, leg. extra territorium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, atque ideò quoties relaxatio pro solo foro conscientie petitur, semper fieri debet ab Episcopo iurantis: eo enim casu nulla desideratur citatio, & idem eadem ratione dicendum est, quando solus petitur ad effectum agendi.

86 Tandem si quæras, an hæc iuramenti relaxatio possit peti per procuratorem domino absenti, & ignorant; affirmative respondendum est ex text. in leg. Labeo, ff. de iure iurando, ubi dicitur absenti, & ignoranti posse fieri iuramenti remissionem, & probant Baldus in text. nostro, numero septimo, Alexand. de Nebo num. trigésimo, Felinus num. 30. quæst. 9.

87 Sed his omnibus objici potest: nam apud omnes receptum est Principes sæculares, & Magistratus de iuramenti posse cognoscere, & ea remittere, leg. fin. ff. qui satisdare cogantur, leg. iuris gentium, §. si pacifer, ff. de pactis, lege prima cum sequentibus, ff. de iure iurando, lege adigere, §. quamvis, ff. de iure patronatus, leg. fin. ff. ad municipalem, lege non dubium, C. de legi-

bus, atque ideò glossa final. in dicta leg. adigere docuit leges civiles in iuramentis, & eorum remissione habere vim Apostolicam, atque ideò quoties lex civilis prohibet in conventionem iuramentum alicuius virtualiter, prohibere videtur ne alter illud acceptet, & ideò si acceptaverit, terit iudex sæcularis de eius remissione cognoscere; testantur Felinus in præfenti numero versiculo secundo, Guido Papa decisione 124. Romanus singulari 482. Castrensis consilio 305. numero secundo, libro secundo. Ut in muliere licentia mariti contrahente, & iurante probat Abendaño de exequendis, secunda parte, cap. num. 15. Ita ut à iudice sæculari remittatur. C. tierrez in Authentica sacramenta puberum, numero 160. & Principes posse remittere probat Franquis decisione 391. secunda parte, & facit etiam iure Regio text. in leg. undecima, & duodecima, titulo primo. libro quarto compilationis, & aliæ similes irritates contractus iuramento subditos.

88 Pro huius ergo rei explicatione nonnulla prius sunt constituenda, primo iudicem saecularem posse laicos compellere ad condonandum iuramentum metu aut iniuria extortum, etiam quando res iniuramento promissa relictæ debet, quod est intelligendum quando de hoc constitit, & res iuramento promissa pertinet ad forum saeculare: nam si vel non pertineat, vel probabile dubium sit de valore iuramenti, hæc constitio ad solum pertinet Ecclesiasticum: resolvit Sancius libro primo de matrimonio, disputatione 32. numero 18. Abendaño in cap. pratorum, secunda parte, cap. 27. numero 15. Azorius libro undecimo moralium, capite nono, quæstione 6. ad finem.

89 Secundò constituo. Principem saecularem, & legem civilem posse remittere iuramentum homini præstitum, quando materia illius est potestati subiecta est, ut in specie text. in leg. final. ff. ad municipalem: ubi cum quis iurasset ordini non interfuturum, potest Princeps iuramentum remittere, si ille in decurionem fuerit electus; nam cum possit quemlibet compellere ad subeundos Magistratus propter publicam utilitatem, nam iuramentum in hac materia principi subiecta habet eam conditionem, nisi alius iusserit princeps; hæc enim remissio non est relaxatio iuramenti, sed provenit ex tacita conditione subintellecta ratione materiae, ut ex multis probat Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, 1. p. §. 3. num. 11.

90 Quare duplex est huius rei controversia: prior, an lex civilis, & princeps possint impedire obligationem iuramenti antequam præstetur: posterior, an possint relaxare obligationem iuramenti iam præstiti. In priori quæstione communis opinio tenet, id posse fieri per potestatem civilem, ut apparet in specie dictarum legum Regiarum, quæ disponunt iuramentum esse irritum si apponatur in quibusdam contractibus contra-

illarum prohibitionem. Nec refert iuramentum esse vinculum spirituale, nam ea dispositio non tendit ad Ecclesiasticæ iurisdictionis emulationem, neque ad eam impediendam, sed ad conservandam regiam iurisdictionem, ne devolvatur ad forum Ecclesiæ ratione iuramenti, C. novit de iudicijs, capite final. de foro competentis, libro 6. iuste ergo potuit potestas civilis interdicerè subditis, ne alterius iudicis prorogarent iurisdictionem. Resolvit Cobarruvias in dicto capite quamvis pactum, prima parte, §. tertio, numero octavo, & secunda parte §. primo, numero octavo, Azebedo in dicta lege undecima, à numero secundo, Valascus consultatione 99. à numero tertio, tomo primo, Gutierrez in dicta Authentica sacramenta puberum, à num. 46. Barbosa in lege prima, prima parte, à num. 73. ff. soluto matrimonio, Molina de iustitia & iure, tomo primo disputatione 149. versiculo *ex his colliga*.

91 Sed qualiter hoc fieri possit non convenit inter Doctores, an videlicet hoc fieri possit impediendo contractum eo iuramento confirmari, an etiam efficiendo ne tale iuramentum obliget. Et quidam dicunt leges illas regias, & similes prohibentes apponi iuramentum contractui solum efficere, ne is contractus iuramento firmetur, esse tamen iuramentum servandum donec relaxetur. Probat Cobarruvias de pactis, secunda parte §. primo, numero octavo. Nam vis, & robor contractus humani legibus civilibus subijcitur; hoc autem quamvis tollat obligationem contractus, non verò potest tollere obligationem iuramenti, quæ spiritualis est, & divina, atque ideò necessariam esse relaxationem. Probat Barbosa in dicta lege prima, prima parte, à numero septimo. ff. soluto matrimonio. Qua retenta opinione dicendum est Episcopum posse relaxare huiusmodi iuramenta, nam Episcopus id facere potest quoties iuramentum non confirmat contractum, ex adductis à Sancio tomo 2. moralium lib. 3. de iuramento cap. 12.

92 Sed adhuc puto probabiliter dici posse, quòd princeps, vel lex civilis potest irritare iuramentum laici sibi subditi in contractibus ad forum saeculare spectantibus impediendo vim iuramenti antequam præstetur, ne ex illo oriatur obligatio, quando id exigit ratio boni communis, & politica gubernationis. Ita videtur sentire Molina tomo primo de iustitia & iure, disputatione 149. versiculo *ex his colligo*. Exemplum potest esse; nam sicut Ecclesia non potuit directè, & principaliter matrimonium clandestinum irritare quatenus sacramentum est pendens ex sola Christi dispositione, potuit tamen indirectè, & consecutivè destruendo scilicet directè contractum humanum, quo tanquam fundamento destructo consequenter manet destructum sacramentum, quod in tali contractu nitebatur, ut copiosè explicat Sancius libro tertio de matrimonio, disputatione quarta numero sexto. Eodem ergo modo quamvis princeps saecularis nequeat sua lege iuramen-

tum præstandum irritare directè, & immediatè, cum sit vinculum spirituale, potest tamen indirectè, & remotè, irritando scilicet contractum humanum antequam ineatur, quo omninò destructo destruitur consequenter iuramentum in eo fundatum.

93 Et puto id fieri per dictas leges Regias, ut rectè notat Matienzo in lege secunda, titulo secundo, glossa tertia, numero septimo, & num. 12. Et ideò iuramentum adiectum contractibus contra prohibitionem illarum legum omninò irritari, ac proindè nullam ex eo oriri obligationem, neque relaxatione indigere, ut illi contraveniatur, nam id potuit lex civilis efficere, ut indicant verba illarum ibi, *yl obligacion no valga*. Et forsitan auctores communiter contrarium senserunt ad hoc fundamentum non attendentes. Hanc doctrinam defendit rectè Sancius ex Molina tomo secundo moralium, libro tertio de iuramento cap. 22. num. 10. Hoc verò intelligendum est, ita ut per dictas leges Regias non prohibeatur iuramentum præstari in contractibus ad sui firmitatem illud exigentibus, nec in contractibus minorum, ne ratione minoris ætatis valeant revocari, ut notat Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, prima parte, §. secundo, num. 8. Gutier. in dict. Authent. sacram. puberum, à num. 156. Abendaño in cap. Prætorum, cap. vigesimo septimo. num. 14. & capi. 29. num. 12. Barbosa in leg. prima, prima parte, à num. 78. ff. soluto matrimonio, ubi exponunt casus, in quibus interponi potest iuramentum non contraveniendo dictis legibus Regijs.

94 In posteriori autem difficultate, an potestas saecularis possit relaxare obligationem iuramenti, communiter receptum est non posse, sed id solum pertinere ad potestatem Ecclesiasticam, eò quòd in tali relaxatione agitur de spirituali quadam, & divina obligatione cuius absolutio ad solam Ecclesiæ potestatem pertinet, ut probat Felinus in præfenti num. 21. & in cap. 2. num. 3. de sponsalibus, Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, prima parte, §. tertio, numero octavo, & relati à Barbosa in lege prima, prima parte num. 77. ff. soluto matrimonio.

95 Alij verò, quos refert, & sequitur Molina de iustitia & iure, dicta disputatione 149. docent hanc relaxationem pertinere ad utranque potestatem civilem, & Ecclesiasticam, quando iuramentum est inter laicos, & constat de iniustitia iuramenti. Et movetur, nam quando res, circa quam iuramentum versatur, non transcendit reipublicæ civilis finem iuramenti causa, est mixti fori, ut vulgò notatur in dicto cap. final. de foro competentis, ubi declarant Doctores regulam, quòd iuramentum non mutat forū, sed addit forum foro, ex adductis à Sancio tomo 2. de Religione, cap. 13. lib. 3. de iuramento, à num. 12.

96 Sed puto hanc sententiam nullo modo esse admittendam si loquamur de vera, & propria relaxatione iuramenti, quæ præcisè pertinet ad

potestas em Ecclesiasticam, sed habebit locum in remissione obligationis, quam creditor ipse, cui iuratur, concedere potest: nam sicut creditor potest condonare obligationem debitori, sic & potestas secularis eius bona etiam immobilia vendere ad satisfactionem creditorum, supplendo consensum debitoris, ita ut tali venditione debitor etiam declaratione teneatur, tanquam si ipse sponte vendidisset, leg. si ob causam 13. C. de eversionibus. Ea ratione, nam in hac specie factum iudicis, factum partis reputatur, sic eodem modo quoties creditor tenetur condonare iuramentum debitori, cum per iniuriam fuerit extortum potest iudex creditore inique contradicente supplere eius consensum, & condonare debitori nomine ipsius, & in hoc sensu vera erit doctrina glossæ in dicta lege adigere, ff. de iure patronatus, dum docet legem civilem habere vim Apostolicam, quo ad iuramenta remittenda, ut notat Cobarruvias de pactis, prima parte, §. 3. num. 7. Alexand. de Nebo in presenti num. 13. & in cap. 2. hoc eodem titulo num. 10.

97 Vnde cum ratione iuramenti contractus effectus sit mixti fori apud utrumque iudicem secularem, & Ecclesiasticum poterit de tali contractu tractari, ac consequenter uterque iudex poterit parte citata condonationem facere, ut recte notat Molina dicta disputatione 149. & cum his finitur hæc prima disputationis pars ad tex. in dicto cap. 1. de iure iurando.

Ad secundam partem conclusionis, ad declarationem text. in dict. cap. Debitores sexto, huius tituli.

98 **P**ROBAT hæc secunda conclusio nis pars Debitorem vsuras promittentem ad illarum solutionem cogendum non esse. Secundò probat, quòd si debitor solvere iuraverit, compellendus est ad solutionem vsurarum. Probat tertio, quòd si debitor vsuras solverit, poterit repetere.

99 Sed hæc nostri text. triplex conclusio triplicem continet dubitandi rationem. Primò dubitationem movet contra primam partem, nam videtur dicendum debitorem vsurarum promittentem etiam sine iuramento efficaciter obligari, & consequenter compellendum ad solutionem, id namque denotant nostri text. verba ibi, *quibus se obligaverant*: quæ aptertè significant debitorem

ex promissione simplici vsurarum teneri. Idque ratione probatur: nam ideò vsuræ intra legitimum modum debitæ sunt, ut constat ex toto titulo, ff. de vsuris, & de nautico fenore, leg. eos. C. de vsuris, leg. si legatum tertio, C. de annuis legatis. Idque patet, nam iure canonico vsurarum promissio iuramento confirmatur, quod fieri non posset, si esset illicita, ut in textu nostro probatur, dicto capite per tuas cum similibus de vsuris, capite primo cum sequentibus, 22. quæstione quarta, capite secundo, capite cum quidam, §. final. hoc eodem titulo: ergo supponitur validam esse promissionem, & licitam, aliàs non posset iuramento firmari.

100 Secundò, contra secundam partem dubitationem movet ex adverso; nam vsuræ etiam iure naturali, & divino prohibite sunt, ut in cap. primo cum sequentibus 14. quæstione tertia, capite super eo, cap. consulvit de vsuris, at iuramentum non potest esse vinculum iniquitatis, præcipue contra legem divinam, & naturalem, dicto cap. primo 22. quæstione quarta: ergo ex iuramento debitor ad solvendas vsuras compelli non potest, idque denotat textus noster, dum docet debitores ad solvendas vsuras cogi non debere: at iuramentum naturam actus, cui adhæret, sequitur, leg. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus, leg. fin. C. de nonnumerata pecunia, cap. quemadmodum 25. hoc titulo capite secundo de sponsalibus: ergo iuramentum de solvendis vsuris præstitum omninò inefficax.

101 Tertio dubitationem movet contra tertiam huius conclusionis partem: tum namis, qui sic solvit, ut statim repetat, non dicitur solvite, leg. qui sic solvit 56. ff. de solutionibus, si ergo debitor vsurarum ex iuramento solvens posset repetere, solvere non diceretur: præcipue, nam neque etiam creditor vsuras sibi iuramento promissas petere potest, nã dolo facit is, qui petit, quod statim restitutus est, leg. dolo facit, ff. de regulis iuris, imò exceptione doli mali repellendus est, leg. dolo petit octava, ff. de doli mali, & metus exceptione: ergo cum in specie nostra creditor petat, quod statim restitutus est, ea exceptione doli erit repellendus.

102 Sed his non obstantibus verissima est nostri text. hæc tertia conclusio, quæ triplici indiget decidendi ratione. Primò; glossa quod attinet ad primam partem, rationem esse docet: nam cum vsuræ sint omni iure prohibite, ut supra diximus, lex Pontificia vsurarum promissioni resistit, atque ideò ait inefficacem esse talem promissionem, sed manifestè convincitur, quoniam ius canonicum non resistit promissioni habito respectu debitoris, ex parte cuius nulla attenditur turpitudine, quæ sola versatur ex parte creditoris.

103 Quare sciendum est, quòd debitor, qui sub vsuris accipit pecuniam, nullam vsurario interrogat iniuriam, sed potius ipse à creditore iniuriam patitur, aliquando tamen ipse debitor recipiendo

piendo sub vsuris potest committere iniusticiam, veluti adversus vxorem, filios, vel alios creditores, ut si in illorum præiudicium bona sua dissipaverit, ut recte probat Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 5. Navarro cap. 17. num. 263. Atque ideò ea ratione peccabit, qui pecuniam sub vsuris accipit, sic etiam nunquam erit licitum inducere creditorem ad vsuram, hoc namque esset ad peccatum inducere: quare non licet absque necessitate offerre alicui occasionem fenerandi, hoc enim est contra legem charitatis, ut recte notat Molina de iustitia & iure, tomo secundo, disputatione 335.

104 Si verò aliquis saltim mediocriter pecunia indigeat, neque facile possit illam aliunde habere, licite poterit mutuum petere ab aliquo, non obstante quòd intelligat illum, à quo petit, non aliter, quàm sub vsuris mutuaturum, hoc enim non est, ut iam supra diximus, cooperari peccato alterius, secus verò quando is petit mutuum pecuniam ad opera vana, verbi gratia, ad ludendum, vel ad alia spectacula, Navarro cap. 17. num. 262. Caietanus in verbo *vsura*, capite finali, Soto lib. 6. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 5. dicunt ad minus venialiter peccare. Ego tamen distinguendum puto, nam si alij eiusdem status, & qualitatis, ad ea faciendâ concurrerent absque vlla culpa existimo eo in casu posse pecuniam ad vsuram petere: si verò id commodè vitare possit credere peccare mortaliter, ut probat Conradus de contractibus, quæst. 47. Nam proxima, & potissima huius actus causa est necessitas, cui consulere vult, qui pecuniam ad vsuram querit, non aliter inveniens, ideòque huic promissioni intra hos terminos nunquam lex canonica resistit.

105 Vnde ratio decidendæ prioris partis conclusionis est, ideò debitorem cogendum non esse vsuras solvere, nam creditor dum illas petit, aut exigit, iam suam detegit turpitudinem: huic ergo turpitudini, & exactiōni resistit lex canonica, non promissioni, quæ sui natura nullam continet turpitudinem, neque peccatum: si enim includeret, neque etiam ex iuramento compellere debitor solvere, ut in text. nostro in secunda conclusione aperte probatur dict. cap. ad nostram 20. hoc eodem titulo, dict. cap. tuas 13. de vsuris. Nunquam enim ius iurandum ad peccatum obligare potest, iuxta veram interpretationem text. in cap. in malis, cap. inter cætera 22. quæst. 4. cap. Quintavallis, cap. intellecto infra eodem titulo, & ea ratione docet text. noster debitores cogendos non esse ad solutionem vsurarum, quia promissio efficitur inefficax propter turpitudinem creditoris, ex adductis à Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum, prima parte §. 9. D. Thom. secunda secundæ, quæstione 78. art. 4. ubi omnes Theologi.

106 Ratio autem nostri text. in secunda parte, dum docet, quòd si debitor iuraverit vsuras solvere ad solutionem earum compellendus est, ex eo deducitur, nam ea est iuramenti excellen-

tia, ut actus sui natura infirmos efficaces, & firmos reddat cap. ad nostram 7. cap. si verò 8. cap. cum contingat 28 hoc titulo, cap. quamvis pactum de pactis libro sexto, Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem. Vnde quamvis debitoris promissio creditoris turpitudine efficiatur inefficax, ius iurandum tamen eam efficacem reddit, ut vulgò ferè omnes interpretes agnoscunt.

107 At communiter contra huiusmodi doctrinam obijci solet argumentum ex illa vulgari traditione, nam qui causam damnat, damnatum disse videtur, leg. qui occiderit 30. §. in hac cum lege sequenti, leg. si ex plagijs 2. §. in clivo, ff. ad legem Aquiliam, cap. de cætero 11. de homicidio. cap. fin. de iniurijs. Quamvis ergo debitor non peccet vsuras promittendo, peccabit tamen solvendo, cum det causam turpitudini creditoris, & cum ad solutionem ex iuramento teneatur erit de primo ad ultimum iuramentum causa peccati: ergo adhuc ex iuramento non tenebitur ad solutionem vsurarum.

108 Huic argumento respondet communiter Theologorum schola, textum nostrum intelligendum esse in creditore, qui solitus est fenerari, quo casu dicunt debitorem non esse peccati causam, regulam verò illam procedere aiunt, quando creditor non est fenerari solitus, tunc enim dicunt debitorem vsuras solventem causam dare turpitudini creditoris. Sed ab hac interpretatione communiter recedunt iuris canonici professores nostri, & convincitur primò, quia nec ex textu nostro, namque ex eius integra probatur distinctio illa, soliti vel non soliti fenerari, de qua solum attenditur ex parte creditoris ratione interesse, quod exigitur à creditore sit vsurarius ex parte illius, nec ne, ut in specie cap. ad nostram de emptione, & venditione, cap. illo vos de pignoris, cap. in civitate. cap. naviganti de vsuris, vel solum attenditur ea distinctio ad hoc, ut debitor peccatum committat, nec ne, inducendo creditorem non paratum ad mutuandum sub vsuris, ut in specie text. in cap. super eo de vsuris, non tamen accommodatur ad speciem nostri text.

109 Secundò convincitur, nam sequeretur promittentem vsuras simpliciter sine iuramento, ut in prima parte nostri text. ad solutionem compellendum esse, si creditor solitus esset fenerari, nam eo casu non esset eius peccatum considerabile, efficax esset promissio, quod falsum est ut iam diximus: negari enim non potest etiam in creditore solito fenerari peccatum esse considerabile, quando actualiter recipit vsuras, ergo in ea specie nullo modo est admittenda distinctio, quòd sit solitus, vel non fenerari.

110 Quare verior traditio est debitorem iure iurando, efficaciter obligari ad solvendas vsuras, siue creditor solitus sit fenerari, siue non, ex textu nostro. & ibi glossa, verbo *cogi*, & verbo *cogendi* cum adductis à Menochio de arbitrarijs casu 398. Rolando consilio 98. volumine primo.

Sacramento in lege Gallus, §. & quid si tantum numero 19. ff. de liberis, & posthumis, Deciano cōsilio 84. volumine secundo, Serafino de privilegijs iuramenti, privilegio 116. num. 7. & communiter respondent ad argumentum traditionem illam vulgarem, qui causam damni dat, damnum de disse videtur, intelligendam esse, quando datur causa proxima, non autem remota; & sic intelligenda est regula text. in dict. leg. qui occiderit, dicto §. in hac, & in dict. cap. de cetero, cum similibus in argumento adductis: non enim loquuntur de causa remota, sed de proxima, nam remota non dicitur causa, sed occasio, vt docet text. in cap. solite in principio de maiestate, & obedientia: & est communis ex Tiraqueo in tractatu, quod cessante causa in principio.

111 Hoc enim discrimen inter causam, & occasionem peccati eo exemplo declarant Doctores, nam lex Pontificia, & civilis, quæ ultra dimidiam deceptis consulere voluit, leg. secunda, C. de rescindenda, cap. cum dilecti, de emptione, & venditione, præbere videtur causam decipiendi proximos intra dimidiam, sed cum lex tranquillitati consulat Reipublicæ, consideravit, quod si pro quacumque deceptione deceptis concederetur actio, commercia omnino perirent, & Reipublica continuis vexaretur litibus: ideo dum solum pro deceptione ultra dimidiam actionem concedit, non causam peccandi, sed saltem remotam occasionem præbere videtur, cum causa proxima sit prava cupiditas, & avaritia contrahentium. Sic etiam de hæreditate viventis agere prohibuit lex civilis, leg. qui superstitis 94. ff. de adquirenda hæreditate, leg. stipulatio 61. ff. de verborum obligatione, leg. fin. C. de pactis, ne daretur votum captandæ mortis. Vnde a fortiori datur etiam beneficium viventis occupare, cap. 1. de concessione præbendæ, & illud promittere, cap. 2. cap. fin. eodem titulo, capit. 2. & 3. eodem titulo, lib. 6. Ideoque beneficii vacaturi promissionem votum captandæ mortis inducere receptum est, vt vulgò traditur in regula 19. Cancellaria. Hoc verò causam non inducit, sed occasionem remotam, quam arcere intendit lex canonica propter animi sinceritatem in acquirendis spiritualibus necessariam, ideoque Ecclesiæ dignitati, communitati, & collegio viventis beneficium iuste vniri permittitur, cap. cum venissent de restitutione spoliatorum, cap. consultationibus de donationibus. Idcirco si existentes in Ecclesia dignitate, aut communitate mortem beneficiarj desideraverint, quamvis lex dederit occasionem desiderandi mortem illius, non tamen causam, quæ solum præbet impia desiderantium ambitio; ex enim solum voluit consulere utilitati Ecclesiæ; aut communitatis.

112 Eodem modo is, qui sub vsuris pecuniâ iure iurando promittit propriæ necessitati consulere vult, atque ideo non causam, sed occasionem peccandi vsurario præstat, ideoque lex Pontificia non curat de peccato recipientis vsuram ex

debitoris causa, quia non est proxima, & immoderata ex ipsius actus natura. Debitor enim solvere habet necesse propter iuramenti religionem quam sibi imposuit obligationem, vt propriæ subveniret necessitati, atque ideo quamvis ipse solvere debeat, non verò tenetur creditor recipere, quod si receperit malitiæ suæ, non solutionem debitoris imputandum est: veluti quando debitor pecuniæ creditori solvit, quam scit in usus prorsus consumpturum, tunc non causam, sed occasionem præbet peccati creditoris, idque non venit in considerationem, quod non esset, si sponsetur, & absque vlla obligatione pecuniam præstaret, vt advertit rectè Cobarruvias in 4. secunda parte cap. 7 §. 7. num. 17. Soto lib. 6. de iustitia & iure art. 3. Navarro cap. 15. num. 3.

113 Sed cum adhuc non quiescant Doctores circa obligationem iuramenti de solvendis vsuris à debitore præstiti, necesse est amplius ostendere qualiter huiusmodi iuramentum de solvendis vsuris possit obligare. Et respondet D. Thom. communiter receptus 2. 2. quæst. 89. art. 7. ad tertium: quod ex iuramento promissorio homini factu duplex poterat oriri obligatio, altera ipsi homini ratione promissionis, & ex hac parte iuramentum de solvendis vsuris, sicut quolibet aliud per iniuriam extortum nullam producit obligationem, quæ creditori adquiratur: altera verò oritur obligatio, quæ Deo acquiritur, tanquam testi, & ex hac parte obligatur iurans reddere Deum testem veracem promissionis illam implendo testimonio sui nominis confirmatam, quoties impleri potest promissio absque peccato, vt iam diximus, vt apparet in promissione iurata de solvendis vsuris.

114 Sed vrget difficile argumentum, nam in iuramento, sicut in voto etiam homini præstito, vt obliget, non sufficit, quod sit de materia differente, sed necesse est, vt materia sit actus cuius virtutis, teste Caietano secunda secunda, quæst. 89. art. 7. ad tertium, & docet communem omnium Vazquez 1. 2. quæst. 96. art. 5. disputatione 174. num. 35. Soto lib. 8. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 7. ad tertium, Valentia secunda secunda disputatione 6. quæst. 7. pūcto 4. Atque ideo obligatio iuramenti rei futuræ implendæ exigat necessarium, vt executio illius rei futuræ sit actus alicuius virtutis, sola enim virtus est, que reddit actus bonos, teste Philosopho secundo Ethicorum.

115 Sed respondet rectè Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 42. dubio 6. num. 26. Suarez tomo 2. de Religione, lib. 2. de iuramento, capite 16. num. 4. Quod non inde sequitur iuramentum rei omnino indifferentis non obligare, si homini præstetur; nam ad obligationem iuramenti non est necesse, vt eius materia per se, & nudè considerata sit actus virtutis, sed satis est, vt ex se sit in differens seclusa promissione; nam ea supposita in utilitatem hominis erit in individuo actus honestus, & virtutis. Cuius rei difficultatem sentit Caieta-

Caietanus vbi supra, ideo docet esse actum virtutis hanc solutionem vsurarum, quod sit actus charitatis erga ipsammet iurantem redimendo suam vexationem: idem docet de promissione iurata facta latroni. Quod si dicas tempore promissionis iam cessasse vexationem, respondetur etiam dicteam redimi, eò quod tunc consumatur redemptio vexationis capta tempore promissionis: quem sequuntur Soto, Valentia, & Vazquez vbi supra.

116 Sed ego sequutus Sancium tomo 2. moralium lib. 3. de iuramento cap. 1. num. 3. dicendum puto, eam solutionem supposita promissione esse actum magnæ veritatis, & fidelitatis, etiam quando promissio per se non obligabat; tunc etiam, nam est actus conservandi licite propriam exilimationem, & honorem stando promissis etiam in extorsionibus iniquis: præsertim, nam solutio est valde utilis, vt petentibus mutuum in necessitate fides adhibeatur, & sic facilis pecuniam inveniant, quod sufficit ad solutionem honestandam ex parte promittentis.

117 Hanc autem obligationem de solvendis vsuris ortam ex iuramento multi dicunt non solum ius producere respectu Dei, sed etiam ius ex illo dari creditori acquisitum: quem sequuntur Panormitanus in cap. 1. num. 1. hoc titulo, Cardinalis in textu nostro num. 1. Valentia secunda secunda, disputatione 6. quæst. 7. pūcto 4. Sayrus in clavi Regia lib. 5. cap. 6. num. 16. & moventur ex text. in dicto cap. 1. dum docet creditorem cogendum esse ad iuramenta super solvendis vsuris sibi relaxanda, at relaxatio supponit vinculum: ergo hoc vinculum iuramenti obligat respectu creditoris, cui ius acquisitum supponitur, tunc etiam, nam si sola illius iuramenti obligatio Deo acquireretur remissione creditoris tunc non posset, is namque obligationem Deo quaesitam remittere nequit.

118 Sed puto verius ex tali iuramento, neque ius aliquod, neque actionem, seu obligationem, etiam secundariam acquiri creditori, sed totam illius iuramenti obligationem soli Deo acquiri, vt apertè probat text. noster, dum docet cogendum esse vsurarium domino reddere iuramentum, vbi cautè solius Dei facta est mentio, quasi ipsi soli sit acquisita obligatio: sicut enim ius non fovet obligationem illius promissionis, eò quod turpis sit ex parte creditoris, sic etiam nec fovet obligationem iuramenti, vt ex ea ius aliquod creditori acquiratur.

¶ Neque obstat fundamentum contrariæ opinionis, & eius confirmatio, nam illa creditoris remissio non ideo excusat à iuramenti obligatione, quia ipsi creditori sit acquisita, sed quia Deus illam non acceptat, vt iam diximus, nisi quatenus est in favorem creditoris; quare cessat, & quasi impleta videtur creditore remittente. Sic probant Butrius in præfenti num. 7. Fortunius de ultimo sine illatione 22. num. 465. Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, secunda parte, §. 3. num. 2.

Molina tomo primo de iustitia & iure, disputat. 150. & tomo secundo disputatione 515. Suarez tomo secundo de religione tractatu de iuramento, lib. 2. cap. 27. ad finem, Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 17. dubio 6. num. 51.

119 Huius autem iuramenti obligatio satis facta videtur facta momentanea solutione, adeò vt statim absque aliqua relaxatione illius repeti possit solutum, nam iuramentum solum fuit de solvendis vsuris, & ideo illis solutis satisfactum videtur iuramento; vt probatur in cap. ad audientiam, de his, quæ vi, metu, & causa fiunt, ibi: *Non obstante iuramento predicto quo non ad non rependendum sed ad resignandum solummodo tenebatur.* Et ita declarat glossa ibidem, verbo *resignandum*, Ioan. Andreas ibidem, num. 2. Butrius num. 9. Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, secunda parte, §. 3. num. 2. Gutierrez de iuramento confirmatorio prima parte cap. 53. num. 8. Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 17. dubio 7. num. 51. & cap. 42. dub. 6. num. 27. Ita vt si iuramentum esset præstitum de non repetendo, non posset repetere, nisi prius relaxatione impetrata, vt à contrario sensu colligitur ex dicto cap. ad audientiam: nam cum tale iuramentum possit licite servari, obligat procul dubio, vt in dicto cap. ad audientiam notat Hostiensis num. 9. & omnes supra relati, & probat expressè D. Thom. secunda secunda, quæst. 89. art. 7. ad tertium.

120 Sed dubitari solet, an in hoc vsurarum debito ratione iuramenti detur compensatio, quæ dupliciter fieri potest: primò, quando fieri debet cum ipso vsurarum debito, ita vt iurans possit non solvere vsuras debitas, sed vim cuiusdam anticipatæ compensationis eas retinere, quasi illis solutis vsurarius eas sit iuranti debiturus, sicut aliud debitum possit quis via compensationis huiusmodi retinere, quando certum est statim eo soluto esse tantūdem sibi debendum, & in hoc sensu dicendum puto nullo modo satisfieri iuramento vtendo ea compensatione, quia ea non obstante iuratum est solvere vsuras: & ita docent Soto lib. 8. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 7. ad tertium, Sayrus in clavi Regia lib. 5. cap. 6. num. 15. Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento, cap. 37. num. 21. Molina de iustitia & iure, disput. 560.

121 Potest autem secundo modo, hæc compensatio intelligi, quando creditor alia via tantūdem iuranti debebat, & hanc compensationem negant etiam Soto, Sayrus, & Suarez relati: nam dicunt, quod ad satisfaciendum tali iuramento materialis desideratur traditio: sed ego verius puto contrarium, vt probat vbi supra Molina: nam quando quis aliquid solvere tenetur sub iuramento, quod verè debitum est secundum veriorum sententiam potest competere: ergo a fortiori poterit, quando solvere iuravit, per iniuriam.

122 Tertia pars nostræ conclusionis probat debitorem vsuras semel solutas repetere posse cuius decisionis ratio ex eo desumitur, nam quod vsura-

vsurarius teneatur vsuras restituere non est poena, sed obligatio iustitiæ, vt supra dictum est, locupletatur, namque cum aliena iactura, & rem alienam detinet cum iniuria proximi, iuxta vulgarem allegationem textus in capite quia in omnibus, capite super eo, capit. cum tu, cap. consuluit de vsuris, cap. quamquam eodem titulo, libro 6. Ideoque debitori remedium restitutorium pertinet, vt latius infra dicemus.

123 Sed opponi potest: nam etsi pro regula traditum sit, non præsumi donationem, vt copiose ex multis iuribus probavit Menochius de arbitrarijs casu 88. hæc regula locum non habet, quando quis solvit indebitum scienter, iuxta declarationem text. in leg. Campanus, ff. de operis libertorum, & in leg. 1. ff. de conditione indebiti, leg. indebitum, leg. qui se debere, C. eodem titulo leg. cum de indebito, ff. de probationibus, leg. cuius per errorem, ff. de regulis iuris. Ad eod. vt cum mater filiam dotare non teneatur (dotare enim filiam officium est paternum, leg. final. C. de dot. promissione) illam dotando videtur donasse, leg. vnica §. in præfenti, C. de rei vxoriarum actione, vt notat Lucas de Poena in lege tertia, præsumptione 63. C. de apochis publicis, lib. 11. Sic etiam recte probat Menochius dotem ab extraneo datam præsumi donatam, dicto casu 88. Sic etiam hæres de tota hæreditate restituenda gravatus, si integram restituat absque detractioe quartæ Trebellianicæ, nihil repetere potest, quia donasse videtur, vt probant glossa, & Bart. in leg. prima §. denique, ff. ad Trebellianum; sic etiam, vt notant Bart. & Angelus in Rubrica, ff. de conditione ob turpem causa, Paulus in dicta lege prima in principio, ff. de conditione indebiti, is qui sciens se non teneri solvere, quod ob turpem causam promissit, si tamen solvit, non repetit, sed donasse præsumitur: ergo idem dicendum videtur de debitoribus vsuras solvente, quod nullo modo eas repetere possit, quasi videatur donasse.

124 Sed facile respondetur, quod huiusmodi vsurarum solutio non admittit donationis præsumptionem: nam etsi is, qui scienter solvit non debitum donasse præsumatur ex dictis, hoc cessat quando is, qui solvit coactus necessitate aliqua solvit, & ponitur exemplum in debitoribus solvente vsuras, quas solvere iuraverat, quo casu nulla potest præsumptio donationis capi, vt recte notat Ias. in leg. 1. num. 12. ff. de conditione indebiti, Decius in leg. cuius per errorem, ff. de regulis iuris, num. secundo, nam vt advertit Menochius de præsumptio. lib. 3. cap. 32. num. 9. debitor vsuras solvens non sponte, sed vinculo iuramenti compulsus solvit: vnde cum nemo in necessitatibus liberalis existat, leg. rem legatam in fine, ff. de adimendis legatis, dicendum sequitur non præsumi donare.

125 His suppositis non obstant argumenta supra in principio adducta pro dubitandi ratione: & primo non obstat primum, cui facilis est solutio ex dictis, nam respondetur, quod debitoris

promissio intra suos terminos licita est, sed cum primo de creditoris animo ad recipiendum parato contiterit, efficitur inefficax propter ipsius creditoris turpitudinem, cuius avaritiæ restitutoria lex Pontificia, atque ideò recte dicimus debitorem ad solutionem vsurarum non esse cogendum.

126 Neque obstat secundo, dum probatur quod iuramentum sequitur naturam actus, cuius natura sua est omnino nulla propter creditoris turpitudinem, ergo dicendum videtur, quod iuramento non potest fieri efficax: petit ergo hoc argumētum, vt declarem, qualiter vera sit vulgaris illa regula, qua cavetur iuramentum sequi actus naturam, cui adhæret ex regula text. in leg. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus, leg. fin. C. non numerata pecunia, cap. quemadmodum infra hoc eodem titulo, & est communis traditio leg. si quis maior, C. de transactio. & Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem & in leg. final. C. de pactis cum adductis à Tiracuello in leg. si vnquam in præfatione num. 54. C. de revocandis donatio: Cobarruvias in capite quamvis pactum, quinta parte §. 3. num. 10. Ofasico in Pedemontanis decisione 41. & 92. Perusino decisione 57. Menochio consilio 27. num. 49. & consil. 84. à num. 20. volum. 1.

127 Dubitationem movet, nam potius videtur dicendum iuramentum actus naturam non sequi, sed illam excedere, & superare, vt colligitur primo ex text. nostro, vbi quamvis debitor ex vi promissionis vsurarum ad solutionem vsurarum non teneatur, cogitur solvere si iuraverit. Secundo, nam fructus pignoris in sortem computare vitanda usuræ ratio postulat, lege prima, & secunda, C. de pignoratitia actione, leg. prima, C. de distractione pignorum, cap. primo, & secundo, de vsuris. At si iuramentum interponatur prius, solvere oportet, ca. ad nostram infra isto titulo. Tertio, nam quod metu gestum est facile rescinditur vt ex toto titulo, ff. & C. quod metus causa, cap. primo de his que vi, leg. prima. C. de in integrum restitutione: interveniente tamen iuramento cessat actio, quod metus causa, cap. si verò, cap. verò infra isto titulo, capit. ad audientiam de his que vi. Quarto rei dotalis alienatio interdicta est, leg. Iulianus cum alijs, ff. de fundo dotali: iuramento tamen firmata efficax est, capit. cum contingat hoc titulo de iure iurando. Quinto minoris contractus propter ætatis fragilitatem facile rescinditur, lege prima, & tertia, ff. de minoribus, leg. si quidem, C. de prædijs minorum, cap. primo, cap. auditis de in integrum restitutione, at si iuramento firmentur inviolabiliter sunt custodiendi, leg. prima, Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem. Sexto pactum quo filia paternam renuntiat hæreditatem sui natura improbat, leg. pactum, C. de collationibus, at verò certum est iuramento firmari, capit. quamvis pactum de pactis, libro sexto. Septimo, & ultimo, inter

inter coniuges matrimonio constante prohibita est, leg. prima, ff. de donatio. inter virum, & vxorem: ergo ea est iuramenti virtus, vt actus naturæ, cui adhæret, excedat, & ita regulam contrariam proponit Ias. in lege si convenerit num. 7. & 14. ff. de iurisdictione omnium iudicum, Gozadinus consilio 57. Aymon consilio 102. Rolandus consilio 25. 70. & 77. volumine primo, qui omnes fundamentis contrariæ opinionis multis modis respondent.

128 Quare pro huius rei declaratione distinguere utendum est, nam iuramentum aliquando confirmat contractum, aliquando verò illum non confirmat, sed observandum est propter divini nominis honorem, vt notat Bart. in dict. leg. si quis pro eo, num. 10. ff. de fideiussoribus, Panormitan. in cap. cum contingat, num. 18. infra isto titulo cum adductis à Cobarruvias in dict. cap. quamvis pactum, secunda parte, §. 1. num. 7. Caldas in leg. si curatorem, verbo minoribus, num. 3. C. de in integrum restitutione, Barbosa in leg. prima, quinta parte, num. 73. & in leg. alia, §. eleganter, num. 32. ff. soluto matrimonio.

129 Quando ergo iuramentum obligat, non tamen confirmat contractum, tunc remanet contractus in sua natura, & si erat sine iuramento invalidus, post illum etiam remanet invalidus, nam eo casu iuramentum nullum vinculum addit contractui, sed solum obligat in ordine ad Deum, ne testis sit mendacij, cum possit impleri absque peccato, vt testatur Iason in dicta Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, num. 38. Gomezius tomo secundo variarum, capit. 14. num. 21. Exemplum est in promissione de solvendis vsuris, quæ etsi iurata sit, non redditur valida, sed iuramentum per se obligat in ordine ad Deum: & in hoc sensu dicimus iuramentum excedere, & superare naturam actus, cui adhæret, & sic intelligendus est text. in cap. primo, & secundo, cum sequentibus 22. quæst. 4. & eodem modo intelligenda sunt adducta pro secunda opinione, atque ideò solvens vsuras virtute iuramenti repetere potest, nam iuramentum dumtaxat solutionem respicit, & ideò solutione impletur, & repetens nihil contra iuramentum facit, non enim iuravit non repetere, aliàs repetere non posset, nisi relaxatione impetrata, atque ideò quando contractus non confirmatur iuramento potest immediatè contractum veniri relaxatione impetrata, namea mediante extinctus est.

130 At verò quando iuramentum confirmat contractum, quamvis aliàs secluso iuramento esset nullus, efficitur firmus, & irrevocabilis ratione iuramenti, vt tradunt omnes in dict. cap. cum contingat, & in d. c. quamvis pactum, licet aliquando ratione læsionis concedatur relaxatio. Vnde non statim potest veniri contra contractum, sed absolutio operabitur, ne periurus sit, qui contractum impugnat teste Panormitan. in cap. 1. num. 12. hoc tit. & multis relatis Ant. Gomezius tomo 2. variarum, cap. 14. num. 21. Greg. in leg. 6. tit. 19. verbo debe,

parte sexta, Gutierrez in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 22.

131 Et inde est, quod quando iuramentum confirmat contractum regulariter, non licet illi contravenire, nec facta solutione datur repetitio, sed contractus omnino manet irrevocabilis, vt in d. Authentica sacram. pube. ibi, *inviolabiliter custodiatur*, & in cap. 2. de pactis, lib. 6. ibi, *omnino servari debet*, ex adductis à Tiracuello in leg. si vnquam verbo revertatur, num. 78. C. de revocandis donatio: nam per talem iuratum contractum tertio ius quæsitum est, cum ex parte debitoris nulla versetur turpitudinis, & ideò iuramentum non solum obligat in ordine ad Deum, sed etiam in ordine ad creditorem.

132 Vnde citra validitatem actus certum est iuramentum sequi illius naturam, & ipsius interpretationes, quæ bona fide contractui insunt, & hoc sensu accipienda sunt fundamenta contrariæ opinionis, vt resolvunt Ruinus consilio 134. volum. 1. at vulgò Doctores in dict. leg. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus, in cuius specie puto dicendum ideò non obligare iuramentum, quia censetur includere iniquitatem quatenus per illam promissionem ingenuus ad servitutis speciem reducitur. Potissimum ergo fundamentum illius sententiæ desumitur ex d. 1. fin. C. de non numerata pecunia, vbi agitur de contractu mutui, cuius natura exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium admittit, l. si ex cautione, leg. in contractibus, C. de non numerata, & iuramentum fuit impositum super solutione, & nihilominus responsum est in d. 1. fin. iuramentum non excludere illam exceptionem, cum sit de mutui natura, quam sequitur iuramentum, nam iuramentum in ea specie non fuit interpositum ad validitatem actus principalis, non enim iuravit se recepisse, sed se soluturum vnde si opponat non recepisse, nec iuramentum obligat, neque opponendo exceptionem non numeratæ videtur contravenire iuramento.

133 Est tamen valde difficile intelligere quando iuramentum confirmet contractum, & quando non confirmet. Ad cuius intelligentiam primo dicendum est, quod quoties actus principaliter prohibetur propter favorem publicum non confirmatur iuramento, licet verò quando prohibetur propter utilitatem privatam, quavis secundario respiciat favorem publicum. Id probat vulgaris reg. tex. in c. si diligenti, de foro competentis, vbi pactum iuratum, quo clericus fori privilegi legio renuntiat, cum sit concessum in favorem totius status Ecclesiastici, irritum est. Ratio est, nam iuramentum confirmat contractum modo non sit contra bonos mores, neque in tertij præiudicium, vt in dicto capite cum contingat, de iureiurando, ideoque illum non confirmat, quando principaliter est contra publicam utilitatem, quia illi tanquam tertio præiudicatur principaliter, nec privatus publico favori renuntiare potest, sed solum tantum, quando verò publicus favor venit secundario, & in consequentiam non consideratur à iure canonico, & tunc iuramento confirmatur, vt in capite secundo de pactis, libro sexto, dicta

dicta Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, dict. cap. cum contingat infra isto titulo, capite secundo eodem titulo, libro 6. ubi alienatio rei dotalis mulieris favore prohibita iuramento confirmatur, pacto namque privatorum potest iuri privato derogari, non autem iuri publico, ut in dicto cap. si diligenti, leg. iuris gentium, si paciscat, ff. de pactis, hæc regula quamvis ab aliquibus negata, est communiter recepta teste Bartolo in dict. leg. si quis pro eo, num. 7. ff. de fideiussoribus, Butrio in dicto cap. cum contingat num. 8. & 16. Abbate num. 22. Alciato num. 27. cum adductis à Cobarruvias in dicto cap. quamvis pactum, secunda parte, §. primo, num. 1. & num. 5. Gomecio tomo secundo variarum, cap. 14. num. 34. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 5. num. 15. Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 61. num. 13. neque ut falso putavit Cornus in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 48. in hac specie quando prohibitio contractus respicit principaliter publicam utilitatem iuramentum indiget relaxatione, ut aperte probat text. in dict. cap. si diligenti cuius verba denotant iuramentum non posse licite observari: ergo consequenter non indiget relaxatione. Tum etiam, quia relaxatio necessaria non est quando leditur ius publicum, ut testantur Butrius, Abbas, & Alciatus ubi supra, Paulus in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 9.

134 Sed dubitabis, quando dicatur contractus propter bonum publicum prohibitus principaliter, & secundario ob privatum: id explicant Cobarruvias de pactis, secunda parte, §. 1. num. 6. Matienzo in lege secunda, titulo secundo, glossa tertia, num. 18. lib. 5. compilationis dicentes, quod etsi quælibet lex principaliter respiciat bonum commune, at verò quando disponit de rebus privatorum, quia utilitas immediatè defertur privatis, dicitur quoad executionem esse in privatam utilitatem, ut verbi gratia, dum disponit de contractibus minorum sine curatoris autoritate non celebrandis, quando verò disponit de rebus publicis, quia utilitas immediatè resultat toti republicæ, dicitur principaliter intentione, & executione dirigi ad bonum commune, ut rectè explicat Menchaca de successio-num creatione libro tertio §. 28. num. 24. tunc enim dicitur legis dispositionem principaliter dirigi in executione ad utilitatem privatam, quando ex illius transgressione non leditur principaliter, & immediatè bonum commune, sed secundario, & per accidens, ut apparet in alienatione dotalis in contractibus minorum sine curatore: secus autem est quando principaliter versatur favor publicus, ut in legibus prohibentibus pecunias, aut equos de regno evehere, immediatè namque laeditur regnum.

135 Secundò dicendum est, quòd quando contractus non principaliter prohibetur propter publicam utilitatem, semper firmatur iuramento, nisi reprobatus sit odio creditoris, ex parte cuius versatur turpitudine, quo casu contractus non

firmatur iuramento, ne confirmet iniquitatem creditoris, quamvis debitor debeat iuramentum implere donec relaxetur, facta tamen solutione poterit repetere, ut dictum est. Exemplum est in iuramento de solvendis vsuris, aut in iuramento per iniuriam extorto cesante tamen turpitudine creditoris, ut in contractibus minorum, & alienatione rerum dotalium omninò servandum est absque aliquo remedio, nisi data lesione, aut iniuria præstitum sit, observant Panormitanus in dicto capite cum contingat, numero vigesimo secundo, Cobarruvias de pactis, secunda parte, §. tertio numero primo, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, capite quadagesimo, numero quinto, Barbosa in lege alia 15. §. eleganter numero trigesimo secundo, §. soluto matrimonio, Molina tomo secundo de iustitia & iure, tractatu 2. disp. 515.

136 Hæc autem turpitudine ex parte creditoris debet esse de iure naturali, aut divino: nam solum est de iure humano iuramento contractus confirmabitur, supplet enim tale vitium. Exemplum est in dicto cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6. cum similibus, teste Butrio in dicto cap. cum contingat, num. 8. Baldus in lege non dubium, num. 26. C. de legibus, Cobarruvias secunda parte, §. 3. num. 2. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 40. num. 5. Vnde puto poenam contractui sponsaliorum adiectam non firmari iuramento, cum talis promissio sit contra publicam utilitatem, quæ omnimodam libertatem exigit in matrimonijs contrahendis iuxta propriam contractus naturam, leg. fin. C. de sponsalibus, ita ut talis promissio sit contra bonos mores naturales, cap. gema de sponsalibus, ibi: *Et ideo talis stipulatio propter poenam interpositionem sit merito improbanda*, lege Titia in principio, ff. de verborum obligatione, ibi, *inhonestum visum est vinculo poenam matrimonii adstringi*, ut copiosè disputat Sancius lib. 1. de sponsalibus, disp. 32. à num. 21.

137 Ut ergo superior regula melius declaratur sciendū est, quòd iuramentū de materia interdicta per quæcūque legem, sive naturalem, sive divinam, sive canonicam, sive civilem, quando talis lex obligat ad culpam, nullam habet vim obligandi; nā videtur esse rei inique; ea tamen est differentia inter leges naturales divinas, & canonicas ex vna parte, & leges civiles ex alia, ut advertit Suar. d. lib. 2. de iuram. c. 20. n. 3. 4. & 5. nam leges canonicæ naturales, & divinæ positivæ per se primò diriguntur ad componendos animi mores, ideòq; semper obligant ad culpam, ita ut iuramentū de materia per illas interdicta nunquā obliget, cū tamē leges civiles per se primò obligent ad componendos mores civiles, & politicos, non semper obligant ad culpam, ut statim dicemus: ea ratione iuramentū de materia prohibita per leges civiles quandoq; obligat, quando scilicet ea prohibitio non obligat ad culpam.

138 In hoc enim sensu intelligenda est regula text. in cap. non est obligatorium de regulis iuris, lib. 6. dum docet, non esse obligatorium iuramentum

mentum contra bonos mores, vulgò intelligitur, id est contra bonos mores naturales, quod intelligendum est de illis moribus, quibus homo efficitur bonus, id est, quibus contravenire peccatum est, sive ratione prohibitionis legis naturalis, sive divinæ, sive canonicæ, sive civilis: quod idem est, ac si dicamus, non esse obligatorium iuramentum, quod impleri nequit absque culpa mortali, vel veniali, secus vero si solum sit contra bonos mores civiles, nam res promissa absque peccato servari potest, & solum adversatur moribus civilibus per legem civile institutis nullo modo obligantibus ad culpam.

139 Idque facile declaratur: nam contractus minorum, renunciatio futuræ successionis, alienatio fundi dotalis, non obstant prohibitione legis civilis, iuramento confirmantur, ut in dict. Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, dict. cap. cum contingat de iure iurando, dicto cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6. cum adductis à Menchaca de successio-num creatione, lib. 3. §. 28. à num. 7. Gutier. de iuramento confirmatorio, 1. p. cap. 40. num. 4. Molina de iustitia, & iure, tomo 1. disp. 151. & tomo 2. disp. 271. Tuscus in practicis tomo 4. verbo *iuramentum*, conclusionem 511. num. 29. Azorius tomo primo institutionum lib. 1. cap. 6. Rebellus de obligatione iustitiæ, 2. p. lib. 1. quæst. 9. à num. 1. Lessius lib. 2. de iust. & iure, cap. 17. dub. 7. n. 50. Cobar. de pactis 2. p. in principio num. 1. Suar. tomo 2. de Relig. lib. 2. de iuramento cap. 21. per totum.

140 Sed quamvis hanc communè distinctionem impugnet Cobar. ubi proximè, ab ea recedendum non est, ad eius verò explicationem necesse est intelligere, quando lex civilis obliget ad culpam, & quando non, ut discernamus quando iuramentum contra bonos mores civiles obliget. Et primò constituo, quòd quoties lex civilis ordinatur immediatè ad tuendum bonum commune, obligat ad culpam, & ideò supposita talis legis, prohibitione iuramentum non obligat tanquam rei illicitæ: ratio est manifesta, nam huiusmodi pactum includit boni communis præiudicium, & iuris alieni renunciationem, quòd fieri licitè nequit, l. iurisgentium, §. si paciscat, ff. de pactis, cap. si diligenti de foro competenti, iure enim canonico cautum est iuramentum in præiudicium tertij non obligare, ut dicitur in dict. cap. quamvis pactum: ergo à fortiori id dicendum est quando id redūcatur in præiudicium boni communis, iuxta dispositionem etiam legis civilis, ut docent Panormit. in dict. cap. cum contingat num. 5. Baldus ibidem num. 5. Butrius num. 8. Alciato num. 89. Paulus in dict. leg. si quis pro eo num. 4. ff. de fideiussoribus, & in dicta Authentica sacram. puberum, num. 18. & num. 23. Tuscus ubi supra, conclus. 500. à num. 18. & conclusionem 528. à num. 56. Rebellus de obligatione iustitiæ, secunda parte, lib. 5. q. 7. sectione 3. num. 15.

141 Secundò constituo, quòd quoties lex civilis immediatè tendit in bonum privati, & ip-

sius favorem, non obligat ad culpam, & ideò iuramentum etiam supposita tali prohibitione erit obligatorium: ratio est, nam huiusmodi lex solum favet privato, qui non est impeditus suo favori renuntiare, atque ideò adiecto iuramento manebit obligatio firma, idque colligitur, nam iure canonico, & civili huiusmodi pacta iuramento firmantur: sentiunt ergo manifestè iura non esse de re illicita.

142 Vnde meritò communiter rejicitur distinctio Bartoli in dict. leg. si quis pro eo, num. 9. & in dict. Authentica sacramenta puberum, num. 15. distinguit enim, nam aut legis prohibitio directe tendit in ipsum actum prohibendo illum, non in personam, & tunc docet non obligare ad culpam, & consequenter iuramentum contra talem prohibitionem esse obligatorium, aut refertur directe in personam, & tunc docet obligare ad culpam, & iuramentum tanquam rei illicitæ non esse obligatorium. Quam distinctionem sequutus fuit Alciatus in dicto cap. cum contingat num. 97. sed manifestè convincitur, nam cum actus sit necessarius à persona exercendus, eo ipso quòd actus interdicitur personis, necessariò interdicitur illius exercitium, aliàs esset omninò varia prohibitio. Exemplum est in lege civili prohibente alienationem rerum immobilium minoris sine auctoritate curatoris, & sine iudicis decreto, quæ prohibitio ad ipsas res immobiles tendit, & tamē si minor sine decreto alienet, dicitur contra legis prohibitionem alienare, leg. non solum, leg. si qui dem, leg. ad resolvendum, C. de præiudicijis minorum, sic contra Bart. probant Abbas in dict. cap. cum contingat n. 6. Butrius n. 8. Imola n. 50. Salicetus in d. Authentica sacra. n. 27. & ibid. Paulus à n. 22. Iaf. §. 1. Corn. 37. Cobar. de pactis, 2. p. §. 2. n. 6. Gomec. in l. 59. Tauri n. 4. Barbosa in l. 1. 1. p. num. 69. ff. soluto matrimonio.

143 Hanc autem Bart. distinctionem conatur defendere Suar. tomo 2. de Relig. lib. 2. de iuramento cap. 20. num. 10. dicens, quòd quatenus communiter impugnatur, eò quòd cū actus sit à personis exercendus, idem est interdicerè actum fieri, & interdicerè personam illum facere, adest æquivocatio in illo verbo *interdicere*, nam quando dicitur ferri in actum, non dicitur ferri quoad obligationem exercendi, aut non exercendi actum illum, sed solum significat actum legis tollētis valorem actus.

144 Sed aperte convincitur, nam si verbum, *interdicere*, non sumatur proprie, ut importat obligationem exercendi, aut non exercendi actum, nulla est differentia, sive legis prohibitio feratur in rem, sive in personam, nam revera nihil faciendum iubet, aut fieri prohibet, & ideò nullo modo poterit ad culpam obligare, nam culpa necessario debet esse contra legem aliquam, sed solum interdictum actum annihilare, & eius valorem impedire, & hæc videtur esse Bartoli distinctio, & Butrij in cap. gravis de restitutione spoliatorum, n. 11. Beronius ibidem num. 21. Felinus in cap. de quarta,

de præscriptio. num. 31. Baldus in leg. celsus, nu. 18. & 19. ff. de usufructibus, Menochius de recuperanda remedio 15. num. 630. Tuscus tom. 4. conclusio 490. num. 48. Rebelus de obligatione iustitiæ, 2. p. lib. 5. quaest. 7. sectione 3. num. 4. dicens legē civilem non resistentem contractui, sed solū non assistentē, illi non obligare ad culpam.

145 Quod si verbum *interdicere* proprie sumatur, vt importat obligationem, tunc etiam nulla est differentia, siue referatur in rem, siue in personam, vt probant fundamenta supra num. 142. adducta, merito ergo cōmuniter Bart. distinctio improbat. Neque etiam obstat obiectio eiusdē Suarez dicentis, posse legem etiam in bonū privatum aliquando ad culpam obligare, nam non disputatur de potentia legis civilis, sed solū proponitur moralis regula ad discernendū eam non obligare ad culpam, ac pro illa ita iudicandū est, dum aliās non constiterit de mente legislatoris volentis ad culpam obligare, neque erit sufficiens signum obligationis ad culpam, si lex statuat nō posse privatum illi renuntiare; nam cum hæc renuntiandi prohibitio tendat etiam in ipsius privati favorem, non debet in eius damnum retorqueri argumento text. in leg. quod favore, C. de legibus, ita vt solū operatura sit ea prohibitio, quod obligatio non valeat si sine iuramento fiat, vt rectē advertit ex multis Menchaca vbi supra.

146 Tertio, & ultimò constituo, quod quando iuramentum vergit in præiudicium tertij, nūquam obligat, vt indicant verba text. in dict. cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6. ibi, *ne redundet in alterius detrimentum*. Et idem dicitur in dict. cap. cum contingat. Nam iurans iuri alterius non potest præiudicare, vt testatur Paulus in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 18. & num. 23. Corneus num. 47. Menchaca de successione lib. 3. §. 28. num. 21. Gutierrez in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 42. Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 61. num. 15. Suarez dicto lib. 2. de iuramento capite 27. num. 5.

147 Vnde in ea quaestione, quæ valde controversa est, an promissio arrarum ultra decimam partem bonorum iuramento confirmetur, de qua in l. 1. tit. 1. lib. 4. compilat. & in leg. 2. tit. 2. de las arras, lib. 7. fori, in qua multi dicunt iuramento firmari, sic Castillo in leg. 50. Tauri num. 4. Segura in leg. 1. §. si vir n. 139. ff. de acquirenda possessione, Perez lib. 3. ordinam. tit. 1. in leg. 6. in §. itē iuramentum, Gomez Arias in l. 48. Tauri nu. 23. Gomecius in leg. 52. Tauri num. 13. & tomo 2. variarum cap. 14. num. 26. Menchaca de successione creatione lib. 3. §. 28. num. 33. & 6. 26. nu. 43. Ayora de partitionibus, 1. p. cap. 7. num. 19. Molina de iustitia & iure, tractatu 2. disputatione 43. ego tamen verius puto iuramento non firmari, vt probant Montalbus in leg. prima, verbo *todo homo*, tit. de las arras, lib. 3. fori, & ibidem Suarez n. 23. Cobar. de pactis 2. p. §. 2. num. 8. Padilla in

Authentica res quæ, num. 29. C. communia delegatis, Baeza de non meliorandis cap. 29. num. 6. & n. 12. Mexia in l. Toleti de los terminos, 7. fundamento secundæ partis num. 14. Villalobos cōmuniū opinionum litera A. verbo *arra*, n. 251. Alienzi in l. 2. glos. 3. num. 6. lib. 5. compilat. Azevedo in leg. 2. num. 17. & in leg. 12. verbo *arra*, titulo 1. lib. 4. compilat. Gutierrez lib. 2. in p. Eticis quaest. 16. per totam, & de iuramento confirmatorio 1. p. cap. 14. num. 2.

148 Quorum opinio mihi verior videtur, & moveor ea ratione, quoniam promissio arrarum ultra decimam partem bonorum non solū est prohibita in favorem promittentis, sed etiam in favorem consanguineorum, quibus defertur repetendi excessum, vt dicitur in dict. l. 1. tit. 2. de las arras, lib. 7. fori, ibi, *si por ventura mas dierdes parientes mas propinquos del marido lo puedan demandar*, at in præiudicium tertij, vt iam diximus, iuramentum non confirmat contractum, vt in d. cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6.

149 Neque obstat tex. in leg. 12. tit. 1. lib. 4. compilationis, vbi permittitur iuramentum apponere in contractu arrarum: ergo supponitur iuramentum aliquid operari, aliās frustra apponeretur, nam respondetur quod in specie illius legis permittitur iuramentum apponi in quantitate à lege permessa, & sic est intelligendum, ne inducatur iuris correctio, in illa namque lege hæc quaestio nequaquam decidebatur, sed solū in quibus contractibus permetteretur tabellionibus iuramentum apponere, & in eo casu permittitur, quia bona arrarū nomine promissa perpetuò alienantur, vt explicant Gutierrez de iuramento confirmatorio, 1. p. cap. 14. num. 13. Azevedo in leg. 52. tit. 1. lib. 4. compilationis.

150 Vnde diversimodè dicendum puto de sponsalitia largitate: si enim donetur, aut promittatur ultra octavam dotis sponsæ partem contra leg. 1. in fine tit. 2. lib. 5. compilat. eam promissio iuramento firmari procul dubio existimo, nam deficit ratio, propter quam arrarum donatio ultra decimam partem iuramento non confirmatur, scilicet propter consanguineorum præiudicium, quibus lex concedit actionem ad repetendum excessum, quæ actio in sponsalitia largitate nemini conceditur, sed solū est in præiudicium sponsi donantis, aut promittentis, vt in d. l. 1. Neque obstat dicere hanc promissionē esse contra legem contractū annihilantē, sicuti, & promissio arrarū ultra decimā, & ita videri esse contra bonos mores, nā facile respondetur esse contra bonos mores solū civiles, non verò naturales, cum non sit in tertij præiudicium, qualis est promissio arrarum ultra decimam, ea enim est iuramenti vis, vt faciat valere actum lege civili prohibitū, etiam cum decreto irritanti, si non sit in præiudicium tertij, vt colligitur ex dict. cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6. ibi, *quamvis lex civilis improbet*, cū adductis Gutier. de iuramento confirmat. 1. p. cap. 14. num. 5. Spino de testamentis, glossa 18. num. 117. Ex

151 Ex quo notabiliter deduco, quod etsi promissio sponsalitiæ largitatis ultra octavā dotis sponsæ partem iuramento firmetur contra legis Regiæ dispositionem, si verò excedat quintū, tertiumvè bonorum in præiudicium legitime ascendentium, vel descendentium nullo modo iuramento confirmabitur quoad excessum tertij, vel quarti, quia esset in præiudicium illius, cui debita est legitima, vt probat Gutierrez in præiudicis, lib. 3. cap. 43. num. 23. & lib. de iuramento confirmatorio prima parte, cap. 14. num. 8. Spino de testamentis glossa 18. num. 117.

152 Hoc autem, quod de præiudicio tertij dictum est, ad hoc vt iuramentum non obliget, debet intelligi quando directè, & principaliter tenderet in tale præiudicium, vt verbi gratia, quādo fundus dotalis cum iuramento alienatus ex aliqua dispositione ad filios pertinere deberet, secus verò si tantum indirectè, & secundariò de hoc ageretur præiudicio, verbi gratia, propter spem futuræ successione, si fundus non fuisset alienatus, vt docuit celebris glossa fin. in dict. cap. quamvis pactum, & ibidem Francus num. 12. Dominicus n. 11. Alexand. de Nebo in dict. cap. cum contingat num. 39. de iure iurando, & ibidem Imola num. 13. Alciatus num. 27. & declarat rectè Suarez d. lib. 2. de iuramento cap. 27. num. 5.

153 Vt autem hæc omnia, quæ de iuramento confirmatorio dicta sunt, melius intelligantur, nonnulla observanda sunt. Primò qualiter iuramentum ultra vim obligandi ad rem iuratum exequendam habeat etiam vim confirmandi contractus, quibus adijcitur. Ad cuius declarationem primo sciendum est, dupliciter intelligi posse contractum iuramento firmari, primo quando contractus secluso iuramento erat in se validus, infirmus tamen & revocabilis, vel contrahens poterat contra illum reclamare, & virtute iuramenti irrevocabilis, & firmus efficitur, & contra eum reclamandi potestas denegatur. Exemplum est in contractibus minorum auctore curatore celebratis, vel etiam cum iudicis decreto, sine iuramento tamen, huiusmodi enim contractus mero iure absque vilo iuramento valent: potest tamen minor per in integrum restitutionem ad rescissionem agere, & idem est dicendum de contractibus à minore curatorem non habente gestis.

154 Secundò quando contractus iure ipso nullus est, at virtute iuramenti confirmatur, & fit validus, vel saltem omnes producit effectus, quos haberet, si validus esset. Exemplum est in contractibus minorum, qui curatorem habentes sine illo contraxerunt, vt in l. si curatorem 3. C. de in integrum restitutione. & in leg. 25. tit. 4. p. 3. leg. 5. tit. 11. p. 5. Hoc supposito in eo solū consistit hæc disputatio, an hæc confirmandi contractus virtus insit iuramento prædictis modis, an solū habeat vim obligandi relicto contractu in sua pristina natura.

155 Secundò etiam principaliter supponendum est, quod iuramentum non habet hanc

vim confirmandi contractum ex sua natura, neque ex aliquo iure naturali, sed præcisè ex aliquo adminiculo iuris canonici, aut civilis talem vim iuramento tribuentis, quod manifestè probatur: nam iuramentum ex sua natura semper habet eandem vim; at constat quod quandoque non confirmat contractum, vt quando per dolum, aut iniuriam extortum est: ergo necesse est recurrere ad aliquod ius positivum. Tum etiam nam iuramentum ex sua natura est institutum ad confirmandam veritatem, & idè ex propria natura solū inducit obligationem faciendi veram rem iuratum, vt patet in iuramento adiecto contractibus per iniuriam, aut metum extortis, in quibus iuramentum gaudet sua plena confirmandæ veritatis virtute, quamvis aliàs prædictos contractus non confirmet. Vnde multi docent iuramentum iure antiquiori caruisse virtute confirmandi contractus, soloque iure noviori illa gaudere, vt probant Baldus in dicta Authentica sacramenta puberum numero quarto, & ibidem Paulus numero decimo septimo, Corneus num. 32. Gutierrez num. 14. Suarez dict. lib. 2. de iuramento cap. 28. num. 3.

156 Vnde tota difficultas in eo est, vt videamus, an detur ius aliquod canonicum, vel civile tribuens hanc vim confirmandi contractum in iuramento: & sunt qui putent nullam talem vim iuramento reperiri, sed solū obligare ad servandum contractum illo relicto in sua pristina natura, ita vt si contractus secluso iuramento erat nullus, maneat post iuramentum nullus, & si erat, validus, maneat validus. Moventur, nam verba iurium, quæ in contrarium allegantur, hanc virtutem confirmandi non probant; sed solū iuramenti obligationem ad exequendam rem iuratum; id enim denotat text. in dicta Authentica sacramenta puberum, quæ dum loquatur de contractibus minorum, solū docet iuramenta illis adiecta esse inviolabiliter observanda: quod sufficienter verificatur servata obligatione ex iuramento inducenda: & idem est in iuramento metu, aut iniuria extorto, quod etsi contractum non confirmet inviolabiliter debet observari ante impetratam relaxationem, idque significat text. in dicto cap. cum contingat de iure iurando, qui de alienatione iurata fundi dotalis loquitur, & solū ait iuramentum esse servandum, ibi *mulieres ipse servare debent huiusmodi iuramenta*, vt idem dicitur in iuramento adiecto promissioni desolvendis furis, quæ similiter iuramento non confirmatur, neque quidquā probat text. ille dum docet in ea specie repetitionē locum non habere, nam hæc non denegatur ex eo, quod contractus confirmetur iuramento; sed quia repetitio contraria erat iuramento præstito non contraveniendi pacto, de quo in dicta specie, ibi *ne alterius contraveniant*, & in eo sensu sæpè diximus non licere repetere furas, quando iuramentum non solū fuit de illis solvendis, sed etiam non contraveniendi solutioni, quamvis is contractus nequaquam firmetur

iuramento, & in eodem sensu loquuntur, text. in cap. 2. de iure iurando, lib. 6. & in dict. cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6.

157 Sed adhuc puto veriore esse communem sententiam, iuramentum scilicet ultra vim obligandi ad servandam veritatem rei iurata habere quandoque vim confirmandi contractum: quod aperte probatur ex diverso modo loquendi iurium quoties loquuntur de iuramento non confirmante, vel confirmante contractum, nam in priori casu dicunt post iuramentum semel impletum creditorem compellendum esse reddere debitori, quod ab eo accipit. Exemplum est in vsuris solutis virtute prestiti iuramenti, vt in specie text. nostri: aliquando vero dicunt iuramentum non esse servandum, vt colligitur ex text. in dicto cap. quamvis pactum de pactis, lib. 6. dicto cap. 2. de iure iurando, lib. 6. dict. cap. cum contingat, cum similibus.

158 At vero quando iura loquuntur de iuramento confirmante contractum, semper dicunt id esse omnino servandum, vt indicant verba text. in dict. capite quamvis pactum, ibi, *omnino servari debet*, quæ dictio *omnino* significat contractum omnino firmum, & irrevocabile manere, vt ibidem advertit Dominicus num. 3. Francus num. 4. importat namque dictio illa præcisam executionem, vt probat copiosè Sancius libro primo de matrimonio, disputatione 32. num. 6. & in dicta Authentica sacramenta puberum dicitur iuramentum esse inviolabiliter observandum, & idem in dicto cap. 2. de iure iurando, libro sexto. Cum ergo iuramentum in utroque casu habeat vim obligandi, diversus loquendi modus indicat proculdubio in posteriori casu iuramentum habere vim confirmandi contractum, idque probat expressè text. in dict. cap. quamvis pactum, ibi *si tamen iuramento non vi, nec dolo prestito firmatum fuerit, omnino servari debet*, quæ verba non ad iuramentum, sed ad pactum videntur referri, cum de pacto ibi sit sermo, vt ibidem notat glof. verbo *servari*, Cobar. de pactis, 3. p. §. 4. n. 8.

159 Neque obstabit si dicas in dictis iuribus eam esse traditam rationem, quod iuramentum potest servari absque dispendio salutis; quæ ratio solum videtur iuramenti obligationem respicere, quoniam respondetur, quod in illis iuribus non solum ea præcisa ratio traditur, sed ulterius additum est ea iuramenta fuisse sponte præstita, & non vi, aut dolo extorta: quæ ratio simul integrè accepta non potest accommodari soli obligationi iuramenti, nam hæc etiam oritur ex iuramento per vim, vel metum extorto: ergo necessariò ultra obligationem iuramenti respicit vim confirmandi contractum. Ex quibus facie patet solutio ad fundamenta contrariæ opinionis.

160 Maior autem est dubitatio, an iuramentum habeat virtutem confirmandi contractum, cui co secluso ipso iure irritus est. In qua explenda valde laborant interpretes. Nam primò

quidam dicunt iuramentum solum habere vim confirmandi contractum mero iure validum, quamvis qui aliàs beneficio restitutionis rescindi potest. Quam opinionem multis relatis probant Burgos de Paz in lege prima Tauri, numero 288. Matienzo in lege secunda, titulo quarto, glossa nona, num. 10. lib. 5. Compil. Fortunius de ultimo fine illatione 19. principio à num. 310. Alciatus in dict. capit. cum contingat num. 124. Suarez dicto libro secundo de iuramento, capite 29. num. 1. Alij verò dicunt iuramentum non confirmare omnes contractus, sed illos tantum, quibus deficit civilis obligatio, secus verò si ita res sint, vt nec naturalem producant obligationem, quam probant Lessius, & alij relati à Suarez ibi supra, Caldas in leg. si curatorem, verbo *cum non ab similibus*, num. 24. C. de integritate restitutione ubi ex eo, quod contractus prodigi sine curatore non obligat naturaliter, colligit iuramento non firmari, sequuntur Lessius de iustitia & iure, lib. 2. cap. 17. dubio 7. dum. 56. Suarez dict. cap. 2. à num. 3. Marfilus consilio 125. num. 36. Romanus consilio 12. num. 4. & tandem Azor tomo primo institutionum libro undecimo, cap. septimo, quæst. 1.

161 Sed in hac difficultate, quæ datur interpretum ingenia, ego securè puto dicendum iuramentum posse confirmare contractus iure irritos. Moveor primò, nam alienatio fundi dotalis, renunciatio futura successione, & contractus minorum circa immobilia sine curatore, & sine decreto sunt ipso iure irrita, & nihilominus iuramento confirmantur; vt in dict. cap. quamvis pactum, dicto capite secundo de iure iurando, libro 6. dict. cap. cum contingat, dicta Authentica sacramenta puberum.

162 Secundò moveor, quoniam nullo modo potest intelligi, quomodo promissio rei alienæ nullam inducat obligationem, & promissio non revocandi illam obligationem inducat, nam hæc est confirmatio rei cuiusdam irritæ, & illius accessoria, ideòque necesse est, vt illius sequatur naturam.

163 Tertio moveor, nam quanvis nulla oritur naturalis obligatio ex contractu propter impedimentum iuris positivi, seclusa tamen huius iuris positivi dispositione contractus iure naturali manet validus, ac proinde vitium illud iuris positivi accedente iuramento firmatur. Sic probant Glossa in lege prima, verbo *emptori*, C. si adversus venditionem, & in dicta Authentica sacramenta puberum, verbo *contractibus*, & ibidem Bartolus num. 3. Baldus num. 4. Salicetus num. 10. Curtius Iunior num. 33. Corneus numero 117. Paulus à num. 14. Cardinalis in cap. cum contingat num. 1. de iure iurando, & ibidem Baldus num. 8. Alexand. de Nebo num. 6. Alciatus num. 95. Afflictis decisione 83. num. 3. Curtius Iunior consilio 47. num. 5. & consilio 118. num. 4. Ceterus de iuramento, quæstione octava, privilegio 19. num. 44. Cobarruvias de pactis, secunda parte

§. 3. num. 7. Gregor. in lege sexta, verbo *debe*, titulo 19. parte sexta, Ant. Gomez in lege 59. Tauri num. 4. & tomo secundo variarum, cap. 14. num. 18. & num. 26. Faquineus lib. tertio controversiarum cap. 11. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte cap. 40. num. 3. Barbosa in leg. 1. 1. p. num. 68. & in leg. alia, §. eleganter num. 32. ff. soluto matrimonio.

164 Imò quòd etiam, si ex contractu nulla oriatur naturalis obligatio, adhuc iuramento confirmari possit expressè docuit Abbas in dict. cap. cum contingat, numero octavo. Idque communiter probant supra relati docentes alienationem fundi dotalis factam à muliere iuramento confirmari, cum tamen commune placitum sit ex ea absque iuramento, nec naturalem oriri obligationem, vt in dicto capite cum contingat, advertunt Abbas num. 2. Alexand. de Nebo num. 4. Alciatus num. 8. Cobarruvias de pactis, secunda parte, §. 4. num. 7. & eodem modo, si minor immobilia sine decreto alienet, nec naturaliter obligatur, lege civili resistente, lege si ad resolvendam, lege si quidem, lege si minor, C. de prædijs minorum & probat Bart. in lege prima num. septimo, ff. de novationibus, & ibidem Paulus num. sexto, Lessius libro secundo de iustitia & iure, cap. 17. dubio octavo, num. 61. & nihilominus talis alienatio iuramento firmatur, vt rectè advertit Glossa in dicta lege prima, verbo *emptori*, C. si adversus venditionem, & in dicta Authentica sacramenta puberum, verbo *contractibus*, Salicetus ibidem num. decimo, Gutierrez num. 24. Gomecius tomo secundo variarum capite 14. num. 18. Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 61. Azevedo in lege secunda, titulo secundo num. 12. lib. quinto compilat. Sic etiam si minor curator em habens sine illius autoritate contrahat, valde probabile est, nec naturaliter obligari, vt multis relatis probat Sancius libro sexto de matrimonio, disputatione 38. à num. 20. Quamvis contrariam opinionem retineat, & tamen communiter receptum est, huiusmodi contractum iuramento firmari; nam text. in dicta Authentica sacramenta puberum, indistinctè loquitur de contractibus minorum, & probat Alciatus in leg. pacta, quæ contracta à num. 23. C. de pactis, Anto. Gabriel libro secundo communium, titulo de minoribus conclusione quinta, num. 40. Gail libro secundo observatione 41. ad finem, Peregrinus consilio 77. num. 2. volumine primo, Hondedeus consilio 42. num. 13. volumine primo, Gregor. in lege sexta, verbo *maior*, titulo 19. parte sexta, Gomecius dict. cap. 14. dicto num. 18.

165 Idem etiam de contractu prodigi dicendum est sine curatore celebrato, ex quo etiam nulla oritur, nec naturalis obligatio, vt tanquam communiter receptum tradidit Caldas in lege si curatorem, verbo *cum non ab similibus*, num. 24. C. de integritate restitutione, & constat ex text. in lege is cui bonis, ff. de verborum obligatione, ubi dicitur fideiussorem non obligari, quòd falsum es-

set naturali obligatione existente, lege cum lex 47. ff. de fideiussoribus, lege naturaliter 13. ff. de conditione indebiti, lege fideiussor obligari 17. in principio, ff. de fideiussoribus; & tamen Alciatus ubi supra, & alij ex relatis docent, huiusmodi contractum iuramento confirmari, quamvis ego de huius exempli veritate valde dubitem, imò solum illud adduci ad ostendendum plures ex Doctoribus sensisse, contractus iure irritos, etiam si ex illis nulla oriatur obligatio naturalis, iuramento confirmari, vt præter relatos expressè probat Alciatus in dicto capite cum contingat num. 340. Cobarruvias de pactis, secunda parte §. 4. n. 7. Gomecius in lege 59. Tauri num. 4. Serafinus, dicto privilegio 61. num. 5. Molina tomo secundo de iustitia & iure, disputatione 256. verbo *duabus*.

166 Neque mihi vnquam placuit distinctio Azorij dicentis tomo primo institutionum moralium libro 11. cap. septimo, quæstione prima, quòd contractus irritus iure civili iuramento confirmatur, secus verò irritus iure canonico, nam hæc distinctio nulla ratione, neque etiam Doctorum auctoritate fulcitur; tam etiam quoniam donatio inter coniuges est etiam iure canonico prohibita, cap. fin. de donatio. inter virum, & vxorè; At verò communis tenet sententia iuramento confirmari, vt in dicta quæstione prima fatetur Azorius ipse copiosè Sancius libro sexto de matrimonio, disputatione undecima, numero secundo, sic etiam irrita est poena iure canonico adiecta in sponsalibus, capite gemma de sponsalibus. Et nihilominus valde probabile est iuramento confirmari, vt latius disputant Sancius lib. 1. disput. 32. num. 20.

167 Dubitari tamen solet, an contractus iure civili irritus, ita firmetur iuramento, vt efficiatur validus, sunt namque contrariæ Doctorum sententiæ, vt referunt Cobarruvias de pactis, secunda parte §. primo, numero septimo, Molina tomo primo de iustitia & iure, disputatione 150. versiculo *his iactis fundamentis*, & Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento cap. 29. numero nono, docent huiusmodi contractum non effici validum formaliter, & directè sed manere invalidum. Dicitur autem confirmari iuramento quoad effectus, habet namque omnes effectus, ac si verè validus esset; sed ego, verius puto verè confirmari, & manere validum, nisi aliàs si nullus esset contractus, nulla censeretur acquisita obligatio creditori; sed soli Deo. Tum etiam, nam si fatemur quòd manente contractu invalido acquiritur creditori obligatio, & contractus habet omnes effectus, ac si validus esset, supervacua est omnino hæc disputatio, nam utroque casu, & vtraque retenta opinione ijdem profus confurgunt effectus.

168 Maior autem est dubitatio, an ad hoc vt contractus aliàs iure civili irritus iuramento confirmetur, sufficiat simplex iuramentum de solvenda re promissa, an potius necessarium sit iuramen-

iuramentum de non revocando contractu, Bartolus in dicta Authentica sacramenta puberum, num. 24. supponere videtur necessarium esse iuramentum de non revocando, & idem Ias. ibidē num. 28. Igneus num. 20. dicunt enim, quod et si non sit necessarium, ut formaliter præstetur iuramentum de non revocando contractu, esse tamen necesse iurare se prædicta in contractu servaturum, vel dictis non contraventurum: & Leonardus Lessius libro secundo de iustitia & iure, cap. 17. dubio septimo, num. 56. docet non satis esse iuramentum de presenti, sed necesse esse iuramentum præstare habendi rati contractus, neque unquam revocandi, & nervose defendit Suarez dicto libro secundo de iuramento cap. 29. numero tertio, Rebellus de obligatione iustitiæ 2. p. lib. 1. quaest. 9. num. 2.

169 Quorum opinio fundata videtur in modo loquendi iurum loquentium de tali confirmatione, ut indicant verba text. in dicta Authentica sacramenta puberum, ibi *super contractibus non revocandis*, & in dicto cap. cum contingat ibi *ne utriusque contraveniant*: & in hoc sensu videtur intelligendas text. in dicto cap. quamvis pactum de pacis, libro sexto. Nam et si in specie non exprimitur ea forma iuramenti, dum dicitur renunciationem hereditatis iuramento firmari, necessario ea forma intelligenda videtur: nam cum renunctio sit de presenti, nihil super est renunctiati faciendum, nisi iurare se non contraveniturum, idque expressè probatum videtur in cap. ad aures de his quæ vi, & ibi. glossa, verbo *nisi forte*, docet namque text. renunctationem Ecclesie metu factam non esse validam, nisi forte iuramento firmata sit: quod his verbis explicat glossa: *ergo si iuramentum inter venisset, quod ulterius non repetere, nos potest repetere*.

170 Secundo fundatur nam simplex iuramentum adiectum contractui solvendi, vel faciendi non excludit privilegium legis concedentis repetitionem in illis, sunt namque valde diversa solvere, & repetere, vel non repetere, ut constat ex textu nostro, ubi iuramentum de solvendis vsuris solutione impletur, neque ex eo denegatur repetitio, nam illud iuramentum non obligat ad non repetendum, idque aperte probat text. in dicto capit. ad audientiam de his quæ vi: ubi qui iuravit se resignaturum beneficium, & resignavit poterit illud repetere, ibi, *non obstante prædicto iuramento, qui non ad non repetendum, sed ad resignandum solvendo tenebatur*, & hac ratione concludit Suarez post longam disputationem, ubi supra num. 24. esse non posse iuramentum confirmatorium, ubi non adest aliqua promissio non retractandi, sed iuramentum cadere debet super aliqua promissione de futuro, quæ iure irrita est, & hac ratione docet iuramentum non revocandi testamentum, aut instituendi alicuius heredis non confirmare tale pactum, nam in istis distingui nequit duplex promissio, altera faciendi, altera non retractandi.

171 Facit tertio multorum Doctorum sententia dicentium posse peti ab Episcopo relaxationem iuramenti solvendi amissa ludo pecunia credita, nam illa promissio secluso iuramento nullam habet obligandi vim, si enim iuramento firmaretur promissio, non haberet locum relaxatio propter ius tertio quaesitum, ut in specie probat Navarro in manuali Hispano cap. 26. in additione à dicto numero quinto. & in Latino in antiqua editione cap. 19. num. 17. ad quintum, & in nova cap. 20. num. 17. ad quintum, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte cap. 1. num. octavo, Cordoba quaestione 94. Azevedo in lege octava, titulo septimo, numero septimo, libro octavo compilat Henriquez libro septimo de indulgentijs, cap. 75. num. 6. Graffis prima parte, libro secundo, de iustitia & iure, cap. 26. dubio quarto, num. 27. Fr. Manuel Rodriguez primo tomo Summa in secunda editione cap. 189. numero nono, imò Navarro, Cordoba, Azevedo, Henriquez, & Gutierrez dicunt in eo casu promittentem momentanea solutione satisfacere. Aragon secunda secunda, quaestione 37. a titulo septimo, conclusionem tertia. Quæ omnia denotant iuramentum non confirmare contractum, quamvis aliis prædicti authores doceant in accipiēte nullam effecturpitudinem, nec tenentur de iure non esse soluta, & accepta, ut ex reise docet Suarez dicto lib. secundo de iuramento, cap. 26. numero decimo, & plures refert Sancius libro primo de matrimonio disputatione 31. numero secundo, dicentes leges Regias irritantes huiusmodi promissionem non prohibere solutionem, sed auferre obligationem solvendi, & concedere repetitionem.

172 Nonnulli vero alij Doctores in ea sententia, ut securè affirmant sufficere quodcumque iuramentum de futuro ad confirmandum contractum, ut aperte probat Molina tomo secundo de iustitia & iure, disputatione 514. verbo *ut iam autem quæ ita iuravit*, ubi defendit iuramentum solvendi amissam ludo pecuniā creditā esse confirmatorium talis promissionis, adeo ut in eo casu nequaquam habeat locum relaxatio, sed quod adquiratur verum ius creditori, qui aliàs in ludo lucratus est, idè quæ iurantem repetere non posse. Eandem sententiam amplexus videtur idè Molina tomo primo de iustitia & iure, disputatione 151. versiculo *salvo autem meliori iudicio*, Lessius libro secundo de iustitia & iure, cap. 19. dubio octavo, numero penultimo dicentes, iuramentum non revocandi testamentum, aut instituendi aliquem hæredem, esse confirmatorium contractuum, ita ut quamvis valeat revocatio transeat tamen ad hæredes obligatio, eique actio nem competere, cui talis promissio facta est ad petendum quantum intererat parti non fieri revocationem, sequitur Corneus in dict. Authentica sacramenta puberum, n. 441. quamvis dicat hoc esse difficillimum in praxi obtinere.

173 Ego tamen, ut rem adeò difficilem explicem, præmittendum puro duplicem esse promissionem de futuro, cui adijcitur iuramentum, quædam est, quæ non includit promissionem non retractandi, sed potest ab illa separari, ut apparet in promissione de solvendis vsuris, aut solvendi amissa ludo pecunia credita, in quibus quantumcumque iuratis satisfactum erit iuramento momentanea solutione, nam tale iuramentum non excludit beneficium legis restitutionem concedentis, ut probant, nisi fallor, argumenta adducta supra à num. 169. pro opinione Francisci Suarez & aliorum. Altera verò est, quæ includit promissionem non retractandi, in qua nequit distingui promissio non retractandi à principali promissione, nam cum ipsa promissio aliquid faciendi in futurum includat intrinsecam obligationem non veniendi contra illam, non est necesse adde- re aliam promissionem non retractandi, sicut apparet in promissione voti cuiuslibet, quæ necessario includit promissionem non veniendi contra votum, neque in voto vna ab altera distingui potest. Idem est in promissione non revocandi testamenti, instituendi aliquem hæredem, ut fate- tur Suarez ubi supra dicto cap. 29. num. 21. nam iuramentum non revocandi testamenti idem est, ac non revocandi contractum, & instituendi hæredem non sortitur effectum, nisi testatore mortuo, quando iam dispositio revocari nequit, ac idè continet iuramentum non revocandi inseparabiliter à iuramento instituendi hæredem.

174 Hæc ergo distinctione supposita dicendum est, quod quando iuramentum est prioris generis, id est quo simplex promissio separabilis est à promissione non revocandi, ut in iuramento de solvendis vsuris, & solvendi amissa ludo pecunia credita, quo casu ad confirmandam promissionem necesse est ius iurandū adesse de non retractando, ut eo modo procedat prior sententia cum rationibus adductis supra num. 168. & 169. cum sequentibus, quo casu puto reiiciendam esse opinionem Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte cap. 53. num. 9. scilicet iurantem solvere amissam ludo pecuniam creditam, nec postea repetere, posse huius iuramenti relaxationem impetrare ab Episcopo, & illa obtenta repetere, nam hoc aperte convincitur, nam cum is iuraverit non retractare, & eo iuramento firmetur promissio, censetur proculdubio ius tertio, cui promissum est, adquisitum esse: quo casu certum est relaxationem non esse admittendam, & fallitur manifestè Gutierrez, dum exemplum adducit in iuramento de solvendis, & non repetendis vsuris, quo casu propter tarditatem creditoris habet locum relaxatio, sicut in quolibet alio iuramento per iniuriam, vel dolum extorto, ut in specie probat Lessius libro secundo de iustitia & iure, cap. 26. dubio 4. num. 27. Sancius tomo 2. moralium, lib. 3. cap. 12. num. 21.

175 Quando verò promissio est posterioris generis, cui accedit iuramentum intrinsecè clau-

dens promissionem non retractandi, ut apparet in iuramento non revocandi testamentum, & instituendi aliquem hæredem, verius est eum contractum iuramento firmari, adeo ut non sit locus relaxationi, & in hoc sensu proculdubio verior est posterior sententia supra num. 172. relata, quæ ut diximus amplexus est Molina locis allegatis ibidem. Nec placet dicere hanc promissionem non producere obligationem naturalem, & idè non esse aliquam promissionem iuramento confirmabilem, qua ratione ductus Suarez ubi supra dixit eam promissionem iuramento non confirmari, nam contrarium verius esse probavimus.

176 Sed obijci potest primò, text. in dicta Authentica sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, ex quo videtur deduci iuramentum non posse confirmare contractus irritos, sed solum validos, ibi: *super contractibus rerum suarum non retractandis*, ponderando verbum *super contractibus*, nam contractus, lege si se non obtulit, §. condemnatum, ff. de re iudicata, & ponderando etiam, verbum *retractandis*, quod denotat contractus validos, nam quod nullum est retractari non potest cap. ad dissolvendam de dispensatione impuberum, ubi glossa verbo *legitime*, sed facile respondetur, in ea specie contractum appellari, & rescindi, quamvis invalidus sit, quatenus de facto processit, quamvis non de iure, ut probat glossa in lege prima, verbo *infirmabitur*, ff. de ferijs, & ibidè Bart. num. 4. Paulus numero sexto, Iason numero 26. vel secundo responderi potest, eos contractus non esse omnino irritos, sed solo iure positivo, & idè rectè dici potest retractari quatenus validi erant iure naturali, vitium enim nullitatis, quo afficiuntur de iure positivo, purgatur iuramento,

177 Neque obstabit dicere textum in dict. Authentica sacramenta puberum, venire ad declarandam legem primam eiusdem tituli, at dict. lex prima, ut ibidem notat glossa, verbo *empori*, communiter accepta loquitur de validis minorum contractibus, ergo eodem modo intelligenda est dicta Authentica sacramenta puberum, nam lex interpretans debet intelligi iuxta mentem legis interpretatæ, ut notant relati à Burgos de Paz in lege secunda glossa nona, numero decimo, titulo quarto compilationis, nam respondet Paulus in dicta Authentica sacramenta puberum, numero septimo, quod in dicta Authentica, non declaratur dispositio legis primæ, sed augetur, nam cum lex prima loqueretur de validis minorum contractibus iuramento firmandis, dicta Authentica, eam dispositionem auxit ad quoscunque contractus, etiam invalidos,

178 Secundo obijcitur text. in leg. non dubium, C. de legibus, ubi dicitur dispositionem factam contra legis prohibitionem nullam esse, nec iuramento firmari, ibi: *nec sacramentum admitti*, & in lege iurisgentium, §. si paciscar, ff. de pactis, ibi, *nec ius iurandum de hoc adactum ne quis agat servandum*, cui difficultati respondet primò communiter Doctores, quod olim iuramentum non habe-

bat huiusmodi vim confirmandi contractus, ita ut iam hodie correcta sit dispositio dictę legis nõ dubium. Vel secundo respondetur ex Cobarruias de pactis, secunda parte, §. primo, numero primo, dispositionem dictę legis non dubium procedere, quando contractus à lege prohibetur principaliter propter bonum commune, quo casu eũ sit contra bonos mores naturales, nullam producit obligationem, & declarat iuxta speciem text. in dicta lege non dubium, Suarez dicto libro secundo de iuramento, capit. 29. num. vigesimo, & in eodem sensu intelligendus est, text. in dicto §. si paciscar.

179 Neque obstabit si replices, nam si text. in dicta Authentica sacramenta puberum, intelligitur de contractibus validis corrigit ius commune in eo solum, quod minori restitutio denegetur, si verò intelligatur de contractibus invalidis, corrigit etiam in hoc, ut contractus reddatur validus, & ita contra iura vulgaria lex correctoria, quę aliàs restringenda est, extensionem recipiet, nam respondetur dispositionem dictę Authenticę non esse restringendam tanquam odiosam, sed potius extendendam, tanquam favorabilem, nam quoties lex agit de iuramenti observantia est favorabilis, & extendenda, quamvis sit correctoria, ut notat Everardus loco à vi, & energia iuramenti nume. 84. Abendaño de exequendis, secunda parte, cap. 27. num. 13. Padilla in lege si quis maior, numero quarto, C. de transactionibus Sforcia Odas de restitutione in integrum, prima parte, quęstione 26. articulo sexto, num. 32. Atque ideò, quamvis simpliciter loquatur de contractibus minorum, non solum extenditur ad contractus onerosos, sed etiam ad gratiosos, quales sunt donationes, & fideiussiones minorum, ut ibidem notat Bart. num. 18. Baldus num. 13. Salicetus num. 12. Paulus num. 30. Iason num. 71. Corneus num. 24. Gregor. in lege sexta, verbo *la postora*, titulo 18. parte sexta, Gomecius tomo secundo variarum, cap. 14. num. 18. Gutierrez ibidem num. 118. & num. 123. & eodem etiam modo extenditur ad quasi contractus, & distractus ex dictis.

180 Sed ut iam huic disputationi finem imponamus, non levis est interpretum controversia, an sicut iuramentum habet vim confirmandi contractus aliàs iure invalidos, possit nõ eos etiã confirmare contra prius iuramentum de illis nõ celebrandis. Præstitum pro cuius explicatione sciendum est, quod quando actus gestus contra prius iuramentum per se, & sine tali iuramento erat validus, manebit etiam validus non obstanti periurio, ut verbi gratia, si quis iuret se non revocaturum procuratorem, vel testamentum, erit proculdubio periurus revocando, revocatio tamen erit valida, ut in cap. sicut de sponsalibus, vbi valet matrimonium initum contra sponsalia de futuro iurata, & in leg. traditionibus, C. de pactis, lege quoties, C. de reivendicatione. Ex quibus constat validam esse venditionem alieni factum

cum traditione reivenditæ contra venditionem iurata alteri factam absque traditione: ratio est nam cum iuramentum non transferat dominium rei promissæ, nec reddat inhabilem iurantem ad actum contrarium, non tollit eius valorem, sed solum efficit, ut contraveniens sit periurus, ut statim videbimus: imò neque est in potestate iurantis efficere, ut actus gestus contra iuramentum sit invalidus, non enim potest sibi auferre potestatem efficiendi actum validum, ut recte probat Suarez dicto libro secundo de iuramento, capite 19. num. 7.

181 His ergo suppositis duplex potest esse dubitatio: prior, an in actibus spiritualibus gestis contra iuramentum valeant in qua non valere probant Butrius in cap. cum min. num. 2. de constitutio. Archidiaconus in cap. duobus ad finem de rescriptis, libro sexto, Oldradus consilio 127. numero secundo, Francus in capite secundo, ad finem de iureiurando, libro sexto, & in cap. fin. num. sexto, de procuratoribus, libro sexto, curi adductis ab Antonio Gabriel libro secundo communium, titulo de iureiurando, conclusione prima, numero 13. Tuscus in practicis tomo quarto, verbo *iuramentum*, conclusione 512. num. sexto. Quod si opponatur, matrimonium esse de actibus spiritualibus, & tamen valere contra priora sponsalia iurata, ut in dicto cap. sicut de sponsalibus, respondent hanc opinionem esse intelligendam de actibus merè spiritualibus, quorum laici sunt incapaces, de quibus non est matrimonium.

182 Et moventur primò, ex decisione text. in capite dilecto de præbendis, vbi canonici fecerunt statutum non augendi numerum canonicorum, idque iurarunt, & decisum est non valere electionem augendo numerum, idque non obsecrè ex illo text. deducitur, nam ibi æquiparatur electio facta contra statutum iure iurando firmatum electioni factæ contra statutum à Pontifice confirmatũ cum clausula irritanti, quo casu proculdubio electio esset nulla, ergo idem dicendum est in priori casu. Nec sufficit dicere eam allegationem esse partis litigantis, & non decisionem Pontificis, nam pontificia decisio illi rationi præcipue innititur: tum etiam, nam eo ipso, quod eligunt canonici, sunt periuri, & consequenter infames, atque ideò electio nulla est.

183 Quod si dicas, matrimonium esse quod spirituale, & tamen valere contractũ contra priora sponsalia iurata, ut in specie text. in cap. sicut de sponsalibus: respondent Imola, Alexand. & Decius ibidem, Tuscus vbi supra, hanc doctrinam esse intelligendam de actibus omninò spiritualibus, quorum laici sunt incapaces, de quibus procedit text. in dicto cap. dilecto, horum autem non est matrimonium.

184 Alciatus verò in dicto cap. cum continet, num. 269. de iureiurando, Cobarruias de pactis, secunda parte, §. secundo, numero quinto, dicunt, distinguendum esse, quod quando periuramentum sublata non est libera efficiendi actus potestas

potestas, prout in dubio est præsumendum, valebit actus gestus contra iuramentum, etiam si sit spiritualis, secus verò, si inspectis circumstantiis, & qualitatibus negocij nulla poenes iurantem remaneat potestas efficiendi actum validum, & sic intelligunt textum in dicto cap. dilecto, docentes electionem illam contra prius iuramentum irritam fuisse, nam illud statutum iuramento confirmatum vim habuit, ut nulla potestas validè contraveniendi superfuert statuentibus, nam statutum iuratum habet eandem vim, ac si confirmatum esset à Pontifice cum clausula irritanti.

185 Sed adhuc puto verius, nullam esse differentiam inter actum spiritualem, & temporalem, sed utrunque validum esse contra iuramentum, nisi aliunde sit irritus, neque obstat in contrarium text. in dicto capite dilecto, nam in ea specie non probatur electionem esse irritam, nã æquiparatio, de qua in illo text. non debet intelligi quoad omnia, sed solum, ut in utroque casu electio sit illicita. Tum etiam, nam communiter responderi solet, eam esse partis allegationem, quę iuris dispositionem non inducit, negantes etiam in ea fundari Pontificis decisionem. Neque etiam obstat infamia eligentium ratione periurij, nam etsi eam incurri concedamus, electio præcedit periurium, & consequenter infamiam: tum etiam, quia nullo modo probatur eo statuto ablatam esse potestatem validè faciendi contrarium, quoniam iuramentum talem vim nõ habet, imò nec statutum à Pontifice confirmatum, nisi addatur clausula irritans. Sic probant Ioan. Andreas ad Speculatorem in titulo de legato, §. nunc tractemus num. 7. versiculo *electio*, idem in dicto capite dilecto, num. 7. versiculo *iuramento*, & ibidem Antonius num. 11. Panormitanus num. 17. Cardinalis numero octavo, oppositione quinta, Selba de beneficijs, tertia parte, quęstione 27. Lessius lib. secundo de iustitia & iure, cap. 1. dubio septimo, num. 57. Azorius tomo primo moralium, lib. 11. cap. 6. quęst. 3. Suarez tomo 2. de Religione, lib. 2. de iuramento cap. 19. num. 6.

186 Maior autem est dubitatio posterior, videlicet quando actus iuramento confirmatus illo secluso esset irritus, ita ut à iuramento præcisè robur, & vires accipiat, an eo casu, si gestus sit contra prius iuramentum posteriori iuramento confirmetur. Exemplum est in alienatione fundi dotalis, in donatione inter coniuges, in contractibus minorum curatorem habentium gestis sine curatoribus, vel circa res immobiles sine decreto, quę omnia ipso iure sunt irrita, & solo iuramento confirmantur. Si ergo iuramentum sit fundum dotalem non alienandum, & sic de singulis alijs, & postea cum iuramento alienetur, dubitatur, an in hac specie valeat alienatio iurata non obstante priori iuramento de non alienando.

187 In qua quęstione validam esse alienationem posteriori iuramento vallatam probant

Gomecius in leg. 52. Tauri, num. 58. & multis relatis Suarez dicto libro secundo de iuramento, cap. 30. à num. quarto, quam num. 16. docet probabilior opinionem Molina tomo secundo de iustitia & iure, disputatione 540. quem puto pro hac opinione non rectè allegari, nam solum docet fideiussorem mulieris firmari iuramento, etsi non renuntiet Velleiano, quamvis prius iuraverit se non fideiussuram. Hęc autē doctrina ad propositum quęstionis nostrę non pertinet, nam mulieris fideiussio absque vilo iuramento mero iure valet, etsi elidi possit exceptione Velleiani, ut recte probat Gutierrez de iuramento confirmatorio, capite vigesimo, numero primo, dubium autem procedit quando contractus secluso iuramento est omninò irritus, nititurque hęc sententia eo fundamento, quod cum prius iuramentum fuerit tantum non alienandi, non donandi, non contrahendi, posterius iuramentum non revocandi, priori non adversatur, sunt namque diversa (inquit Suarez) non alienare, non donare, non contrahere, & facta semel alienatione, donatione, aut contractu, non revocare; cum ergo posterius non revocandi iuramentum periurium non contineat, ac proinde possit absque peccato servari, non est cur non confirmet contractum.

188 Sed quamvis hęc sententia probabilis sit, multo verius puto in ea specie posteriori iuramento non confirmari talem actum, imò neque illud obligare. Hanc doctrinam (à qua nullo modo praxi recedendum esse puto) probant glossa in capite secundo ad finem, de iureiurando, libro sexto, Calderinus consilio nono, ad finem, sub titulo de iureiurando, Innocentius in dicto capite dilecto, de præbendis, numero quarto, Imola in dicto capite cum contingat, num. 84. de iureiurando, Felinus in capite si diligenti nume. 33. de foro competentis, Hyppolitus in Rubrica de fideiussoribus, num. 204. Crotus in lege filius familias, §. Divi el segundo, num. 94. ff. de legatis primo, Rubeus consilio 117. numero nono, Padilla in lege final. numero duodecimo, C. de iuris, & facti ignorantia, Lara in lege si quis à liberis, §. parens, num. 103. ff. de liberis agnoscendis, Menchaca de successione creatione, libro secundo, §. 18. num. 158. Azorius tomo primo moralium, libro 11. cap. 6. quęst. 3. Rebellus de obligatione iustitię, secunda parte, lib. 1. quęst. 9. num. 13. Leonardus Lessius lib. 2. de iustitia & iure, capit. 17. dubio septimo, à num. 58. copiosè Gratianus tota regula 276. Mieres de maioratibus, quarta parte, quęst. 15. num. 11. Tuscus in practicis tomo quarto, verbo *iuramentum*, conclusione 514. numero sexto, & septimo, & copiosè Sancius omninò videndus lib. sexto de matrimonio, disputatione 13. num. 2.

189 Cuius doctrinę ratio alijs omisis ex eo deducitur, nam cum iuramentum nequeat esse vinculum iniquitatis, non potest contractus invalidus periurio confirmari commisso per posterius iuramentum, neque enim negari potest esse

esse contrariū priori iuramento, nam et si in priori non sit expresse iuratum se non contraverturū, id tamen tacite continetur, nam iuramentum nō alienandi continet in se clausulam non habendi ratam alienationem; iuramentum posterius nō revocandi continet illam habendi ratam alienationem, ergo continet periurium contra prius iuramentum, & consequenter non poterit obligare.

190 Neque tandem obstat vltimum argumentum supra adductum num. 101. pro dubitanti ratione ex dist. leg. qui sic, ff. de solutio. cui varie respondent Bart. Baldus, Albericus, Fulgositius, Alciatus, in leg. si pecuniam, ff. si certum petatur, Franciscus de Ponte consilio 6. num. 26. & communior opinio est Iurisconsultū ibi docuisse, non esse propriam solutionem, cuius commodum creditori non accessit, ideòque decisioni nostri text. non obstat, cuius est diversa ratio, nam debitor ex iuramento non solvit vsuras creditori, vt recipiat commodum illarum, sed vt periurium vitet, & ideò cessante iam per solutionem periurij periculo, poterit vsuras repetere turpiter à credito receptas, & sic solvitur argumentum, & finitur text.

SUMMARI A.

Ad cap. pervenit tertio, de Iureiurando.

- 1 **D**VPLEX est nostri text. conclusio.
- 2 Dubitandi ratio proponitur.
- 3 Dubitandi ratio contra secundam partem nostri text.
- 4 Tria diversa inveniuntur in voto; irritatio, dispensatio, & commutatio, ita etiam in iuramento.
- 5 Aliud pro alio invito creditore solvi non potest, nisi solvatur plusquam debetur.
- 6 Iuramentum promissorium homini factum debet ad impleri, cui factum est, ita vt non possit commutari in aliud, etiam melius, num. 7.
- 7 Iuramentum sequitur naturam actus, cui adhaeret.
- 8 Commutatio potest fieri consentiente creditore in maius, & in minus.
- 9 An facta commutatione promissionis iurata maneat promittens obligatus virtute iuramenti, num. 11.
- 10 Cardinalis in Clementina prima, §. nos itaque, q. 5. de iureiurando.
- 11 Commutatio iuramenti, siue superioris auctoritate, siue consensu partium, cadit sub obligatione iuramenti num. 14.
- 12 Felinus improbat Cardinalem in cap. 1. de iureiurando.
- 13 Respondetur ad text. in leg. Labeo la 2. §. fin. ff. de arbitris, num. 17.

- 18 Compromissi prorogatio pœna non censetur repetita.
- 19 Cobarruvias in cap. quamvis pactum in principio, prima parte, num. 6. in versiculo sed in hac controversia, recte concordas has opiniones.
- 20 Respondetur ad leg. Labeo, §. fin. de arbitris, n. 21.
- 22 In compromisso facta prorogatione cessat obligatio iuramenti secundum Cobarruvias.
- 23 Prorogatio compromissi quando fit intra terminū ab initio positum in compromisso iuramentum censetur repetitum vsque ad diem prorogatum.
- 24 Quando prorogatio compromissi fit ex consensu partium multi putant non videri repetitum iuramentum, num. 25. 26. & 27.
- 28 Iuramentum debet impleri specificè, obstat n. 29.
- 30 Doctrina Bart. in leg. Amplius, ff. rem ratam haberi.
- 31 Canonistarum receptior doctrina in cap. ad audientiam el 1. de iureiurando, num. 32. 33. & 34.
- 35 Vsuræ iuratæ prius solvenda sunt, quā admittatur compensatio.
- 36 Cap. ad nostram el 1. de iureiurando.
- 37 Qui iurat solvere intendit verè, & realiter solvere nulla facta compensatione.
- 38 Alius sensus, in quo doctrina Bart. potest procedere.
- 39 Qui iurat simpliciter solvere poterit compensare, n. 40.
- 41 Respondetur ad fundamenta Bart. in leg. 3. vers. idem queritur, ff. de statu liberis.
- 42 Limitatur superior doctrina contra Bart.
- 43 Iuramentum potest in melius quis propria auctoritate commutare ex nostri text. decisione, difficile reddisur, num. 44. & 45.
- 46 Noster text. debet intelligi in omni iuramento prestito in Dei obsequium, aut partis utilitatem, num. 47.
- 48 Non est necessaria superioris auctoritas ad commutationem voti in melius, num. 49.
- 50 Capite primo de voto.
- 51 In re dubia non potest fieri commutatio propria auctoritate.
- 52 Ad commutationem non sufficit moralis excessus materia subrogata cum sola certitudine opinionis probabilis, sed necesse est, vt excessus sit evidens.
- 53 Non obstat cap. fin. Levitici.
- 54 Non obstat cap. licet de regularibus.
- 55 Ieiunium à lege, vel in sacramento Penitentia in iunctum non potest in melius commutari.
- 56 An hac commutatio voventis possit fieri in evidenter aequali propria auctoritate, num. 57.
- 57 Confessarius non potest hanc commutationem facere in bonam aequali, nisi habeat delegatam potestatem.
- 58 Respondetur ad difficultatem adductam supra num. 2.
- 59 An promittens homini simpliciter, vel cum iuramento se aliquid in eius utilitatem facturum, posito non impleto ad religionem transire sine creditoris consensu, num. 61. & 62.
- 60 An qui ingreditur religionem teneatur resarcire creditori interesse ex bonis suis, num. 64. & 65.

66 Explic.

- 66 Explicatur text. in cap. commissum de sponsalibus, num. 67. 68. & 69.
- 70 An si quis sponsalia iuraverit, & postea se voto coëstitatis adstrinxit, an possit licite matrimonium contrahere, num. 71. num. 72. num. 73. num. 74.
- 71 Qui iuravit sponsalia eoque prætenu virginem deservavit verius est non posse religionem ingredi, imò illam ducere tenetur, num. 76.
- 72 Idem dicendum est quamvis copula non sit sequuta.
- 73 Commutatio iuramenti potest fieri in melius in solius Dei honorem, secus verò facta in favorem tertij eo non consentiente, num. 79. & 80.
- 81 Sancius tomo secundo de Religione, libro quarto cap. 11. num. 19. num. 82.
- 82 Limitatur supra dicta ex sententia Azoris, numero 84.
- 83 Quando huiusmodi vota habent promissionem factam tertio, & ab eo acceptam, Prælatus, vel Ordinarius in eo casu non poterit dispensare absque illius testis consensu.
- 84 Quando dicatur soli Deo promissio facta, an verò etiam homini.
- 85 Obijciunt contra supra dicta in num. 86.
- 86 Probat obiectio ex text. in cap. per tuas.
- 87 Divus Thomas secunda secunda, quæst. 185. articulo 2. ad tertium.
- 88 Secunda pars nostri text.
- 89 Respondetur ad text. in cap. quod Deo 33. quæst. 5. num. 92.
- 90 Limitant Doctores dictam sententiam, nisi agatur de vitanda pœna obligationis.
- 91 Proponitur vora interpretatio text. nostri, & in cap. quod Deo 33. quæst. 5.
- 92 Prosequitur eadem interpretatio.
- 93 Declaratur text. in cap. Innocens, 22. quæst. 4. & iuramentum prestitum per Iesue Gabaontis, qualiter potuerit obligare, num. 97.
- 94 Proponitur quæstio, an Iosue teneretur vinculo illius iuramenti, num. 99.
- 95 Augustini opinio dict. quæst. 13.
- 96 Satisfit obiectio huic: Domum David pœnas Deo dedisse ob violatum iuramentum.

A D T E X T V M.

In cap. Pervenit tertio, de Iure iurando.

- 1 **D**VPLEX est nostri text. conclusio: prior est: Non enim propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat: posterior est: Non tenetur vinculo iuramenti is, qui promissit, &

alter ex parte sua non adimpleverit.

2 Dubitationem movet in priori conclusione: nam de voto ad iuramentum promissorium valet argumentum, capite et si Christus de iureiurando, ibi, redde iuramentum, cap. magna de voto, ibi, vovete, & reddite, sed votum non potest etiam in melius sine auctoritate Prælati commutari, capite primo, & secundo de voto: ergo nec etiam iuramentum. Idque confirmatur, nam indubitatum est esse perfectionem statum religionis, quam coniugij, capite nuptiæ trigesimo secundo quæstione prima, Clementina exivi, de verborum significatione, Concilium Tridentinum, Sessio vigesima quarta, canone decimo: at verò si quis iuret matrimonium cum certa muliere contrahere, non potest antea religionem profiteri, quàm iuramentum impleat, capite commissum de sponsalibus. Rumperet ergo fidem iuramenti, qui in melius illud commutaret.

3 Movet secundo dubitationem contra posteriorem partem conclusionis nostræ: nam si vir, & vxor inter se continentiam iuret, & si alter ex sua parte promissum non adimpleat, alter tamen coniux tenebitur adimplere iuramentum, vt probatur in capite quod Deo trigesimo tertio, quæstione quinta: ergo quamvis ex parte illius, cui præstitum est iuramentum, non adimpleatur promissum, tenebitur tamen servare iuramentum.

4 Pro explicatione tamen textus nostri sciendum est, quòd sicut in voto hæc tria inveniuntur inter se diversa, videlicet, irritare, dispensare, & commutare, sic etiam in iuramento: irritatio enim fit sine vlla causa sola voluntate irritantis, & habentis ad id potestatem, capite puella vigesima, quæstione secunda, capite manifestum trigesimo tertio, quæstione quinta, tollitque materiam, & obligationem voti: dispensatio verò fit cum causa ab habente potestatem dispensandi, & per eam omnino tollitur materia, & obligatio voti, fitque à Prælatis Ecclesiasticis, vt latius diximus in materia de voto. Commutatio verò fit in æque bonum cum causa, aut in maius sine illo; quo casu voti obligatio non tollitur, sed solum mutatur materia, vt advertit Paludanus in quarta distinctione trigesima octava, quæstione quarta, Caietanus secunda secundæ, quæstione octuagesima octava, articulo decimo, & duodecimo, Soto libro septimo de iustitia, & iure, quæstione quarta, articulo primo, tertio, & quarto, Navarro in Manuali capite duodecimo, numero sexagesimo tertio, eodem etiam modo in iuramento invenitur dispensatio, relaxatio, & commutatio, & solum Prælatis Ecclesiasticis dispensant in iuramentis

Y tis

tis ex iusta causa, & hæc dispensatio Prælatorum appellari solet relaxatio, aut absolutio iuramenti, capite primo, capite si vero de iureiurando, Cobarruvias libro primo variarum, capite quarto, à numero quinto, & in capite quamvis pactum, prima parte, paragrapho primo, numero quinto, quamvis relaxatio propriè loquendo dicatur illa, quæ fit ab ipsa parte, de qua in dicto capite primo, de iureiurando, & in capite secundo, de sponsalibus, commutatio tamen iuramenti fieri debet per superiorem ex iusta causa, vel ab eo ipso, qui iuravit quando commutat in evidenter melius, ut statim dicemus.

5 Quo supposito ea communiter solet adduci decidendi ratio ad priorem conclusionem, nam licet invito creditore aliud pro alio solvi non possit, lege secunda, paragrapho mutui, ff. si certum petatur, & in principio Instituta, quibus modis tollitur obligatio; tamen ubi plus solvitur, licet solvatur aliud pro alio, censetur creditor in dubio consentire, si non contradicit, ideòque si iurans promissum commutat in evidenter melius, adimplere videtur ex præsumpta voluntate illius, cui iuratum est.

6 Hæc tamen doctrina maiori indiget explicatione, procedit namque quæstio nostra de iuramento promissorio homini facto, quod nec sariò implendum est illi, cui factum est, ut latius ostendit Franciscus Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo, capite decimo, ita ut non possit commutari in aliud, nisi ubi facta intelligitur exceptio à iurè, ut dici solet communiter de statu religionis, quare tota dubitatio erit in modo implendi tale iuramentum respectu illius, cui factum est.

7 Est ergo dicendum, quòd non satis fit iuramento promissorio homini facto in aliqua alia certa specie reddendo æquivalens, nec potest debitor sua voluntate commutare rem, quam iuramento promissit in aliam æqualem, imò nec in meliorem sine ipsius creditoris consensu. Hæc est communis Canonistarum sententia ex Panormitano in capite ad audientiam el primero, in capite pervenit, & in capite quanto, de iureiurando, & in capite cum inter de renunciatione, Sylvester verbo *iuramentum* quartum, quæstione vigesima, & vigesima prima, & quinta quæstione sexta, Ioannes Andreas in capite in malis, de regulis iuris, libro sexto, Corsetus in tractatu de iuramento, numero trigesimo nono, & numero quadragesimo, Baverius in eodem tractatu numero decimo tertio, & num. 57.

8 Quæ doctrina ex illo principio deducitur, quo docemur, quòd iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret: at contra-

ctus, seu promissio ex natura rei impleri debet in specie promissa: ergo multò magis quando firmatur iuramento ex regula iuris docente, quòd aliud pro alio solvi non potest, nisi consentiente creditore, idque apertè declaratur etiam in foro interiori; nam sicut nemo tenetur commutare rem suam, similiter, neque rem sibi deb tam commutare cogendus est: idque fortius procedit in iuramento, cuius virtute obligamur facere verum, quòd iuratum est. Ponamus ergo quòd quis iuravit se in fundo alterius laboraturum, certum est, quòd non implet iuramentum solvendo interesse, ea enim est iuramenti conditio, nisi alter consentiat: si ergo eo invito commutatio fiat, non implebitur iuramentum.

9 Unde constat licitè posse fieri commutationem consentiente creditore non solum in æquivalens, aut maius, sed etiam in minus, hoc namque planè constat ex dictis verum esse, cum tale iuramentum eam includat conditionem, nisi creditor consentiat, vel latius ostendimus in cap. 1. supra isto titulo.

10 Unde valde controversum est, an facta commutatione promissionis iurata maneat promittens obligatus etiam virtute iuramenti, ita ut iuramenti vinculum ad rem commutatam extendatur: verbi gratia, iuravit quis sponsalia, & postea is, qui iuravit, cum sponsa conventus est, ut sua dote sit contenta, quæritur an sicut vir antea iuramento tenebatur implere promissionem sponsaliorum, similiter teneatur ad solvendam dotem etiam iuramenti vinculo, an solum obligatione iustitiæ orta ex pacto. Hanc quæstionem tetigimus supra in cap. primo huius tituli.

11 In ea verò receptior videtur sententia, obligationem iuramenti non extendi, nec transire ad novam materiam, eò quòd necesse sit repetere explicitè formam iuramenti, cuius receptæ sententiæ fundamentum deducitur ex regula textus in capite Clericus, de iure iurando: ubi clericus, qui iuravit servare statuta edita suæ Ecclesiæ, & postea per idem iuramentum promissit servare statutum de novo editum, non obligatur iuramento ad observantiam statuti noviter conditi, sed solum ex vi promissionis, ergo idem dicendum erit in præsentia: verba text. sunt ibi: *Clericus, qui iuravit se statuta in sua Ecclesia edita servaturum, promittens per idem iuramentum statutum, quòd postmodum sui sequenti est fideliter observare, licet transgredi non debuerat, quòd promissit, non tenetur ad illius observantiam ex debito præstiti iuramenti.* Ex quo text. eam doctrinam tanquam receptam probant Burrius in cap. ab excommunicatione n. 23. de rescriptis, Iason in leg. Gallus, §. idem credendum, ff. de liberis, & posthumis, & in leg. §. & post operis, ff. de novi operis nunciatione.

Tiraquellus in connubialibus, glossa quinta, numero centesimo & vigesimo, asserentes etiam, quòd ad verum effectum iuramenti, imò & ad periurium non sufficit relatio ad aliud iuramentum.

12 Idque ratione comprobari videtur, quia iuramentum circa vnam materiam factum non potest ad aliam transferri, nam antiquum iuramentum fuit limitatum ad talem materiam, unde si obligatio iuramenti applicanda est novæ materiæ, novum oportet iuramentum facere, idque eo exemplo confirmatur communiter à Doctoribus adducto in lege si cum dies, in principio, ff. de arbitris: si enim compromissum factum sit in iudicem aliquem, ut is intra certum diem causam definiat, & præstitum fuerit iuramentum parendi, standique sententiæ per illum intra terminum latæ, posteaque compromissi dies prorogetur, non tamen censetur iuramentum prorogatum, nisi iterum expresse iuret, ut sentisse videtur Ioannes Andreas ad Speculatorem titulo de iureiurando ad finem, etiam si prorogatio facta sit cum eisdem clausulis, & vinculis primi compromissi; imò etiam erit idem dicendum, si prorogatio facta fuerit intra terminum prioris compromissi, ita ut vnum, & idem censetur compromissum, ut advertit Soncinus consilio 99. lib. 3.

13 Imò & Cardinalis in Clementina prima, paragrapho nos itaque, quæstione quinta de iureiurando, apertè probat, quòd si quis alteri promissit præstito iuramento centum solvere intra decem dies, & is terminus à creditore prorogatus fuerit in alium terminum, non erit periurus quamvis non solvat intra diem à creditore prorogatum, idque probavit Baldus consilio quadringentesimo trigesimo sexto, libro primo. Iason in lege Lecta, notabili quinto, ff. si certum petatur, Decius in cap. de causis num. 7. de officio delegati.

14 Sed nihilominus dicendum puto quòd quoties commutatur iuramentum, si e ex consensu partium, sive superioris autoritate, id, in quod fit commutatio cadere sub obligatione iuramenti, idque ratione probatur, nam aliàs non esset commutatio, aut prorogatio prioris obligationis voti, aut iuramenti, sed omnimoda extinctio, & nova omninò promissio simplex, & nuda, nam iuxta eam opinionem omninò tollitur obligatio religionis, & iuramenti, quæ procul dubio non commutatur, sed solum alia obligatio civilis, & humana, quæ iuramento, suberat in aliam commutatur. Hoc namque significat verbum, commutare, idque apertè constat: nam duobus modis potest fieri commutatio in melius, primo actualiter exercendo opus melius, quo is, qui commutat, satisfacere intendit priori iuramento, & religionis obligationi; nam si abs-

que hac intentione opus melius faciat, à priori vinculo non liberabitur: ergo necesse, ut applicet obligationem iuramenti ad illam materiam: sufficit ergo quòd obligatio fiat cum tali relatione. Vel secundo fit commutatio quoad ipsam promissionem, & tunc necesse est, quòd intendat similem iuramenti obligationem suscipere in meliori materia, aliàs non valeret commutatio in fraudem Dei, cui iam erat obligatio iuramenti quæ sita.

14 Imò & ipso exemplo pro contraria opinione adducto id apertè demonstratur, nam in commutatione sponsalium scemina non intendit cedere iuri suo, quòd habet ad sponsalia iurata, nisi cum effectu dos sibi solvatur; ergo si alter postea, nec sponsalia adimpleat, nec dotem solvat, procul dubio erit periurus, quia conditione solvendi dotem non impleta non tenuit remissio sponsæ, & consequenter violatur obligatio iuramenti: ergo quando bona fide fit commutatio nova materia subijcitur obligationi iuramenti, aliàs namque non fieret iuxta intentionem commutantis, idque factò argumento de voto ad iuramentum probatur, nam quoties commutatur votum, nova materia cadit sub obligatione voti, non enim potest fieri commutatio, quin obligatio maneat, quæ procul dubio est obligatio religionis, & voti: ergo idem est in iuramento, ubi eadem est ratio, & eadem intentio creditoris, qui iuri suo cedere non vult, nisi sub illo vinculo.

15 Meritò ergo Cardinalis opinionem improbant Felinus in capite primo de iureiurando, & in capite secundo de sponsalibus, numero trigesimo quarto, Iason in lege prima, paragrapho & post operis, ff. de novi operis nunciatione numero octavo, Decius in capite præterea de appellationibus, notabiliter docens post Innocentium ibidem, quòd eadem ratione, quòd sententia excommunicationis lata in Titium, verbi gratia, si is intra decem dies pecuniam debitam non solverit, eo casu, quo terminus solutionis prorogaretur, eo transacto, & non facta solutione, adhuc incurreret censuram, eò quòd prorogatio facta censetur cum eodem periculo prioris obligationis: probat etiam Rebusus in concordatis in Rubrica de prærogatione, Baldus in capite venerabilem de electione, ubi idem docent in periurio procedere, id namque secum affert natura prorogationis, ut semper censetur facta cum qualitatibus, & clausulis rei prorogata, dicta lege Lecta, ff. si certum petatur, lege Legem, C. locati, glossa in capite hi qui auctoritate de præbendis, libro sexto, glossa in lege sed si manente, ff. de precario, & sequenti sunt Bartolus, & Imola in dicto paragrapho, & post operis, numero sexto, imò & Decius in dicto capite de causis de officio delegati,

asserit opinionem Cardinalis esse communiter reprobata.

16 Neque obstabit text. qui pro opinione Cardinalis expendi potest in lege Labeo, la secunda, §. final. ff. de arbitris, lege item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, ubi fideiussores primum datos ad alicuius obligationis tutelam non extendi, neque datos censi ad illius prorogationem dictum est; unde sequitur, quod prorogatio facta per creditorem fideiussorem liberat, qui simul cum debitore tenebatur intra certum diem solvere, & notavit Baldus in lege cum Hermes, C. de locato, Paulus in lege quarta in principio, ff. de damno infecto, Panormitanus in capite constitutus, de fideiussoribus.

17 Nam respondetur eam sententiam Iurisconsultorum iure optimo procedere, eò quod prorogatio solum potest valere in præiudicium eorum, qui consenserunt in illam, non verò in præiudicium fideiussorum, qui nullum dederunt prorogationi consensum, ut rectè notat Aufrerius in Capella Tolosana centesima octuagesima prima, Barbacius consilio trigesimo primo, libro primo, Rebusus in concordatis, Rubrica de prorogatione in glossa Franciscus, ea ergo ratione fideiussor quantum ad prorogationem, cui non consensit, non obligabitur.

18 Sed adhuc obijci potest: nam si fiat prorogatio, compromissi pœna non censetur repetita lege servus ea, ff. de servis exportandis, Baldus in lege penultima, paragrapho vsor, ff. soluto matrimonio, & in lege si ante, C. de patris inter emptorem, & venditorem, Hypolitus singulari trecentesimo. Respondetur tamen diversum esse in pœna, & in iuramento; nam pœna odiosa est, non verò iuramentum, quod solum adiectum est ad maiorem promissionis tutelam, & vim; imò adhuc pœnam in prorogatione repetitam nonnulli putant ex lege cum stipulatus sim mihi à proculo, ff. de verborum obligationibus, ubi putat Bartolus pœnam debitori remissam à creditore non censi, etiam si creditor debitori solutionis diem prorogaverit, imò quòd si non solverit intra diem prorogatum, ad pœnam tenebitur.

19 Has verò contrarias opiniones rectè concordat Cobarruvias in capite quamvis pactum in principio, prima parte, numero sexto, in versiculo, sed in hac controversia, distinguens, nam aut prorogatio fit ad tempus additum, ad quod producit, & ostenditur obligatio prior, quæ aliàs elapso die primitus constituto remaneret extincta, ut in compromisso, & tunc pœna non censetur repetita, nisi id constiterit ex mente contrahentium, & sic procedit Baldi decisio in dicto paragrapho vxor. At verò quando prorogatio nullam inducit obligationem ad tempus, vel diem prorogatum, sed solum extendit diem, qui præfinitus fuerat debitori ad solutionem, quo casu, cum eo die elapso non sit extincta obligatio, sed manet, prorogatio non mutat qualitatem obligationis, at ideò adhuc manet integra obligatio ad penam, & sic procedit text. in dicta lege cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verborum obligationibus.

20 Unde colligitur, quòd fideiussor debitoris, qui intra certum diem solvere tenebatur, etiam facta termini prorogatione, non liberari à fideiussoria obligatione, neque obstabit text. in dicta lege Labeo, §. final. ff. de arbitris: ubi significatur in prædicta prorogationis specie fideiussorem liberari, nam is text. procedit, quando dies primus obligationi adiectus tendit ad extinctionem obligationis, non verò quando dies illa non extinguit, nec perimit obligationem, sed solum diem solutionis prorogat miserationis causa, ut notant Hostiensis, Imola, & Panormitanus in dicto capite constitutus, de fideiussoribus, Bartolus in lege Lucius, paragrapho Paulus, ff. de administratione tutorum, Iason in lege Lecta, ff. si certum petatur, numero nono, & ibidem Curtius Iunior numero undecimo, Hypopolitus in Rubrica de fideiussoribus, quæstione sexta, & ulterius est manifesta ratio, nam debitor promittens centum debitori solvere intra certum diem, duo certum est promisse, & centum creditori soluturum, & ulterius solutionem intra tempus designatum facturum: unde licet tempus elapsum sit, aut prorogatum, nihilominus manet obligatio ad solutionem, lege Celsus, ff. de arbitris, capite cum dilecti de dolo, & contumacia: qua obligatione tenebatur fideiussor, sicut & principalis debitor.

21 Colligitur ergo non esse veram decisionem Cardinalis, imò si debitor cum iuramento solvere promisit, etiam si terminat à creditore prorogatio, nihilominus debitor ad solutionem ex iuramento tenebitur; sic adversus Cardinalem probant Baldus, Felinus, Iason, & Decius iam allegati, Curtius Iunior in dicta lege Lecta numero undecimo, Blancus de compromissis quæstione septima, numero quinquagesimo octavo. Nam quando fit prorogatio termini designati ad solutionem, creditor iuramentum non remittit quoad substantiam debiti: si ergo debitum antea erat sub iuramento, consequenter sub iuramento debitor postea manebit sub eadem obligatione, nulla enim ratione potuit auferri, neque enim prorogatione tollitur, sed differtur in alium terminum, quo facta est prorogatio, quasi prorogatio sub ea forma concessa intelligatur. Permitto solutionis dilationem, dummodo hanc ipsam obligationem intra terminum prorogatum impleat, ideòque iuramentum in fine secundi termini eodem modo obligat, sicut obligaret in priori non

non facta prorogatione, ut formaliter probat Franciscus Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de Iuramento, cap. trigesimo sexto num. 12.

22 In exemplo autem compromissi sentit Cobarruvias loco allegato, quòd facta prorogatione termini compromissi cessat obligatio iuramenti, eò quòd in ea specie non est vera prioris compromissi prorogatio, sed potius novum compromissum; & videtur sentire glossa communiter recepta in lege sed si manente, ff. de precario, Bart. & Alexand. in leg. dies per illum, text. ff. de damno infecto, & notari solet communiter in capite hi qui auctoritatem, de præbendis, lib. 6.

23 Dicendum tamen est, quòd quando prorogatio compromissi fit intra terminum ab initio positum in compromisso, iuramentum censetur repetitum vsque ad diem prorogatum, quando factum fuit compromissum cum iuramento: ita ut arbitri, vel ipsi compromittentes diem possent prorogare, eo namque casu prorogatio intra diem facta easdem qualitates habet, etiam quoad iuramentum, nam iuramentum etiam comprehendit diem prorogatum, ut rectè explicat Decius in dicta lege lecta, & in capite de causis, numero septimo, de officio delegati, egregiè Baldus consilio quadringentesimo trigesimo sexto, libro primo, Blancus de compromissis quæstione septima, numero quinquagesimo octavo.

24 Quando verò prorogatio compromissi fit etiam intra diem termini designati nulla data arbitris potestate prorogandi, sed solum ex consensu compromittentium, multi putant non videri repetitum iuramentum, ut probat multis relatis Blancus de compromissis, dicta quæstione septima, dicto numero quinquagesimo octavo, Baldus dicto consilio quadringentesimo trigesimo sexto, libro primo, Decius in dicta lege lecta, numero decimo quarto, & in dicto capite de causis, numero septimo, quibus valde favet decisio text. in dicto cap. clericus de iure iurando, ubi ad iuramenti religionem, & ut quis teneatur iuramento, non sufficit relatio ad iuramentum antea præstitum, sed necessaria est specialis iurandi forma, vel verbis, vel mente concepta, & consequenter non sufficit voluntas extendendi iuramentum ad aliam causam.

25 Huic tamen difficultati rectè respondetur ex sententia Francisci Suarez dicto capite trigesimo sexto, numero decimo, decisionem textus in dicto capite clericus, non esse ad speciem nostram applicabilem, nam textus ille loquitur quando iuramentum primum non fuit præstitum super eadem re, de qua postmodum in extensione, aut relatione agitur, primum namque iuramentum in specie text. in dicto capite clericus, præstitum fuit super statutis Ecclesiæ eo tempore iam edictis, relatio verò postmo-

dum sequuta ad illud iuramentum agit de statutis postea editis, & sic de re distincta ab ea, de qua in primo iuramento tractabatur: at quando extensio iuramenti super eadem re contingit, procul dubio ad religionem iuramenti erit sufficiens relatio ad primum, negamus enim similem esse rationem de extensione iuramenti, & de commutatione voti, aut iuramenti, nam extensio non dicit iuramenti repetitionem, sed quandam eiusdem iuramenti applicationem ad novam materiam, quæ non admittitur in dicto capite clericus, si verò extensio sumatur latè pro virtuali, vel formali repetitione similis iuramenti, planè constat in iuramento habere locum, hoc enim in commutatione verificatur, quæ dicit virtualemente repetitionem, sicut commutatio voti dicit virtualemente repetitionem circa novam materiam commutationis, idque etiam in compromisso prorogato, quamvis contrarium senserit Cobarruvias ubi supra, numero sexto, in versiculo nono exprænotatis, eò quòd idem manet compromissum, non obstante prorogatione; lege non ex omnibus, §. final. lege non distinguemus, §. dies cum lege sequenti, ff. de arbitris, lege sed si manente, ff. de precario, nec in eo casu mutatur substantia compromissi.

26 Præcipuè, nam ut ipse Cobarruvias fatetur, iuramentum censetur repetitum quoad omnes effectus per extensionem, aut relationem ad primum, quoad omnes effectus, quando ex verbis, aut coniecturis colligitur mens, & intentio iurandi, cum non sint præcisè verba necessaria ad vim, & effectum iuramenti, sed satis sit quomodocumque de intentione constet, ut egregiè notat Panormitanus in dicto cap. clericus, num. 4.

27 Imò & in eam nostram sententiam satis inclinat Cobarruvias ubi supra, numero septimo, ubi aperte docet falsam esse Cardinalis opinionem in capite Præterea el primero, de sponsalibus, dicentis, nunquam dici quemquam periurum, neque quoad periurij reatum censi iuramentum repetitum, nisi expressum sit per verbum iuro, hæc namque opinio ex dictis convincitur. Tum etiam, nam ad obligationem religionis sufficit, quòd Deus in testem adducatur, hoc autem fieri potest absque specifica mentione verbi, iuro, idque confirmatur ex decisione text. in capite et si Christus, capite ego enim de iureiurando, capite iurabunt vigesimo secundo, quæstione prima, ubi docent Doctores iuramenta præstari posse absque illo verbo, iuro, & probat Panormitanus in capite querelam, de iureiurando, Selva in tractatu de iureiurando, prima parte, quæstione penultima, idque varijs exemplis Veteris, & novi Testamenti probat Cobarruvias adversus Cardinalem in dicto cap. quamvis pactum in principio, prima parte, numero septimo.

28 Cùm tamen dictum sit iuramentum specificè implendum esse, ob stare videtur, quòd cõpensatio est quædam solutio per æquivalens, hæc tamen licet non obstante iuramento, ergo similiter commutatio etiam facta invito creditore de compensatione videtur text. in cap. ex parte el segundo de clericis non residentibus, ubi loquitur de eo, qui interesse Ecclesiæ iuravit, & nihilominus docet, quòd si absens sit pro servitio Ecclesiæ, non est periarus, sed potius quasi per æquipollens iuramentum implere videtur, ibi, *cum ex hoc censeri debeat residens per iuramentum non iacurris*, sic etiam si tibi decem iuramento promisi, & tu mihi alia decem deberes, & illa tibi remitto, videor implere promissionem, ea namque remissio moralis quædam donatio est, quod igitur non intercedat actualis traditio, materiale quid est, præcipuè cum supponatur præcessisse.

29 Hac ratione dubitari solet, vtrum in iuramento implendo licitè possit debitor compensatione uti, & procedit controversia quando cõpensatio sit creditore invito, vel sine iusta dispensatione superioris, nam si ad sit consensus creditoris, aut dispensatio, nulla est dubitatio, quin promittens cum iuramento possit uti compensatione.

30 In hac ergo quæstione Bartolus, quem alij sequuntur in leg. amplius, ff. rem ratam haberi, existimat iuramentum impleri posse per æquivalentem compensationem, & movetur primò ex illa regula, qua docemur compensationem esse quandam solutionis speciem, leg. quarta, §. solvissè, ff. de re iudicata, ubi verè solvit, qui liberatus est ab obligatione, leg. si ambo, ff. de compensationibus, leg. si peculium, §. primo, ff. de statu liberis, ideòque is, cui sub aliqua conditione aliquid mandatur, quamvis illam implere teneatur, compensando implere censetur, aliàs specificè ad implere debet conditionem, leg. qui hæredi, leg. mevis, ff. de conditionibus, & demonstrationibus: idem ergo (inquit Bartolus) erit in iuramento dicendum. Movetur secundò, ex text. in leg. tertia, versiculo *idem queritur*, ff. de statu liberis, ubi si debitor, qui solvere à creditore impeditur, à solutione excusatur, quando verò tu mihi debes, & non solvis, quodammodo impedis, ne tibi solvam. Sequuntur Bartolum magis communiter legistæ, & in eum inclinare videtur Panormitanus in capite cum dilectus, de ordine cognitio, num. 23. & in cap. cum inter de exceptionibus, numero vigesimo quinto. imò & Bartoli opinionem tutam esse in foro interiori docet Sylvester verbo *iuramentum*, 4. quæstione 27. Angelus, verbo *iuramentum*, 4. quæstione quarta, Tabiena, verbo *iurare*, numero vigesimo quarto, Azorius tomo primo moralium, libro vndecimo capite octavo, quæstione decima, dicens, quod is, qui promittit alteri se decem daturum, sub intelligitur illa conditio. *si tu mihi alia decem, qua debes solveris*, & nervosè Bartolum defendit, & se-

quitur Cobarruvias in dicto capite, quamvis pactum, prima parte, §. quarto numero nono, & numero decimo.

31 Receptior tamen est inter Canonistas contraria sententia in capite. ad audientiam el primero, de iureiurando, ubi Hostiensis, Ioannes Andreas, Felinus, & Butrius, & alij, quos referunt Cobarruvias, ubi proxime, Tiraquellus libro primo de retractu, §. tertio, glossa tertia, numero sexto. Corsetus de iuramento, numero trigesimo nono, Baberius de iuramento numero quadragesimo nono, & defendit constanter Gutierrez de iuramento confirmatorio, tertia parte cap. 6.

32 Quæ sententia probari videtur primò eo exemplo, nam is, qui simpliciter ad factum obligatur, liberatur solvendo interesse ex communi sententia Doctorum, versiculo *cessus*, ff. de verborum obligationibus, si tamen cum iuramento quis facere promittit, non liberatur præstado interesse, sed præcisè tenetur ad factum, propter iuramenti religionem, quod in forma specifica impleri debuit, glossa communiter recepta, in leg. si pecuniam, verbo *necessè habens*, ff. de conditione causa data, & ibidem Iason, numero vigesimo tertio, glossa in cap. ex literis el segundo, in verbo *sub iuramento*, de sponsalibus, Panormitanus in cap. fin. ne prælati vices suas, Iason in leg. quoties, C. de rei vindicatione, numero trigesimo sexto, & in leg. si insulam, numero trigesimo quinto, ff. de verborum obligationibus, Curtius in lege prima, numero decimo, ff. si quis in ius vocatus, in lege secunda, v. primo numero trigesimo quinto, ff. si certum petatur, Boerius consilio decimo quarto, numero nono. Gomezius in §. item si quis postulante, numero septimo. Iustituta, de actionibus, Cobarruvias in capite quamvis pactum, prima parte, §. quarto, numero sexto, Antonius Gomezius tomo secundo variarum, capite secundo, numero vigesimo, Abendaño in capite secundo prætorum, numero quarto, defendit rectè Rolandus consilio sexto, numero trigesimo secundo, libro primo, Sylvester verbo *iuramentum*, el quarto, numero vigesimo primo. Similiter ergo obligatus solvere cum iuramento præcisè solvere tenebitur, nec poterit compensare, quavis aliàs, si non iurasset, compensare, potuisset.

33 Probatum secundò, alio exemplo, nam receptum est compensationem opponi non posse adversus illum, qui depositum repetit, leg. penultima, C. de depositi, leg. fin. C. de compensationibus, cap. fin. §. sane de deposito, lege vigesima septima, titulo decimo quarto, parte quinta, ibi, *que el depositario de e tornar en todas quissas aquello, que recibio en guarda*, & hoc inquit, dict. lex Regia procedere nulla obstante compensatione, nam facta semel solutione depositi, quæ præcisè faciendâ est propter exuberantem depositi fidem, poterit postea à creditore petere: è despues de esso

puede el mover demanda por lo que le deve el que lo deposito en el: ergo idem dicendum erit ratione iuramenti propter eius maximam religionem, & fidem, qua tenetur præstare integrum debitum, vt non contraveniat, si enim hoc est speciale in deposito propter fidem, quam tenetur servare depositarius, à fortiori dicendum erit in iuramento propter fidem religionis, ubi Deus ipse in testem adducitur.

34 Probatum tertio, argumento desumpto ex text. in cap. debitores, & in cap. si verò de iure iurando: si enim is, qui solvere pecuniam promittit compensare possit, sequeretur eum, qui vsurario solvere vsuras cum iuramento promittit, vel latroni pecuniam, non teneri cum effectu solvere, sed posse compensare contra illorum iurium regulam: sequela ex eo probatur, nam, vt dicitur in lege tertia, ff. de compensationibus, ideò compensatio necessaria est, quia nobis interest potius non solvere, quam iam solutum repetere, at is, qui iuravit vsurario aliquid ultra sortem solvere, si illud solverit, poterit repetere, non obstante iuramento, ergo potest etiam antea compensare non solvendo, quasi anticipatè retinendo, quod statim repetiturus est.

35 Nec sufficere dicere vsurarium creditorem nondum esse creditorem, donec ei solutæ sint vsuræ, ideòque compensationi locum non esse, sed prius solvendas esse vsuras iuratas, vt satisfiat religioni iuramenti, nam etiam ante solutionem iam est debitori iniuria illata exigendo illarum promissionem, licebit ergo illam iniuriã compensare non solvendo realiter promissum, tum etiam, nam si illa promissio simpliciter facta esset sine iuramento ex vi iustitiæ, liceret cõpensationem facere non solvendo: ergo posset dari iusta compensatio anticipata, & consequenter si iuramentum non excluderet compensationem, liceret etiam in ea specie procul dubio.

36 Probatum quarto, ex decisione text. in capite ad nostram el primero de iureiurando, qui frequenter pro hac sententia allegari solet, ubi docemur, quod is, qui datis creditori pignoribus iuraverit se quantitatem sibi datam soluturum, adeò præcisè tenetur ad eius solutionem, vt non possit excipere, neque compensare, aut computare quantitatem fructuum perceptorum pignoris in principalem sortem, quamvis aliàs, si non intervenisset iuramentum, fructus essent in sortem computandi, aliàs contractus vsurarius esset lege prima, & secunda, C. de pignoratitia actione, capite primo, & secundo, capite conquestus de vsuris, capite cum contra de pignoribus, lege vigesima prima, titulo decimo tertio, parte quinta, in specie enim text. in dicto capite ad nostram debitor iuravit datis pignoribus pro illa quantitate nullum se creditori gravamen illaturum, donec ei pecuniam solveret, meritò ergo ratione iuramenti tenetur prius integram solvere pecuniam, iuxta decisionem etiam text. in dicto cap. debitores, de

iureiurando, & ita in specie text. in dicto capite ad nostram el primero, soluta per debitorem pecunia, & ad impleto iuramento poterit à creditore repetere quidquid deductis expensis creditor ultra sortem receperit ex fructibus pignoris, sicut de debitore vsuras iuratas solvente dicitur in dicto capite debitores, sic docet glossa in dicto capite ad nostram, in verbo *pecunia persolvatur*, recepta communiter teste Iafone in lege eum qui, §. si iuravero, numero quinto, ff. de iureiurando, Tindarus de compensationibus, articulo septimo numero decimo, Rolandus consilio decimo septimo, numero decimo quarto, libro primo, probantque in dicto capite ad nostram, Hostiensis, Innocentius, & communiter alij Affectis decisione 381. à numero secundo, Gregorius in dicta lege secunda, titulo decimo tertio parte quinta, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, prima parte, §. 4. num. 9.

37 In hac ergo opinionum controversia recte Canonistarum sententia, quæ contra Bartolum receptissima est, primò dicendum est, quod in foro conscientiæ totum pendet ex intentione iurantis, vt egregiè notavit Medina de restitutione, quæstione tertia, casu duodecimo. Si ergo is, qui iuravit solvere, intenderit verè & realiter solvere, nulla facta compensatione procul dubio postea compensare non poterit, id enim exigit iuramenti veritas, quæ licitè impleri potest, ergo servandum est. Repliat tamen Panormitanus in dicto capite ad nostram ad finem, tale iuramentum ea parte, qua est de non faciendo compensationem, relaxari posse, quia non videtur habere iustam causam ex parte exigentis, hoc tamen solū habebit locum, quando is, cui tale præstatur iuramentum, illud exigit in mutuo præstado, vel in alia simili occasione, quæ violentam, & iniuriosam exactionem continet; secus verò si fiat sponte, & merè liberaliter, nullamque contineat ex parte accipientis turpitudinem, neque relaxationis occasionem; in hoc sensu docet Franciscus Suarez ubi supra, numero nono, intelligendam esse communem opinionem Canonistarum.

38 Secundò dicendum est (& in hoc sensu posset Bartoli, & aliorum opinio procedere) quod is, qui iuravit solvere cum intentione referendi sibi potestatem compensandi, non tenebitur solvere, quod promittit, sed poterit compensare, etiam si verbis nihil expresserit, præter formalem solvendi promissionem. Ratio est, nam iuramenti religio non obligat nisi iuxta iurantis intentionem, neque peccabit etiam cum tali intentione iurando, nam licet in illis verbis non fiat declaratio compensationis, at verbum *dandi*, vel *solvendi*, capax est illius amplæ significationis, vt probant omnia Bartoli argumenta: si ergo iurantis intentio illo iuramento confirmatur, non plus obligat iuramentum, sequitur ergo quod ea intentione iurare non erit peccatum, quia nullam

continet iniustitiam; cum certum sit compensationem iustam esse, neque mendacium continet, cum verba iuramenti capacia sint huius significationis, imò & valde iuri conformis, nam compensatio secundum iuris communis regulas pro solutione habetur, dicta lege quarta, §. solviffe, ff. de re iudicata, lege prima, & per totum, ff. de cōpensationibus, is enim, qui promittendo iurat, potest sine peccato uti verbis iuxta iuris sensum.

39 Tertiò dicendum est, quod is, qui iurat simpliciter promittendo solutionem, pecunia tuta conscientia potest compensare, quod in eadem specie rei debita fieri potest, & rationalis causa intercedit, & debitum liquidum est, sic puto intelligendam esse Bartoli opinionem, & probant expressè Sylvester vbi supra Molina de iustitia, & iure, disputatione 560, & etiã Medina de restitutione quaestione tertia, casu duodecimo. Ratio est, nam verba iuramenti intelligenda sunt in sensu commodo iuramenti, ut potius restringatur, quam extendatur iuramenti obligatio, idque apertissimè procedit quando significatio verborum a iuri communi consentanea est, & nullam continet turpitudinem, aut iniustitiam, neque alia intentio colligi potest. Quocumque ergo modo gratia fiat, impletur iuramentum: verbi gratia, si recipiens mutuam pecuniam solvere iuraverit, rectè solutionis nomine quælibet satisfactio continetur, aliàs sufficiens ad tollendum debitum. Sicut ergo non tenetur solvere, si alter remiserit ea ratione, quia per illam remissionem tollitur debitum, ergo etiam subintelligitur omnis conditio tollens debitum, qualis est compensatio: ea ergo impleta conditione cessat omnis obligatio, idque apertè denotat text. in capite ex parte el segundo de clericis non residentibus, vbi qui iuravit residere, censetur implere iuramentum, etiam si sit absens propter ius præbendæ tuendum, quod non alia nititur ratione, nisi quia ea est iuridica verborum interpretatio, quæ quandam includit compensationem.

40 Neque in alio sensu defendi potest Bartoli decisio, imò nec pro ea facit text. à Bartolo allegatus in dicta lege si peculium la segunda, §. de illo, ff. de statu liberis, dum docet dandi conditionem, quæ aliàs in forma specifica debuit impleri, posse per æquipollens impleri, nam respondetur primò, quòd loquitur, & procedit favore libertatis, neque ad casum iuramenti extendi potest. Secundò respondetur, quòd licet regulariter procedat text. ille, adhuc nobis non obstat nam etsi iuramentum impleri debeat in forma specifica, sicut & conditio, negari tamen non potest quin magis in specie servandum sit iuramentum, quam conditio, nam religio iuramenti, quæ maior est, obligat præcisè ad factum, aliàs iuramentum de vno in aliud mutaretur, quod propria autoritate fieri non potest, ut testatur Felinus in dicto capite ad nostram. Secus verò est

in conditione, quam aliquando per æquipollens ad implere sufficit, ut notatur communiter in lege tertia: C. de institutionibus, & substitutio: sub conditione factis, & in lege si fundus in principio, ff. de conditionibus, & demonstrationibus: vbi conditio dandi pupillo, aut furioso facta solutione tutori, aut curatori impleta censetur.

41 Neque obstat secundò Bartoli fundamentum in lege tertia, versiculo *idem queritur*, ff. de statu liberis, vbi debitor à creditore solvere impeditus liberatur ab obligatione solvendi, nam procedit quando præcedit legitimum impedimentum quominus iuramentum impleatur, secus tamen quando impedimentum est voluntarium, sicut in specie, de qua loquimur, in eo scilicet, ut Bart. considerat, qui non solvit debitum, eò quòd sibi tantundem debeat, is namque debitor nullo coactus impedimento solvere potest, & sua pœnitus voluntate solvere desistit, & omnia alia fundamenta Bartoli non obstant, quoniam loquitur de simplici debitor, non verò de iurato, idè què non pertinent ad quaestionem nostram.

42 Vnde limitanda est superior doctrina contra Bartolum, ut procedat, quando debitor, qui iuravit solvere, potest solvere, eo enim casu tutior est opinio, ut solvat, secus tamen erit, quando debitor non habet aliàs unde solvere possit, eo enim casu optimè poterit compensare liquidum, & illud, quod aliàs de iure compensabile est sine metu periurij. Sic Afflatis decisione 163. numero tertio, & quarto, vbi docet, quod quando debitor non habet unde solvat, iudicaret secundum opinionem Bartoli, sequitur Gregorius in leg. vigesima, titulo decimo quarto, parte quinta, glossa prima, facitque pro hac doctrina text. in cap. brevi de iure iurando, vbi dicitur, quod difficultas excusat à periurio. Cobarruvias in capite quamvis pactum, secunda parte, §. quinto, numero quinto.

43 Sed iam redendo ad nostri text. materiam, oportet declarare priorem dubitandi rationem supra numero secundo adductam, ex qua difficilis redditur nostri text. decisio, dum docet iuramentum propria auctoritate in melius posse commutari, quod valde difficile est, ut statim apparebit; præcipuè cum text. noster loquatur de iuramento promissorio homini facto, quare in explicatione textus nostri mirè variant Doctores nostri.

44 Respondent Gofredus, & Ioannes Andreas, idèd textu nostro iurantem potuisse iuramentum propria auctoritate commutare, quia fuit factum super re illicita: sed manifestè convincitur, nam ex text. apertè colligitur licitum fuisse promissum, ut indicant illa verba (*qui in melius commutat*) & expressè contra Gofredum probant Panormitanus, Felinus, & Imola, & ratione patet: nam si iuramentum esset de re illicita, nullo modo esset obligatorium, nec vlla esset necessaria

saria commutatio: nec placet Panormitanus dicens text. nostri decisionem esse intelligendam iuxta decisionem tex. in cap. primo de voto: supponit namque etiam in text. nostro necessario præcedere debere superioris auctoritatem, ut tale iuramentum in melius commutetur, nam repugnat decisioni text. nostri, vbi sermo est de commutatione in melius facta propria auctoritate.

45 Quare alij dicunt, quòd tex. noster est intelligendus, quando commutatio propria auctoritate fit in melius bonum perpetuum, quale est professio in religionem, de qua loquitur D. Thom. & Caietanus secunda secundæ, quaestione 88. articulo duodecimo, ad primum, Soto de iustitia & iure, libro septimo, quaestione quarta, articulo tertio: & faciunt notata per Felinum in dicto capite ad nostram el primero, numero 12. de iureiurando, Nattam consilio 368. ea tamen interpretatio defendi non potest, non enim potest intelligi text. noster de commutatione facta in omnino meliori modo, quo fieri potest commutatio, imò nec placet aliorum interpretatio dicentium text. nostrum procedere in iuramento, & verò text. in dicto cap. primo de voto, procedere in voto, quasi votum non possit in melius propria auctoritate commutari, secus verò iuramentum, id enim est contra decisionem textus in capite Scripturæ de voto: neque in hac specie vllum est constituendum discrimen intervotum, & iuramentum promissorium.

46 Verius ergo videtur dicendum ex multorum sententia, textum nostrum esse intelligendum in omni voto, aut iuramento præstito in Dei obsequium, aut partis utilitatem (secundum aliquos) quod potest commutari in evidenter melius propria auctoritate, & Deo gratius, vel ipsi parti utilius, capite licet de regularibus, capite Scripturæ de voto, facit text. in capite secundo, & in capite ex publico de conversione conjugatorum, sentit Caietanus secunda secundæ, quaestione 88. articulo duodecimo, & in Summa verbo, *voti dispensatio*, in versiculo *ad commutandum*, Soto libro septimo de iustitia & iure, quaest. quarta, articulo tertio, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, prima parte, §. tertio, numero quarto, in versiculo, *ego verò*: quamvis Butrius, Panormitanus, in text. nostro auctoritatem prælati necessariam esse existiment: sequitur Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite sexto, §. primo ad finem, Sylvester verbo *votum*, 4. quaestione septima. Quando verò opus commutationis non est in evidenter melius, vel dubitatur, an melius sit, necessaria erit superioris auctoritas, ex D. Tho. secunda secundæ, quaestione 88. dicto articulo duodecimo, Paludano in quarta distinctione 38. quaestione quarta, Navarro in Manuali cap. 12. à num. 63. Hæc autem commutatio, quæ fit auctoritate superioris, fieri debet in bonum æquale, id enim petit commutationis natura ex Aristotele quinto Ethicorum, capite quarto, alioquin po-

tiùs dicenda esset dispensatio, Antoninus secunda parte, titulo primo, capite secundo, §. septimo, Sylvester verbo *votum*, 4. §. octavo, idèd què confessarius, qui virtute Bullæ facit commutationem, in melius, vel in æquale bonum facere tenebitur, nam aliàs potius diceretur dispensatio, quæ illis non est permessa, de quo Caietanus, & Navarro vbi supra.

47 Pro huius autem rei explicatione sciendum est, controversum esse, an prælati auctoritas semper sit necessaria ad faciendam voti commutationem in melius: in qua quaestione multi putant semper esse necessariam prælati auctoritatem. Sic Innocentius in textu nostro, & ibidem Ioannes Andreas in principio, Butrius numero quinto, Panormitanus numero secundo, Baldus, & Belamera numero secundo, Alexand. de Nebo numero septimo, & octavo, S. Bonaventura in quarta distinctione 38. articulo secundo, numero secundo, Sylvester verbo *votum*, 4. quaestione septima, & moventur varijs rationibus, quibus in ferius respondemus.

48 Receptior tamen videtur contraria sententia, videlicet ad commutandum votum in rem evidenter meliorem nulla opus esse superioris auctoritate. Sic probant Imola in text. nostro numero secundo, Angelus verbo, *votum*, 4. numero secundo, Caietanus secunda secundæ, quaestione 88. articulo duodecimo, & in Summa verbo, *votum*, cap. fin. in versiculo *rationabilis autem*, Soto libro septimo, de iustitia & iure, quaestione quarta, articulo tertio, in versiculo, *at de commutatione*, Navarro in Manuali latino cap. 12. num. 75. Aragon secunda secundæ, quaestione 88. articulo 12. dubio primo, dicto primo, Cobarruvias de pactis prima parte, §. 3. numero quarto, in versiculo, *ego verò*, Cordoba quaestione 149. Medina libro primo Summæ, cap. 14. §. 7. regula secunda, Gratius prima parte decisionum libro secundo, capite 30. numero primo, & numero quinto, Gomecius in Bulla Cruciatæ, clausula decima, num. 112. Manuel Rodriguez tomo secundo Summæ, capite 100. numero quarto, conclusione quarta, Azorius tomo primo moralium, lib. 11. cap. 18. quaestione prima, Valentia secunda secundæ, disput. sexta, quaestione sexta, puncto septimo, in versiculo, *hac ipsa ratione*, Sayrus in clavi Regia lib. 6. cap. 12. numero quinto, Lessius libro secundo, de iustitia & iure, cap. 40. dubio undecimo, numero 87. Petrus de Ledesma tomo secundo Summæ, tractatu decimo, capite octavo ad finem, in versiculo, *resta tratar de la conmutacion*, Enriquez libro quinto de pœnitentia cap. 20. num. 5. & lib. 7. de Indulgentijs, cap. 30. num. 5.

49 Quæ sententia, quæ procul dubio receptissima est, apertè probatur in illis verbis textus nostri, *promissum non infringit, qui illud in melius commutat*, & in cap. Scripturæ de voto, *reus fructi non aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis observantiam commutare*, non

non alia ratione nisi quia commutatio fit in evidenter maius, & ex capite licet de regularibus, ubi licentia petita et si non obtenta, licet transitus a laxiori ad strictiorem religionem, qua in commutatione nullatenus intervenit licentia superioris, sed potius velit, nolit, licitus est transitus.

50 Probatur secundò, ex decisione text. in capite primo de voto, ubi dicitur ex arbitrio prælati pendere, an quando promissa est peregrinatio, sit hæc, vel illa melior compensatio, & Deo gratior attentis circumstantiis personæ, loci, & temporis. Constat ergo hoc prælati arbitrium in solo casu dubio locum habere: nam si res sit evidenter melior, arbitrium prælati non erit necessarium, ut rectè ex illo text. colligitur.

51 Dicitur ergo est, oportere excessum materiæ subrogatæ esse evidentem, nam si res dubia est, nullo modo poterit fieri commutatio propria autoritate, ut præter iam relatos supra numero 46. probat text. in dicto capite primo de voto: & ratio est, nam in dubio melior est conditio possidentis. Cum ergo Deus ratione voti possideat, solvenda est illi materia promissa in propria specie, qua ratione Deus inquisitum est, sic expressè Caietanus secunda secundæ, quæst. 88. articulo duodecimo, cum adductis supra dicto num. 46.

52 Unde fluit, quod ad huiusmodi commutationem faciendam propria autoritate non sufficit moralis excessus materiæ subrogatæ cum sola certitudine opinionis probabilis, sed necesse est, ut excessus sit evidens: nam et si hæc probabilis opinio sufficiat aliàs ad rectè operandum, non tamen est sufficiens ad solvendum vnum pro alio, cum non constet de voluntate creditoris. Tum etiam quoniam hic assensus opinatibus nõ ostendit evidentiam excessus, sed solam probabilitatem, quæ sola probabilitas non sufficit, ut creditor sua possessione privetur, ideòque omnes allegati Doctores dicunt, excessum debere esse manifestissimum, fatètur ergo non sufficere probabilem.

53 Neque obstat contrariæ sententiæ primum fundamentum, ex cap. fin. Levitici: *Animal autem, quod immolari potest domino, si quis converterit, Sanctum erit, & mutari non poterit, nec melius in malum, nec peius in bonum*: nam respondetur legem illam Levitici fuisse ceremonialem, ideòque hodie trahendam non esse, ut respondet Suarez tomo 2. de Religione, lib. 6. cap. 18.

54 Neque etiam obstat text. in capit. licet de regularibus, ubi dicitur, non licere professo transire ad religionem strictiorem, nisi petita superioris licentia, quamvis sit in evidenter melius; nam respondetur text. illum potius esse pro nostra sententia, nam expressè docet sufficere petere licentiam, et si non obtineatur: probat ergo in ea commutatione non esse licentiam superioris necessariam, si quidem velit nolit superior, licitus

est transitus, imò specialiter exigitur ea licentia petita à iure, ne temere, & leviter in prioris religionis detrimentum transitus ad aliam fiat, & ita etiam constat text. in dict. cap. primo de voto, non rectè in contrarium allegari.

55 Neque etiam obstat dicere, quòd ieiunium à lege, vel in sacramentali: poenitentia in iunctum non possit in melius propria autoritate commutari, nam respondetur, materiam lege, aut poenitentia præscriptam neminè posse sibi mutare, nam talis obligatio non à sua, sed à voluntate superioris emanavit, quod multo diversum est in voto.

56 Sed an hæc commutatio fieri possit propria autoritate voventis in evidenter æquale, dubitari solet, & posse putant Medina, Henricus, & alij supra relati: & moventur ex ratione, nam cum utraque materia sit æque grata Deo, nihil refert utra earum eligatur, imò Deus electioni consentire videtur; certum enim est quòd utrunque opus absq; voto factum æque placeret Deo, & æque illud acceptaret, si à principio promissum esset, ideòque eam sententiam valde probabilem docet Aragon secunda secundæ, quæst. 88. art. 12. dubio primo, dicto tertio, Suarez tomo secundo de Religione, libro sexto de voto, cap. 20. numero quarto, Alcocer in Summa cap. 16. conclusione sexta, Lessius de iustitia, & iure, libro secundo, cap. 40. dubio 11. num. 91. quamvis contrarium probabilius putent, addunt tamè Lessius ubi proximè, & Vivaldus in candelabro Sacramentorum, tertia parte, capit. 14. num. 15. hoc fieri posse confessoris autoritate.

57 Ego verò multò verius esse puto commutationem in æque bonum propria autoritate fieri non posse, sed necessariam esse prælati autoritatem, quoniam cum talis commutatio non sit in evidenter melius, à Deo Optimo Maximo acceptari certum non est, nulla enim in ea acceptatione elucet utilitas: ergo oportet intercedat prælati autoritas interpretantis vice Dei voluntatem divinam, imò data materiæ æqualitate materia promissa excedit, nam ad cultum Dei spectat perseverantia in priori voluntate, si aliquid melius loco illius non præstetur, quo possit compensari recessus à priori voluntate Deo oblata. Unde facile diluuntur fundamenta contraria: nam supposita priori promissione non apparet materia Deo æque grata, ideòque hanc sententiam probant Caietanus secunda secundæ, quæstione 88. articulo 12. Soto libro septimo de iustitia, & iure, quæstione quarta, articulo secundo, in versiculo, *at verò quando in dubio*, Cobarruvias in capit. quamvis pactum, prima parte. §. 3. num. 4. in versiculo, *est enim prælati*, Cordoba quæstione 149. Toledo libro quarto Summæ, capit. 18. num. penultimo, Gratius prima parte decisionum, capite 30. numero sexto, Ledesma tomo secundo Summæ tractatu decimo, capite octavo, in fine, 3. p. Azorius tomo primo moralium, lib. 1. cap. 18. Say-

Sayrus in clavi Regia libro sexto, cap. 12. num. 8. Suarez dicto libro sexto de voto, capite decimo nono, num. 3.

58 Et ideò neque confessarius poterit hanc commutationem facere in bonum æquale, nisi habeat delegatam potestatem ad commutandum, nam confessarii ordinaria potestas solum extenditur ad forum poenitentiae, ad quod nulla pertinet potestas dispensandi, aut commutandi, sed ad Ecclesiæ gubernationem in foro externo, & sic tenent Doctores allegati in præcedenti, & in terminis Suarez dicto capite decimo nono, numero sexto.

59 Neque obstat secunda difficultas, argumenti adducta in principio, supra numero secundo, in confirmationem rationis dubitandi ex decisione text. in dict. cap. commissum de sponsalibus, ubi dicitur, quod si quis iuret matrimonium cum certa muliere contrahere, non potest antea religionem profiteri, quam iuramentum impleat quamvis religionis professio sit evidenter melior, & idem est, quod dicitur in capite per tuas de voto, ubi et si status Episcopalis sit excellentior monachali, is tamè, qui voverat religionem, tenetur priùs votum implere, quam Episcopatū acceptet.

60 Occasione horum iurium dubitari solet, an promittens homini simpliciter, vel cum iuramento aliquid se in eius utilitatem facturum, possit eo non impleto ad religionem transire sine consensu creditoris, & Panormitanus in tex. nostro numero secundo, quem sequitur Alexand. de Nebo numero octavo, & nono, existimat non posse, eò quòd invito creditore aliud pro alio, etiam si sit melius, solvi non potest.

61 Dicendum tamen est, posse etiam iuramento non impleto ad religionem transire: verbi gratia, si quis iuravit se aliquos ad tempus dicturum, vel aliquod facturum, potest ante executionem religionem ingredi, hæc sententia solet probari ex illo axiomate text. nostri, quod non videtur iuramentum infringere, qui in melius commutat, ex textu nostro: hæc autem non est legitima huius doctrinæ ratio; nam hoc axioma procedit in voto, aut iuramento Deo soli præstito, secus verò quando præstitum est in favorem tertij, ut copiosè ostendit Sancius libro secundo moralium, libro tertio, capite vigesimo primo per totum.

62 Est ergo huius doctrinæ vera ratio, nam specialiter religionis favore receptum est, quod in his promissis inest tacita conditio, nisi transitus ad religionem placeat, sic docet Glossa in capite præterea, verbo *funditionibus* §. 1. distinctione, Speculator titulo de statu Monachorum, §. qualiter concipet, quæstione 28. numero trigesimo quarto. Hostiensis in Summa titulo de obligatis ad ratiocinia, §. penultimo, numero quinto, & in capite unico eodem titulo ad finem, ubi Batrius numero decimo quinto, Panormitanus numero octavo, Paludanus in quarta distinctione

38. quæstione tertia, articulo secundo, numero 15. & quæstione quarta, articulo primo, numero 16. conclusione septima, Antoninus secunda parte, titulo undecimo, capite secundo, §. primo, & tertia parte titulo decimo sexto, capite secundo, §. tertio, Sylvester verbo *Religio* 2. quæst. quarta, & quæstione huinta, Azorius dicto libro undecimo moralium, cap. 5. quæst. 4. & lib. 12. capite 1. quæst. 4.

63 Remanet autem dubium, an promittens in prædicta specie, qui ante implementum ingreditur religionem, teneatur ex bonis suis interesse refarcire creditori, & teneri probant Angelus verbo *Religiosus*, numero nono, Sylvester verbo *Religio* 2. quæstione quarta, ex autoritate Paludani in quarta distinctione 38. quæstione 4. articulo primo, numero 16. conclusione septima, ubi docet monasterium teneri ad interesse obsequij promissi, si in aliquibus bonis professi succedat.

64 Ego verò existimo in prædicta specie religionem professum non teneri ad interesse; neque ad damna, ut expressè sensit Paludanus in quarta distinctione 38. quæstione tertia, articulo secundo, num. 15. Antoninus secunda parte, titulo 11. capite secundo, §. primo ad finem, & moveor, quoniam tali promissioni tacita inest conditio, nisi transitus ad religionem eligatur, eoque transitu electo nihil debetur, cum obligatio promissionis poenitus extinguantur, quasi cessante conditione, quasi talis conditio expressa esset in contractu.

65 Neque obstat ratio contraria, videlicet si volens religionem ingredi alicui pecuniam promississet, tenetur solvere, aliàs tenebitur monasterium in eius bona succedens, idem ergo dicendum est de cuiuscumque obsequij promissione: nam respondetur quòd pecuniarum promissio nullatenus impedit transitus ad religionem, ideòque ei non inest illa tacita conditio, obligatio vero alicuius obsequij potest ingressum religionis impedire, & ideò illi promissioni tacita illa promissio inesse videtur.

66 Remanet autem dubitatio, quæ deducitur ex decisione textus in dicto capite commissum de sponsalibus, ibi: *Tutius est ei religione iuramenti servata priùs contrahere, & postea si elegerit ad religionem migrare*. In eo enim est dubitatio, an ex vi iuramenti priùs teneatur contrahere, quam possit religionem ingredi, nam verba textus indicant nullam inesse talem conditionem, nisi transitus ad religionem eligatur, & consequenter is, qui iuravit sponsalia, priùs tenetur contrahere, ut fides iuramenti servetur; & partem affirmativam probat Ricardus in quarta distinctione vigesima nona, articulo secundo, quæstione quarta, Navarro in capite non dictatis, quæstione prima, numero tertio, Maiolus libro primo, de irregularitate, capite trigesimo quarto, numero sexto, Vega libro primo Summæ casu 389.

67 Receptior tamen est sententia dicentium, posse ad religionem transire non contracto matrimonio: quam probant glossa in dict. cap. commissum, verbo *Tutius*, & ibidem Innocentius numero primo, Ioann. Andreas numero sexto, Butrius numero nono, Panormitanus numero quarto, Alexand. de Nebo numero nono, & decimo, Angelus verbo *iuramentum* 4. numero tertio, Sylvester verbo *iuramentum*, 3. quaestione quinta, Navarro consilio sexto, libro tertio sub titulo de voto, Cobarruvias in 4. secunda parte, cap. 5. in principio numero vndecimo, Antonius Cuchus libro quinto institutionum, titulo decimo, num. 57. Ledesma de matrimonio, quaestione 43. art. 3. dubio primo, difficultate secunda, & relati à Cordoba quaest. 136. ad finem, Enriquez lib. 11. de matrimonio, cap. 13. num. 3. & cap. 14. num. 3. Et probatur primò, quia iuramentum fortitur naturam, & conditiones actus, cui adhaeret, argumento tex. in cap. quemadmodum, de iur. iurando, leg. fin. C. de non numerata pecunia, adeo ut conditio tacite in promissione inclusa etiam includatur in iuramento: sed promissioni matrimonij inest tacita conditio, nisi promittens religionem elegerit, ergo similiter in iuramento, & ideò cum ingrediens religionem conditionem impleat, nullatenus dicitur periurus.

68 Neque obstat text. in dicto capite commissum, cui variè respondent Doctores, Innocentius ibidem, Felianus, & Panormitanus, uterque numero secundo, dicunt text. illum loquutum de iuramento praestito in gratiam alterius, & ideò commutationem locum non habere, etià in melius, nisi parte satisfacta. Sed manifestè con vincitur ex dictis in illo qui religionem elegerit, sicut enim matrimonio contracto, & nondum consummato licet ad religionem transire, capite unico de voto, libro sexto, capite ex publico de conversione coniugatorum, à fortiori poterit antequam contrahat, ut vitetur circuitus, Clementina, Auditor, de rescriptis.

69 Quare respondent Panormitanus, & alij iam relati text. in dicto cap. commissum, non dixisse prius esse contrahendum matrimonium necessariò, sed tutius esse, quasi verbum, *Tutius*, nò inducat praecipuum, sed consilium, ut putat Sylvester verbo *matrimonium*, 7. quaestione quinta, & relati à Cobarruvias de sponsalibus, prima parte capite quinto, in principio, numero vndecimo, addentes Pontificem non dixisse tutius esse antea matrimonium contrahere attempta rei veritate, sed secundum vulgi opinionem credentis illud esse perijurij reum: sed convincitur, nam Pontifex non fuit interrogatus de falsa vulgi opinione, sed quid revera agendum esset. Nec dicendum est falsam vulgi opinionem decisionem causam dedisse: quare melius respondent Cobarruvias, Antonius Cuchus, Ledesma, & alij allegati, quod in specie text. in dicto cap. commissum, ille, qui iuravit sponsalia nondum de religionis ingressu de liberat, ut indicant illa text. verba, & postea si

elegerit, quae denotat nondum animo statuisse, & ex alia parte instabat tempus sponsalia implendi, quo iuramentum obligabat, & ideò rectè dixit Pontifex, tutius esse statim matrimonium contrahere, ne termino transacto in perijurium incideret, & contracto matrimonio bimestre superest ad deliberandum de religionis ingressu.

70 Sed ille casus est in difficili, si quis sponsalia iuravit, & postea se voto castitatis adstrinxit, an possit licite matrimonium contrahere retentò suo animo ingrediendi religionem ante consummationem: & posse probat Butrius in dicto capite ex publico numero nono, Enriquez in dicto capite commissum numero octavo, Alexand. de Nebo numero nono, & decimo, Ledesma de matrimonio quaestione 53. articulo primo, dubio primo, post secundam conclusionem: quae sententia valde probabilis est; & moventur primò ex text. in dicto capite commissum, vbi dicitur tutius esse ei, qui sponsalia iuravit, contrahere ante religionis ingressum, & constat eum voville castitatem ex illis verbis: *privata lege dicitur auferri melioris vita suspirat*, votum enim privata lex est. Responderi tamè potest, quòd in specie text. in dicto capite commissum falso supponitur religionis votum emissum fuisse, ut glossa ibidem testatur, & alij multi, quos statim allegabimus, & indicant illa verba text. *postea si allegaverit religionem*, quae apertè denotant nondum vovisse, imò nec animo firmasse religionis ingressum. Neque obstat verbum, *privata lege*, nam Glossa, & Holbius ibidem, verbo *lege*, se remittunt ad text. in cap. licet de regularibus, vbi simile verbum reperitur, & constat non accipi pro voto, imò ibidem Glossa verbum illud *privata lege*, explicat, id est, amore, & charitate Dei.

71 Moventur secundò, nam sic contrahens non agit contra votum castitatis, aut religionis, utrumque enim solum obligat ad non contrahendum animo consummandi, aliàs nunquam liceret eo animo contrahere absque dispensatione voti. Sed respondetur, quòd hæc ratio solum concludit non esse omninò contra votum, est tamen aliquo modo contra votum, eiusque dignitati valde derogat, ut statim dicitur.

72 Moventur tertio, nam sic contrahens nullam alteri irrogat iniuriam, cum iure suo utatur, quod habet ingrediendi religionem ante consummationem, & æqua sit utriusque coniugis conditio. Sed respondetur fatendo, quòd iure suo utatur quando bona fide contrahit non impediens instinctum spiritus, quo casu contractus erit ex utraque parte æqualis, secus quando dolosè, & non animo consummandi contrahit, non enim servatur æqualitas, nam foemina bona fide nubit.

73 Puto ergo veriore esse contrariam sententiam, videlicet in prædicta specie non esse licitum contrahere matrimonium propter votum religionis postea emissum: Primò, nam manifestò periculo exponitur contrahens mutandi animi, &

& violandi votum religionis. Secundò, quia negari non potest quominus aliquo modo derogetur dignitati voti religionis matrimonium contrahere, cum absolute iure cautum sit talia vota impedire matrimonium contrahendum, capite rursus, capite consuluit, capite insinuante, qui clerici, vel voventes. Tertio, quia non parum rectè rationi repugnat, quòd quis alteri tradat sui corporis potestatem, & ad id se obliget non habens animum adimplendi. Quarto nam is, qui eo animo contrahit, videtur illud dare Sacramentum, & gravem puellæ iniuriam infert, quæ aliàs sciens animum non nupsisset, imò & eo modo cogitur carere nuptijs donec ipse profiteatur, & forsitan non levi nota afficietur, existimabit enim aliquis illam ob aliquod vitium desertam fuisse.

74 Quare meritò hanc sententiam probant glossa in dicto capite commissum, verbo *Tutius*, & ibidem Ioannes Andreas numero tertio, & in additionibus ad Speculatorem, titulo de conversione coniugatorum ad finem, Antonius Cuchus libro quinto institutionum, titulo duodecimo, numero vigesimo, Manuel Rodriguez tomo primo Summæ, in secunda editione capite 264. imò adstrictum castitatis voto eo animo contrahentem letaliter peccare probant Ricardus in quarta distinctione trigesima octava, articulo septimo, quaestione prima ad finem, Antoninus tertia parte, titulo primo, capite quarto, Sylvester verbo *matrimonium* 7. quaestione quinta, dicto 2. Soto in quarto distinct. trigesima octava, quaest. secunda, articulo primo, in versiculo *contra primam conclusionem*, Navarro in Manuali capite vigesimo secundo, numero 73. & capite decimo sexto, numero trigesimo, Cordoba quaestione 136. puto secundo, Enriquez libro duodecimo de matrimonio, cap. 2. num. 8. Vega lib. 6. Summæ casu 41. puncto primo.

75 Si tamen is, qui iuravit sponsalia eo prætextu virginem defloravit, verius est non posse religionem ingredi, imò illam ducere tenetur, ut probat Navarro consilio 6. lib. 3. sub titulo de voto in prima editione, vbi docet promittentem matrimonium posse religionem ingredi, cavere tamen debere ne foemina sequatur infamia, sentiens illicitum esse ingressum, vbi talis sequeretur infamia, dicens hanc esse Iurisperitorum, & Iurisconsultorum sententiam, Enriquez lib. 11. de matrimonio, capite 13. numero tertio, litera K. Cordoba dicta quaestione 136. & ratio est manifesta, nam moraliter loquendo nequit aliter iniuriam rescire, ad quod persona alligata est vinculo iustitiæ.

76 Nec placet aliquorum opinio dicentium adhuc posse religionem ingredi non contracto matrimonio, & moventur exemplo eius, qui debitis adstrictus est, is namque, si brevi non est solvendo, poterit nihilominus ingredi religionem, & eodem modo dicunt in prædicta specie, aliàs tenebitur virgini satisfacere, cuius opinionis fun-

damentum deducitur ex sententia D. Thom. secunda secunda, quaestione vltima, articulo sexto ad tertium, sed puto non rectè allegari, nec Divum Thomam ad nostram speciem posse applicari, nam diversus est casus: persona enim hominis libera est, nec præcisè tenetur ad solvenda debita, imò bonis cedendo satisfacit, neque amplius ex præcepto iustitiæ obligatur, quæ ratio omninò cessat in specie nostra: nam quando quis iuravit sponsalia, & virginè sub illa specie defloravit, nò bona illius sunt quæ verè solum tenentur, sed eius persona vinculo iustitiæ adstringitur.

77 Vnde infertur, quòd idem dicendum esset, quamvis copula non esset sequuta, si tamen notabilis famæ iactura pateretur foemina culpa promittentis matrimonium, quo casu procul dubio etiam ante ingressum teneretur contrahere, non enim aliter posset commode irrogata infamia resciri, imò idem erit si esset vidua honestæ famæ, & id probant Doctores relati ex eisdem argumentis.

78 Cum autem certum sit commutationem voti, & iuramenti facti in solius Dei honorem posse commutari in melius, secus verò facti in favorem tertij eo non consentiente, non leve dubium est, an habeat locum dispensatio, aut commutatio in iuramento promissorio, vel voto facto in favorem tertij in ea specie, quando quis Deo promisit se daturum certæ Ecclesiæ calicem: verbi gratia, aut certo pauperi elemosynam, & non habere locum dispensationem, aut commutationem quasi ex peculiari iure alteri quaesito, sentit Antoninus secunda parte, titulo vndecimo, capite primo §. final. in versiculo *de temporali substantia*, Sarmiento libro de redditibus quarta parte, capite tertio, numero tertio, & quarto, & in defensorio prima parte, monitorio 71. vbi docet ex voto Ecclesiæ facto acquiri ius Ecclesiæ, posse tamen Pontificem id votum commutare, si respiciant utilitatem Ecclesiæ, & non aliter, at quando locus pius esset indeterminatus, ait posse Papam etiam contra voventis voluntatem habere arbitrium.

79 Contrarium verò, scilicet talem dispensationem, vel commutationem à prælatis Ecclesiæ fieri posse, sine consensu illorum, in quorum utilitatem cedunt iustar aliorum votorum, quæ in solius Dei honorem fiunt, probat Guillelmus in quodlibeticis tomo 2 tractatu 11. quaest. 3. Angelus verbo *votum* 3. num. 26. Sylvester verbo *votum*, 4. quaest. 7. Navarro in Manuali Hispano, & Latino, cap. 12. num. 78. & in tractatu de redditibus in nova editione quaest. 1. monitorio 60. & in Apologia de redditibus, quaestione prima, toto monitorio 71. Gratias prima parte decisionum, libro secundo cap. 30. num. 11. & num. 12. Tapia in Authentica ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesijs in principio, numero decimo quarto, Ledesma tomo secundo Summæ, tractatu decimo, cap. 8. Manuel Rodrig. quaestionum Regularium tomo 1. quaest. 63. articulo quarto, Lessius li-

bro secundo de iustitia, & iure, capite quadragesimo, dubio vndecimo, numero 90. & capite 42. dubio duodecimo, numero quinquagesimo octavo. Sayrus in clavi Regiæ libro sexto, capite vndecimo, num. fin. Azorius tomo primo institutionum libro vndecimo, cap. 19. quæst. 12. Suarez tomo 2. de Religione, libro sexto, de voto, cap. 15. à num. 3.

80 Quæ sententia verior est primò, nam huiusmodi vota, de quibus loquimur, principaliter Deo, & in eius honorem fiunt, ipseque propriè creditor est, adeò vt Ecclesia pauperve solum designetur, quasi materia, circa quam is cultus sit Deo exhibendus, ergo ad illa revocanda per dispensationem, aut commutationem sufficit sola auctoritas prælati vicem Dei gerentis, sicut in alijs votis factis, & cedentibus in solius Dei favorem.

81 Probatur secundo, nam vt rectè probat Sancius tomo secundo de Religione libro quarto, capite vndecimo, numero decimo nono, non competit illo loco pio ius aliquod conpellendi per modum actionis, sed sola utilis actio implorandi iudicis officium, vt votentem compellat ad exequendum votum: quando ergo solum competit officium iudicis, non dicitur habere ius ad rem, vt in fratribus minoribus, qui ad legatam illis relictam solvenda iudicis officium implorare possunt, quamvis ad illa nullum habeant ius ad rem adquisitum.

82 Probatur tertio, nam certum est omnia vota realia commutari in professionem religionis, quod non fieret si ius tertio quæsitum esset, sicut nec debita commutantur. Et confirmatur: nam ea quæstione, an donatio facta causæ piæ ad eius irrevocabilitatem acceptationem exigat, verior tenet sententia acceptationem necessariam esse, quoniam talis acceptatio non solum desideratur iure civili, sed etiam ex ipsa donationis, aut promissionis natura, neque alio modo confectur promittens se velle obligari, vt egregiè, rectèque ad utramque partem disputata quæstione, & multis Doëtoribus adductis probat videndus Sancius libro primo de matrimonio, disputatione sexta, per totam, præcipuè numero decimo, & decimo sexto, cum multis sequentibus, vbi magis receptum probat, neque etiam locis pijs ius adquiri ex donatione ante acceptationem.

83 Hanc tamen sententiam limitat Azorius vbi suprâ numero septimo, vt intelligatur, quando promissio voti in solum Deum dirigitur: verbi gratia, *promitto Deo me daturum calicem tali Ecclesie, aut tali pauperi*, secus verò si promissio fiat, ita vt in Ecclesiam, vel talem pauperem dirigatur: verbi gratia, *promitto tali Ecclesie, vel tali pauperi*, quo casu quamvis votum factum sit in absentia, non poterit à prælato dispensari, aut commutari eo invito, cui factum est, nam loco veri creditoris habetur.

84 Hæc tamen Azorij limitatio retentur

ta superiori doctrina defendi non potest, nam ex promissione facta causæ piæ nullum ante acceptationem acquiritur ius, & ideò illud votum manet tanquam soli Deo factum, dum Ecclesia, aut pauper nondum acceptarunt, nam vt ius irrevocabile causæ piæ adquiratur more humano necessaria est acceptatio, & ita in specie probant Tabiena verbo *dispensatio*, quæstione duodecima numero decimo quarto, Ludovicus Lopez prima parte in Iustorij, capite 49. versiculo penultimo. dicentes tunc adquiri ipsi Ecclesie ius ex promissione, quando ipsa sciens acceptat, & non ante, nisi coram testibus, & in publico instrumento fiat, Suarez dicto capite decimo quinto, numero secundo, Lessius libro secundo de iustitia, & iure, capite 40. dubio 14. num. 90. & cap. 42. dubio 12. num. 8.

85 At verò quando huiusmodi vota, de quibus loquimur habent quoque promissionem factam tertio, & ab eo acceptatam, manifestum est ea vota non subdici potestati prælatorum ordinariæ nec dispensari, aut commutari poterunt absque illustri consensu. Ratio est, nam tunc transit in contractum, & tertio ius acquiritur, quod ipso invito remitti non potest, & hoc verissimum est ex consensu omnium Doctorum.

86 Quando verò dicatur promissio soli Deo facta, an etiam homini, rectè ostendit Caietanus tractatu vndecimo, quæstione tertia de voto. Suarez dicto capite decimo quinto, numero secundo. docentes id pendere ex intentione votentis, quæ ex verbis poterit, colligi: nam si dicat *promitto Deo me daturum tali pauperi, aut Ecclesie*, censetur soli Deo facta promissio, nam eo casu nullus cum tertio initur contractus, sed tota promissio Deo fit, est ergo pauper solum obiectum circa quod versatur obsequium, Deo promissum: si verò promissio dirigatur ad ipsum pauperem: verbi gratia, *promitto Deo me sibi daturum*, tunc utrique facta apparet promissio, vt expendit Lessius dicto dubio vndecimo, dicto numero 90. vnde acutè putat Sancius tomo secundo moralium libro quarto, capite quadragesimo primo numero decimo quarto, ad finem, quod in primo casu quando dixi, *promitto Deo me daturum tali pauperi*, quamvis pauper ille esset præsens, & acceptans, eius acceptatio non impediet commutandi facultatem, eò quod nullum ius acquirit ex tali promissione, quæ soli Deo, & non sibi facta est.

87 Sed his omnibus obijci potest, nam si votum, vel promissio iurata possit propria auctoritate in melius commutari, sequeretur dicendum, quod si is, qui religionem vovisset, esset in Episcopum eiectus, possit Episcopatum acceptare, antequam religionem profiteretur, consequens est falsum, ergo sequela. Probatur, nam status Episcopalis excellentior est monachali, licet monachalis sit securior, vt in capite nisi cum pridem, paragrapho nec putes de renunciatione, capite licet, versiculo *illa*, de regularibus, glossa in capi-

te sancta quippe secunda, quæstione septima, D. Thomas secunda secundæ, quæstione 182. articulo primo; adeò vt non defuerint, qui dicere auserint votum non acceptandi Episcopatum, quale est in religione Societatis, non esse validum, quos refert, & impugnat eruditè Franciscus Suarez tomo quarto de Religione, libro sexto, de professione, quæ in Societate fit, cap. octavo à numero sexto.

88 Minor autem probatur manifestè: nam textus in capite per tuas, expressè decidit, quòd is, qui promissit religionem, non potest Episcopatum acceptare, antequam votum adimpleat; ergo non potest fieri in melius commutatione superioris auctoritate. Sed respondetur omiffis varijs solutionibus Panormitani in dicto capite per tuas, à numero quinto, Caietani secunda secundæ, quæstione 189. articulo tertio, quòd vt votum possit commutari in melius auctoritate propria, necesse est vt illud, in quod commutatur, sit ex omni parte evidenter melius, & Deo gratius, vt in dicto capite Scripturæ de voto: si verò dubitetur, necessaria est superioris auctoritas ad commutationem, vt in capite primo de voto, cum alijs, quæ suprâ adnotavimus. Quamvis ergo status Episcopalis ex sua parte monachali excellentior sit, ex parte tamen acceptantis dubium est, an sit Deo gratius illius acceptatio, argumento textus in capite Sancta quippe secunda, quæstione septima, si quidem Episcopalis dignitas continet omnes etiam magis viribus formidandum, vt dicitur in Concilio Tridentino Sessione sexta, de reformatione, capite primo, ideòque illud appetere non licet, vt in capite qui Episcopatum octavo, quæstione prima, Divus Thomas secunda secundæ, quæstione 185. articulo primo, & ideò in dicto capite per tuas, rectè dictum est non licere volenti religionem ante implementum voti acceptare Episcopatum propria auctoritate.

89 Idque apertè declaratur ex doctrina Divi Thomæ secunda secundæ, quæstione 185. articulo secundo, ad tertium, vbi sic ait: *Accipere Episcopatum non est de se necessarium ad salutem, sed sine necessitate ex superioris præcepto, his autem, quæ sic sunt necessaria ad salutem, potest aliquod impedimentum licitè apponere antequam fiat præceptum.* Vbi expressè loquitur de voto non acceptandi Episcopatum, & ideò statim ait: *Qui autem votum emittit de non suscipiendo Episcopatu si per hoc intendit se obligare ad hoc, quod nec per obedientiam superioris prælati accipiat, illicitè vovet; si autem intendit ad hoc se obligare, vt quantum est de se Episcopatum adquirat, nec suscipiat, nisi imminente necessitate, licitum est votum, quia vovet se facturum, quod hominem facere decet.* Et tandem quodlibeto quinto, articulo vigesimo secundo, generaliter sentit, melius esse non acceptare Episcopatum quando non adest necessitas ex parte præcipientis: & sequitur Ricardus quodlibeto tertio, quæstione

vigesima prima, Sylvester verbo *electio* primo, quæstione decima nona, & quæstione vigesima, Soto libro decimo, de iustitia, & iure, quæstione secunda, articulo secundo, Caietanus secunda secundæ, quæstione 185. articulo secundo, ad tertium, Antoninus tertia parte, titulo vigesimo, §. sexto, Cordoba quæstione 154. sequitur ergo, quod etsi Episcopalis status ex se sit excellentior monachali, an verò sit melius, vel gratius Deo respectu acceptantis, certum non est, ideòque rectè dictum est in dicto capite per tuas, propria auctoritate religionis votum non esse in Episcopatum commutandum, idque apertè denotat Divus Augustinus libro decimo nono, de Civitate Dei, capite decimo nono, vbi si non cogat necessitas, orationi potius vocandum esse docet, quam Episcopatum acceptare. Et ea ratione Gregorius prima parte in Pastoralis capitulo sexto, laudat humilitatem eius, qui culmen regiminis ex corde fugit, & habetur in capite in Scripturis 8. quæstione prima, & sunt notabilia verba Imperatoris in lege si quemquam 39. C. de Episcopis, & Clericis, ibi: *Tantum de ambitu debet esse sepositus, vt quaratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi.* Suntque innumera patrum exempla, qui fortiter dignitatem Episcopalem recusarunt, de quibus Hieronymus in prologo ad Marcum, Pallas in sua historia capite duodecimo, Socrates libro tertio historiae, capite decimo octavo, Sozomenus libro sexto, cap. trigesimo, & lib. 8. cap. 19. Nicephorus lib. 13. cap. 17. Vicatius in speculo historiali lib. 22. cap. 13.

90 Secunda pars nostræ conclusionis suprâ in principio adducta numero primo probat, quod non teneatur vinculo iuramenti is, qui promissit, si alter ex parte sua non adimpleverit: ratio est, nam iuramentum sequitur, & confirmat naturam contractus, cui adhæret, vt in lege fin. C. de non numerata pecunia, & in lege si quis pro eo, ff. de fideiussoribus: sed quando is, qui contrahit sub mutua conditione ea lege obligatur, si ab utraque parte sit impleta conditio, & non aliter, sicut & idem est, si quis sub conditione promiserit, suspenditur enim contractus pendente conditione, neque ante implementum tenetur, lege legata 41. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, lege si nominatim, §. final. ff. eodem titulo.

91 Neque obstat dubitandi ratio suprâ adducta num. 3. ex decisio: text. in dicto cap. Deo 33. quæst. 5. vbi si vir, & vxor continentiam promittant inter se, & alter sua parte non adimpleat, alter tamen votum adimplere tenetur, ideòque similiter in text. nostro quamvis ex parte illius, cui iuratum est, non adimpleatur, iuramentum tamen servandum est.

92 Responderi namque solet ex communi traditione Doctorum in l. cum proponas la. 2. C. de pactis, text. in dicto capite quod Deo, intel-

ligendum esse in obligatione mutua, nondum tamen respectiva, ubi ex mutuo consensu uterque coniux obligatur, quo casu licet alter fregerit, alius tamen tenetur iuramentum, aut votum adimplere: at verò textus noster procedit in obligatione etiam respectiva, in qua obligatio unius pendet ex implemento alterius: quod si alter non adimpleat, alter liberabitur quasi deficiente vinculo obligationis. Sic Panormitanus, Imola, & Felinus in textu nostro, numero quinto, Decius in dicta lege cum proponas, numero quinto, & ibidem Alciatus quaestione secunda.

93 Idque intelligunt scribentes, ut procedat, nisi agatur de evitanda poena obligationis, quo casu dicunt, quod etiam separatae obligationes compensantur ad invicem ipso iure ex decisione text. cum glossa in lege si constat, de compensationibus, & inde erit, quod emphiteota, qui non solvit canonem, non incurrit poenam commissi quando dominus directus erat debitor in pari, seu maiori quantitate, quoniam ad evitandam poenam commissi fit compensatio ipso iure, ut adnotavit Iason in lege secunda, numero sexagesimo, C. de iure emphiteutico, Socinus consilio nonagesimo nono, numero quinto, volumine primo, Gama decisione nonagesima prima, numero secundo, si vero dominus directus esset debitor speciei, vel corporis, non fit compensatio ad quantitatem, lege si conveneris in secunda, C. de pignoratitia actione, ut expressè docent Felinus, & Alciatus locis allegatis, idem Felinus in capite primo, de tregua & pace, Alexand. in dicta lege cum proponas, numero 3. Decius num. 67.

94 Sed puto prædictam interpretationem ad textum nostrum, & ad text. in dicto capite quod Deo, veram non esse, nam textus in dicto capite quod Deo, loquitur de respectiva obligatione respectu debiti coniugalis, & nihilominus docet vno frangente alterum adimplere debere, ibi: *Quod Deo pari consensu ambo veneratis perseveranter usque ad finem reddere ambo debuistis, à quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissime persevera, quod te non exhortaver, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat.* Quæ verba obligationem respectivam aperte declarant, idque redditur difficilius ex decisione textus in capite sicut el secundo, paragrapho iuramentum, de iureiurando, ibi: *Iuramentum autem, quod Ioann. se asserit præstitisse, si de assensu factum est utriusque, eum non ligat, qui præstitit, dum ille, cui præstitum fuit, servare negligit, quod promisit.* Cum ergo obligatio est respectiva ob non implementum alterius, à tali obligatione receditur.

95 Puto ergo veram interpretationem, text. in dicto capite quod Deo, ex eo pendere, quoniam promissio iurata, de qua loquitur text. ille etsi respectiva non fuit sub conditione, sed pura, quo casu firmiter obligatur iuramenti vin-

culo etiam altero fidem frangenti, sibi enim debet imputare, qui apertius legem non dixit ex vulgari allegatione text. in lege veteribus, ff. de pactis. Textus verò noster, & in dicto paragrapho iuramentum, procedit in contractibus conditionalibus, in quibus cessante conditione consequenter cessat obligatio, ideoque cum hac distinctione intelligendum est illud vulgare axiomata, *frangenti fidem fides frangenda, quidquid involvant Doctores in dicta leg. cum proponas la secunda, C. de pactis.*

96 Eodem ergo modo intelligendus est text. aliàs difficilis in cap. innocens 22. quaestione quarta, ubi loquitur de pace per Iosue inita, & iuramento firmata cum Gabaonitis, constat enim fraude, & dolo Gabaonitarum deceptum fuisse Iosue, & nihilominus fidem iuramenti servasse, neque ausum fuisse rumpere, etiam iratum, adversus illos fidem, ibi: *Hæc igitur mentis sue devotione inclinatus Iosue, ut crederet Gabaonitis testamentum disposuit, pacem dedit, confirmavit societatem, sed ubi in terras eorum ventum est, deprehensa fraude, quod cum essent finitimi advenas sese simulaverant, circumscriptum se populus patrum indignari cepit, Iosue tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat iuramenti religione, ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solveret, multavit tamen eos vilioris obsequio ministerij clementior sententia, sed diuturnior.*

97 Constat enim, quod cum Gabaonitarum esset detecta fraus, illos vocavit Iosue, & interrogavit illos, qua ratione ausi fuissent eum decipere, & cum faterentur id propter eius metum factum fuisse, & veniam misericorditer ceperunt petere, & Iosue venia concessa eos tamen damnavit, ut essent perpetuo aquæ ductores populi, ex quo originem traxit institutio nathineorum de quibus primo Esdræ, capite octavo, & vigesimo, quia ita appellabantur tempore David, qui aqua portabant, & ligna ad sacrificia necessaria, *Nathineus enim idem est, quod servus alterius.*

98 Dubitari enim potuit, an Iosue, ceterique Principes vinculo huius iuramenti tenerentur, Ambrosius enim libro tertio de officijs cap. decimo, sentire videtur teneri motus hac ratione, nam Iosue pacem cum Gabaonitis firmavit, ne ut puniret Gabaonitarum infidelitatem in aliam incideret, ibi: *Pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione, ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret.* Idem sensit Nicolaus de Lira super caput nono Iosue, Arboreus libro nono theosophia, capite quinto, & facit pro ea sententia, quod scribitur secundo Regum cap. 21. ubi constat Deum graviter punisse domum Saul, eo quod occidisset Gabaonitas contra tenorem iuramenti prestiti per Iosue, & alios Principes populi. si enim iuramentum illud fuisset vanum, & absque vinculo religionis, non fuisset causa, ob quam adeo iratus esset Dominus adversus domum Saul.

99 Sed

S V M M A R I A.

Ad text. in cap. Ego enim 4. huius tituli de Iure iurando.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
- 2 Ratio nostri text.
- 3 Hoc iuramentum fidelitatis præstari potest per Procuratorem.
- 4 Cardinales non tenentur præstare tale iuramentum fidelitatis Pontifici.
- 5 Imperator, & ceteri Principes Christiani tenentur præstare Pontifici iuramentum fidelitatis.
- 6 Formula, qua præstatur iuramentum fidelitatis.
- 7 Homagium est idem, quod fidelitas.
- 8 Hæc fidelitas est duplex.
- 9 Omne feudum, etiamsi non dicatur ligium, debet tamen ligium existimari, quando iuratur Principi.
- 10 Quando quis accipit feudum ab aliquo vasallo non dicitur ligium. num. 11.
- 12 Opponitur contra supra dicta.
- 13 Respondetur ad cap. dilecti de maiestate, & obedientia.
- 14 Tempore Gregorij Noni Episcoporum provisio spectabat ad Ecclesias Cathedralis, & hoc tempore Metropolitanis confirmabant Episcopi electionem.
- 15 Tertium tempus fuit, in quo Pontifices reservare voluerunt Ecclesiarum Cathedralium provisionem.
- 15 Interpretatur cap. quoniam Abbas de officio delegati. num. 17.

A D T E X T V M.

In cap. Ego enim quarto, de Iure iurando.



DO C E T text. noster Episcopum in sua consecratione fidelitatem Romanæ Ecclesiæ iurare debere, & proponit iuramenti fidelitatis formam, & facit text. in cap. de forma 22,

quaest. 5. & in cap. cum Clerici de verborum significatione: & in cap. 1. §. verum de statu regularium, lib. 6. & in cap. quamquam 23. dist. qui deductus est ex Concilio Toletano tomo 2. Conciliorum, cap. 1. fol. mihi 879. circa tempora Vitaliani Papæ, & Vbambani Regis Hispaniæ, anno Christi 656.

2 Ratio est, nam sicut habentes feudum à domino tanquam principales vasalli domino suo iurant fidelitatem in signum fidelitatis, & obedientiæ, ut in cap. 2. in principio, si de investitura inter dominum, & vasallum, c. 2. §. de consuetudine recti feudi, eodē modo Episcopi, & prælati tanquam prin-

cipaliores vasalli Pontificis iurant ei obedientiam, & fidelitatem in signum obedientiam, & fidelitatis, & eadem ratione Abbates magni in sua benedictione tenentur iurare fidelitatem, ut in texto nostro docet Glossa prima communiter approbata, Glossa in Clementina prima, de rebus Ecclesiarum, recepta communiter, teste Rebusio in concordata Rubrica de mandatis Apostolicis, in §. statuimus, versiculo *monasteria* cum alijs, quos plena manu congesit Oxeda de incompatibilitate beneficiorum, prima parte, capite quinto, numero 2. & num. 5. & cap. 6. num. 3.

3 Hoc autem iuramentum fidelitatis præstari potest per procuratorem speciale mandatum ad id habentem, ut adnotarunt Baldus in lege vnica, §. ne autem, C. de caducis tollendis, & capite secundo, quo tempore miles in visibus feudorum, & in capite primo, per quos fiat investitura, Gregorius in lege quarta, titulo 26. parte quarta, glossa tertia, docet communem dicens Peregrinus de privilegijs iuramenti, num. 100. Casaneus in consuetudinibus Rubrica tertia, §. secundo, numero quinto. & sic intelligitur text. in capite primo, §. verum de statu regularium libro sexto, id verò procedit consentiente illo, in cuius favorem præstatur iuramentum, ut advertit Romanus singulari 797.

4 Quamvis tamen omnes prælati in sua consecratione teneantur Summo Pontifici iurare fidelitatem, Cardinales tamen ad tale iuramentum fidelitatis præstandum non tenentur: nam licet Pontifex sit caput totius Ecclesiarum, est tamen specialiori quadam ratione Cardinalium caput, & Cardinales eius membra specialia respectu aliorum, dicuntur enim quasi ipsi Pontifici inviscerati, & quasi vnum corpus, adeò vnium, ut si Pontifex ab illis fidelitatis iuramentum peteret, quodammodo à se ipso petere videretur, contra decisionem textus in capite final. de institutionibus, Hostiensis in capite antiqua de privilegijs, Iacobacius de consilijs lib. 1. art. 12. §. item Cardinales, in versiculo, item Cardinales.

5 Simile etiam fidelitatis iuramentum præstare tenetur Imperator, cæteri que Principes Christiani Pontifici, omnes namque quasi feudatarij Ecclesiarum censentur, ut in Clementina prima de iureiurando: imò & potentissimus Rex noster Hispaniarum speciali iuramento se, & totum suum dominium subiecit sanctissimo Inquisitionis tribunali, ut refert Marta de iurisdictione prima parte, cap. 26. numero 94. idque de Regibus Angliarum, & Hiberniarum testatur Antoninus tertia parte historiarum, titulo 19. paragrapho quinto, Blondus libro sexto, de cade secunda, Polidorus Virgilius libro decimo quinto historiarum, ab anno 1212. se Pontifici subiecisse, & iuramentum fidelitatis præstitisse: & certum est omnes Reges Christianos huiusmodi iuramentum Papæ præstare, imò & homagium, sicut & multi Principes Imperatori præstant, de quibus Helbodius in historia Sclavorum cap. 5. Tritemius cap. 17.

6 Est enim homagium maximum subiectionis signum, quod præstabatur in manibus Principis genibus flexis his verbis: *Ego N. inro homagium tibi domino, ut amodo sum homo ligius vester contra omnem hominē, qui potest vivere*, refert Ioan. Andreas in capite primo, in versiculo *omnem*, de nova forma fidelitatis Gofredus in parafrafi eiusdem tituli, in versiculo *hic titulus*, Iacobinus in titulo de homagio columna tertia, adeò ut nec posset præstari per nuntium, vel per procuratorem, quia tale homagium habebat annexam reverentiam exhibitionem. Sic Baldus in lege secunda, numero 54. ff. de rerum divisione. Imola in lege qui bona, §. quod alienat, ff. de damno infecto: adeò, ut nec procurator pupilli vassali admitteretur ad iurandum homagium, nisi domino consentiente. Sic Baldus in lege sed si hac, §. si libertus, ff. de iniuriis vocando; nisi quando iuramentum ab vniveritate præstandum est, ut notat Speculator in titulo de feudis, §. 2. in fine, Baldus in dicta lege 2. ff. de rerum divisione.

7 Est ergo homagium idem, quod fidelitas, quæ pro aliquo feudo præstatur, capite fin. de regulis iuris, capite gravem, cum ibi notatis de excessibus prælatorum, capite ex diligenti de fimoniam, in eoque semper forma consueta attendenda est, neque aliquid novum induci potest, nemo enim tenetur ultra, vel præter formam consuetam homagium præstare. Sic notat Speculator in titulo de feudis, §. quoniam num. 70. Baldus in cap. primo, §. pactiones, numero primo, de pace constantiarum, Albarotus in capite primo, numero secundo, qualiter vassalli iurare debeant fidelitatem, Præpositus in præludijs feudorum, numero 77. Brunus consilio 117. num. 65. alias fidelitatis iuramentum domino præstitum contra formam consuetam extortum præsumitur per vim, vel metum, ideò que viribus cavere docuit Baldus in capite primo, numero primo, & ibi Albarotus numero secundo, Afflicis numero decimo sexto, qualiter vassallus iurare debeat fidelitatem, Socinus consilio 257. in versiculo, secundo infero, volumine secundo, Brunus consilio duodecimo, numero 116. Aretinus consilio decimo quarto, numero decimo sexto, & consilio 24. num. 9.

8 Est autem hæc fidelitas duplex: altera in feudo ligio, de quo loquuntur text. in Clementina Pastoralis, §. denique de re iudicata, versiculo, *Rex ipse nobis, & Ecclesia Romana occasione regni prædicti notorie subditus, homo q. ligius, & vassallus*: & in capite primo in principio de capitulis extraordinarijs in visibus feudorum, & pro isto feudo ligio præstatur homagium, quod debetur Pontifici, Imperatori, aut supremo Regi.

9 Vnde est, quod omne feudum, etiam si nō dicatur ligium, debet tamen ligium æstimari, quando iuratur Principi, quia ex natura Principis dominantis est, quod nullus excipiat, lege fin. C. delegatis, capite primo, de natura feudis, capite Imperialem, §. fin. de prohibita feudi alienatione.

natione per Federicum: præcipue quando Princeps concedit regalia alias pertinentia ad statum imperij.

10 Si verò quis acciperet feudum ab aliquo vasallo, pro quo fidelitatem iuraret contra omnem hominem, tale feudum non dicitur ligium, nam in feudo ligio, ut inquit text. in capite primo de capitulis extraordinarijs, iuramentum præstatur contra omnes homines, is autem, qui iurat, non debet fidelitatem contra omnem hominem, & impossibile iurat, ideò que ligium non est; impossibile enim iuramentum vim non habet: lege si quis inquilinos, §. final. ff. delegatis primo, semper enim Princeps exceptus videtur, ne sit iuramentum iniquum dicto capite Imperialem, §. fin. nisi dicatur non esse primario ligium, sed secundario, quia iuratur fidelitas contra omnem hominem excepto Principe. Vnde duplex erit homagium; alterum ligium, in quo cum præstatur, nullus excluditur, aut excipitur, neque exceptus intelligitur: alterum non ligium, videlicet quando præstatur excepta fidelitate, quæ alteri debetur.

11 Vnde evenit, quod si quis habeat plura feuda simpliciter, quæ à pluribus dominis recognoscit, omniaque sub fidelitatis iuramento, antiquiorem dominum iurare debet, qui respectu aliorum prælationem habet, capite contra omnes in titulo hic finitur lex Conradi; aliter tamen est in feudo ligio, nam ita debet servire primo, quod nullo modo serviat adversario, videlicet domino secundo, imò cum servire non possit, debet feudum dimittere, quia contra naturam est, ut ille gaudeat beneficio, qui servitium exhibere non potest, capite primo de eo, qui arma bellica deposuit, lege qui sub prætextu, C. de Sacrosanctis Ecclesijs.

12 Sed his omnibus obijci potest, nam Episcopus tenetur Archiepiscopo præstare fidelitatis iuramentum, ut dicitur in capite dilecti de maiestate, & obedientia; videtur ergo dicendum non teneri illud præstare Pontifici. Respondet tamen glossa finalis in texto nostro, iuramentum Pontifici præstandum ab Episcopis, de quo loquitur text. iste, esse intelligendum de Episcopis immediate Pontifici subiectis; & glossa sequuntur ibidem Panormitanus, Imola, & Felinus, Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite quinto, §. secundo dicentes, quod Episcopi, qui non sunt exempti, iurant suo Metropolitanano obedientiam, iuxta decisionem text. in dicto capite dilecti, de maiestate, & obedientia. Hæc tamen glossa, & aliorum sententia merito ab omnibus rejicitur, nam text. noster generaliter loquitur de omnibus Episcopis nulla facta restrictione, sive sint Metropolitanano subiecti, sive Pontifici immediati, imò ita praxi servatur, ut omnes Episcopi sine distinctione Pontifici præstent hoc fidelitatis iuramentum.

13 Neque quidquam obstat text. in dicto cap. dilecti, neque quod in Pontificali Romano pagi-

na 40. dictum est, ubi præscribitur forma iuramenti præstandi Metropolitanano ab Episcopis suffraganeis, sunt namque pro huius rei explicatione tria tempora distinguenda. Primum fuit Gregorij Tertij authoris nostri text. eo enim tempore Episcopatum provisio ad Summum Pontificem spectabat, & ipse Episcopus consecrabat, aut illorum consecrationem committebat, ut in capite primo, & secundo, distinctione vigesima secunda, Glossa in capite quanquam, in versiculo *devolvetur*, & in versiculo, *ut igitur*, de electione, libro sexto, Panormitanus in capite primo, de electione. Gregorius in leg. decima septima, titulo quinto, parte prima, in verbo *el Dean*, & in lege decima octava, eodem titulo, & parte, in verbo *antiqua consuebre*, Bertachinus in tractatu de Episcopo, tertia parte, libro primo in principio, Decius consilio 573. Selva de beneficio secunda parte, questione prima, numero nono, Guillelmus de Monferrate in commentarijs ad Pragmaticam sanctionem, pagina decima sexta, ideò que eo tempore eidem Pontifici fiebat hoc iuramentum, & sic procedit text. noster.

14 Fuit verò secundum tempus Gregorij Noni authoris text. in dicto cap. dilecti de maiestate, & obedientia, quo tempore Episcoporum provisio spectabat ad Ecclesias Cathedralis, ut in capite cum terra, capite Ecclesia vestra, capite in genesi, capite cumana, capite congregato, de electione, capite cum Ecclesia Sutrina, de causa possessionis, & in dd. legibus partitæ, & in lege tertia, titulo tertio, libro primo Ordinamenti. Parisius consilio decimo nono, numero sexto, libro quarto, Guillelmus Bened. etus in capite Raynūtijs de testamentis, verbo, *et uxorem*, el segundo numero 79. & hoc tempore Metropolitanus confirmabat Episcopi electionem, ab eo que petebatur consecratio, capite suffraganeis vnde decimo, capite cum dilectus 32. de electione, eo que tempore Episcopi exempti, & immediate Papæ subiecti Papæ iuramentum præstabant, Episcopi verò suffraganei iurabant Metropolitanano, ut in dicto capite dilecti de maiestate, & obedientia, qui sic intelligendus est.

15 Tertium verò tempus fuit, in quo Pontifices sibi reservare voluerunt Ecclesiarum Cathedralium provisionem, iuxta regulam 2. Cancellariæ Apostolicæ, quæ quidem reservatio initium habuit à tempore Innocentij Octavi. Cum ergo hodie Summus Pontifex Cathedralis Ecclesias provideat, & ubi sunt de iure patronatus, ut in Hispania, ipse Pontifex confirmat electionem, aut præsentationem, & Episcopos consecrat, aut alijs faciendam consecrationem committit, ideò idem Pontifici iuramentum fidelitatis, & obedientiæ præstatur, sicut primo tempore, imò & præstatur etiam ab Episcopis suffraganeis Metropolitanano, ut advertit Redoanus de rebus Ecclesiarum, in Rubrica de alienatione, non obstante iuramento quæst. 3. num. 1.

16 Tandem dubitari poterat, nam dicendum

videtur huiusmodi iuramentum sæpè superfluum esse, argumento text. in cap. quoniam, Abbas de officio delegati, semper namque censetur repetitum, & duraturum, cum dignitatis Pontificiæ nomine præstitum censetur. Respondetur tamen id non procedere in specie text. nostri, vbi forma supponit non solum fieri dignitati, sed etiam expresso nomine Pontificis, cui iuratur, ibi *Domino meo Papæ Cælestino*, ideòque in successoribus eum repetere necesse est.

17 Sed remanet scrupulus, nam hoc iuramentum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præstat, quæ semper durat, & duratura est, argumento text. in capite si gratiosè de rescriptis, libro sexto, ideòque successoribus iurare necessarium non erat, cum sub illo præstito iuramento omnibus Romanæ Ecclesiæ successoribus iuratum videatur, sed respondetur nunquam videri superfluum iuramentum, nam quando iuratur successoribus, id factum videtur maioris declarationis causa, argumento text. in leg. fin. C. de pactis, ibi, *licet à nobis clarius*, vbi notavit Decius numero septimo, glossa in lege prima, ff. de statu hominū, ea enim quæ specialiter notantur, magis timentur, argumento text. in lege prima, ff. de iniurijs, & cum his finitur text. noster.

S U M M A R I A.

Ad text. in cap. Nullus quinto, huius tituli de Iureiurando.

- 1 **P**roponitur conclusio nostri text.
- 2 Colligunt Doctores supra dictam conclusionem ex verbis nostri text. Nisi forte.
- 3 Iuramento, quod præstat propter administrationem, non iuratur obedientia, sed tantum bona, & fidelis administratio.
- 4 Domini temporales, aut Ecclesiastici non possunt exigere tale iuramentum à suis subditis.
- 5 Quæ forma sit servanda in prestando tali iuramento.
- 6 Doctrina Divi Thomæ secunda secunda, quæst. 98. art. 3. ad secundum.
- 7 Olim tale iuramentum præstabatur super Sanctorum reliquijs.
- 8 Lege 67. iure prohibuit iuramentum fieri super altare.
- 9 Quando lex exprimit corporaliter esse iurandum, satis erit quamlibet Scripturam sacram tangere, nisi exprimat.
- 10 In casibus à iure expressis, in quibus à iure exigitur iuramentum tactis Evangelijs, etiam Episcopus ea forma servata iurare tenetur.
- 11 Opponitur de text. in capite quamquam omnes,

23. distinctione numero 13. & numero 14.
- 15 *Quæ specialiter promittit Presbyter in sui ordinatione sint aliàs sub præcepto, controversi solet, an possint esse materia voti. num. 16.*
- 17 *Adducitur factum Iacobi Genes. 28.*
- 18 *Probatur ex usu Ecclesiæ.*
- 19 *Replicant Gerson alij contraria opinionis Auctores.*
- 20 *Sicut additur obligationi legis rectè iuramenti obligatio, similiter addi poterit obligatio voti.*
- 21 *Violationem præcepti voto confirmati novam addere malitiam contra religionem.*
- 22 *Opinio Gersonis reprobat.*
- 23 *Oratio sacro irritatum fornicatum teneri in confessione fateri illam circumstantiam voti annexi ordini sacro.*
- 24 *An sacerdos, & simul professus fornicans teneatur utramque circumstantiam, & professionis, & sacerdotis, aut sacri ordinis fateri in confessione. num. 26.*
- 25 *Voti, & vinculum iuramenti diversimodè ad virtutem religionis pertineant.*
- 27 *Idem dicendum est, si sit Sacerdos, & professus. num. 28.*
- 29 *Opponitur de text. in cap. quia circa de bigamis. num. 30.*
- 31 *Respondetur ad text. in cap. Presbyter 28. distinctione.*
- 32 *Respondetur ad argum. Gersonis.*

A D T E X T V M.

In cap. Nullus quinto, de Iureiurando.



DOCET is text. nullā Episcopum posse exigere iuramentum à suis Clericis, nisi aliàs habebitibus rerum Ecclesiasticarum administratione, & idem dicitur in capite final. vigeſima secunda, quæst. 5.

2 Cuius decisionis rationem colligunt Doctores ex verbis nostri text. in versiculo *nisi forte*, ideò videlicet non posse Episcopum exigere à clericis iuramentum in huius text. specie, quia rerum Ecclesiæ nullam habebant administrationem, vt probare videtur glossa in cap. præsentis de officio ordinarij, libro sexto, verbo *reservatis* tenentur etiam præstare iuramentū, quibus dignitas aliqua confertur, vt in cap. dudumel segundo, versiculo *sed cum in iure*, de electione.

3 Hoc tamen difficile redditur, nam in iuramento, quod præstat propter administrationem, non iuratur obedientia, sed tantum bona, & fidelis

fidelis administratio: puto ergo rationem esse, nam cum iuramentum obedientiæ à vasallis domino præstandum sit, ideò non tenentur clerici Episcopo iuramentum præstare fidelitatis, quia vasalli non sunt, iuxta notata in capite præcedenti.

4 Vnde infertur dominos temporales, aut Ecclesiasticos non posse à suis subditis huiusmodi iuramentum exigere, nisi quādo illis concessa est bonorum administratio, vt expressè docuit Felinus in dicto capite ego enim, numero 10. ad finem, quoniam iuramentum fidelitatis nunquā præstat, nisi in casibus à iure expressis, vt rectè advertit Imola in textu nostro numero primo, idque notabiliter est advertendum ad text. in cap. de forma 22. quæst. 5. & in cap. fin. de regulis iuris.

5 Quoties ergo tale iuramentum præstandum est, dubitari solet, quæ sit in tali iuramento forma servanda. Pro cuius explicatione sciendū est, quòd ad iuramenti religionem necessarium non est, vt fiat tactis Evangelijs, neque alijs divinis scripturis, neque super aliqua re sacra, solum enim exigitur, vt Deus in testimonium vocetur: satis ergo erit Deum in testem quomocumque adducere, vt in capite etſi Christus, de iureiurando, capite si aliqua 22. quæstione prima, vbi dicitur, ita esse iuramentum, si per Deum iuretur, ac si per sancta Dei Evangelia; non ergo distinguitur iuramentum præstitum tactis sanctis Evangelijs à simplici iuramento quoad veram iuramenti obligationem. Sic probat communis sententia Doctorum in Rubrica de iureiurando, vt testatur Alciatus ibidem numero vigeſimo nono: quamvis aliquando iuramentum tactis sacris Scripturis fieri necesse sit, saltim ad terrorem hominum, qui temerè talia iuramenta violare non erubescunt: nam etſi idem periurium in utroque casu contrahatur, maior pœna plerumque à legibus in posteriori casu inducitur, & in hoc sensu scribit Divus Augustinus in epistola 154. ad Publicolam: *Quòd quanto id, per quod iuratur, magis sanctum est, tanto magis est pœnale periurium.*

6 Imò & Divus Thomas secunda secunda, quæstione 98. articulo tertio, ad secundum, gravius esse peccatum docuit quoad periurium, si quis solemniter iuret per Evangelia, quam si per Deum communi fermone, tum ratione scandalitum ratione maioris deliberationis: imò & apud veteres, etſi falsam colentes religionem, quædam observabatur peculiaris religio in huiusmodi præstandis iuramentis ad timorem divini numinis, quod maximè timebant, ne periuria committerent, vt scribit Alciatus libro trigesimo primo, naturalis historiæ, capite secundo, Philostratus in vita Apollonij libro primo, Macrobius libro quinto Saturnalium, capite decimo nono, Leonicus libro secundo, de varia historia, capite sexto, Silius Italicus libro decimo quarto, à quibus

varia referuntur exempla, quibus probatur apud Ethnicos graviora existimari periuria, quæ contingebant in iuramentis præstitis super rebus sacris.

7 Et hæc forsitan ratione, & ob maiorem iurantium timorem olim permissum fuit, vt iuramenta in Ecclesijs præstarentur super Sanctorum reliquijs, vt in lege generaliter, §. fin. C. de rebus creditis, lege prima, lege decima nona, titulo vndecimo, parte tertia, & ita adnotavit Baldus in capite primo, de nova forma fidelitatis, & in cap. primo §. item sacramenta de pace iuramento firmanda.

8 Hodie tamen ex lege 67. Tauri, iustis de causis statutum est, vt iuramenta minime fiant super altaribus, aut Sanctorum reliquijs, quamvis id aperte fuerit petitum, verba legis Regiæ sunt *Ningun juramento, aunque el juez lo mande hacer, à la parte lo pida, no se haga en san Vicente de Abila, ni en el herrojo de santa Gadea, ni sobre altar, ni en erpo Santo, ni en otra Iglesia juradera, a pena de diez mil maravedis para la nuestra camara, y fisco al que lo jurare, y al que lo pidiere, à demandare.* Est ergo observandum non esse necessarium ad veram iuramenti religionem, vt fiat super rebus sacris, quavis hæc solemnitas in aliquibus casibus à iure sit necessaria, quod attinet ad iuris effectus, & probatur in capite hortamur tertio, quæstione nona, capite testimonium 11. quæstione prima, Clementina prima, §. porro de hæreticis, cap. fin. in principio de iuramento calumniæ.

9 Quando ergo lex exprimit corporaliter esse iurandum, satis erit quamlibet Scripturam sacram tangere, nisi exprimat fieri debere tactis sanctis Evangelijs, vt advertit Glossa in authentico: vt ius iurandum, quod præstat collatione secunda, versiculo *quatuor*, & in dicta Clementina prima, §. porro de hæreticis, quam dixit singularem Panormitanus in capite final. de iuramento calumniæ, & in cap. tuis de testibus. Ita, in Authentica Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem. Neque in dictis casibus aliter à iure validum censetur iuramentum, quamvis consuetudine obtinuerit fieri tale iuramentum super Crucem, Glossa notabilis in dict. Authentica, vt ius iurandum, Alexand. in lege tertia, §. iurari, ff. de iureiurando, Panormitanus consilio 68. libro secundo, adeò vt si à tabellione dictum sit iuramentum esse, præsumitur iuramentum præstitum esse tactis Evangelijs, aut Cruce, vt egregiè advertit Imola consilio 56. Alciatus in Rubrica de iureiurando, in fine, ex eò quòd à generali consuetudine præsumantur servata, quæ aliàs servanda sunt, vt inquit Baldus in leg. final. in fine, C. si ex falsis instrumentis.

10 Vnde est, quod in casibus à iure expressis, in quibus à iure exigitur iuramentum, tactis Evangelijs, etiam Episcopus ea forma servata iurare teneatur, capite testimonium, §. Episcopus 11. quæstione prima, Authentico de sanctissimis Epif-

Episcopis §. nulli, capite ego enim, de iureiurando, capite quoties primo, quæstione septima, capite quoties §. porro de purgatione canonica.

11 Sed obijci potest text. in dicto capit. fin. in principio de iuramento calumniæ, ubi dicitur Episcopum non teneri iurare tactis Evangelij, idem docet glossa in capite vt circa de electione, libro sexto, & idem probat text. in capite si quis Presbyter secundo, quæstione quinta, ubi probatur Presbyterum iurantem non teneri sacra tangere, sed satis esse proprio pectore tacto iurare, & adnotavit Guido Papa decisione 615. ideò regulariter dicendum est Episcopum, aut Presbyterum iurantem non teneri sacra tangere, a qua regula causæ graves excipiuntur, & illæ, in quibus id expressè à iure exigitur, vt advertit Panormitanus in dicto capite final. de iuramento calumniæ.

12 Sed adhuc decisioni text. nostri obijciuntur communiter text. in cap. quamquam omnes 23. distinctione, qui desumptus ex Concilio Toletano Provinciali, vt refertur tomo secundo Conciliorum, folio mihi 879. cap. primo, numero decimo, circa tempora Vitaliani Papæ, & Vbanvani Regis Hispaniæ, anno Christi 656. de quo videndus est Rebusus in praxi, prima parte, titulo de clericis, & quomodo creentur, numero trigésimo primo.

13 Respondet glossa in dicto capite quamquam, eum text. intelligendum esse, vt procedat iuxta nostri text. decisionem, quando videlicet clerico administratio committitur, glossa sequenti sunt Cardinalis, Butrius, & Panormitanus in textu nostro. Hæc tamen interpretatio merito rejicitur tanquam divinatoria, nam in dicto cap. quamquam, neque vllum verbum de administratione reperitur. Aliter ergo respondet Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite quinto, §. tertio, imò & Turrecremata intelligit illud text. de clericis, qui sacris initiantur, de quibus ait iurare debere iuxta formam præscriptam in dicto capite quamquam, sed manifestè convincitur ex textu nostro, ubi decisum est clericos non teneri Episcopo suo præstare iuramentum obedientiæ.

14 Quare verius est text. in dicto cap. quamquam, non esse loquutum de iuramento præstando, sed de quadam simplici promissione, quam clericus in sua ordinatione præstare tenetur, vt manifestè probant verba eiusdem text. ibi: *Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus canonicis regulis teneantur adstricti, expedibile tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione spondeant, quos ad promotionis gradus Ecclesiastica probat disciplina.* Neque vllum hic verbum est de iuramento, & reddit rationem text. ibi, *Solet enim plus timeri, quod singularis pollicetur, quam quod generalis sponsione concluditur.* Quod & copiosè animadvertit Tiraquellus in connubialibus glossa septima, numero 124. & numero 168. hodie ergo antequam

ordinentur Presbyteri stantes coram Episcopo fidem profitentur, & etiam provisi de beneficijs curatis, & promoti ad dignitates, & canonicatus tenentur intra duos menses fidei professionem facere, & iurare obedientiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, Concilium Tridentinum sessione vigesima quarta, capite duodecimo, decreto secundo, de reformatione.

15 Cum tamen ea, quæ specialiter promittit Presbyter in sui ordinatione sint aliàs sub præcepto, controversi solet, an possint esse materia voti. Neque defuerunt Doctores opinantes non esse voti materiam, adeò vt votum factum de opere aliàs præcepto non inducere novam voti obligationem. Sic probat Gerson tertia parte, alfabeto 67. litera S. & secunda parte, alfabeto 25. litera T. Tabiena verbo *votum*, el primero, numero secundo, Gabriel in quarto distinctione trigésima octava, quæstione prima, articulo tertio, dubio tertio, conclusione quinta, & distinctione 24. art. 3. dubio 3.

16 Sed verissima, & catholica sententia est, in hac quæstione, actus omnes, qui aliàs sunt sub præcepto, esse propriè loquendo voti, & iuramenti materiam. Sic docet Divus Thomas in 4. distinctione trigésima octava, quæstione prima, articulo secundo, eamque probant Sotus, ceterique omnes discipuli Divi Thomæ communiter, Durandus in quarta distinctione 38. quæst. prima, numero sexto, ubi firmiter tenet eum, qui habet votum castitatis, si fornicetur non solum peccare contra præceptum non fornicandi, sed etiam reum esse transgressionis voti. Sequitur Paludanus ibidem quæstione secunda, numero octavo, Antoninus secunda parte, titulo vndecimo, capite secundo, paragrapho primo, Sylvester verbo *votum* 2. quæstione quinta, Navarro in Manuali capite duodecimo, numero vigésimo quinto, Castro libro primo de lege pœnali, capite decimo, ubi contrariam opinionem sentit esse erroneam.

17 Pro qua sententia adduci solet factum Iacob Genesis 28. *erit mihi Dominus in Deum*, quasi diceret, solum illum tanquam Deum colam, quod procul dubio ad naturale præceptum spectat, imò etsi aliqui ex catholicis locum istum exponant (vt Lipomannus in catena super Genesim, & Exodum) de voto latè sumpto, pro quadam de vota, et spontanea obligatione, ab hac tamen expositione cavendum est, ea namque abutantur hæretici, vt tetigit Vvaldensis in doctrina cap. 20. præcipuè, nam Iacob non solum voverat veri Dei cultum simpliciter, sed decimarum obligationem, & quasdam aliàs determinaciones voluntarias cultus divini, vt sensit D. Thom. dicto articulo secundo, & Caietanus, & Abulensis dicto cap. 28. Genesis.

18 Probatur argumento evidentè ex vsu Ecclesiæ, quo constat voventem castitatem, eo voto etiam adstringi ad ea, quæ sunt de necessitate

tate præcepti, idque etiam continetur in forma voti professionis fidei edita à Paulo quarto, ubi multa de præcepto necessaria continentur, & in fine dicitur, *ego idem spondeo, voveto iuro, &c.* imò & ratione D. Thomæ probatur: nam licet actus præceptus quodammodo sit necessarius, tamen simpliciter est voluntarius, & liber: ergo secundum eam rationem potest esse legitima, & sufficiens materia voti: idque confirmat Durandus, quoniam non repugnat obligationi obligationem addere, & rem debitam ex vno titulo simul ex alio deberi, vt in lege scire, §. si à fure, ff. de verborum obligationibus, Iason in lege qui vis, ff. eodem. Idque amplius explicatur: nam cum prima præcepti obligatio non omninò voluntatem determinet, aut reddat illam firmam in faciendi proposito, idque promittitur adhuc manet capax obligationis voti, ea enim amplius determinatur, & immobilior in eo proposito redditur: ergo neque ex parte materiæ, neque ex parte promissionis potest esse aliquid, quod impediatur obligationem voti.

19 Replicant Gerson alij contrariæ opinionis authores dicentes, quod per talem promissionem fit manifesta iniuria legi divinæ, aut humanæ, addendo novam obligationem, quasi legis obligatio non esset sufficiens. Sed hoc argumentum falsum est, vt constat in iuramentis, quibus sæpè servare promittimus ea, ad quæ aliàs ex lege tenemur, vt patet in dicto capite ego enim, de iureiurando, capite cum in Ecclesijs de maiori parte, & obedientia, capite significasti de electione, capite quamquam 23. distinctione, capite quoties 1. quæstione septima. & ita constat etiam ex Bulla Pij Quarti de professione fidei, imò & primo Esdræ capite decimo, constat populum iurasse se legem Dei servaturos, & David Psal. 118. dixit: *Iuravi, & statui servare iudicia iustitiæ tuæ.*

20 Constat ergo, quòd sicut obligationi additur rectè iuramenti obligatio, similiter poterit addi voti obligatio absque vlla legis iniuria. Neque obstabit Gersonis scrupulus, nam dupliciter cogitari potest insufficiens obligatio legis. Primò ex parte ipsius legis, vt non censeatur potens ad imponendam obligationem sub mortali culpa, quod non est concedendum. Secundò dici potest lex de facto insufficiens ad extorquendum actum præceptum non ex parte ipsius legis præcipientis, sed ex parte ipsius hominis, qui sæpè legi resistit, & facile vinculum rumpit, & fortius procul dubio inducitur, magisque timet, quando pluribus vinculis ligatur, & hac ratione optimè fieri potest votum absque vlla legis iniuria.

21 Vnde infertur violationem præcepti voto confirmati novam addere malitiam contra religionem, & debitam Deo fidelitatem, vt certum est de fornicatione contra castitatis votum, vt in capite impudicas 27. quæstione prima, ubi Concilium non solum loquitur de virginibus, quæ permixtas votum violaverunt, sed generaliter de omnibus, quæ mechantur, vt explicat Cõ-

cilium Colonienfe Primū, cap. final. & idem dicitur in capite sciendum 27. quæstione prima, & etiam deducitur ex alijs multis decretis à Gratiano relatis 81. distinctione: sicut etiam violatio præcepti aliàs iurati addit novam malitiam perijurij.

22 Merito ergo opinio Gersonis, & aliorum tanquam erronea rejicienda est: nam cum altera obligatio sit ex lege naturali divina pertinet ad virtutem temperantiæ, altera verò ex voto pertinet ad virtutem religionis, vovens enim strictiori vinculo se obligari voluit ad servandam castitatem, quam iure materiali tenebatur servare, fatendum est necesse duas esse obligationes specie diversas, & consequenter in transgressionem duplicem reperiri malitiam, certum ergo est votum castitatis comprehendere materiam ex præcepto naturali necessariam, plus enim est castitatem servare, quam non nubere; imò votum non nubendi non est votum castitatis.

23 Infertur deinde ordini sacro initiatum fornicantem teneri in confessione fateri illam circumstantiam voti annexi ordini sacro, tanquam mutantem speciem, nam ultra fornicationem virtutis temperantiæ contrariam peccat contra religionem violans castitatis votum, vt rectè probat Abulensis capite quinto Matthæi, quæst. 204. in versiculo de primo patet, Navarro in Manuali cap. 25. num. 108. Azorius libro 13. moralium capite 12. quæstione sexta ad finem, Toledo lib. quarto, Summæ cap. 17. num. 21. Aragon secunda secundæ, quæstione 88. articulo vndecimo, in §. his constitutis, Soto de iustitia & iure, libro septimo, quæstione quarta, articulo secundo, in versiculo de reprobatione, Gutierrez in canonicis libro secundo capite septimo, numero tertio, Clitobeus de vita, & moribus Sacerdotum, cap. 21. paulò post principium.

24 Maior autem est controversia, an Sacerdos, & simul professus fornicans teneatur vtramque circumstantiam, & professionis, & Sacerdotij, aut sacri ordinis fateri in confessione. Variæ sunt Doctorum sententiæ, quibus tamen ommissis pro brevi explicatione supponendum est eum, qui semel factum à se votum millies repetit, nullam in se distinctam obligationem suscipere, sed solum veterem renovare: quare si votum id violet vnus tantum peccati reus erit, neque tenebitur in confessione voti sæpius repetiti mentionem facere, ea namque vota omnia eodem profusus modo pertinent ad vnam religionis speciem, sicut ille, qui plura eiusdem obligationis conficit instrumenta cum eisdem hypothecis, non plus tenetur quam vnico tantum instrumento confecto. Sic probat Medina prima secundæ, quæstione 72. articulo sexto, & libro primo Summæ, cap. nono, Enriquez libro quinto de pœnitentiâ cap. quinto, numero sexto, Azorius libro vndecimo moralium, cap. 14. quæst. 1. ad finem, Manuel Rodriguez primo tomo Summæ, in secunda editione cap. 23. num. 4. conclusione secunda, & tom. 2. cap.

cap. 94. nume. 90. idemque rectè advertit Enriquez procedere in iuramentis de eadem re multiplicatis.

25. Cum tamen vinculum voti, & iuramenti diversimodè ad virtutem religionis pertineant, si votum, & iuramentum de eadem re violentur, diversa erit, malitia necessariò in confessione declaranda: nam votum respicit fidem Deo datam servandam, iuramentum verò Deum in testem adductum, & ita docet Enriquez vbi proximè, Azorius dicto libro vndecimo, cap. 10. quæst. 2. in §. alijs tamen non videtur, vbi docet vincula voti, & iuramenti super eadem re esse diversa.

26. Hoc supposito dicendum est in quaestione proposita, professum fornicantem satisfacere, si in confessione dixerit, se votum castitatis emisisse, etsi non exprimat votum solemne professionis. Quam sententiam valde probabilem esse censeo, vt sentit Sancius de matrimonio lib. septimo, disputatione 27. numero 27. nam votum solemne, & votum simplex specie non differunt, sed solum accidentaliter. At verò Medina libro primo Summæ capit. 14. §. 18. Enriquez libro 5. de Pœnitentia, capite quinto, numero sexto, littera G. Ledesma de Sacramentis, vbi de pœnitentia capite decimo, circa circumstantiam persona, dubio primo, num. 23. expressè probant debere explicari in confessione professionem, quod & valde probabile, & probabilius puto; nam etsi votum simplex non differat essentialiter à voto solemnè, addit tamen notabilem cumstantiam status religiosi, quam tacendam in confessione non puto fateor tamen vtramque opinionem, & tutam, & probabilem esse.

27. Et eodem modo dicendum censeo, si sit Sacerdos, & professus; nam & quod sufficiat in confessione explicare Sacerdotem esse, eadem ratione erit tutum, & probabile, nam hæc vota non sunt distincta essentialiter, tutius tamen, & probabilius puto professionem exprimere, nam circumstantia status religiosi efficit monachi fornicationem graviolem, vt notat Paleotus de notis, & spurij cap. 16. num. 15. & probat Paludanus in quarta distinctione 38. quaestione quarta, articulo primo, post quintam conclusionem, numero 14. vbi expressè docet Sacerdotem professum fornicantem esse duplicis voti reum.

28. Credo enim diversum esse, nam si Sacerdos professus in prædicta specie exprimat se professum, probabilius puto non teneri exprimere sacerdotium, sufficit namque exprimere votum solemne, & statum religiosum, & tota malitia voti ordinis sacri violati inclusa est in voto solemnè professionis. Neque obstat dicere Ecclesiam annexisse votum castitatis ordini sacro ob sacri ministerij reverentiam, at votum obligat propter fidem Deo præstitam, & ideò videntur diversi fines virtutis religionis, & consequenter constituere videntur diversam specie malitiam: nam respondeo, quòd etsi Ecclesia præcipiens iuramentis votum castitatis eum habuerit finem, at

tale votum solum obligat ex vi fidelitatis Deo præstitæ, sola ergo superest obligatio voti docet Medina dict. lib. 1. Summæ cap. 14. §. 18.

29. Sed his omnibus obijci potest, text. in cap. quia circa de bigamis, vbi accessus bigami ad concubinam simplex fornicatio appellatur, & consequenter dicendum videtur, non esse sub voto comprehensam, ibi: cum eis tanquam cum simplici fornicatione notatis, & in cap. Presbyter 28. distinctione, ibi, Presbyter si fornicatus fuerit, vel ad alterum commiserit, & ex his iuribus accessus Presbyteri ad concubinam, quod solum sit simplex fornicatio, sentire videntur ultra allegatos supra numero 15. Cardinalis in Clementina ad nostram, vericulo septimo, numero tertio, de hæreticis: & ibidem Inola num. fin. & in cap. vt Clericorum, numero octavo, de vita, & honestate clericorum, in vericulo adverte tamen, Felinus in cap. at si clerici in principio, num. 14. de iudicijs, in vericulo vtrum autem, Bermondus de publicis concubinarijs §. & alios non publicos concubinarijs, num. 12. Grillandus de pœnis omnifariam coitus, quaestione vltima, numero secundo, Iulius Clarus lib. quinto sententiarum, §. fornicatio, num. 18. & in cellus, numero primo, in vericulo sed numquid committitur, Abendaño in lege nona Tauri, glossa decima, numero decimo, Gutierrez in practicis lib. 2. cap. 7. num. 44.

30. Hæc autem opinio ex dictis manifestè convincitur: ad text. verò in dicto cap. quia circa de bigamis, respondent rectè Azorius tom. primo moralium, libro 13. cap. 12. quæst. sexta, Sancius tomo secundo de matrimonio, libro septimo, disputatione 27. num. 20. & 21. Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de materia voti, capite sexto, num. 12. Textum illum solum denotare vsum concubinæ vocari simplicem fornicationem habito respectu ad bigamiam inducendam, & ita vocatur simplex fornicatio ex parte affectus, vt distinguitur à copula habita affectu materiali, iuxta decisionem text. in cap. nuper de bigamis. Non tamen dicitur simplex ad excludendam malitiam contra religionem, & in hoc sensu dixit ibidem Hostiensis, quem sequitur Panormitanus, presbyteri turpitudinem etià cum soluta non esse simplicem, sed duplicem, propter voti violationem, & ideò rectissimè adnotavit Abbas antiquus in dicto cap. quia circa, nò vocari absolute clericum illum simplicem fornicarium, sed tanquam simplicem fornicatione notatum, id est, in ordine ad bigamiam.

31. Ad text. verò in dict. cap. Presbyter 28. distinctione facile respondetur, quòd ibi solum dicitur de clerico fornicari, ad distinguendum turpem accessum clerici cum soluta ab adulterio eiusdem, nam non negatur in vtroque clerici peccato esse malitiam sacrilegij, sed in vtroque casu supponitur, vsurpatur ergo ea vox fornicatio, ad explicandam malitiam iniuriam.

32. Neque obstat argumentum Gersonis sic ratiocinantis, votum est opus super erogationem,

nis, ergo non cadit nisi super opera erogationis: nam respondeo negando consequentiam: nam verissimum est, quòd opus supererogationis, quod aliàs non cadit sub præcepto, potest rectè versari circa opus aliàs præceptum, vt constat quotiescuque additur iuramentum, sicut & confessor potest in satisfactionem iniungere auditionem missæ, vel ieiunium, quod aliàs erat sub præcepto, imponendo novam obligationem pertinentem ad virtutis religionis, vel pœnitentiæ: nam licet aliàs actus sit præceptus non tamè omnis modus eius est præceptus, neque omni titulo, ideòque non repugnat actui cadenti sub præcepto addere novum titulum supererogationis, quod fit per votum, aut iuramentum: & cum his finitur textus iste.

S V M M A R I A.

Ad text. in cap. Ad nostram
7. huius tituli de iure
iurando.

1. Proponitur duplex quaestio nostri text.
2. Declaratur noster text. in vericulo licet autem, & text. in cap. primo, de vsuris, cap. secundo conquestus 8. cap. Salubriter 16. de vsuris, &c.

- Proponitur conclusio horum iurium.
3. Ratio dubitandi proponitur. num. 4.
5. Pro declaratione aliqua proponuntur.
6. Noster text. duplicem habet decidendi rationem.
7. Secunda conclusio nostri text. assignatur.
8. Iura, quæ dicunt vsuram esse non imputare fructus in sortem principalem, intelligenda esse in fructibus remanentibus deductis expensis.
9. Fructus cuiuscunque sint conditionis pecunia aestimabiles expignore provenientes esse in sortem imputandos.
10. Nostra conclusio intelligenda est de fructibus perceptis, non verò de illis, quos percipere potuit.
11. In actione pignoratitia veniunt fructus, quos percipit, & percipere potuit secundum receptam opinionem Doctorum.
12. Respondetur ex sententia Donelli in leg. 3. C. de pignoratitia actione.
13. Quando non est aliqua luitionis spes, tunc poterit fructus omnes sibi licite querere.
14. Contrarium est verius.
15. Respondetur ad text. in dict. leg. qui habebat 99. in principio, ff. delegatis tertio.
16. Contra supra dicta arguet scrupulus.
17. Donellus in leg. 1. num. 2. C. de pignoratitia actio. respondet huic difficultati.
18. Respondetur ad argumenta supra adducta.
19. Debitor pignoris potest vsurapere.

20. Doctrina Balduni in tract. de pignoribus, cap. 15.
21. Respondetur ad text. in leg. si is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus.
22. Antichresis contrahitur, aut expressè, aut tacite. num. 23.
24. Respondetur ad text. in leg. si ea lege, C. de vsuris.
25. Declaratur quaestio proposita supra num. 21.
26. Pactum antichresis non potest iustificare rem aliàs usurariam.
27. Respondetur ad secundum argum. supra n. 4.
28. Debitor iurans solvere potest compensare.
29. Abbas in dict. cap. ad nostram respondet huic difficultati.
30. Alia solutio ad cap. ad nostram.
31. Interpretatur text. in cap. primo de feudis, & in cap. conquestus.
32. Adducitur doctrina Abba. in dict. cap. 1. n. 33.
34. Respondetur ad cap. salubriter de vsuris. n. 35.
36. Ratio ob quam hæc specialitas supra dicta in marito procedat. num. 37. & 38.
39. Maritus potest percipere fructus sine aliqua conventionione.
40. Cap. salubriter non procedit in filijs mariti superstitibus soluto matrimonio.
41. An beneficium dict. cap. salubriter sit ad viduam extendendum.
42. Argumentatur de cap. 1. de vsuris.

A D T E X T V M.

In cap. Ad nostram 7. huius tituli
de iureiurando.

DUPLICEM videtur nostri text. quaestio: prior respicit obligationem servandi iuramentum in forma specifica, & an admittatur, nec ne compensatio, quando debitor solvere iuravit, de qua supra tractavimus in cap. pervenit tertio huius tituli. Posterior verò proponit disputationem de fructibus pignoris in sortem computandis, de qua tatummodo præfens noster sermo procedit: frequens enim est ea in forensibus controversijs disputatio.

2. Pertinet ergo huius rei disputatio ad declarationem text. nostri in verfic. Licet autem, & text. in cap. 1. de vsuris, cap. 2. conquestus 8. cap. salubriter 16. de vsuris, cap. ad nostram, de emptione & venditione, cap. illo vos, cap. cum contra de pignoribus, leg. 1. & 2. C. de pignoratitia actione, l. 1. C. de distractione pignorum, l. ex prædijs 11. C. de vsuris, l. 2. C. de partu pignoris, l. si dominium 9. C. de pignoribus, l. titia 48. ff. de solutionibus, leg. secunda, titulo 13. part. 5. leg. prima titulo 2. lib. 8. ordinamenti, leg. quarta, titulo sexto, libro 8. compilationis, quorum omnium iurium eadè ferè tractatio est, de qua præter ordinarios in dictis locis plura cumulant Socinus regula 3. per totam, Negufanc. in tractatu de pignoribus 5. p.

principali membro 5. per totum, Petrus Gregorius lib. 2. Syntagmatum cap. 5. Conradus de contractibus quaestione 32. conclusione 5. Rodriguez lib. 2. de redditibus quaest. 11. Anton. Faber de erroribus decade 9. errore 5. 6. & 7. Co-batruias lib. 3. variarum, cap. 1. à nu. 3. & Theologi omnes cum Divo Thoma secunda secundæ, quaestione 78 art. 2. ad sextum, Molina de iustitia & iure, tractatu 2. disputatione 320. Nabarro libro 2. de restitutione cap. 2. num. 35.

Ex quibus omnibus iuribus ea deducitur disputanda conclusio: *Creditor ex se sibi pignoratam fructus percipiens eos in sortem principalem imputare debet deductis expensis, aliàs usurarius est.* Hęc conclusio duplicem continet partem: prior est, creditorem fructus pignoris in sortem imputare debere posterior est, usurarium esse fructus ex pignore perceptos retinere, eosque in sortem non imputare.

3 Sed contra priorem conclusionem dubitationem movet: nam secundum iuris regulas videtur dicendum, fructus ad creditorem pertinere, nam creditor pignoris possessionem habere dicitur, leg. si rem 9. §. 1. leg. cum & sortis 35. §. pignus, l. si pignus 37. ff. de pignoratitia actione, leg. per servum 37. ff. de acquirendo rerum dominio, leg. 1. §. per servum, ff. de acquirenda possessione, leg. pignori rem 13. ff. de usu capio: at fructus ad possessorem pertinere constat, leg. bonæ fidei 48. ff. de acquirendo rerum dominio, §. si quis à non domino. Instituta de rerum divisione, ergo pignoris fructus ad creditorem pertinent. Quare sæpè in iure nostro cautum est, fructus pignoris ad creditorem, non ad debitorem pertinere, leg. si is, qui 11. §. 1. ff. de pignoribus, leg. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur, leg. si ea pactione 14. C. de usuris. In quibus iuribus sola conventio antichresis non sufficit, nam quoties usura damnata est, conventio, & consensus non proficit.

4 Secundò dubitationem movet contra posteriorem conclusionem, nam sæpissimè in iure nostro cavetur creditorem fructus pignoris licet retinere posse, ergo id non est usurarium. Primò, text. in cap. ad notam 5. de iureiurando, ubi si debitor iuravit debitum solvere non admittitur obijciens compensationem fructuum fundi pignorati. Secundò id probat text. in cap. primo de feudis, & in capit. conquestus de usuris, dum probant, quod si domino feudi feudale prædium pignoris causa tendatur, fructus ab eo licet, & absque labe usuræ percipiuntur. Tertio, id probat text. in cap. salubriter 16. huius tituli, ubi fructus pignoris marito traditi pro securitate dotis ad ipsum pertinent absque vlla obligatione imputandi illos in sortem principalem dotis. Quarto id probat text. in cap. primo de usuris, dum docet, quod si prædium, quod ad beneficium Ecclesiæ pertinet, eidem in pignus datum sit, fructus percepti ex illo præcipue ad Ecclesiam deferuntur.

5 Sed his non obstantibus horum iurium decisio, & supra à nobis proposita conclusio verissima est. Pro cuius declaratione memoria tenendum est, pignus non solum contrahi, & celebrari dum res mobilis potestati, & manui creditoris subijcitur, argumento text. in leg. plebs 237. §. pignus, ff. de verborum significatione, leg. si rem 9. §. 1. ff. de pignoratitia actione, sed etiam dum res immobiles creditori traduntur, leg. creditor 13. ff. de pignoribus ibi, *prædia obligata ex causa pignoris*, leg. ei qui 16. ff. de servitutibus, leg. 2. §. ff. de religiosis, & sumptibus funerum. Ex quibus aperte colligitur pignus in rebus etiam immobilibus consistere. Vnde rectè I. C. in leg. res hypotheca 5. §. inter pignus, ff. de pignoribus, docet inter pignus, & hypothecam solam versari nominis differentiam, pro utroque enim eadem pignoratitia actio conceditur, adeò ut sicut hypotheca conventione celebrata res à creditore vindicari potest, ita & similiter celebrato pignore, §. item serviana Instituta de actionibus. In eo tamen differunt pignus, & hypotheca, quòd hypotheca ex proprietate vocabuli tunc contrahitur quando pro creditoris securitate illi res supponitur, & obligatur; pignus verò tunc celebratur, cum res obligatur, & simul creditori traditur: leg. si rem, leg. cum & sortis §. fin. ff. de pignoratitia actione, & notat Alciatus in dict. leg. plebs, ff. de verborum significatione, Donellus de pignoribus, capit. 2. Conanus lib. 4. comment. cap. 13. & 14.

6 Quo supposito illa nostrorum iurium supra adducta conclusio, quæ duplex est, duplicem habet decidendi rationem: nam prior pars, quæ probat fructus pignoris in sortem principalem esse imputandos, illam habet rationem; nam fructus pignoris lucro debitoris cedunt, non verò creditoris, eò quòd res pignorata ad illud datur, ut ius creditoris securius reddatur; non verò ut commodum, atque emolumentum pignoris ad creditorem pertineat, nam dominium pignoris manet pœnes debitorem, l. pignus 9. C. de pignoratitia actione, d. leg. cum & sortis 35. §. pignus, ff. eodem, ibi, *manente proprietate debitori*, adeò ut quodcunque damnum, sive interitus pignoris periculo debitoris cedat: leg. quæ fortuitis, leg. pignus, C. de pignoratitia actione, ideò merito & fructus omnes, & accessiones pignoris ad debitorem, non ad creditorem pertinere debent, ut ostendit I. C. in leg. si inter 21. §. primo, versiculo *quidquid* ff. de pignoribus: cui rationi, & naturalis favere videtur ratio, quæ docet, commoda rei pertinere debere ad illum, ad quem pertinent in commoda leg. secundum naturam, ff. de regulis iuris, capite qui sentit eodem titulo, lib. 6. leg. 1. C. de periculo, & commoda rei venditæ.

7 Secunda verò cõclusionis pars probat creditorem fructus in sortem principalem non computantem usurarium esse: ratio est, quoniam si contractus fructus fuit ratione mutui, & postea res aliqua ad creditoris securitatem pignorata, si rei illius fructus creditor sibi retineret, neque im-

putaret in sortem, lucrum ultra sortem ratione mutui perciperet, quod manifesta usura est, cap. si feneraberis 14. quaest. 3. quam rationem adducunt, Beroius, & Abbas in cap. primo de usuris, si verò alius præcesserit contractus, cum præsumatur pecunia à debitore soluta creditori, eademque sub pignore denuò mutuata, si fructus pignoris creditor lucraretur, ex mutuo saltim palliato lucrum perciperet ultra sortem, & ideò usura semper resultaret, ut ostendit D. Thomas 2. 2. quaest. 78. art. 2. ad sextum, Molina de iustitia & iure, tomo 2. tractatu 2. disput. 320.

8 Vnde ex supra dictis rationibus primo colligitur iura omnia dicentia usuram esse non imputare fructus in sortem principalem, intelligenda esse in fructibus remanentibus deductis expensis, ut expressè probat text. in cap. primo, & secundo, de usuris, & præter ordinarios resolvit Negulantius de pignoribus quinta parte principali membro 5. à num. 12. & relati à Canisio de usuris cap. 5. num. 8. & comprobatur ex regula text. in leg. si necessarias 8. leg. si servos 25. ff. de pignoratitia actione, leg. creditor 7. C. eodem, ubi constat contrariam actionem pignoratitiam competere creditori pro impensis factis in re pignorata, & merito, quoniam impensæ sortis quantitatem extenuant, leg. si à domino 34. §. penultimo, ff. de petitione hæreditatis, leg. quod in fructus 46. ff. de usuris, leg. fructus 7. ff. soluto matrimonio, leg. prima, C. de fructibus, & litium expensis. Adeò ut pro illis ius retentionis competat creditori, ut in leg. fundus qui 5. ff. familiæ eriscudæ, leg. in commodato 18. §. possunt, ff. commodati, leg. si in arca 33. ff. de conditione indebiti, de quorum iurium interpretatione plura cumulat Ioann. Garcia de expensis cap. 1. num. 11. & cap. 7. per totum. Cuiuslib. 10. observat. cap. 1. Donellus in leg. domum, C. de rei vindicatione, & lib. 1. commentariorum cap. 7. per totum, Anton. Fab. lib. 2. coniecturarum cap. 1. Barbosa in dict. leg. fructus à num. 7. huiusmodi enim pœsiones rem ipsam tanquam onera insequuntur realia, leg. Imperatores 7. ff. de publicanis, & vectigalibus, leg. hætenus 8. ff. de usufructu. Merito ergo dicimus fructus pignoris usque in quantitatem expensarum retineri posse à creditore, nam illa quantitas non habet considerationem lucri excedentis sortem principalem.

9 Secundo infertur omnes fructus cuiuscunque sint conditionis pecunia æstimabiles ex pignore provenientes esse in sortem imputandos iuxta horum iurium decisionem, sive sint fructus naturales, qui absq; hominis factu, vel saltim modico nascuntur, ut in cap. quoniam hoc tit. de usuris, sive industriales, qui industria præcedere percipiuntur, ut in cap. cum contra de pignoribus, sive etiam civiles, veluti pensiones domorum, aut navium vecturas, ut in leg. si navis, ff. de rei vindicatione, omnes etenim sūt rei accessiones: & ideò ad dominum pertinent, leg. secunda, leg. item que 6. ff. de acquirendo rerum dominio, ut advertit

Gregorius in leg. 2. tit. 13. p. 5. verbo *tenendo es*, & relati à Gutier. de tutelis 3. p. cap. 23. num. 15.

10 Tertio infertur superiorem conclusionem intelligendam esse de fructibus tantum perceptis, quos tenetur creditor in sortem imputare, non verò de illis, quos percipere potuit, hos namque etiam si non imputaverit, usurarium non erit. Hęc declarationem probant expressè text. in cap. 1. & in cap. 2. cap. conquestus 8 de usuris, ubi nulla fit mentio de fructibus, quos creditor percipere potuit, sed solum de illis, quos ex pignore percipit. Primo quoniam ad extenuandam sortem principalem solum rationem fructuum perceptorum habendam esse probat text. in leg. 1. & 2. C. de pigno. actione. Secundò, nam solum iniustus, & male fidei possessor de fructibus percipiendis tenetur, cap. gravis de restitutione spoliatorum, & creditor, qui ex causa pignoris rem possidet, iustus censetur possessor: solos ergo fructus, quos percipit imputare debet, alios verò non computando usurarius non erit, nam usura lucrum est ultra sortem adquisitum, fructus autem, qui percipi potuerunt, non tamen percepti sunt, non habent rationem lucri acquisiti, sic neque etiam usuræ.

11 Sed in contrarium est, quoniam secundum acceptam Doctorum opinionem non solum fructus percepti, sed etiam, qui maiori adhibita diligentia à creditore percipi potuerunt, in actione pignoratitia comprehenduntur, & sortem principalem extenuant, & consequenter usuram esse illos in sortem non imputare sentit Abbas in cap. 1. n. 5. de usuris, & relati à Canisio in tract. de usuris, cap. 5. n. 6. pro qua sententia videtur esse text. expressus in l. 3. C. de pigno. actione, & in l. 2. C. de partu pignoris, ubi non solum fructus percepti, sed etiam qui percipi potuerunt, in sortem imputantur, respondet Abbas ubi supra distinguendo, nam aut creditor de fructibus iam est satis factus, & tunc de perceptis, & percipiendis tenetur, eò quòd malæ fidei possessor sit, aut verò nondum satisfactus est, & tunc de perceptis solum tenetur, cū bonæ fidei possessor fuerit. Sed hæc interpretatio aperte vincitur ex regula text. in d. l. 3. C. de pignoratitia actione, ubi antequam summa debiti soluta esset creditori, rem fructiferam ipse pignoris nomine possidebat, & ex fructibus illius ei satisfactum fuit usque ad concurrentem quantitatem, & nihilominus ad illos etiam fructus, quos percipere potuit, actione pignoratitia agi posse adversus creditorem constituit Imperator.

12 Quare ego hanc difficultatem aliter componendam esse existimo ex sententia Donelli in dict. l. 3. C. de pignoratitia actione; nam dum quærimus an fructus, qui percipi potuerunt, cedant lucro creditoris, distinctione utendū est, utrum id fiat ad effectum actionis pignoratitiæ, ut debitor rem cum omni causa, & accessione recuperet, an verò ad videndum, an creditor usurarius sit. Primò casu creditor non solum de fructibus perceptis sed etiam de illis, quos potuit honestè percipere, tenetur, quoniam in contractu pignoris non so-

lūm dolus, sed etiam culpa præstatur, leg. si contractus 23. leg. si cum venderet 13. §. fin. ff. de pig nota. actione: quamvis hodie iure regio solum de perceptis teneatur ex leg. 2. tit. 13. p. 5. & ibi Gregorius, verbo *esquilme, e desfrate*, quādo verò queritur, an creditor fructus, quos potuit percipere, in sortē teneatur imputare, ad hoc vt videamus an sit, nec ne vsurarius, procul dubie dicendū est propter fructuum percipiendorum rationē non esse vsurarium, nam vsura solum committitur propter lucrum vltra sortem acquisitum, non verò adquirendum.

13 Vnde ex dictis notabiliter infero, quod quoties creditor pignus retinet pro magno, & excessivo pretio, ita vt non sit aliqua lutionis spes, tunc poterit fructus omnes sibi licite quærere, neque tenebitur eos in sortē imputare, vt advertit Alex. in le. 1. §. per servum corporaliter, ff. de acquir. posses. Negusantius de pignoribus 3. p. men. b. 1. n. 27. & relati à Tiraquello de retractu in præfatione num. 36. & est ratio, quoniam vbi res pro tanto pretio pignoratur, vt nulla sit spes redemptionis, contractus emptionis celebratus censetur, & dominium rei translatur in creditorem, l. qui habebat 99. in principio, ff. de legat. 3. l. legata §. penult. ff. de supellectili legata tunc autem fructus pignoris in sortem imputare tenetur creditor, quando pignoris dominium pœnes debitorem remansit.

14 Sed quamvis superior sententia multis placuerit, ego tamen eam non tutam esse existimo. Primò, nam iura nostra generaliter statuunt vsuram esse non imputare fructus pignoris in sortē, & quamvis res fuerit maiori pretio, quā valeat pignorata, semper tamen manet creditori actio ex primo contractu, vt sibi satisfiat, & consequenter interim fructus quærere sibi non debet, & vltorius integrū debitum esset, namque procul dubio aliquid vltra sortē principalem exigeret, quod est formaliter vsura. Quare hanc sententiam probat Socinus in d. §. per servū corporaliter n. 11. Cornucius in l. 3. n. 1. C. de delegatis. Ripa in l. obligatione generali, nu. 40. ff. de pignoribus, Vincentius de Franquis decis. 283. n. 3. secunda parte.

15 Neque obstat text. in d. l. qui habebat, in cuius declaratione laborant interpretes, sed puto illius decisionē nostram sententiā difficilem non reddere quoniā in longe diverso casu procedit, docet enim fundum pignoratū quando spes redemptionis non est, in legato generali prædiorū contineri, quod intelligitur quando debitor cessavit in solutione, v. g. quando pacto redimendi nō stetit debitor, quo casu cum creditor possit fundum alienare, l. si convenerit 4. ff. de pignoratitia actione, quod amodo existimatur esse dominus fundi, & ideo non est mirū, quod in legato generali prædiorū contineatur, neq; etiā obstat text. in d. l. legata, §. vlt. nam Papinianus 6. solum declarat, an supellectili legata videantur etiam relicta ea quæ pignoris causa testator possidebat, & respondet nō videri relicta, nisi illa solū, quorum vsus testatori

permiffus fuerat; hæc namq; continentur in legato, nam legatum supellectilis cōprehendit omnia domestica instrumēta quibus vititur Pater familias, l. 1. ff. de supellectili legata, non tamen id pro credit ex eo, quod ex pignoratione creditor dominium pignoris quærat, quod nequaquam potuit probare Iurisconsultus.

16 Sed iam pro huius doctrina vrget scrupulus: nam videtur iniquū compellere creditorem fructus in sortem imputare, supponēdo quod cōpensatio vicem obtineat solutionis, l. si debitor 4. ff. qui potiores in pignore habeantur, l. 1. toto tit. ff. de cōpensationibus, aliud verò pro alio invito creditore solvi non potest, l. 2. §. autui, ff. si certū petatur; ergo non debet fieri fructuum cum sorte cōputatio, hoc enim esset cōpellere creditorem vt aliud pro alio acciperet. Et vrget magis difficultas, nam secundū iuris principia de specie ad quantitatem nō admittitur cōpensatio, l. si debeas 22. ff. de cōpensationibus, l. si ex ea pecunia 6. C. de rei vendicatione. l. fin. C. de comm. odato; si ergo creditor fructus in sortem imputare deberet de specie ad quantitatem daretur cōpensatio. Et tādē confirmatur ex l. si convenerit 18. ff. de pignoratitia actione vbi I. C. docet fructus ex re pignorata perceptos cedere debitori, qui dominus est pignoris, quamvis creditor possit & fundum, & fructus illius retinere pro debito, ergo non imputantur in sortem principalem.

17 Respondent huic difficultati Donell. in l. 1. n. 2. C. de pignoratitia actione, & relati à Cansio de vsuris cap. 5. n. 7. Barbosa in l. d. vortio, §. ob donationes n. 8. ff. soluto matrimonio, advertēdum esse, quod dum de cōpensatione fructuum agitur duo casus distinguendi sunt, nam aut fructus à creditore percepti ab illo consumpti sunt, aut adhuc extant: si consumpti sunt, illorum estimatio de sorte principali deducenda est, eā creditor lucrum exigit, quod vltra sortem absque vsura exigere non potest, & in hoc casu non habetur ratio fructuum ad inducendam cōpensationē, sed pretij illorum, vt de quantitate ad quantitatem facta censetur cōpensatio, iuxta dispositionē ditorum iurium, & in l. fin. C. de cōpensationibus. Vnde vt debitor possit creditori opponere talē fructuum cōpensationem, fructus consumptos esse ab illo, & allegare, & probare debet, vt vtiliter advertit Baldus in l. 3. C. in quibus causis pignus tacite contrahatur. Si verò fructus pignoris extantes sint, cōpensatio opponi nō potest, sicut neq; aliud pro alio invito creditore solvi potest: & quia de specie ad quantitatem non habet locū cōpensatio, nisi debitum, & fructus sint eiusdē conditionis, veluti si debeatur triticum, oleum, aut vinum, & eiusdē conditionis vinum, aut oleum ex fundo pignorato percipiatur.

18 Quibus suppositis iam non obstant argumenta supra adducta nō primum, quod valde difficile est, nam sæpè Iurisconsulti constituunt pignoris possessionem ad creditorem, sæpè ad debitorem pertinere, in iuribus enim in argumento addu-

adductis aperte probatur creditore pignus possidere, adeo vt adversus illum actio ad exhibendū competat, leg. servi nomine 16. ff. de vsucapioni. imò ipsi furti actio competit non solum adversus extraneos pignus detinentes, sed etiam contra ipsum debitorem, ad quem aliās pertinet pignoris dominium, leg. si pignori 22. ff. de pignoratitia actione, leg. cum qui 14. §. idem sentit, leg. creditoris 15. leg. si creditori 89. ff. de furtis, leg. quarta, §. si rem, ff. de vsucapio. leg. fin. ff. pro soluto, eique interdita quoque possessoria competunt; quoties ex possessione pignus possidet, vt advertit Glossa in leg. si duo 3. §. creditores, versicu. non posse, ff. vti possidetis, & observant relati à Menochio de retinenda, remed. 3. num. 159. Cuiacius lib 9 observatio. cap. 33.

19 Ex contrario autem solum debitore pignus possidere probatur, nā solus debitor pignus potest vsucapere, leg. 1. §. per servum, ff. de acquirendo rerum dominio, leg. servi nomine 16. ff. de vsucapio. at vsucapio supponit possessionem, ca. sine possessione de reg. iur. lib. 6, leg. sine possessione, ff. de vsucapio. & hac ratione publiciana actio soli competit debitori, leg. quæcunque 13. §. primo, ff. de publiciana. Sic etiam actio noxalis, quæ contra dominum datur pro damno à servo facto contra debitorem competit, non verò contra creditore, l. si servus 22. §. is qui, ff. de noxalibus.

20 In qua quæstione communiter respondent interpretes, vt declarat Balduin. in tractatu de pignoribus, cap. 15. quod debitor, qui ex causa pignoris rem creditori tradidit verus eiusdem exillimatur possessor, quare vsucapere potest, creditor autē possidere dicitur pignus, ita vt non pro suo, sed pro alieno, id est ad utilitatē debitoris possideat; cum enim pignus non animo domini retineat, non propriè possessor, sed detentor, & alienæ rei incubens dicatur sicut procurator, colonus, vel is, qui rem precario possidet, qui veri possessores non sunt, sed alienarum rerū iusti detentores. Hanc distinctionem agnoscit Imperator in leg. cum notissimi, §. sed cum illud, C. de præscriptione 30. vel 40. annorum. Vnde facile ad argumentū respondetur, nam quod dicitur fructus rei ad possessorem pertinere in d. §. si quis à non domino cū alijs iuribus in arg. adductis, procedit in illo, qui rem animo domini possidet, at creditor possidens pignus nō animo domini, sed pro alieno possidet, & in utilitatē debitoris, & ita fructus pignoris non lucratur.

21 Neque obstat difficultas supra in eodem adducta argumento ex text. in l. si is qui 11. §. 1. ff. de pignoribus, l. cum debitor 8. ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite contrahatur, l. si ea actione, C. de vsuris: in quibus probari videtur fructus pignoris ad creditorem, non ad debitore pertinere, quæ difficultas petit, vt explicemus, an pacto antichresis interveniente fructus pignoris pertineant ad creditorem. Ad cuius declarationē scire oportet Bartolum, cæterosque antiquos in explicatione antichresis valde laborasse, quos

reprehendit merito Antonius Faber de erroribus pragmaticorum decade 9. errore 5. Mudeus de pignoribus, C. de pactis pignorum, num. 47. Et secundum eorum sententiam antichresis significat vsum contrarium, & ita pactum antichresis dicitur conventio, per quam propter vsum pecuniæ mutuata vsus contrarius pignoris creditori permittitur, ita vt fructus, & omne emolumentū pignoris cedat lucro creditoris, vt advertit Balduin. de pignoribus, cap. 16. Rodriguez de annuis redditibus lib. 2. quæst. 11. à num. 1. Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 3. Andreas Gail lib. 2. practic. observatione 3. per totam.

22 Secundò sciendum est, quod antichresis dupliciter contrahitur, aut expressè, aut tacite: expressè contrahitur, quādo inter debitorem, & creditorem conventum est, vt contrarius pignoris vsus creditori liceat, & vt possit fructus pignoris causa vsurarum quærere, vt in l. si pecuniam, ff. de pigno. actione, leg. si is qui 11. §. primo, ff. de pignoribus, leg. si ea pactione, leg. si ea lege, C. de vsuris. Tacite verò contrahitur, quando etiam id inter debitorem, & creditorem expressè non paciscitur, at verò fundus fructifer pignori traditur, quo casu censetur actum, vt pro pecunia, quā nullo pacto præcedente creditor mutuavit, possit fructus vsque ad quantitatem vsurarum habere, vt in specie text. in leg. cum debitor 8. ff. de in quibus causis pignus tacite contrahatur, & observat Cuiacius lib. 8. observationum cap. 17. dicens, quod vbi antichresis est expressa etiam vltra legitimum vsurarum modum fructus creditoris efficiantur, vt in dict. leg. si ea pactione, dicta leg. ea lege, quando verò tacite contrahitur modum vsurarum legitimum non excedit.

23 Hanc tamen traditionem antichresis tacitæ, & expressæ improbat Anton. Fab. de erroribus decade 9. errore 5. nam consensus, aut conventio contrahentium non potest efficere licitam vsurarum exactorem vltra modum legitimum, Quare reiecta alia emendatione Othomani lib. 1. observat. cap. 4. antichresis tacitæ, & expressæ partem esse virtutem, tum ex text. in dict. l. cum debitor, ff. in quibus causis pignus, vel hypotheca tacite cōtrahatur, tum etiam, quoniam taciti, & expressi idem solet esse iudicium, l. cum quid 5. ff. de rebus creditis: adeo vt neque tacita, neque expressa sufficiat antichresis, vt vsuræ vltra modum legitimum fiat licitæ.

24 Neque obstat text. in dict. leg. si ea lege, C. de vsuris, nam prædium in illa specie pignori datum creditori ea conditione traditum fuit, vt quasi in cōpensationem vsurarum fructus creditor perciperet: quo casu fructuum in certitudo attenditur, & ita quamvis minor fructus percipisset, nihil vltra vsurarum nomine exigere posset, vsuræ enim promissæ non fuerunt, sed fructus in locum vsurarū, & ideo omnes illos quærere sibi debitor, etiam si modum vsurarum legitimum excedat, & eodem profus modo est intelligendus text. in dict. leg. si ea pactione, C. de vsuris.

25 Quibus suppositis oportet iam quaestio- nem supra num. 21. propositam declarare, an videlicet pactio contrahentium possit efficere, ut creditor pignoris fructus sibi licite retineat. Partem affirmativam probare videtur text. in dicta lege si pecuniam, dicta leg. si is cui, §. 1. dicta leg. cum debitor, dicta leg. si ea pactio, dicta leg. si ea lege. Et confirmatur, nam pactum revendendi licitum est in contractu venditionis, at fructus medio tempore percepti licite emptori acquiruntur, lege secunda, C. de pactis inter emptorem, & venditorem: ergo & conventio de acquirendis fructibus pignoris debet auctoritatem habere, ut absque usurae labe fiat, & absque obligatione imputandi illos in sortem. Sic videtur sentire Copus lib. 4. de fructibus, numero secundo, Zasius in leg. Rogasti, §. si tibi, ff. si certum petatur.

26 Sed ego adhuc eam sententiam non probo, nec puto pactum antichresis posse iustificare rem alias usurariam, qualis est ultra sortem fructus pignoris retinere, quare eam opinionem rejiciunt Panormitanus in cap. primo, numero secundo, de usuris, Beroius 6. Cumanus consilio 19. Baldus in lege prima, C. de distractione pignorum. Neque obstat iura pro contraria opinione adducta: non primum, nam iura illa procedunt ex permissione iuris civilis, quo attentio licite erant usurae si in stipulatione promittebantur, & modum legitimum non excedebant, lege prima, leg. eos, C. de usuris, at iure Canonico nulla antichresis pactio potest lucrum ultra sortem quaesitum iustificare. Neque obstat secundum: nam aliud est fructus ex re empti quaerere, aliud vero ex re pignolata, nam primo casu, dominium pertinet ad emptorem, quamvis ad retrovendendum ratione pacti sit obligatus, & ideo omnes rei fructus merito lucratur: in secundo vero casu creditor dominus pignoris non est, & ideo fructus absque usurae labe retinere non potest.

27 Neque obstat secundum principale argumentum supra numero quarto adductum, quod multorum iurium continet difficultates, in quibus iure Canonico apparet creditorem fructus pignoris retinere posse, absque usurae vitio. Et primo adducebatur in argumento text. noster in capite ad nostram 7. de iureiurando, ubi probatur, quod debitor, qui iuravit solvere certam pecuniae quantitatem, integre solvere cogitur, ita ut compensatio fructuum perceptorum ex pignore non admittatur. Pro cuius difficultatis solutione plura tradiderunt Panormitanus, & alij in dicto capite primo de usuris, & relati a Cobarruvias in capite quamvis pactum, prima parte, §. 4. à num. 8. Tiraquello de retractu lib. 1. §. 3. glossa 5. Zaballus tomo primo communium, quaestione 231. Zenedo collectanea 155. ad illum textum, Gutierrez de iuramento confirmatorio, tertia parte, capite sexto. Faquino lib. 1. controversia. capite septimo, Suarez de Religione secundo tomo lib. 2. de iuramento, cap. 37. quibus frequentius placuit ea interpretatio, quam tradiderat Glossa

in dicto capite ad nostram, quod in illa specie non admittitur fructuum compensatio: nam debitor solvere iuraverat, at iuramentum in forma specifica impleri debet, nec sufficit in aequipollenti. Movetur primò, ex text. in cap. querelam, ne prelati vices suas, ubi iuramentum faciendi precise ad factum obligat. Secundò, nam iuramentum de solvendis usuris obligat, & in forma specifica implendum est, cap. debitores de iureiurando, ergo idem erit dicendum in specie text. in dict. cap. ad nostram, ut debitor, qui solvere iuravit, non possit fructuum computationem opponere.

28 Sed quamvis communiter ordinarij, & relati a Cobarruvias ubi supra, Serafino de privilegij iuramenti, privilegio 74. num. 36. Sarmiento lib. 2. selectarum capite primo, num. 11. existimant compensationem eo in casu non esse admittendam, verius nihilominus opinor debitorem iurantem simpliciter solvere, recte posse compensationem alterius quantitatis obijcere, nam appellatione solutionis compensatio, & quolibet alia satisfactio continetur, lege 4. §. solvise, ff. de re iudicata, leg. solutionis, verbum 54. ff. de solutionibus, leg. si lutionis 176. ff. de verborum significatione, adeò ut is, qui compensat, solvere dicatur, leg. quarta, ibi ne, ne interest, ff. qui potiores, & pro hac sententia puto esse text. expressum in cap. ex parte 13. de clericis non residentibus, ubi sufficit iuramentum in forma aequipollenti adimplere. Tum etiam, quia contra debitum ex causa iudicati obijci potest compensatio, leg. secunda, C. de compensationibus: at res iudicata eandem habet auctoritatem, quam iuramentum, lege secunda, ff. de re iudicata: poterit ergo similiter opponi ad versus debitum ex causa iuramenti. Sic videmus quod etsi conditiones in forma specifica impleri debeant, lege qui heredi, lege marcius, ff. de conditio. & demonstratio. nihilominus conditio dandi compensando impleta videtur, leg. si peculium, §. de illo, ff. de statu liberis, leg. Iulianus 45. ff. de conditionibus, & demonstrationibus: ita ex multis sententis videntur Cobarruvias, & Faquino ubi supra relati, Molina de iustitia & iure, tomo 2. disp. 560.

29 Quare superiori difficultati respondet Abbas in dicto cap. ad nostram, num. 3. Osaicus decisione Pedemontana 92. numero 27. quod ea ratione compensatio in illa specie non fuit admittenda, nam debitor iuraverat non inferre molestiam super pignore, aut fructibus, donec integra pecunia debita soluta esset. Sed hæc interpretatio communiter ab omnibus relatis rejicitur, & merito, nam molestiam non videtur inferre, qui suo iure utitur, leg. Aurelius, §. Caius, ff. de liberatione legata, ubi omnes. Neque etiam placent alie solutiones, quas refert Zenedo ad Decretales collectanea 155. quas omnes brevitate causa consilio omittimus.

30 Quare ego aliter responderi posse multo facilius puto, videlicet, quod in dicto capite ad nostram

nostram non permittere creditori, ut fructus pignoris lucratur absque eo quod illos in sortem imputet, neque excluditur beneficium compensationis illorum fructuum, qui consumpti essent, sed solum ibi probatur fundum pignori datum, & eius fructus, qui mandato Archiepiscopi fuerat ablati, creditori tradendum esse ea ratione, nam creditor ex causa pignoris habet ius retinenda rei pignorate, quousque sibi integre sit satisfactum ex natura contractus pignoris: quod aperte denotant verba illius text. ibi, neque sibi molestias inferant, donec ei pecunia persolvatur, non tam transit dominium fructuum ad creditorem cum eo ipso, quod solutum fuerit debitum, illos vel restituere, vel in sortem imputare tenetur, neque obstant verba eiusdem text. ibi, cum autem ei pecuniam sicut iuraverunt, persolverint, & ibi, vos ipsum ad restituendum quidquid deducitis expensis ultra sortem recepisse conspicerit inducere studeatis. Nam hæc verba facile intelliguntur, ut pecunia debita solvenda sit, vel vera numeratione, vel admissa fructuum compensatione, tunc enim dicendum est debitorem solvisse, ut leg. quarta, ff. qui potiores.

31 Secundo loco adducitur in argumento textus in cap. primo de feudis, & in cap. conquestus de usuris, ubi probatur fructus pignoris ad creditorem pertinere respondetur, quod hæc iura speciale continent declarationem nostrae conclusionis, ut non procedat in rebus feudalibus, quæ domino feudi pignoris causa traduntur. Quo casu fructus non sunt in sortem computandi, sed ad creditorem pertinent, sic respondet Abbas in dicto capite primo de feudis, quem sequuntur fere omnes ordinarij, & relati a Cobarruvias lib. 3. variarum capite primo, numero quarto, Soto de iustitia & iure, lib. 6. quaestione prima, articulo 2. Molina tractatu secundo, disputatione 323. Cenedo collectanea sexta ad Decretales, in dicto capite primo de feudis. Totam autem difficultatem in eo consistere affirmant Doctores, ut huius specialitatis ratio assignetur, dixit ergo glossa prædictam fructuum acquisitionem in favorem Ecclesiarum esse inductam, sicut etiam, & alia multa in earum favorem constituta sunt, leg. sunt personæ, ff. de religiosis, & sumptibus funerum, sed hæc sententia rejicitur merito ab omnibus; nam cum fructus non imputare in sortem sit usura, nec favore Ecclesie potest locum habere: & multo magis Ecclesia ab his lucris illicitis abstinere debet, quam ceteri fideles, C. fraternitas 12. quaest. 2. cap. suam de poenis: adeò enim odiosa censetur usura, ut neque pro redemptione captivorum admitti debeat, quæ alias omnium pijsissima causa est, cap. super eo 4. de usuris.

32 Quare respondet Abbas in dict. cap. primo, quem sequuntur multi ex relatis, quod in specie dictorum iurium fructus creditori acquiruntur; nam ubi res fuit in feudum concessa, remanet dominium directum poenes concedentem, & solum utile transit in accipientem, ideoque si eadē

res domino pignoris causa tradatur, consolidatur utrumque dominium, & fructus ex illa re percepti iure dominij ad illum pertinent absque usurae labe. Sed mihi non placet ea sola ratione, quoniã negati non potest quin creditor fructus illos exigat ultra sortem, quos procul dubio exigere poterat debitor. Tum etiam, nam superior doctrina Panormitani, dum supponit utriusque dominij consolidationem, aperte repugnat decisione text. in leg. pignus, C. de pignoratitia actione.

33 Ego vero veriore existimo eam rationem, quam adducit Cobarruvias lib. 3. variarum, cap. 3. num. 4. Cenedo dict. collectanea 6. numero fin. creditorem scilicet, qui rem feudalem accipit, pignoris causa in prædicta specie fructus sibi acquirere, eò quod debitor feudatarius cessavit in exhibendis servitijs ratione feudi debitis, quorum causa feudi dominus rei feudalis ei permiserat fructus acquirere, at cessante causa non est mirum, quod effectus cesset: argumento text. in cap. cum cessante de appellationibus, hanc rationem aperte denotant verba text. in dict. cap. primo de feudis, quod autem feudum ob servitia, & obsequia detur, constat ex feudi definitione, quæ adducit Iulius Clarus lib. 3. sententiarum, §. feudum num. 4. quando autem debitor domino feudi debita servitia præstitit, procul dubio non poterit feudi dominus sibi fructus rei feudalis retinere.

34 Tertio loco adducitur in argumento text. difficilis text. in cap. salubriter de usuris, ubi maritus, cui dos fuit promissa, interim dum ei solvitur, si fundus verbi gratia, pignoris nomine ei traditus fuit, potest fructus sibi retinere. Ad cuius declarationem advertendum est, quod in aliquibus Codicibus illius text. verba mendosa sint, legitur enim in illis, pro numerata dote, leg. edum enim est, pro numeranda dote, ut recte advertunt Hostiensis, & ceteri ordinarij ibidem: ratio est, nam si dos marito numerata esset, non posset fructus pignoris iuste sibi retinere, neque esset aliqua obligatio, cui pignus accederet.

35 Huius ergo text. declarationem copiose prosequuntur Cobarruvias libro 5. variarum, cap. 4. num. 3. Navarro in comentario de usuris, num. 71. Antonius Gomecius secundo tomo variarum, cap. 11. num. 42. & in leg. 50. Tauri, num. 50. Molina de iustitia & iure, tractatu secundo, disputatione 321. Felicianus libro secundo de censibus, cap. 5. à num. 20. Rodriguez lib. 3. de annuis redditibus, quaest. 7. num. 4. & relati a Cenedo ad Decretalem collectanea 14. Barbosa in leg. 1. in principio num. 40. ff. soluto matrimonio. Omnes etenim fatentur textum in dicto cap. salubriter, continere declarationem regulæ generalis, & conclusionis supra adductæ num. 2. ita ut peculiare ius in marito observetur propter dotem non solutam.

36 Tota vero difficultas consistit in reddenda ratione, ob quæ hæc specialitas in marito procedat, & frequentius obtinuit eam fructuum ad-

quisitionem marito promissam esse ratione damni emergentis, dum onera matrimonij sustinet, & tantumdem ex suo patrimonio rependit, quantum nomine fructuum ex dote percepisset, aut pro satisfactione lucri cessantis, si forte ipse negociator esset. Sed hanc interpretationem merito rejicit Felicianus vbi supra, & ego illam primo hac ratione impugno: nam si maritus fructus dotis ratione damni, aut lucri cessantis lucraretur sequeretur inde, quod solum posset illos acquirere habito respectu ad quantitatem damni, vel lucri: quo casu si fructuum dotis ratio maior esset, non posset excessus ille licite marito acquiri. Secundò, nam si fructuum adquisitio ratione damni, aut lucri procederet, hoc vel esset ratione morte intervenientis, aut ex conventionione inter contrahentes celebrata, leg. tertia, §. fin. ff. de eo quod certo loco. At in specie text. in dict. cap. salubriter, neque intervenit mora, neque pactum consideratur.

37 Quare his, & alijs rationibus adductis à Feliciano vbi supra, existimo veram huius rei rationem esse, quam assignavit Pontifex in dicto cap. salubriter, in illis verbis: *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sustinenda. Pro cuius declaratione advertendum est, quod maritus, cui dos promissa est, & non soluta, non potest cogi uxorem alere, aut matrimonij onera sustinere, imò iuxta communem opinionem potest uxorem de domo expellere. l. fin. C. ad Velleianum, ubi, forsitam repelli, & distrabi matrimonium, cap. per vestram in fine de donationibus inter virum, & uxorem. Ex quibus iuribus id probant Anton. Gomez in leg. 50. Tauri, num. 51. Valafcus consultatione 8. Cobarruvias in 4. secunda parte, cap. 8. in principio, Lara leg. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de liberis agnoscendis. Imò docent, quod eo casu onus alendi uxorem spectat ad patrem, eum ve, qui illam dotavit, argumento textus in leg. si is cui §. 6. §. primo, ff. de iure dotium.*

38 Vnde si maritus, cui dos promissa est, & non soluta, fructus ex pignore percipiat, absque vlla usuræ labe illos lucratur, non enim illos percipit ex causa lucri, sed in compensationem retardatæ solutionis dotis promissæ: & quia toto illo tempore onera illa, ad que non tenebatur, ipse sponte supportavit; in his etenim oneribus non solum attenditur, quod maritus de suo expendit patrimonio, sed labor, & molestia personalis etiam consideratur, sic explicant ferè omnes relati.

39 Vnde infertur primò, quod ut maritus possit licite fructus percipere, non est necesse, ali quam præcessisse conventionem, hoc namque est privilegium dotis, ut fructus pertineat ad maritum absque vlla conventionione in compensationem onerum, estque in proposito celebris decisio text. in dicto cap. salubriter, ut ibidem advertit Pat. ormitanus num. 3. Rodriguez dict. qua. st. 7. num. 46. & hæc doctrina ex relatis non solum

procedit, quando focer dotem promisit, sed in quocunque dotatore: nam quamvis text. in dict. cap. salubriter mentionem faciat focer, qui dotem promisit, id enim factum est exempli gratia, nam frequentius filia à patre dotatur, ad cuius id pertinet officium, leg. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, leg. fin. C. de dotis promissione.

40 Secundò infertur decisionem text. in dict. cap. salubriter, non procedere in filiis mariti superstitibus soluto matrimonio, nam etiam si eo tempore non sit dos soluta à tempore, quo matrimonium dissolvitur, cessat interesse, & fructus deinceps non acquiruntur, nam hæc omnia marito conceduntur in compensationem onerum matrimonij, quæ maritus sponte sustinebat, quæ omnia soluto matrimonio, & mortua uxore cessant, ergo & prædicta fructuum adquisitio, ex regula text. in c. c. cessante de appellatio: quod fortiter confirmatur, nam vxuræ dotis tamdiu debentur marito, quamdiu uxorem alit, leg. cum post 69. §. in domum, ff. de iure dotium, leg. in insulam 42. ff. soluto matrimonio, leg. pater 17. in principio, ff. de doli exceptione, ergo prædicti fructus, aut interesse tamdiu licite à marito percipiuntur, quoad uxor ex illius patrimonio alitur, & ea mortua erit lucrum vsurarium.

41 Tertiò infertur, quid dicendum sit in illa celebri quæstione, an beneficium dicti capit. salubriter sit etiam ad viduam extendendum, quæ matrimonio soluto prædium recepit ab heredibus mariti interim fruendum, dum dotis differtur restitutio, an verò teneatur fructus illos in sorte imputare. In qua quæstione respondet Navarro in comentario de vsuris num. 75. Molina de primogenijs lib. 4. cap. 5. num. 4. Thesaurus in Pedemontanis decisione 43. num. 3. fructus eo casu licite à vidua acquiri posse; ita ut illos in sortem non teneatur imputare. Ego tamen contrariam sententiam veriore existimo, & moveor, nam ratio text. in dict. cap. salubriter, in vidua cessat, fructus etenim conceduntur marito in compensationem onerum matrimonij, quæ omnia cessant in vidua matrimonio soluto, ut hanc sententiam amplexus ex Panormitano, & alijs, ostendit Cobarruvias lib. 3. variarum cap. 1. num. tertio versiculo sexto, Barbosa in leg. secunda in principio num. 2. ff. soluto matrimonio num. 40. quod rectè supra dicti temperantur, ut saltem ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, quod potuit mulier habere, liceat illi fructus eidem respondententes retinere, aut loco illorum certam pensionem post annum à morte mariti, à quo die heredes ad restitutionem tenentur, argumento textus in lege vnica, §. ex actio, C. de rei vxoris actione.

42 Quartò denique loco adducebatur in argumento text. in cap. primo in fine de vsuris, in versiculo nisi forte, vbi dicitur, quod si prædium, quod ad beneficium Ecclesiæ pertinet, eidem im pignus datum sit, fructus ex illo percepti præcipui ad illam deferuntur, sed respondeo textum illum

illum specialem continere casum, in quo absque violatione horum iurium creditor fructus pignoris sibi acquirit, & hoc speciali ratione, nam procedit vbi bona Ecclesiæ, quæ beneficio Ecclesiastico deputata erant, à laico iniuste detinentur, isque causa pignoris illa, sive ipsi Ecclesiæ, sive clerico, ad cuius beneficium pertinebant, tradidit. Quo casu licet Ecclesiæ, aut clericus pignoris nomine prædicta bona teneant, sibi fructus acquirunt, non ratione lucri, sed iure proprio, & ut rem, quam iniuste amiserunt, recuperent, facile enim vnaquæque res ad suam revertitur naturam, leg. si vnus, §. pactus, ff. de pactis, sic respondet Abbas in dicto cap. primo ad finem, Beronius numero 109. & ita eadem profus ratione idem putandum in fundo cuiusvis laici, quando ab alio iniuste detinetur, quod si pignoris causa vero domino tradatur, poterit dominus, ut ipsi sunt facilius recuperet, fructus lucrari, cum eos non lucri ratione acquirat, sed iure proprio, ut glossa fin. singulariter præsensit in dict. cap. primo de vsuris, & cum his solvitur argumentum, & finitur hæc disputatio.

S V M M A R I A.

Ad tex. in cap. Si verò 8. cap. Verum 15. huius tituli de Iureiurando.

- 1 **P**roponitur quæstio horum iurium.
- 2 Valet argumentum de voto ad iuramentum.
- 3 Iuramentum metu extortum adeò est nullius momenti, ut nec absolutio necessaria sit.
- 4 Defenditur conclusio nostri text.
- 5 Metus dupliciter incutitur.
- 6 Metus non potest impedire quo minus iuramentum validum sit.
- 7 Doctrina Divi Thomæ secunda secunda, questione 89. articulo septimo, ad tertium, & questione 98. art. 3. ad primum.
- 8 Iuramentis metu extortis momentanea solutione satisfieri certum est.
- 9 Nullum ius, nec actio parti acquiritur ex iuramentis metu extortis.
- 10 Iurans per metum habens absolutum animum non implendi peccat, non tamen peccat si non implendi animum habet.
- 11 An sit veniale, vel mortale non implere iuramentum metu extortum. num. 12.
- 13 An iuramentum in contractibus aliàs à iure in validis obliget sub peccato mortali. num. 14.
- 15 Respondetur ad cap. Cum contingat de iureiurando. num. 16.
- 17 Dolus, & metus accedens iuramento equiparatur.

- 18 Respondetur ad rationem dubitandi supra num. 2. num. 19.
- 20 Omnia vota metu extorta etià simplicia irrita esse iure Ecclesiastico.
- 21 Etiam si vovens habeat animum se obligandi.
- 22 Virum ordo sacer metu intervenienti assumptus, ita obliget initiatum ad continentiam ratione voti, ut non posset matrimonium inire, & sineat sit irritum. num. 23. 24. 25. 26. & 27.
- 28 Ordinatus metu interveniente potest matrimonium contrahere.
- 29 Non poterit reslire si verbo, aut facto sponte ratificaverit.
- 30 Ratio dubitandi contra supra dicta. num. 31.
- 32 Respondetur ad dubia supra posita. num. 33.
- 34 An iuramentum de redeundo ad carcerem obliget. num. 35.
- 36 Adducitur doctrina Bazquez 1. 2. quaest. 96. art. 5. disp. 174. cap. 5. num. 35.
- 37 Ex vi iuramenti tenetur ad carcerem redire. numero 38.
- 39 Quando carcer est iniustus, aut poena imponenda sit iniusta huius iuramenti redeundi ad carcerem, aut non fugiendi, potest relaxatio ab Episcopo impetrari.
- 40 Sicut matrimonium metu extortum etiam iuratum non valet, neque obligat, similiter nec quelibet alia promissio iurata valebit. num. 41. & 42.
- 43 Probatur supra dicta ex decis. text. in cap. 2. de eo, qui duxit in matrimonium, quæ polluit per adulterium. num. 44.
- 45 De matrimonio ad iuramentum non potest fieri illatio.
- 46 Iuramentum adiectum matrimonio metu extortum nulla indiget relaxatione.
- 47 Ex tali matrimonio non oritur obligatio sponsaliorum.
- 48 Nec sponsalia valent.
- 49 Idem est de iuramento accedenti promissioni dotis, & de constitutione procuratoris ad contrahendum matrimonium.
- 50 Doctrina Sanchez lib. 4. disp. 12. num. 22.
- 51 Respondetur ad tex. difficilem adductum supra numero 40. num. 52.
- 53 Differentia inter renunciationem electionis, vel legitime.
- 54 Respondetur ad capit. 2. de iureiurando. num. 55. 56. & 57.
- 58 Infertur ad quæstionem text. in cap. veniens de iureiurando. num. 59.
- 60 Nihil refert an iuramentum præstitum sit dolo peccantis, aut mero iurantis errore. num. 61. & 62.
- 63 Quando dolus, & error antecedens dat causam contractus, iuramentum præstitum irritum est.
- 64 Quando est circa substantiam rei iuramento promissæ non valet, neque obligat iuramentum, nec indiget relaxatione. num. 56.
- 67 Quid erit quando contigit circa causam iurandi. num. 67. & 68.
- 69 Ad obligationem, vel deliberationem necessariò debere esse actum aliquem de presenti existentem in

in voluntatem saltem virtualiter.

- 70 Doctrina Molina tomo 1. de iustitia & iure, disp. 209. conclus. 1.
- 71 Ignorantia veniens mere negativa, qua videlicet est absque aliquo errore circa rem promissum non irritare votum, aut iuramentum, num. 72.
- 73 An error circa causam iuramenti, vel voti reddat votum, vel iuramentum irritum.
- 74 Distinctio Ancharani in cap. magna de voto, num. 13. notabili 15. num. 75. & 76.
- 77 Causa finalis, & impulsiva.
- 78 Respondetur ad text. in leg. 1. §. sexum, ff. de pestulando, num. 79.
- 80 Cessante causa fundi voti, & iuramenti consequenter cessat voti, & iuramenti obligatio.
- 81 Opponitur de text. in cap. magna de voto,
- 82 Limitatio Manuelis Rodriguez, tom. 2. Summa cap. 98. num. 2.
- 83 Reprobatur supra dict. limitatione Sancius tomo 2. moralium. lib. 4. cap. 2. num. 44.
- 84 Quando iuramentum, aut votum est in favorem hominis, cui acquisita est obligatio, eo casu tenetur implere, quia mora non excusat.

AD TEXTVM.

In cap. Si verò 8. cap. Verum 15. huius tit. de Iureiurando.

Reponitur quaestio in his iuribus an iuramentum metu extortum obliget: & respondent iura nostra tale iuramentum obligare, quoties impleri potest absque interitu salutis aeternae, quamvis Ecclesia soleat huius iuramenti relaxationem concedere.

2 Dubitationem movet, quoniam valet argumentum de voto ad iuramentum, ut in cap. magna de voto, cum adductis in cap. et si Christus de iureiurando: sed votum metu extortum nullum est, ut expressè decifum est in capit. primo de his, quae vi. idem ergo dicendum est in iuramento. Et probari videtur apertè in leg. 28. titulo 11 parte quinta, ibi: *por miedo, o por engaño qual ficiere prometiendo un home a otro de dar, o facer alguna, maguer se obligasse jurando de facer, lo que promete, dezimos que no es tenudo de cumplir la promissio.* Idque magis urget: nam talis obligatio non homini, sed soli Deo acquiritur, Deus autem non acceptat has promissiones metu extortas, & ideo votum hoc obligare non potest, & consequenter, nec iuramentum: idemque est in matrimonio metu contracto, quod nullum est, neque diversa ratio in iuramento assignari potest.

3 Et fortiter confirmatur: nam Grammaticus consilio 91. num. 4. Corneus consilio 11. libro 3. Gratus responso 71. lib. 1. nervosè defen-

dunt iuramentum metu extortum adeò esse nullius momenti, ut nec absolutio necessaria sit, & elegant text. expressum in Authentica Sacramenta puberum, C. si adversus venditionem, ibi: *Per vim autem, vel per metum extorta etiam à maioribus (maxime ne querimoniam malefactorum commissorum faciant) nullius esse momenti habemus.* Tum etiam, nam tale iuramentum metu extortum est contra bonos mores, & ideo non potest esse obligatorium.

4 Verissimum tamen est iuramentum metu extortum, de quo loquitur text. noster, obligatorium esse; idque procul dubio probat text. in dicto cap. si verò, & in dicto cap. verum de iureiurando, & in cap. ad audientiam de ijs, quae vi. Vbi est communis Iuristarum sententia, & egregiè docuit Divus Thomas secunda secundae, quaestione 89. articulo septimo, & cum illo omnes Theologi ibi: *In iuramento, quod quis coactus fecit, duplex est obligatio, una quidem, qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim intulit, hoc meretur, ut ei promissum non servetur: alia autem est obligatio, qua quis Deo obligatur, ut impleat, quod per nomen eius promissit, & talis obligatio non tollitur in foro conscientiae, quia magis debet temporale damnum sustinere, quam iuramentum violare.*

5 Pro huius tamen doctrinae explicatione sciendum est, quod metus dupliciter incutitur, aut per vim, vel iniustam coactionem, sine iniuria; & utroque casu potest directè imitari ad extorquendum iuramentum. Primò casu quoties iuramentum oritur ex metu sine iniuria illato procul dubio obligatorium est, sive metus directè inferatur ad extorquendum iuramentum, sive non. Hæc est communis Doctorum sententia, & ferè in omnibus actibus ex metu sine iniuria factis id à Doctoribus pro generali regula traditur, leg. tertia, §. vnico, leg. si mulier, ff. quod metus causa ratio est, quia non obstante metu actus iurandi voluntarius remanet simpliciter, licet sit in voluntarius secundum quid iuxta doctrinam Aristotelis tertio Ethicorum cap. primo, Divus Thomà prima secundae, quaestione sexta, articulo octavo, non ergo obstavit talis metus, quo minus obliget iuramentum, quia ad obligationem sufficit consensus absolutus habito respectu ad naturalem obligationem, neque iure positivo talis obligatio irrita invenitur.

6 Et ratione confirmatur, nam metus non impedit quominus iuramentum validum sit, & verum: ergo non potest impedire quominus sua inducat obligationem. Cum ergo supponamus illū, qui metu iuravit nolle peccare, non est presumendum fictè iurasse, nec illi deesse intentionem iurandi, nam licet intentio coacta sit, vera intentio est, sicut & voluntas coacta vera voluntas est, capit. movet, & ibi glossa decima quinta, quaest. prima, exemplum erit in baptismo, est namque verus baptismus, etiam si coactus sit, quia concurrunt omnia necessaria ad essentiam baptismi, neque obligatio ad religionem catholicam

licam pendet iam à voluntate baptizati, sed à divina institutione, ad quam sequitur character baptismalis, ut hæc omnia traduntur in cap. maiores de baptismo. Similiter etiam idem dicimus in commissione peccati, nam licet per motum committatur, verum peccatum est, nam voluntas peccandi etiam coacta vera voluntas est, ex qua sequitur necessariò malitia culpæ, & reatus poenæ independentè à nova voluntate peccantis,

7 Dicendum est secundò, quod si iuramentum etiam per motum cum iniuria extorquatur, si aliàs licitè impleri potest, obligat procul dubio. Hæc est sententia D. Thom. secunda secundae, quaest. 89. art. 7. ad tertium, & quaest. 98. art. 3. ad primum, Durandus, & alij in tertia distinctione 39. quaest. 2. Sylvester in verbo *iuramentum* 2. quaest. 7. Cobarruvias in quarto Decretalium, secunda parte, cap. 3. §. 5. num. 2. Navarro in Manuali cap. 12. num. 14. Estque omnium ferè interpretum communis conclusio, & apertissimè probatur in textu nostro cum similibus: & eo argumento probatur, nam metus sine iniuria incussus, ut iam diximus, non impedit iuramenti obligationem, sicut neque iniuria sine metu, ergo neque utrumque simul eam obligationem poterit impedire, nam illæ circumstantiæ non faciunt causam efficacem, sed solum aggregant causas inefficaces, & sicut iam diximus, nam iniuria, & metus, etiam si simul concurrant, non efficiunt, ut illud sit verum iuramentum, nam voluntas per iniuriam coacta vera voluntas est, ergo non obstante metu iniurioso verum est iuramentum, ex quo ex naturali necessitate obligatio consequitur, & consequenter servandum est, cum servari possit absque periculo salutis aeternae.

8 His autem iuramentis metu extortis momentanea solutione satisfieri certum est, statim enim integrum erit iuranti repetere: si autem extortum fuerit iuramentum de non repetendo, prius iuramenti relaxatio petenda est, quam ad repetitionem agatur. Sicut in iuramento de solvendis vsuris iam diximus; & apertè dicitur in cap. ad audientiam de his, quae vi, ibi: *non obstante iuramento predicto, quo ad non repetendum, sed ad resignandum solummodo tenebatur, & ibi glossa, verbo resignandum.* Ioan. Andreas numero secundo, Butrius numero nono, Panormitanus in principio numero primo, Cobarruvias in cap. quamvis pactum, secunda parte, §. tertio, numero secundo, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 53. numero octavo, Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento cap. nono, num. 16. Leonardus Lessius de iustitia, & iure, cap. 17. dubio 7. num. 51. & cap. 42. dubio 6. num. 27.

9 Neque ex his iuramentis metu extortis ius, aut actio parti acquiritur, sed soli Deo, ut etià diximus in iuramento de solvendis vsuris, & probatur in cap. debitores de iureiurando, vbi dicitur cogendum debitorem reddere domino iuramentum, quasi soli Deo acquisita sit obligatio: &

probant in dicto capite debitores, Butrius numero septimo, Fortunius de ultimo fine, illatione 22. principalium. 465. Cobarruvias in dict. ca. quamvis pactum, secunda parte, §. 3. numero secundo, in versiculo *primum ex hoc intellectu*, Molina tomo primo de iustitia, & iure, disputatione 150. & tomo secundo disputatione 115. Suarez dicto libro secundo de iuramento cap. 27. ad finem, Lessius libro secundo, de iustitia, & iure, capite 17. dubio sexto, num. 51. Imò quamvis non nulli ex scribentibus in iuramento de solvendis vsuris, senserint iuramenti obligationem etiam parti ceteri adquisitionem, id verò negant in iuramento per metum extorto. Sic sentiunt Aragon secunda secundae, quaestione 89. art. 7. in solutione ad tertium, in quinta conclusione, Valentia secunda secundae, disputatione sexta, quaestione septima, puncto quarto, Sayrus in clavi Regia, lib. 5. cap. 6. num. 16.

10 Et puto quòd et si is, qui iurat per motum habens absolutum animum non implendi peccet, non tamè peccabit si non implendi animum habeat obtenta prius relaxatione, nam in hoc casu, neque mendacium est, neque iniuria parti irrogatur; nam iurans habet firmum implendi animum, nisi relaxationem obtineat. Et nihil inter est, quod habeat animum petendae prius relaxationis, & non implendi ea obtenta, animus enim hic, & intentio conformis est virtuali conditioni ipsius iuramenti, videlicet nisi illius relaxatio prius obtineatur, ideoque nullam culpam continere existimo, sicut nec peccat iurans foeminae matrimonium cum intentione non implendi, si fornicata fuerit, nam ea conditio virtualiter includitur in tali iuramento, ut in cap. quemadmodum de iureiurando: idque apertè sensit Suarez dicto libro secundo de iuramento, cap. septimo, numero vigesimo in fine, ibi: *Aliquis timoratus potest velle iurare, & se obligare, & sperare licitè non implere obtenta iusta dispensatione.*

11 Quale autem peccatum sit non implere huiusmodi iuramenta metu extorta, an veniale, an mortale, controversum est. Nam Glossa finalis in cap. verum de iureiurando, Angelus verbo *iuramentum* §. numero decimo, existimant ea iuramenta solum obligare sub culpa veniali. Et movetur ex text. in dicto capite verum: vbi dicitur transgressores non esse damnandos, tanquam culpæ mortalis reos.

12 Ego tamen procul dubio tenendum puto tale iuramentum sub culpa mortali obligare, ut apertè docet Angelicus Doctor, quem ego indubitè sequor secunda secundae, quaest. 89. articulo 3. ad primum, Panormitanus in text. nostro, numero final. Felinus numero septimo, Fortunius de ultimo fine, illatione 22. principali num. 347. Sylvester verbo *iuramentum* 4. quaestione septima Caietanus dicta quaestione 89. articulo septimo, in solutione ad tertium, dubio primo. Soto libro octavo de iustitia, & iure, articulo octavo, in solutione ad tertium, Navarro in Summa cap. 12. num.

num. 14. Toledo libro quarto Summæ, cap. 22. numero secundo, Aragon dicta quæst. 89. art. 7. ad tertium, Sayrus in clavi Regia, libro quinto, cap. 6. num. 16. Antoninus secunda parte, titulo decimo, capit. 6. casu quinto, Leonardus Lessius libro secundo de iustitia, & iure, cap. 42. dubio 6. numero trigesimo, Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 110. num. 16. Suarez tomo secundo, de Religione, lib. 3. de iuramento cap. 6. num. 18. Et ratio est manifesta, nam in eo casu obligatio iuramenti oritur ex strictissimo religionis vinculo erga Deum, & quamvis metus minuat obligationem respectu hominis, illam tamen non minuit respectu Dei. Neque contrarium probat text. in dict. cap. verum, ubi non agitur de culpa, sed de sola transgressoris poena, declarans eum non esse ita acriter puniendum ratione iniuriæ.

13 An verò quando iuramentum per metum extorquetur in contractibus alijs à iure in validis, aut reprobatis, an obliget sub peccato mortali, non leviter controversum est: & non obligare, neque relaxatione indigere probat glossa in dict. cap. quamvis pactum, verbo *non vi*, & ibi Francus numero quinto, & numero vndecimo, in versiculo *quarto casu*, & in cap. secundo, numero sexto, de iureiurando, libro sexto, Panormitanus in cap. cum contingat numero tertio, de iureiurando, & ibi Alciatus num. 18. Felinus in cap. secundo, numero secundo eodẽ titulo, & in text. nostro numero octavo, & in cap. secundo numero 35. de sponsalibus, Grammaticus decisione 103. num. 70. Corneus in Authentica Sacramenta puberum, num. 7. C. si adversus venditionem, & ibi Curtius num. 13. Marfilus in leg. penultima num. 76 ff. de quæstionibus, Rolandus consilio 10. num. 130. volumine 4. & consilio secundo num. 80. & 31. volumine primo, Marianus Socius consilio 3. num. 34. volumine secundo, Sylvester verbo *iuramentum* 4. quæst. 8. Sarmiento de redditibus, prima parte cap. quarto, numero septimo, Petrus Gregorius tertia parte Syntagmatum libro quinto, cap. 12. num. 5. Gregorius in leg. fin. verbo *que la fizo*, titulo vndecimo, parte tertia, Azorius tomo primo moralium lib. 11. cap. septimo, quæstione secunda, Flaminius de re signatione lib. 13. quæst. 2. num. 12. docet probabilem Cardinalis in dict. cap. cum contingat, numero primo, Ruinus consilio 170. num. 18. Et loquuntur Doctores isti de contractibus iure invalidis, aut reprobatis, quales sunt alienatio fundi dotalis, renunciatio futuræ successione, contractus minorum sine solemnitate.

15 Adhuc tamen in prædicta specie tale iuramentum sub peccato mortali obligare multo verius existimo, vt formaliter probat Monachus in dict. cap. quamvis pactum, numero secundo de pactis, libro sexto, & apertissimè tanquam tutiorem probat Archidiaconus numero decimo, Butrius in dicto cap. cum contingat numero tertio, de iureiurando, & ibi Imola numero tertio, Alexander de Nebo numero octavo, Baldus

in cap. secundo, numero secundo, de iureiurando & in leg. pactum dotali, quæstione prima, C. de collationibus, Afflictis decisione 322. num. quinto, & sexto, & decisione 393. numero vndecimo, Cobarruvias in 4. secunda parte, cap. tertio, §. 5. numero secundo, & in dicto capite quamvis pactum, tertia parte, §. quarto, numero secundo, & libro secundo variarum, cap. quarto, numero septimo, Molina libro secundo de primogenijs, cap. tertio, numero decimo tertio, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte, cap. 57. num. 19. Leonardus Lessius libro secundo, de iustitia & iure, cap. decimo septimo, dubio septimo, numero 51. Suarez tomo secundo de Religione, lib. secundo de iuramento, cap. vndecimo, à numero decimo quarto. Faquineus libro secundo controversiarum, cap. decimo septimo, & libro octavo, cap. 102. Et ratio est manifesta, nam implere hos contractus fieri potest absque dispendio salutis: neque vt iam diximus ex his iuramentis parti, sed soli Deo acquiritur obligatio. Tum etiam, nam ea iuramenta, neque iure naturali, neque iure humano irrita sunt: ergo erunt observanda.

15 Neque obstant fundamenta contrariæ opinionis, non primum ex decisione text. in cap. cum contingat, de iureiurando, & in cap. secundo eodem titulo lib. sexto, in quibus sermo est de renunciatione legitimæ, & fundi dotalis alienatione, quæ pacta secluso iuramento irrita sunt, & eo accedente servanda, si absque vi, & dolo iuramentum præstitum sit, ergo à contrario sensu, si iuramentum præstitum sit per vim, dolum, aut metum, nullam habebit vim. Idque expressius probat text. in d. Authent. sacra. puberum, C. si adversus venditionem, ibi: *Per vim autem, vel iustum metum extorta etiam a maioribus nulline esse momenti iubemus.*

16 Respondeo tamen text. in dict. capite cum contingat, & in dict. cap. secundo, de iureiurando, libro sexto, & in dict. cap. quamvis pactum, solum decidere illos contractus iure civili irritos iuramento confirmari, ita vt maneant irrevocabiles, nec sit relaxationi locus, id enim importat illa verba text. in dict. cap. quamvis pactum, *omnino servari debere*: vt ibidem advertit Dominicus num. quarto, Francus numero tertio, & ideò dum excipiunt, *nisi iuramentum vi, aut metu præstitum sit*, solum significant destituere illud iuramentum ea virtute confirmandi contractum, & reddendum illud ita irrevocabile, vt non sit locus relaxationi: & similiter dum in dicta Authentica Sacramenta puberum dicitur etiam in contractibus maiorum alijs validis tale iuramentum esse nullius momenti, intelligendum est habito respectu ad obligationem homini quærendam, & quo ad eius firmitatem, nam ratione metus facile potest relaxari.

17 Obijcitur secundo, nam in prædictis iuramentis dolus, & metus accedentes iuramento æquiparantur: at quando dolus dat causam contractui bonæ fidei iuramentum ex defectu consensus nõ obligat, vt infra latius probabitur: ergo similiter, neque

neque etiam quando metus præbet causam contractui. Respondetur tamen, dolum, & metum non æquiparari quoad omnia, quamvis utroque modo præstitum iuramentum per dolum, aut metum non confirmat contractum, adeò vt relaxationi non sit locus, differunt tamen, nam dolus dans causam contractui excludit consensum, & ideò tunc redditur omninò irritum iuramentum, metus verò non excludit consensum, sed supponit, & ideò nunquam irritat iuramentum.

18 Neque obstat ratio dubitandi supra numero secundo adducta ex eo, quod valeat argumentum de voto ad iuramentum, & ita sicut votum metu extortum non obligat, neque iuramentum obligabit, in eoque argumento dissolvendo, & reddenda ratione differentie inter votum, & iuramentum non leviter laborant interpretes, de quo videndus Panormitanus in capite secundo, de his quæ vi, à numero vndecimo. Omnia ergo longa disputatione respondet Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento capit. decimo, numero octavo, comparisonem fieri posse inter votum, & iuramentum, vel stando in iure divino, & naturali, vel in iure positivo. Cum ergo probabilior teneat sententia votum metu extortum iure naturæ validum esse, debet fieri comparatio attento iure Ecclesiastico, quo attento verum est Ecclesiam irritasse vota aliqua metu extorta, veluti solemnia religionis, non tamen irritasse iuramenta aliqua solius metus ratione, nam in professione religionis id congruum visum est, propter arduitatem, & perpetuitatem status: tum etiam, quia ea vota semel valida difficile solvuntur, quæ rationes non procedant in iuramentis.

19 Pro cuius explicatione sciendum est, quod de voto metu emisso quidam dicunt, non esse irritum, sed irritandum ab Ecclesia, & relaxandum, sicut iuramentum ex eo quod tale votum voluntarium est, sentit Cardinalis in dicto capite secundo, de his quæ vi, quæstione prima, casu quarto, Sylvester verbo *metus*, quæstione octava, & verbo *votum* secundo, quæstione duodecima. Alij verò dicunt votum solemnne professionis metu emissum irritum esse, non verò alia vota simplicia, & moventur, nam vnicus textus irritans votum reperitur in dict. cap. 1. de his quæ vi, is autem de sola professione religionis loquitur.

20 Sed multo verius puto omnia vota metu extorta, etiam simplicia, irrita esse iure Ecclesiastico: nam licet in dicto capite primo de his quæ vi, dicatur irrita professio foeminae metu extorta, quamvis referatur ibi tanquam ficta, decisio tamen illius textus non innititur fictioni, sed metui, siquidem docet foeminam non esse ad religionem cogendam, si probetur metus. Et quamvis ibi non sit sermo de voto simplici, & communi, & recepta traditione Doctorum ad vota simplicia extenditur, cum suam etiam videantur habere perpetuitatem, vt rectè ostendit

Sancius libro quarto de matrimonio, disputatione decima quarta, numero quarto, & in terminis probat glossa finalis in capite secundo de his quæ vi, & ibi Panormitanus numero vndecimo, & in cap. sicut nobis, numero quinto de regularibus, Angelus verbo *votum*, numero octavo, Fortunius de ultimo fine, illatione prima, numero 418. Soto libro septimo de iustitia & iure, quæstione secunda articulo primo, ad primum, Nabarro in manuali capite duodecimo, numero 52. & commentario secundo de regularibus, numero decimo tertio, Medina libro primo summe, cap. decimo quarto, §. sexto, Aragon secunda secunda, quæstione 88. articulo tertio, Valentia secunda secunda, disputatione sexta, quæstione sexta, puncto quarto, Azorius libro vndecimo moralium, capite decimo quinto, quæstione septima, Rota in novissimis tomo quarto, decisione vigesima, numero decimo quinto, Manuel Rodriguez tomo secundo Summæ, cap. 93. à num. 1.

21 Idque verum puto etiam si *vovens verum* habeat animum se obligandi eo voto, nam Ecclesia eo casu ratione metus irritat consensum, eumque reddit insufficientem ad producendam obligationem, sicut videmus in consensu clandestino matrimonij, ex quo nulla oritur obligatio, alijs nisi peculiare concederetur metui; nam etiam si deficit metus, votum absque animo se obligandi irritum est. Sic docent Soto, Aragon, Manuel Rodriguez iam allegati, Nabarro in capite statuimus, numero 75. 19. quæstione tertia, rectè Sancius libro quarto de matrimonio, disputatione duodecima, numero decimo octavo. Si verò cessante metus causa, & sciens prius votum irritum illum denuò ratificaret, inciperet ex tunc valere.

22 Vnde infertur ad quæstionem celebrem, an ordo sacer metu intervenienti assumptus ita obliget initiatum ad continentiam ratione voti, vt nec possit matrimonium inire, immò si inierit, irritum sit, & teneri eo voto: & irritum esse matrimonium probant Ioan. Andreas in capite maiores de baptismo: & ibi Butrius §. final. numero septimo, Cardinalis in Clementina fin. de ætate, & qualitate, Paludanus in quarta distinctione 38. quæstione tertia, articulo quarto, conclusionem sextam, numero 28. Antoninus tertia parte titulo 14. cap. 16. & moventur varijs rationibus infra referendis.

23 Sed adhuc multo probabilius existimo, metu sacris initiatum nullo iure ratione voti ad continentiam teneri. Sic probant Nabarro consilio secundo, numero 4 libro primo sub titulo de his, quæ vi, in prima editione, & consilio 3. numero 2. & consilio 4. numero 1. & in Summa Latina cap. 22. num. 51. ad finem, Gregor. in leg. 32. titulo 6. p. verbo *que le romana*, Enriquez. libro 10. de Sacramento ordinis, cap. 14. n. 5. & lib. 12. de matrimonio, cap. 5. n. 9. litera Q. Soto in 4. dif. 25. q. 1. art. 2. ad primum, Azorius lib. 13. institutionum moralium, cap. decimo quarto, quæstione

octava, Petrus de Ledesma de sacramentis, ubi de sacramento ordinis, cap. 6. difficultate tertia, dicto secundo, & innumeris alijs, quos sequitur, & refert Sancius lib. septimo, de matrimonio, disput. 29. num. 5.

24. Et probatur primò, quia castitas integra est res voti, non præcepti, capite integritas 32. quæst. 2. neque enim debetur continentia, nisi voluntariè assumpta, cap. ante triennium, cap. veniens 20. quæst. 3.

25. Probatur secundò, nam ordo sacer non obligat ex natura rei ad castitatem, sed ratione voti Ecclesiæ constitutione adiuncti, votum autem expressum (quanto magis tacitum) irritum est si metu fuerit emissum, capite perlatum, capite cum dilectus de his, quæ vi. Imò etsi constitutio Ecclesiæ obliget sacris initiatum ad servandam castitatem, id procedit quando sponte ordinis suscepit, & privilegijs clericalibus frui voluit; rationi namque consentaneum est, ut qui sentit commòdum, onera quoque annexa subeat cap. qui sentit 55. de regulis iuris libro sexto, & hæc ratio non procedit in eo, qui coactè ordines suscepit, & consequenter privilegijs clericalibus frui noluerit.

26. Probatur tertio, nam Ecclesiæ constitutio non obligat directè ad servandam castitatem, sed ad votum castitatis emittendum, adeò ut qui in susceptione ordinis tacitè votum castitatis emittit, ex solo voto ad eam tenetur, ut egregiè ostendit Suarez de matrimonio lib. septimo, disputatione vigesima septima, numero decimo quarto: cum ergo is, qui coactus suscipiens ordines votum non emiserit constitutione Ecclesiæ votum irritante ratione metus nulla ratione manebit obligatus.

27. Probatur quartò, nam lex id observat in metu gestis, ut eam, quæ facile reparari, & in pristinum statum restitui non possunt, omninò irritet, ne remedio careat metum passus; eaque ratione matrimonium metu contractum irritavit Ecclesia, cum aliàs semel contractum irrevocabile sit, & ideò cum alijs contractus à iudice irritabiles sint, ideò eos non irritavit lex, sed irritandos à iudice relinquit, cum ergo obligatio ad servandam castitatem ex ordine sacro semel contracta à iudice dissolvi nequeat, iustissimè Ecclesia ratione metus eam obligationem irritavit.

28. Unde inferitur ordinatum sacris metu interveniente licitè posse matrimonium contrahere, nam sola obligatio ad castitatem ordini sacro annexa posset matrimonio obstare. Cum ergo, ut diximus, ad continentiam non teneatur, nihil impedit quominus matrimonium contrahere possit. Sic in terminis probat Imola in capite Ioannes numero vigesimo primo, de clericis coniugatis, Nabarro in Summa Latina cap. vigesimo secundo, numero quinquagesimo secundo, & consilio quarto, numero quinto, in priori editione libro primo, sub titulo de his, quæ vi, &

in posteriori editione consilio secundo, numero quinto, Enriquez libro decimo de sacramento ordinis, cap. decimo quarto, numero tertio, Manuel Rodriguez tomo primo Summæ capite 224. numero quinto in secunda editione, & consequenter dicendum est, nec teneri ad recitandum divinum officium, cum sit onus impositum ordini sacro sponte assumpto, ut docet Nabarro dict. capite 22. num. 51.

29. Si verò is, qui per metum ordinatus est, postea sponte ratificaverit verbo, aut facto semel utens ordine non poterit postea resilire, sed tenebitur se continere, sicut alijs clerici, cum per talem ratificationem in ordine permanere elegerit: sicut etiam inducitur tacita professio faciendò ea, quæ pertinent ad professos, capite vidua de regularibus, Hostiensis in capite maiores, §. final. numero trigesimo octavo, de baptismo, & ibi Butrius numero octavo, Enricus numero septimo, idque procedit quando sciens, & prudens ratificat, secus si per errorem; tunc enim non ratificat, nam error excludit consensum. Sic Nabarro consilio secundo, numero octavo, libro primo sub titulo de his, quæ vi in prima editione, & consilio quarto, numero octavo, in posteriori editione, & relati à Sancio libro primo, de matrimonio disp. 16. num. 7.

30. Sed his omnibus obijci potest primò, nam eo metu ordinatus verè recipit characterem, cui annexa est castitas tanquam accessoria characteri: cum ergo accessorium sequatur naturam principalis, sicut non obstante metu valet character, valet etiam castitatis obligatio. Sed respondetur, accessoria tunc sequi principalis naturam, & connexa tunc diiudicanda esse iuxta terminos eorum, quibus connectuntur, quando sunt essentialiter connexa, & ex natura rei, secus verò quando solo iure humano connexa sunt, qualiter castitatis obligatio ordini sacro annexa est. Quare quamvis metus non irritet ordinis characterem, neque eius essentialiam impediatur, ut potè quid divinum, impedit tamen annexionem continentia, quæ humana est. Tum etiam, nam regula *accessorium*, non procedit quando in accessorio est specialis legis dispositio, qualis reperitur irritans votum metu factum. Tum denique, nam ea regula procedit, quando in principali, & accessorio, seu connexo eadem reperitur ratio, ut rectè anuotavit Panormitanus in cap. debitores, de iureiurando numero secundo, & ibi Imola numero quinto, Felinus numero tertio, Roza in novissimis prima parte, decisione 561. & constat ex dict. capite debitores, ubi obligat iuramentum de solvendis vsuris, quamvis promissio, cui adheret, sit invalida, cum diversa sit ratio in iuramento, & in promissione de solvendis vsuris, sic etiam non est eadem, sed multo diversa ratio in characteris impressione, & in voto continentia annexo, nam in illa sufficit quælibet voluntas, etiam coacta, in voto verò necessaria est spontanea voluntas.

31. Obijcitur secundò, nam metu interveniente baptizatus fidem servare compellitur, & aliàs omnes Ecclesiasticas leges ex eo solum, quod characterem recipit baptismatis, capite Iudæis 45. distinctione, qui text. deductus est ex Concilio Toletano Quarto, capite 56. sicut ergo fides catholica comitatur characterem baptismi, sic castitas characterem ordinis. Et confirmatur, nam cum voluntas coacta voluntas sit, capite merito 15. quæstione prima, is, qui metu initiatus est, voluntariè initiatus est, ergo sicut baptizatus non obstante metu tenetur ad servandam fidem, sic etiam & ordinatus non obstante metu tenebitur ad servandam castitatem: idque apertè probatur in Concilio Toletano Octavo ibi: *Quicumque (etiam si in vi) ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere, quam semel receperunt, gratiam, donumque, nequaquam audeant, si verò ad concilia, moresequi, saculi redire attentaverint, omni Ecclesiastica dignitate priventur, & apostata habeantur.*

32. Sed respondetur, disparem esse rationem inter votum, & baptismum metu interveniente susceptum: nam baptismus non est tam propriè votum, quàm potius religionis, & fidei possessio, quæ ab Ecclesia irritari nequit, & quælicunque in adulto voluntate contenta est, & in infanti sola Ecclesiæ voluntate, & ideò ex sola mera natura sacramenti nascitur obligatio religionis, & fidei, quod in voto ordini annexo non invenitur, professio enim fidei baptismi annexa est iure divino, & continentia solo iure Ecclesiastico ordini annectitur, ideòque votum continentia potuit rectè Ecclesia irritare ratione metus, nec sufficit non obstante metu votum continentia fuisse voluntarium, cum voluntas coacta verè sit voluntas, nam in voto sufficit voluntas, nisi sit libera, & spontanea, ut iam dictum est.

33. Neque etiam obstat illud, quod de Toletano Concilio allegavimus, eius verba supra numero trigesimo primo, nam respondeo, illud Concilium esse intelligendum de ordinatis per metum, qui postea ordinem susceptum ratificaverunt, ut indicant illa verba ibi, *deserere, quæ semel receperunt, &c.* quæ verba indicant postea ratificationem fuisse sequutam. Tum etiam, nam ei Concilio non cogimur fidem habere, cum non sit generale, sed provinciale tantum.

34. Obijcitur ulterius contra nostram principalem conclusionem, nam si iuramentum metu extortum obligaret, sequeretur dicendum iuramentum metu extortum redeundi ad carcerem obligare cum periculo vitæ, hæc enim quæstio ultro, citroque controversa est, varietate sunt Doctorum sententia: nam quando carcer est iniustus, aut poena, quæ timetur, est iniusta, non obligare iuramentum redire ad carceres eo casu, quo carcer iniurius est, probat Panormitanus in textu nostro numero quarto, Ripa in lege admonendi num. 171. ff. de iureiurando, Angelus verbo *carcer*, numero quarto, Sylvester ver-

bo *accusatio*, quæst. fin. Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte cap. 57. à numero vigesimo quarto, Sayrus in clavi Regia, lib. 12. cap. 18. num. 27.

35. Alij verò hanc eandem sententiã probant quando mortis iniustæ poena probabiliter timetur. Sentit Glossa in Clementina Pastoralis, verbo *per violentiam*, de re iudicata, & ibi Ancharanus numero vigesimo secundo, Imola numero 60. Cardinalis, verbo *notorium*, notabili 4. Iason in lege si duo patroni, §. final. numero quarto, ff. de iureiurando, Curtius Iunior in leg. admonendi, numero 169. ff. eodem titulo, Boerius decisione 215 numero trigesimo, Ofascus in Pedemontanis decisione 66. numero duodecimo, Cobarruvias libro primo variarum, capite secundo, num. septimo, Plaza de delictis, libro primo, capite vigesimo secundo, numero sexto, Serafinus de privilegijs iuramenti, privilegio 132. numero sexto, Julius Clarus libro quinto sententiarum, in practica criminali, quæstione vigesima prima, num. vigesimo septimo, Gomez de Amescua de potestate in seipsum, libro secundo, capite decimo, numero primo, & relati à Farinacio in praxi criminali, prima parte, tomo secundo, titulo de carceribus, quæstione trigesima, numero centesimo vigesimo quarto, centesimo vigesimo quinto, & centesimo vigesimo sexto, imò & Panormitanus id verum putat in capite, sicut eltercero, numero quarto, de iureiurando, non solum quando timetur periculum iniustæ mortis, sed etiam si timeatur quodcunque iniustum personæ periculum: secus verò si solum rerum periculum ad esset.

36. Et Gabriel Vazquez prima secundæ quæstione nonagesima sexta, articulo quinto, disputatione centesima septuagema quarta, capite quinto, à numero trigesimo quinto, nervosè defendit tale iuramentum redeundi ad carcerem etiam non obligare quando timetur iniusta sententia cum periculo famæ, aut rei familiaris, sive carcer esset iustus, sive iniurius. Tum quia & si quispiam sit dominus rei suæ familiaris, & famæ, non tamen licet absque iusta causa prodigere. Tum etiam quia etsi carcer esset aliàs iustus, redditur iniustus timore sententiæ iniustæ. Hæc verò suam opinionem declarat Gabriel Vazquez ubi supra numero trigesimo octavo, non procedere, si custos carceris esset in bona fide, eique iuramentum de reditu ad carcerem præstitum esset: quo casu, inquit Vazquez, obligat et iuramentum, non obstante quocunque periculo, nam esset actus virtutis offerre se morti, & iniustæ sententiæ pro liberando innocente, imò & Nabarro in Summa capite duodecimo, numero decimo octavo, quod carcer iustus est, apertè probat iuramentum obligare ad carcerem redire, secus verò si carcer sit iniustus, & iniurius.

37. Sed quamvis ea omnia Doctorum placita probabilia sint, verius tamè existimò ex iuramenti

tamenti teneri ad carcerem redire, etiam si iniuriosus sit, immo etiam si timeatur iniusta mortis sententia, nam promisit, & iuravit redire conficius iniuriae, & periculi iniustae damnationis: ergo nullo modo excusari potest ab observantia iuramenti. Tum secundo, nam supposita promissione redire ad carcerem opus est virtutis fidelitatis, veracitatis, & patientiae, & consequenter iuramentum est de re licita, & obligatorium, neque ex eo sequitur eum obligatum esse redire ad carcerem eo casu secluso iuramento ex sola simplici promissione, nam quamvis impletum promissionis ea de causa licitum esset, non tamen sufficit ad obligandum virtute promissionis iuramento destitutæ.

38 Tandem, quia et si se occidere sit intrinsece malum, & consequenter nunquam liceat, at vero non fugere periculum mortis, sed mortem se exponere ex iusta causa licitum est, qualis est implere iuramentum, & vitare transgressionem illius in Dei reverentiam. Quare hanc sententiam probant Romanus in lege stipulationes non dividuntur numero 78. ff. de verborum obligationibus, Caietanus secunda secundæ, quæstione 89. articulo septimo, in versiculo *ex his autem*, Angelus verbo *iuramentum* 5. numero trigesimo septimo, Sylvester verbo *iuramentum* 4. quæstione vigesima sexta, Toledo libro quarto Summæ, capite vigesimo secundo, numero secundo, versiculo *alterum est*, Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento, cap. decimo, numero decimo quarto, & decimo quinto, Lessius lib. secundo de iustitia & iure, cap. 42. dubio 6. num. 28.

39 Quæ retenta sententia tanquam vetiori, & probabiliori dicendum est, quod quando carcer est iniustus, aut poena imponenda iniusta, huius iuramenti redeundi ad carcerem, aut non fugiendi, potest relaxatio ab Episcopo impetrari, sicut in iuramentis metu, aut per iniuriam extortis sæpè dictum est: nam in eo carcere, aut poena verè irrogatur iniuria, & ideò id aperte probat Panormitanus in capite inter alia, de immunitate Ecclesiarum ad finem, & in terminis Suarez tomo secundo de Religione, dicto capite decimo, numero decimo sexto, Manuel Rodriguez tomo primo Summæ in secunda editione, capite quadragesimo, numero tertio, addit autem eleganter Soto libro octavo, de iustitia & iure, quæstione prima, articulo septimo, ad tertium, cavendum esse Catholicæ Religionis scandalum: nam si captivus apud infideles redire iurasset, aut se missurum redemptionis pretium, non esset tutum petere huius iuramenti relaxationem, immo neque ea vti, nam id cederet in magnum Catholicæ Religionis detrimentum.

40 Obijcitur ulterius, quod sicut matrimonium metu extortum etiam iuratum non valet, neque obligat, similiter, nec quælibet alia

promissio iurata valebit. In qua difficultate Ricardus, & alij, quos ipse retulit in quarta Sententiarum, distinctione vigesima nona, articulo secundo, quæstione tertia, sentire videtur, matrimonium metu contractum aliàs invalidum ratificari, si iuratum fuerit, saltem in foro conscientiae. Pro qua opinione primo expendi potest text. in capite inter cætera vigesimo secundo, quæstione quarta, ubi aperte docuit Augustinus matrimonium metu contractum, si aliàs accedat iuramentum, validum effici ibi: *Quæstio, quid tibi agendum sit de Vbaldo, qui captus, & timore neois compulsus sua concubina iuramento firmavit ipsum in coniugem suscipere, quia verò quam prius concubinam habuerat non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo fixum, & stabile.*

41 Facit secundo, nam renunciatio electionis metu facta est nulla, sicut & renunciatio legitimæ: si tamen iuramento firmentur fiunt validæ, ut in capite ad aures de his, quæ vi, cap. quamvis peccatum de pactis, lib. 6. similiter ergo, quamvis iuramentum metu contractum sit invalidum, accedente iuramento efficietur validum.

42 Sed procul dubio dicendum est, an matrimonium metu contractum sit, non valere. Hæc est communis Doctorum sententia, quam probant Glossa in capite secundo, 15. quæstione sexta, *absolvimus*, in versiculo *tu breviter dicas*, & in capite secundo de his quæ vi, verbo *conatus*, & in cap. secundo, verbo *tanta*, de eo, qui duxit in matrimonium, & ibidem Panormitanus numero quinto, Alexand. de Nebo numero sexto, Grammaticus decisione Neapolitana 103. numero 71. Antonius Chucus lib. 5. institutionum, titulo 12. num. 126. Gregorius in leg. fin. per illum text. titulo vndecimo, parte tertia, verbo *en orden*, Cobarravias in quarta, secunda parte, capite tertio, §. quinto, numero tertio, Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte capite 57. numero vigesimo secundo, Germonius libro tertio, de sacrorum immunitatibus cap. 21. numero 83. Abulensis capite quinto Matthæi, quæstione 306. ad finem, Enriquez libro vndecimo de matrimonio, cap. nono, numero sexto, Ledesma de matrimonio, quæst. 47. artic. 3. ad tertium, Aragon 2.2. quæst. 89. art. 7. ad tertium.

43 Et evidenter probatur ex decisione text. in cap. secundo de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, ubi expresse dicitur, eum, qui post matrimonium metu contractum, & iuratum aliam duxit uxorem cum secunda per mansurum esse, & prius matrimonium fuisse invalidum: & ratio est evidens, nam matrimonium metu contractum irritum est ex defectu liberi, & spontanei consensus, cap. cum locum de sponsalibus, at iuramentum non supplet defectum consensus substantialis necessarij ad valorem matrimonij, ut communiter observant Doctores in cap. fin. de procuratoribus lib. 6.

44 Idque

44 Idem apertissimè declaratur: nam is, qui tale matrimonium iurat, aut aliquid præteritum iurat, quo casu iuramentum non potest efficere validum matrimonium ante metu contractum, quod ratione metus irritum fuit, aut iurat aliquid futurum, & tunc non potest efficere matrimonium, sed ad summum sponsalia: aut iurat aliquid præsens, v. g. iurat, quod consentit in illud matrimonium, & hoc nihil aliud est quam quædam testificatio consensus præsentis, qui nullus est ratione metus. Nullo ergo modo potest matrimonium metu contractum iuramento confirmari, id que clarius patet: nam durante metu persona redditur inhabilis ad tale matrimonium contrahendum, sicut etiam sunt inhabilis ad contrahendum clandestine ex decreto Ecclesiæ ea matrimonium irritantis: at personæ inhabilitas ratione contractus per iuramentum non tollitur; nullo ergo modo poterit confirmare matrimonium, immò si iuramentum confirmaret matrimonium Ecclesiæ nullum attulisset coactionibus remedium, nam is, qui compellit aliquem contrahere facile posset compellere iurare.

45 Tandem, quia nec de matrimonio ad iuramentum fieri potest illatio: nam Ecclesiæ iustissima ratione metu contracta matrimonia irritavit propter publicam utilitatem, & copiose ostendit Santius tomo secundo Moralium libro tertio cap. nono a nu. 34. & cap. 11. nume. 21. & lib. 4. de matrimonio disputatione vigesima, numero duodecimo, Suarez tomo secundo de religione libro secundo, de iuramento capite, decimo, numero nono.

46 Vnde apud omnes, quos allegavimus, receptissima est sententia iuramentum adiectum matrimonio metu contractum nulla indigere relaxatione, quod patet: nam Ecclesiæ non solum irritat matrimonium metu initum, sed etiam irritat iuramentum tali matrimonio accedens, ut expresse deciditur ex text. in dicto capite secundo de eo, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, non tamen explicant allegati scribentes qualiter iuramentum in matrimonio metu celebrato præstetur. Brevis tamen dicendum puto, quod si iuramentum apponatur matrimonio metu contracto de præsentis: verbi gratia, ego te duco in uxorem, & iuro me ducere: tunc sicut matrimonium est omnino nullum, sic & iuramentum, & nulla procul dubio indiget relaxatione, nam tale iuramentum assertorium est; at ex iuramento assertorio nulla in futurum confurgit obligatio, & ideò in eo non potest habere locum relaxatio, ut probat di. th. 2. 2. quæstione, 89. articulo nono in corpore, & explicuit recte Fortunius de ultimo fine illatione vigesima 1. n. quadragesimo octuagesimo tertio.

47 Secundo dicendum est, quod ex tali matrimonio metu contracto etiam iurato, neque etiam oritur obligatio sponsa-

liorum, nam ius resistens tali contractui ratione metus etiam irritavit iuramentum, ut iam diximus: sicut enim in matrimonio consideratur spontaneus consensus, sic etiam & in sponsalibus: non ergo poterit valere, quamvis iuretur, etiam in vim sponsalium; sicut etiam videmus clandestinum matrimonium, quod irritavit Ecclesiæ, neque etiam obligare in vim sponsalium, ut latius ostendit Sanctius libro primo de matrimonio, disputatione vigesima numero quarto eo quod ius resistit tali matrimonio, cum ergo ius resistat matrimonio metu contracto, idem profus erit dicendum, ut in specie Prob. Enriques lib. 11. de matrimonio cap. 9. num. 6.

48 Dicendum est tertio, quod si sponsalia celebrata fuerint metu interveniente, manifestum est ex dictis non confirmari, etiam si iuramentum accedat, supponimus enim sponsalia metu contracta irrita esse, ut copiose ostendit Santius libro quarto de matrimonio disputatione 19. a num. tertio. Nam cum iuramentum metu extortum non confirmet contractum, illum relinquit in suo pristino valore: quod a deo verum puto, ut nulla indigeat relaxatione, quidquid alij dixerint: idemque aperte probat textus in capite ex literis de desponsatione imuberum, qui expresse loquitur de sponsalibus iuratis ibi *ex literis tuae fraternitatis accepimus, quod puella quædam anno duodecimo iurata fuit, & desponsata cuidam puero, & Alex. de nebo ibidem numero 5. sentit in ea specie iuramentum intervenisse, quamvis id, si sine ratione negauerit: Innocentius tum etiam, nam, ut latius ostendit Santius, libro primo de matrimonio disputatione 32. numero nono quoties lex irritat contractum propter publicam utilitatem, si iuramentum accedat, nullam etiam producit obligationem, neque relaxatione indiget: cum ergo sponsalia coacta, quæ sunt initium matrimonij, propter publicam utilitatem irrita sint, sicut & matrimonium iuramentum illis accedens minime obligabit, probat Caietanus in verbo *per iurium*, capite secundo de periurio promissorio. Antonius tertiar. tomo primo capite 18. §. 1. Soto in quarta, distinctione 29. quæst. pri. articulo 3. in versiculo *aliavero* & in versiculo *per hoc respondetur*. Aragon 2.2. quæst. 89. articulo septimo ad tertium, conclusione 4. & veriorum docet Sanctius de matrimonio libro quarto disputatione 21. n. 3.*

49 Idemque dicendum de iuramento accedenti promissioni dotis, & de constitutione procuratoris ad contrahendum matrimonium metu extortis: neque enim obligat neque relaxatione indiget, cum enim omnia ratione metus à lege sunt ipso iure irrita, glossa in c. 2. verbo *absolvimus* in versiculo *tu breviter dicas* 15. quæstione sexta Hostiensis in capite de his, quæ vi: ubi expresse loquitur

de constitutione dotis, & procuratoris. Ruinus consilio 121. num. 27. volumine quarto, Flaminus de religione lib. 3. quaestione prima. num. 49. Grammaticus de decisione 103. num. 70. Rolandus consilio secundo, volumine primo, a numero 80. Gregor. in leg. fin. titulo 11. parte tertia, verbo *in orden*. Serafinus de privilegijs iuramenti privilegio 110. num. 11.

50. Imò in constitutione procuratoris id recte explicuit Sancius dict. lib. 4. disputat. 12. a num. 22. nam ille consensus, quo quis constituitur procurator, permanet, & est consensus, quo matrimonium perficitur: quare sicut iuramentum accedens matrimonio coactum non obligat, similiter neque accedens coactae constitutioni procuratoris, sicut idem dicimus de iuramento accedente coactae professioni religionis, vel voto, nam hæc videtur prohibita principaliter propter publicam utilitatem, in promissione tamen dotis, & arrarum coactum iuramentum obligare probabilius tenet sententia, nam talis coacta promissio propter bonum privatam prohibita est, parum enim interest reipublicæ sive hic, sive ille civis dotem illam, sive arras consequatur. De quo videndus Sancius dicto libro quarto, disputat. 21. num. 5. & cap. 9. num. 31.

51. Neque obstat text. difficilis supra adductus num. 40. in dict. cap. inter cætera 22. quaest. 4. cui respondet ibidem Glossa, quod in illa specie idem matrimonium coactum iuramento confirmatur, quoniam metus fuit levis, non enim erat verisimile mortem comminantes illam esse illaturos, eodem modo respondet Glossa in cap. secundo de his, quæ vi. verbo *coactus*, sequuntur Butrius num. septimo, Panormitanus num. octavo. Hæc tamen solutio repugnat verbis eiusdem text. ibi, *timore necis*, quæ excludunt metum levem, imò & ratio, quam adducit Augustinus in illo text. eam solutionem excludit, ibi, *quia non est peccatum contrahere cum illa*, quæ difficiliorem reddunt illius text. decisionem, quare alij respondet text. intelligendum esse quando post illud matrimonium coactum sequuta est copula, & cohabitatio voluntaria iuxta text. n. cap. veniens esse gundo, de sponsalibus. Sic respondet glossa in dicto cap. inter cætera, verbo *matrimonium*. Sed etiam convincitur, nam sine fundamento divinat copulam fuisse subsequutam, imò superflua esset ratio in eodem text. adducta ibi, *quia verò quam prius concubinam habuerat non est peccatum in coniugem accipere*, id enim, quod sit peccatum vel non, nihil confert ad matrimonij valorem.

52. Quare omisis aliorum varijs explanationibus respondet Fortunius de ultimo sine illatione 21. num. 407. quod neque in dict. cap. inter cætera, neque in tota ea quaestione non contrahatur valeant gesta per metum, vel non, sed solum agitur, quæ iuramenta licita sint, & servanda: ibi enim consultus fuit Augustinus ab Ubaldo, qui coactus à consanguineis concubinæ promisit se eam in uxorem ducturum, & negaturum necessaria,

alimenta matri, & fratribus, non ergo agebatur de valore matrimonij, sed solum dubitabatur, an esset licitum iuramentum: quare dum inquit, *matrimonium in Deo sit fixum, & stabile*, intelligit iuramentum illud contrahendi matrimonium licitum esse, & observari posse, at iuramentum negandi alimenta non esse iustum, & hæc fortunij interpretatio ex illis verbis Augustini deducitur, ibi, *quia verò quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem accipere*. Loquitur ergo Augustinus non de valore iuramenti respectu matrimonij coacti, sed respectu promissionis non prestandi alimenta matri, & fratribus, ut indicant illa Augustini verba ibi: *Porrò iuramentum non ob hoc fuisse illicitum invenitur, ut esset vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, seu cuiuscunque criminis*. Idque apertius ostendunt eiusdem Augustini verba in eodem text. ibi: *Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, ut iniusta iratio suorum bonorum sit iniuste iurantibus explicatio, & accipienti æterna damnatio*. Constat ergo non esse quaestionem Augustini, an iuramentum confirmet matrimonium coactum, vel non, sed an iuramentum illud de non prestandis alimentis matri, & fratribus sit licitum.

53. Ad confirmationem verò adductam numero 41. ex dictis facile respondetur, diversum esse in renunciatione electionis, vel legitime metu extorta, quæ aliàs iuramento confirmatur, nã isti contractus non sunt prohibiti propter publicam utilitatem, sed propter privatam, imò licet alij contractus à iure irritentur, non tamen redduntur personæ inhabiles, sicut in matrimonio metu celebrato: unde non sequitur, quod si illi iuramento confirmantur, possit eodem modo matrimonium confirmari, in quo metu interveniente personæ ad contrahendum inhabiles redduntur.

54. Neque etiam his omnibus obstat text. difficilis in cap. secundo de iureiurando, ubi de quodam Episcopo, qui bonis suis fuerat spoliatus, & iurare compulsus, quod non repeteret sic ablata, dicitur *ipsum Episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse construngi*, propter quem text. dixit ibidem glossa, iuramentum per contumeliam extortum non obligare. Hæc tamen opinio merito exolevit, & ab omnibus reprobata est, ut potest quæ expressis iuribus repugnat; imò in illo text. forsitan non dicitur iuramentum illud non obligare, vel si dicatur, id non dicitur ratione metus, ut indicant illa verba eiusdem text. ibi, *quem tamen absolvimus*, quæ denotant iuramenti vinculum.

55. Quare sensus illius text. pendere videtur ex intelligentia illorum verborum, *rebus suis spoliatus*, & glossa ibidem; verbo *rebus*, docet eum text. intelligendum esse de iuramento non repetendi res Ecclesiæ, ideòque putat non obligasse tanquam contra bonos mores, quia Episcopus tenetur ex officio res Ecclesiæ conservare. Et dum in eo text. dicitur *quem tamen absolvimus*, ait glossa inter-

intelligendum esse, id est, absolutum esse ostendimus, sequitur Felinus communem dicens ibidem num. 1. Panormitanus num. 1.

56. Hæc tamen interpretatio merito improbat, nam text. ille expressè loquitur de rebus Episcopi, non Ecclesiæ, ut apertè probant illa verba, *rebus suis*, idque etiam denotant illa verba, *quem tamen absolvimus*, quia nefandissima coactione iuravit, ubi Pontifex rationem absolutionis esse metum expressè probat, quod non verificaretur, si absolutio non sumeretur propriè, sed pro declaratione non obligationis iuramenti, metus enim non efficit, ut iuramentum non obliget, sed ut iustè relaxetur. Tum etiam nam in ea specie causa non obligationis, non esset metus, si intelligeretur iuramentum de non repetendis rebus Ecclesiæ, quod procul dubio non obligaret, etiam si spontè prestitum esset, cum esset contra bonos mores.

57. Quare melius respondet Panormitanus in eodem dicto cap. secundo de iureiurando, ut in illa specie nullius momenti dicatur iuramentum quoad effectum confirmandi irrevocabiliter promissionem, nam ratione metus facile relaxatur, & ita verbum *absolutio*, ibidem propriè sumitur quasi verba text. ibi, *nullius iuramenti vinculis*, non denotent iuramentum non obligasse, sed non ita obligasse, quin Episcopus facile possit relaxare, cum ille nefandissima coactione fuerit compulsus iurare. Quam explanationem probant etiam Suarez tomo secundo de Religione. libro secundo de iuramento, cap. 10. num. 7. Sancius tomo secundo moralium lib. 3. capit. 11. quaestione 2. num. 37.

58. Tandem ex dictis de iuramento metu extorto inferitur ad quaestionem, de qua loquitur text. in cap. veniens de iureiurando, an scilicet iuramentum dolo, ignorantia, aut errore prestitum obliget. Pro cuius explanatione scire oportet primo, hæc omnia inter se differre, nam dolus importat deceptionem iniuriosam ex parte iuramentum petentis, quæ in errore non reperitur: ignorantia tamen latius patet, quam error; hæc namque habet se purè negativè, quæ meram scientiæ privationem importet. Alia verò est ignorantia, quæ dicitur positiva, & hæc eadem est cum errore, quæ videlicet importat cognitionem, seu iudiciū erroneum. Est ergo duplex ignorantia, dolus, aut error, inquit D. Thom. prima secundæ, quaest. 6. articulo octavo, nam quidam est antecedens actū, & quæ ad faciendum actum inducit, & illi causam præbet, ita ut eo errore dolo, aut ignorantia non existente actus aliàs nequaquam fieret: cum ergo nihil sit volitum, quin præcognitum, actus ille efficietur in voluntarius.

59. Alia verò ignorantia, seu alius dolus, vel error dicitur non antecedens ad actum, sed concomitans, qui scilicet non inducit ad volendum actum, sed ita concomitatur actum, ut eo non existente actus fieret, & is non efficit involuntarium, quoniam non est causa alicuius voluntati

repugnantis, sed solum se habet per accidens ad actum, efficit tamen non voluntarium, eò quod non videtur actus volitus, qui aliàs ignoratus est. Prior error, quando dolo alicuius contingit dicitur dans causam contractui, leg. & eleganter, ff. de dolo, nam si is non ad esset, non fuisset celebratus contractus. Posterior verò dicitur in contractu incidens, nam eo non existente adhuc contractus fieret, ideòque non dicitur contractus causa. Prior ergo dicitur contingens ex proposito; posterior verò re ipsa contingit. In præsentibus ergo potest esse error circa substantiam rei iuramento promissa, vel solum circa qualitatem, vel conditionem moventem ad iurandum.

60. Sciendum est secundo, quod in præsentibus quaestione nihil refert, an iuramentum prestitum sit dolo petentis, aut meto iurantis errore absque aliqua iniuria sibi illata, nam sola iniuria non deficiente consensu non impedit valorem iuramenti, ut iam diximus de iuramento metu extorto. Quare tota difficultas solum consistit in discernendo quando censetur talis error, ut consensum iurantis auferat in rem iuratam, & ea ratione iuramentum non sit obligatorium.

61. Dubitationem movet, nam sicut error causat involuntarium, seu non voluntarium, ita etiam metus; sed metus non impedit iuramenti obligationem: ergo idem dicendum erit de errore. At ex adverso occurrit; nam ignorantia causat involuntarium, seu non voluntarium simpliciter, & sine voluntate non potest esse iuramenti obligatio: & patet apertè ex differentia inter errorem, & metum: nam metus causat involuntarium secundum quid, & relinquit consensum absolutum, & simpliciter voluntarium, quia neque ex parte intellectus tollit cognitionem necessariam ad volendum absolutè, neque ex parte voluntatis illam absolutè cogit, sed movet ad volendum aliquid, quod seculo metu, non voluisset: error verò omnino voluntatem tollit, & consensum, nam ex parte intellectus tollit cognitionem necessariam, quia voluntas non potest ferri in incognitum; & ideò dicimus errantem non consentire, leg. cum testamento, leg. non id circo, C. de iuris, & facti ignorantia, leg. si per errorem, ff. de iurisdictione omnium iudicum. Non ergo poterit dari obligatio iuramenti, quamvis aliàs detur in iuramento metu extorto, ut in cap. veniens, de iureiurando, ibi, *nequaquam taliter iuravisset, si mandatum illud sibi contrarium præcivisset*. Multo ergo magis id eundem erit in dolo, & errore: præcipue, nam obligatio iuramenti Deum per se respicit; at Deus non considerat verba, sed voluntatem, & intentionem, cap. humanæ aures 22. quaest. 5. cum ergo deceptus non intendat iurare id, quod verba sonant, non obligabitur apud Deum.

62. Quare dubitari non potest quin aliquis dolus, aut error obligationem, seu valorem iuramenti impediatur, ut communiter sentiunt Doctores in dict. cap. veniens, de iureiurando, colligentes ex eo iuramentum non extendi ad ea, quæ in

mentem iurantis non viderunt, vt expressè affirmat glossa inc. penultimo de iureiurando. Vnde Nauarro in manuali cap. 12. num. 23. docet, quod quando interuenit dolus ex parte petentis, iuramentum tunc non obligare, nisi secundum iurantis intentionem, ex quo planè sequitur ad id. quod per errorem cogitatum est, docet Silvester verbo *iuramentum* 4. quæst. 8. & 19. allegans pro ea sententia Ioa. Andrea, Panormitanum, Archidiaconum, & Federicum Senentem.

63 Quibus suppositis ea est communis, & recepta Doctorum distinctio, vt quando dolus error contractum antecedens, dat causam contractui, iuramentum præstitum irritum sit, adeo vt neque indigeat relaxatione: secus vero si dolus, & error sit concomitans, neque dederit causam contractui, sed re ipsa contingens, eo quod in priori casu consensus deficiat, vt in l. 1. ff. de dolo, l. 57. tit. 5. par. 5. in posteriori vero casu consensus non deficit, sic præbant Panormitanus in cap. cum contingat n. 3. & n. 23. ff. de iureiurando & ibi Alciatus num. 13. & in l. pacta quæ contra num. 41. C. de pactis Nauarro dict. cap. 12. n. 13. Cobarrubias lib. 1. variarum cap. 4. num. 6. & in cap. quamvis pactum 3. par. §. 4. num. 1. Serafinus de priuilegijs iuramenti, priuilegio 83. num. 63. Molina lib. 2. de primogenijs cap. 3. n. 25. Gutier. de iuramento confirmatorio 1. par. c. 37. num. 12. Azorius tomò 1. institutionum moralium lib. 11. cap. 7. quæst. 3. quamvis vt dolus dans causam contractui annullat contractum ipso iure, an vero sit annullandus communiter distinctio fiat inter contractus bonæ fidei, aut stricti iuris, de quo scribentes in l. & eleganter ff. de dolo & in §. actionum instituta de actionibus.

64 Quare primò dicendum est, quod quando error, vel dolus antecedens dans causam contractui contingit circa substantiam rei iuramento promissæ, non valet, neque obligat iuramentum, neque indiget relaxatione, & in hoc sensu procedit superior conclusio doctorum, & in specie docet Suar. to. 2. de religione lib. 2. de iuramento cop. 11. num. 5. Lessius lib. 2. de iustitia & iure cap. 42. dubio 7. num. 33. exemplum poterit esse, vt si quis iuret alicui dari rem, quam putat esse æneam, & postea inueniat esse auream, ratio est, nam similis error inducit defectum consensus, non solum circa ipsam promissionem, sed etiam circa iuramentum, nam re vera deficit intentio iurandi, ad iuramentum enim non sufficit generalis iurandi intentio, sed necessaria & specialis in illo particulari actu, eo namque casu homo non habet intentionem iurandi rem illam sibi propositam, sed aliam quam ipse credebat, nam, vt inquit Agustinus in enchiridio cap. 17. qui errat, aliud pro alio putat, non ergo habet iurandi intentionem, quæ sufficiat ad obligationem iuramenti, id que egregie explicat Santius in matrimonio, errore contracto lib. 7. disputatione 18. num. 12.

65 Quæ doctrina etiam procedit quamvis error, seu dolus circa substantiam rei iurata non sit dans causam promissioni sed, eò comitans illam; nam ad valorem iuramenti, & matrimonij desideratur consensus. & voluntas positua: & error concomitans quamuis non efficiat actum involuntarium, efficit tamen non voluntarium, & tollit omninò actualem consensum in rem illam promissam, & in specie loquens de iuramento resoluit Sua. dicto cap. 11. n. 7.

66 Maior autem est dubitatio quando dolus, aut error contingit tantum circa causam iurandi applicantem voluntatem, non verò pertinentem ad substantiam rei promissæ, vt est exemplum in iuramento præstito per Iosue infavorem Gabaonitarum, de quo agitur Iosue cap. 9. & in cap. innocens. 22. quæst. 4. & iam diximus sup. in cap. peruenit 3. a num. 96. hoc titulo de iureiurando, & potest etiam esse exemplum, si quis iurauerit dare Petro elemosynam, qui verè pauper erat, credens esse Hispanum, quæ postea sciuerit esse peregrinum: quo casu nonnulli putant illud iuramentum sequi naturam promissionis ex generali regula iuxta l. fin. C. de non numerata pecunia cap. quemadmodum de iureiurando, cum adductis a Cobar. in cap. quauis pactum 1. par. §. 4. in principio & in 4. de cretaliis 2. par. §. 5. n. 3. Guttier. de iuramento confirmatorio 1. par. cap. 37. num. 2. at vero tali promissioni factæ per dolum ea inest conditio, vt si promissioni causam dederit, & dolo eius cui facta est, sit extorta, ipso facto irrita sit: si vero accidat sine dolo, valida sit, vt deducitur ex d. lege & eleganter ff. de dolo Molina de iustitia, & iure, to. 2. disputatione 352. Sancius lib. 1. de matrimonio disp. 64. & 65. & hoc idè dicendū videtur de iuramento; nam si additum sit promissioni, quæ propter dolum irrita est irritum erit, si verò additum sit promissioni validæ, sed tamen irritabili obligabit tale iuramentum, cessabit vero obligatio sequuta irritatione promissionis, sed quamuis hæc doctrina valde probabilis sit, difficilis tamen redditur ex eo, nam sæpe iuramentum obligat etiam si promissio nulla sit, vt supra ostendimus in cap. debitores huius tituli in promissione de soluendis vsuris; præcipuè, nã illa promissio ex natura rei videtur valida quantum est ex parte consensus substantialis, quia error non fuit circa substantialia, ergo & iuramentum erit validum, cum non desit substantialis iurandi voluntas.

67 Quare dicendum puto, quod error contingens circa causam extrinsecam mouentem ad iurandum, aut circa qualitatem accidentalem rei iurata, non irritat iuramentum, nisi quando ex prudenti coniectura constaret attingere substantialem materiam iuramenti, limitando illam in ordine ad iurantis intentionem. Docet Silvester verbo *iuramentum* 3. 2. 1. & confirmatur, nam iuramentum non extenditur ad incogitata, quando constat prudenter non fuisse eam iurantis intentionem, vt colligitur ex text. in cap. veniens, de iureiurando, & ibi glossa, & ex text. in capite Quantavalis, capit. quemadmodum, hoc eodem titulo.

68 Pro cuius perfecta explicatione videndum est, qualiter ignorantia, aut error contingens circa circumstantias rei promissæ, vel etiam substantiam voti, aut iuramenti impediatur necessariam deliberationem, ita vt votum, vel iuramentum irritet: quo casu non solum est spectandum quid faceret, vel non faceret vouens si prævidisset, nam vt optime advertit Gabriel Vazquez prima secundæ, quæst. 7. art. 4. disput. 30. cap. 4. num. 24. & num. 25. hæc consequentia non valet, iurans, aut vouens si talem sciret conditionem non iurasset, vel vouisset: ergo eius actio fuit in voluntaria, & consequenter non obligans. Sequitur etiam, & Valentia secunda secundæ, disput. 6. quæst. 6. puncto quarto, & disputatione quinta quæstione 20. puncto quarto, vbi docet longe diuersum esse hominem ita quidpiam velle, vt si nosset aliam circumstantiam adesse, vel non adesse, non promissurum, aliud tamen velle id conditionaliter, verbi gratia, si talis ad sit circumstantia & non aliter. Nam prior ille voluntatis modus non inducit semper, vt ille noluerit circumstantia aliter se habente, sed solum inducit, vt fortassis nolit, si noscet: at verò posterior voluntatis modus expressè inducit defectum voluntatis illa circumstantia, aut conditione deficiente, semper namque actus remaneret involuntarius, & ita nec votum, nec iuramentum obligaret.

69 Vnde inferitur ad obligationem, vel deliberationem necessariò debere esse actum aliquem de præsentem existentem in voluntatem saltem virtualiter, quo voluntas velit, vel nolit illud. Vnde procul dubio dicendum puto, quod non colligitur sufficienter id, vel aliud à testatore dispositum ex eo, quod certum sit fore, vt si advertisset ita, vel ita disposuisset, vt vulgò communiter solet allegari; nam requiritur quod ex verbis dispositionis eam fuisse disponentis voluntatem deducatur: nam voluntas corde retenta nihil operatur, nisi transeat in dispositionem. Vnde ea regula solum tenenda est, quando ex verbis dispositionis ita deducitur, vt non omninò omissum dici possit, vt rectè advertit Baldus in lege vnica, num. 10. in fine; C. de his, qui ante apertas tabulas, Ruinus consilio 74. num. 11. libro primo, Matica de coniecturis libro tertio, titulo 19. numero quinto, & sexto, Menochius de præsumptionibus libro quarto, præsumptione trigesima quinta, num. 20.

70 Vnde eleganter Molina tomò primo de iustitia, & iure, disputatione 209. conclusione prima dixit, quod vt cõnatio sit nulla, tanquam in voluntaria ex defectu causæ requiritur, vt ad sit tempore donationis actualis, vel habitualis voluntas, non aliter donandi, idque eo exemplo declarat, quoniam nullus excusari potest à restitutione rei alienæ, eò quòd sciat petitam à credito-

re remissionem concedendam esse, neque licitum esse rem alienam surripere, eò quòd sciatur fore, vt dominus rei daret petenti, sed necessariam esse actualem voluntatem moralem remittendi, saltem virtualiter. Quare Nabarro in Summa Latina cap. 17. num. 122. agens de custodibus nemonum permittentibus alicui cedere ligna, dixit non sufficere ad excusandos custodes scire concedendam à domino licentiam cedenti, si peteretur, sed oportere domino placitum illam lignorum cessionem.

71 Quibus suppositis dicendum est primò, ignorantiam vouentis mere negativam, quæ videlicet est absque aliquo errore circa rem promissam, non irritare votum, aut iuramentum, verbi gratia, si iurans, vel vouens non penetrasset, aut advertisset difficultates in tali promissione contentas, sibi namque imputare debuit non satis examinatam rem promississe. Constat ergo tale votum, aut iuramentum absolutè voluntarium fuisse, nec voti, aut iuramenti valor pendet ex consideratione omnium difficultatum, vt in terminis probat Caietanus secunda secundæ, quæstione 88. articulo tertio, in versiculo *ad hoc dicitur, quod de voto*, & in Summa, verbo *votum*, cap. penultimo, Soto libro septimo de iustitia & iure, quæstione secunda, articulo primo, ad tertium, in versiculo *ex his, quæ*, Molina tomò secundo de iustitia, & iure, disput. 272. in versiculo *quartum valde*.

72 Dicendum est secundo, quod si ad sit positivus error circa substantiam rei promissæ, aut circa difficultates magni momenti iurantis, aut vouentis existimationem notabiliter superates, quibus cognitis non vouisset, aut iurasset, votum, aut iuramentum irritum erit, & involuntarium. Sic expressè Soto libro septimo, de iustitia & iure, quæstione prima, articulo secundo, in versiculo *sciscitatis autem*, Aragon secunda secundæ, quæstione 88. articulo primo, in versiculo *infero tertio*, Manuel Rodriguez tomò secundo Summæ, capit. 92. numero 4. qui omnes id probant varijs exemplis.

73 Maior autem est dubitatio, an error circa causam iuramenti, vel voti reddat votum, aut iuramentum irritum, & an cessatio illius causæ postea sequuta faciat voti, aut iuramenti obligationem cessare, causa enim vouendi, aut iurandi aliquando coincidit cum re ipsa promissa, aut est pars ipsius, loquimur ergo quando causa non coincidit cum re promissa, neque est pars ipsius.

74 Distinguit An. harranus in cap. magnæ, de voto, num. 13. notabili 15. vt si tempore voti emissi causa fuisset falsa, non obliget votum, vel iuramentum, secus tamen si fuisset vera, & postea cessasset in priori casu: movetur, nam promissio caruit principio obligationis, ideòque redditur irritum votum, vel iuramentum. Sequitur Molina tomò 1. de iustitia & iure, disp. 209. in versiculo *hoc loco*.

75 In posteriori verò casu, quando causa iuramenti, aut voti extitit à principio, & proinde valuit

valuit, & postea cessavit, dicunt nonnulli non cessare voti obligationem, & moventur ex dicto cap. magna de voto. Vbi Episcopus ille vovit peregrinationem Ierosolymitanam pro assequenda suae Ecclesiae libertate ope Comitum Campaniae, quem ibi esse existimabat, & cum postea constitisset morte illius intentionem Episcopi frustratam fuisse, consultus Pontifex votum Episcopi commutavit quasi supponens obligasse.

76 Nec sufficere dicere in visionem Campaniae Comitum non fuisse causam finalem voti, sed devotionem invisendi sancta loca, nam obstant fortiter illa verba text. ibi: *Adhanc autem indulgentiam tibi faciendam, specialiter nos induxit, quod cum pro libertate trecentis Ecclesiae per dictum comitem assequenda, praecipue votum peregrinationis emisseris, eo sublato de medio, quia cessavere causa, facilius potuit cessare, & effectus.* Vbi aperte dicitur causam finalem fuisse illum comitem invisere. Sic probat ibidem glossa, verbo *ut venires*, Hostiensis num. 21. Butrius num. 15. & in cap. ex parte el segundo num. 4 de conversione conjugatorum, dicens id cessare, quando causa esset in voto expressa, vel à iure subintellecta, quo casu dicunt ea cessante votum cessare, aut iuramentum.

77 Pro huius autem rei explicatione supponimus causam alteram esse finalem, alteram impulsivam, qualiter explicat Tiraquellus in tractatu cessante causa tota, limitatione prima, dicendum ergo est, quod in omnibus dispositionibus voluntariis causa finalis erit, quae ita movet animum ad disponendum, ut ad eam obtinendam res electa dirigatur, ita ut ea non existente promittens nullo modo esset promissurus. Impulsiva verò dicitur, quae animum iam determinatum impellit, aut incitat, advertit Butrius in cap. post translationem num. 35. de renunciatione, & ibi Panormitanus num. 18. Aymon consilio 142. num. 9. & consilio 19. num. 21. Becius consilio 20. num. 10. Tiraquellus dicta limitatione prima, num. 36. & num. 37. Gabriel Vazquez prima secundae quaestione 19. art. 7. disputatione 70. cap. 3. num. 11. Sylvester verbo *votum*, 2. quaest. 8. copiose Sancius lib. 8. de matrimonio, disputatione 21. num. 8. ea ergo erit causa finalis, à qua ita dependet voluntas in disponendo, ut ea cessante nullatenus disponeretur.

78 Objici tamen potest text. in leg. prima, §. *sexum*, ff. de postulando: vbi constat non fuisse interdictionem foeminae postulari, nisi Calphurnia tam impudenter postulasset, & tamen Iurisconsultus scribit eam non dedisse causam finalem, sed finem legis fuisse, ut mulierum occurreretur impudentiae, ut ibi notat glossa verbo *causam*, de quo videndus Sancius lib. 3. de matrimonio, disputatione 39. num. 14.

79 Respondetur tamen dicendum, quod non quidquid quovis modo est occasio actus, sine quo actus non fieret, erit causa finalis, sed quando vera ea causa in intellectu apprehensa ita voluntatem movet ad disponendum, ut sine illa actus

non fieret, at occasio, aut conditio sine qua non, non determinat animum, sed impellit, qualis est impudentia Calphurniae, is namque non induxit legislatores ad legem illam inducendam, nam actus ille, ut iam praeteritus, vitari non potuit, & sic non fuit causa finalis illius legis, sed conditio sine qua non, seu occasio: causa enim finalis fuit vitare futurum foeminarum periculum.

80 Unde primò dicendum est, quod cessante causa finali voti, aut iuramenti, consequenter cessavit voti, aut iuramenti obligatio, non autem cessante sola causa impulsiva: & sic est intelligendus text. in cap. cum cessante de appellationibus, cum similibus, ut loquantur de sola causa finali cessante; eo enim casu extinguitur obligatio voti, aut iuramenti ex tacita iurantis, vel voventis voluntate, qui eo eventu se obligare noluit, quae tacita voluntas in sola causa finali reperitur. Sic Bucius in cap. ex parte el segundo, num. 14. de conversione conjugatorum, Panormitanus in capite magna de voto, num. 14. Angelus verbo *votum* 3. num. 5. Sylvester verbo *votum* 2. quaest. 8. Manuel Rodriguez tomo secundo Summae, cap. 98. num. 2. Azorius lib. v. decimo moralium, ca. 15. quaest. 13.

81 Sed adhuc objicitur text. in dict. cap. magna de voto, cui respondet Panormitanus, & ceteri iam relati, in visionem illius Comitum Campaniae fuisse causam impulsivam, non finalem: quae interpretatio repugnare videtur verbis illius textus ibi, *eo sublato de medio, quia cessavere causa, &c.* Quare dicendum puto illam voti commutationem necessariam non fuisse, sed ad maiorem cautelam concessam, ut indicant finalia verba illius text. ibi: *quia cessavere causa facilius potuit cessare, & effectus*, quae significant quod cessante voti causa facile potuit etiam cessare voti obligatio; quasi dicat cessasse, si fuit causa finalis, secus si fuit causa impulsiva, ideòque non dixit obligationem cessasse, sed potuisse cessare. Neque obstat dicere Pontificem ibi illam commutationem appellasse indulgentiam, seu privilegium: nam respondetur saepe concedi privilegia ad pacandas conscientias, etsi in rigore non essent necessaria.

82 Hanc doctrinam limitat Manuel Rodriguez tomo secundo Summae capit. 98. num. 2. ut non procedat quando culpa voventis cessavit causa finalis, ut quia vovens fuit in mora implendi votum, & postea eius finis cessavit; quo casu ait. quod ad votum tenetur, & movetur, nam votum conditionale obligat, quando culpa voventis non impletur conditio.

83 Haec tamen limitatio non placet Sancio tomo secundo moralium, lib. 4. cap. 2. num. 4. nam docet disparem esse rationem inter obligationem voti conditionalis, si conditio culpa voventis deficiat, & inter causam finalem deficientem culpa voventis, nam eo ipso, quod quis sub conditione vovet, videtur intelligere, si conditio deficiat ex alio accidente extrinseco, & consequenter se obligat quoties culpa sua defecerit condi-

conditio, at quando ad votum se obligat ductus aliquo fine, non se obligat ad procurandum, ne finis ille culpa sua deficiat, & ita eum fuisse in mora solum obligat ad praeteritae culpae, aut negligentiae dolorem, quia non aufertur res debita ex iustitia, sed ex religione, cuius transgressio non inducit restituendi obligationem. Sic D. Thom. secunda secundae, quaestione 88. articulo tertio, ad primum, & in quarto Sententiarum dist. 38. quaest. 1. articulo 3. quaestiuicula prima, ad tertium, Turrecremata in Summa 17. quaest. 1. art. 4. ad tertium, dicentes hosteneri ad dolendum de peccato, & nullam aliam exprimunt obligationem. Probat etiam Abulensis super cap. 30. Numerorum, quaest. 48. ad finem, Valentia secunda secundae, disputatione sexta, puncto quarto, in vericulo, *verum circa huiusmodi*, Nabarro in Summa cap. 12. num. 55. Manuel Rodriguez tom. 2. Summae cap. 99. num. 25.

84 Si verò votum, aut iuramentum esset in favorem hominis, cui acquisita esset obligatio, eo casu teneretur implere, quia mora non excusat, nam ea promissio non solum obligat ex religione, sed etiam ex iustitia, ut copiose ostendit videndus Sancius lib. 1. de matrimonio disput. 5. à num. 20. Medina de sacrorum hominum continentia, cap. 232. Molina tomo secundo, de iustitia & iure, disputatione 272. notabili primo. Et cum his finitur text. iste.

S U M M A R I A.

Ad textum in cap. Quemadmodum 25. huius tit. de iureiurando.

- 1 **P**roponitur questio nostri text. Iuramentum semper servari debet, quoties observari potest absque dispendio salutis aeternae.
- 2 Duplex assignatur decisionis ratio in text. nostro.
- 3 In omni iuramento, quamvis absolute factum, videntur includi virtualiter aliqua conditiones, secundum quas attendenda est iuramenti obligatio, quia cum illis subsistit.
- 4 Tres sunt conditiones praecipuae iuramenti.
- 5 Discrimen inter salva auctoritate superioris, & salvo iure superioris.
- 6 Haec conditio non solum intelligitur de iure Summi Pontificis, sed etiam respectiva de iure cuiuscumque Episcopi.
- 7 Quid observetur in contractibus reciprocis.
- 8 Quid si duo mutuo sibi iuraverint servare secretum.
- 9 Semper colligitur in iuramento haec conditio, si res non fuerit notabiliter mutata.
- 10 Discrimen inter absolute factum, & conditionatum iuramentum.

- 13 Non est differentia, siue foemina, siue vir post contracta sponsalia fornicatus fuerit.
- 14 Non poterit à iuratis etiam sponsalibus vir recedere, mulier postea fornicata fuerit, sed etiam si tactus impudicos alterius admisserit, veluti oscula, & amplexus patiarur.
- 15 Dissolutio sponsalium solum esse admittendam in favorem innocentis sponsi.
- 16 An procedat noster text. si sponsa post sponsalia ab altero vi precisa carnaliter cognita sit. n. 17.
- 18 Doctrina Paludani in 4. dist. 27. prima parte, art. 3. num. 17. quod habet locum compensatio in specie nostri text. num. 19.
- 20 Sponsalia dissolvuntur etiam iurata foeditate notabili interveniente.
- 21 An si sponsa tempore sponsaliorum esset pulcherrima, & postea efficeretur notabiliter deformis, hoc sufficiat ad dissolvenda sponsalia, numero 22, & numero 23.
- 24 An propter supervenientem alterius sponsi paupertatem dissolvantur sponsalia. num. 25. & 26.
- 27 Quid erit, quando non intervenis dotis promissio, num. 28.
- 29 Quid erit, si sponsa dives noluit promittere dotem, num. 30.
- 30 Si post sponsalia contracta supervenit impedimentum matrimonij dirimens, communiter receptum est sponsalia dirimi. num. 32.
- 31 Quid si post sponsalia alter voverit castitatem. numero 34.
- 32 Quid si causa fuerint probabiliter ignorata. numero 36.
- 33 Propter fornicationem sponsa ab ipso ignorata dissolvuntur sponsalia.
- 34 Quid si sponsus scivit non virginem, sed viduam esse, an propter fornicationem dissolvantur sponsalia.
- 35 Quid propter fornicationem sponsi, quam ipsa sponsa de novo ignoraverit.

A D T E X T V M.

In cap. Quemadmodum 25. huius tit. de iureiurando.

- 1 **P**ROPONIT text. noster quaestione, an si post contracta sponsalia etiam iuramento firmata superveniat alterius sponsi fornicatio, ea sponsalia dissolvantur, nec sponsus innocens teneatur adimplere contractum, & respondet Pontifex dissolvi, & non teneri adimplere promissionem iurata.
- 2 Dubitationem movet generalis regula in materia iuramenti semper observanda qua docemur (& de qua latius dictum est supra in cap. debitorum huius tituli) quod iuramentum semper debet

bet observari, quoties observari potest absque dispendio salutis æternæ. Cum ergo sponsus, qui iuravit sponsalia, absque periculo salutis possit implere iuramentum, etiamsi postea sponsa cum alio fornicata sit, difficile videtur Pontificis responsum in text. nostro. Huius verò dubitationis solutio facile patebit ex dicendis in explanatione nostræ decisionis.

3 Duplex ergo assignatur decisionis ratio in text. nostro. Nam primò, si fornicatio matrimonio superveniens dirimit matrimonij obligationem quo ad torum, à fortiori dirimet sponsalia, per quæ sponsi ad contrahendum matrimonium obligantur, & ad mutuam cohabitationem. Secundò, quia illud iuramentum tacitam includit conditionem, nisi alter peccaverit in legem conjugij, nam frangenti fidem fides servanda non est: & quia ea ratione sponsus de fide postea servanda suspectus est.

4 Pro cuius explanatione sciendum est, quod in omni iuramento quantumvis absolute facto videtur includi virtualiter aliquæ conditiones, secundum quas attendenda est iuramenti obligatio, quia cum illis subsistit, secus verò sine illis, ut communiter docent Doctores in illis verbis text. nostri ibi, *quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio*, ubi glossa varias adducit conditiones, & ibidem prosequuntur Ioan. Andreas, & Panormitanus num. 8. Hostiensis in summa de iureiurando, §. *quot sunt species*, Sylvester verbo *iuramentum* 3. quæst. 7.

5 Tres ergo videntur generales conditiones præcipuæ, prima est *si potero*, quia nemo ad impossibile obligatur, ut notatur in text. nostro, & cap. querelam, hoc eodem titulo ibi: *si non necessitate, sed voluntate*. Secunda est, *si licitè potero*, cap. Quintabalis hoc eodem titulo, cap. primo eodem titulo, libro sexto, id enim, quod licitè fieri non potest, non censetur homini possibile simpliciter. Sic Augustinus libro contra Mendacium, capite 27. relatus in cap. faciat homo 22. quæst. 2. Tertia conditio est, *nisi prælatus habens auctoritatè aliud disposuerit*, & hoc utendo iustè facultate sua: & in hoc sensu procedit decisio text. in capite venientes hoc titulo, de iureiurando, ubi dicitur, quod in iuramenti semper subintelligitur, salva superioris auctoritas, ea enim conditio sic intellecta sub illa secunda conditione continetur, *si potero*, & procedit in auctoritate, quam habet superior ad dispensandum in actibus inferiorum ex iusta causa, ut in voto notatur per text. ibi, in cap. non est de voto.

6 Et tamen discrimen inter illam conditionem, *salva auctoritate superioris*, & illam, *salvo iure superioris*, nam in priori excipitur auctoritas, quæ superior habet ad dispensandum in iuramento ex iusta causa, in posteriori verò intelligitur ius, aut quasi dominium, quod superior habet in subditum, & in actiones eius, ratione cuius non potest subditus aliquid promittere, quod deroget iuri superioris, & de hoc loquitur text. in di. cap. ve-

nientes, de iureiurando. Nam iurare aliquid contra ius superioris, est iurare illicitum: & hæc ratio supponitur in cap. ea te, de iureiurando ibi, *si præstitum iuramentum ei, quod à te nobis tanquam debitum est præstandum contrarium repntes, illud illicitum indicabis*, ea ratione, nam iuri superioris esset contrarium, ut ergo licitum sit, necessariò ita debet intelligi, ut non præiudicet iuri superioris.

7 Vnde colligitur hanc conditionem non solum intelligi de iure Summi Pontificis, quod semper excipitur in omnium fidelium iuramentis, sed etiam intelligitur respectivè de iure cuiuscunque Episcopi, vel Prælati, aut superioris respectu inferiorum, eadem enim est proportionis ratio, imò & respectu principum, & potestatum secularium in his, quæ licitè præcipere, aut prohibere possunt: imò & intelligenda est ea conditio de quocunque iure boni communis, aut tertij, quædo ius illud, vel est iustitiæ, vel cadit sub obligatione alicuius virtutis, eo enim modo iuramentum non obligat cum tertij præiudicio, ut notatur in cap. sicut tuis, de iureiurando, & in cap. cum contingat eodem titulo, & in capite secundo, eodem titulo libro sexto, quatenus ad valorem iuramenti exigitur, ut in præiudicium tertij non redundet, ut præter ordinarios in dictis iuribus advertunt Sylvester verbo *iuramentum* 4. quæstione 15. & quæst. 15. Corsetus in tract. de iuramento, privilegio 27. num. 47.

8 Sic etiam in contractibus reciprocis, & utroque citroque obligatorijs ea semper conditio subintelligitur, *dummodo alter stet contracti, & suam adimpleat obligationem*: imò & illa etiam subintelligitur, *dummodo enormis læsio non interveniat*, ut latius ostendit Cobarruvias in cap. quamvis pacti tertia parte §. 4. num. 3. nam enormis læsio non prævisa moraliter cõsetur impedire consensum. Et in hoc sensu procedit text. in cap. pervenit secundo, de iureiurando ibi: *Nec tu ei, etiam si promissum tuum iuramento, vel obligatione interposita conditione firmasset, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minime paruisse*. Idque æque procedit in tacita, & in expressa conditione, ut ibidem notat Panormitanus, quem omnes sequuntur, Sylvest. verbo *iuramentum* 4. quæst. 13. sic intelligentes regulam illam, frangenti fidem non esse fidè servandam, leg. cum proponas secundo, C. de pactis.

9 Neque ex his sequitur absolute, quod si duo mutuo sibi iurarunt servare secretum altero non servante alterum non teneri iuramento, nam in eo casu oportebit modum promissionis attendere: nam si facta fuerit per modum reciproci contractus, & cum ea connexionè, *servabo si servaveris*, altero non servante alter ex iuramento non tenebitur, poterit tamen obligari aliunde. Si verò promissiones fiant separatæ vno non servate, non excusatur alter ab obligatione iuramenti, peccatum enim vnius non præstat alteri transgrediendi licentiam, quia non iuravit sub tali conditione, sed absolute iuravit.

10 Tan-

10 Tandem ea etiam conditio in iuramento colligitur, *si res non fuerit notabiliter mutata*, seu quod idem est, *si in eodem statu permanferit*, de qua loquitur textus noster, & in capi. ne quis 22. quæstione secunda, lege cum quis, ff. de solutionibus. Idque docet Divus Thomas prima secundæ, quæstione 98. articulo septimo, in corpore, ubi ait, quod potest esse iuramentum à principio obligatorium, postea verò per novam mutationem fieri impossibilem eius impletionem, & idè non obligare. Neque id solum est intelligendum de impossibili simpliciter, sed etiam de difficili, aut indecente, ut non sit verò simile fuisse intentum à iurante. Et de hac conditione loquitur textus noster, capite petitio, capite brevi, de iureiurando, & in capite veniens eodem titulo, ubi Innocentius, & Panormitanus, constituunt regulam generalem, si tanta mutatio rerum facta est, ut verosimile non sit iuranti habuisse intentionem se obligandi ad rem adeo difficilem, aut indecentem, tunc namque intelligitur iuramentum, ut illum casum non comprehendat.

11 Sed his omnibus obijcitur: nam ex dictis sequitur omne iuramentum esse conditionale, & nullum absolutum, si quidem omne iuramentum factum videtur sub aliqua conditione saltim virtuali. At verò negari non potest dari iuramentum absolutum, sicut etiam votum distinguitur in absolutum, & conditionale, & idem est de qualibet humana promissione. Sensit hanc difficultatem Glossa in textu nostro in verbo *conditio*, & respondet negando, quod ex dictis sequatur omne iuramentum esse conditionale: & movetur ex regula text. in lege conditiones, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, ibi: *Conditiones extrinsecus non ex testamento veniunt, id est, quæ tacitè inesse videntur, non faciunt legata conditionata*. Sentit ergo glossa illud esse absolutum iuramentum, quod non habet conditionem additam ex peculiari iurantis intentione, & idè ait, illud esse conditionatum, quando talis conditio additur. Sequitur Glossam Panormitanus addens, non fieri conditionatum etiam si conditio subintellecta exprimat, sicut neque aliæ dispositiones conditionales fiunt, si exprimitur conditio, quæ aliàs necessariò inest, cap. significasti de electione, leg. 3. ff. de gatis primo, ubi communiter Doctores.

12 Respondeo tamen notandum esse, differentiam esse inter absolutum, & conditionatum iuramentum: nam absolutum cadit in propositione simpliciter absoluta, verbi gratia, *hoc faciam, illud dabo*. Vnde non tam includit conditionem, quam præsupponit illam: at verò iuramentum conditionale cadit in propositione conditionali, quam vocant Theologi hypotheticam, non præsupponendo conditionem, ut res illa fiat, sed expectando illam: ut verbi gratia, *iuro me daturum eleemosynam, si navis ex india venerit*. Est ergo differentia, quod in iuramento absoluto illa conditio subintellecta non suspendit obligatio-

nem, sed statim obligat, si conditio subintellecta, quæ est de præsentibus, existit: nec propter futuras suspenditur obligatio, licet postea cessare possit. At verò iuramentum conditionale habet quasi suspensam obligationem, donec conditio impleatur, ut patet in sponsalibus: nam si conditionalia sint, non oritur ex illis statim impedimentum publicæ honestatis, capit. vnde, §. vnde de sponsalibus, lib. sexto, quoniam ex tunc non induxerunt propriam obligationem ad matrimonium, quod secus est in sponsalibus absolutis.

13 Quare ex dictis primò dicendum est circa explanationem nostri text. non esse constituendam differentiam, sive scemina, sive vir post contracta sponsalia fornicatus fuerit, uterque enim fidem frangit, & alteri suspectus redditur de fide in futurum servanda: neque in proposito vir, & scemina iudicantur impares, capite Apostolus 32. quæstione septima, Panormitanus in textu nostro numero quarto, Menochius de arbitrarijs casu 455. numero quinto, Cobarruvias in 4. prima parte capite quinto in principio, numero secundo, Enriquez libro undecimo, de matrimonio, capite decimo quarto, numero sexto, estque communiter receptum, & indubitanter ab omnibus.

14 Nec solum poterit à iuratis etiam sponsalibus vir recedere, si mulier postea fornicata fuerit, sed etiam si tactus impudicos alterius admiserit, veluti si oscula, & amplexus patiat, quia notabilis est mutatio, idque cedit in magnum dedecus viri. Tum etiam, quia talis scemina dicitur impudice vivere, adeo ut legatum ea conditione sibi relicto, ut castè, & pudicè vivat, amittat, ut ex Baldo, & alijs multis probat Cobarruvias in 4. secunda parte, capite septimo, §. sexto, numero tertio, cum tamen id è converso non sit considerabile sceminae dedecus, crederem illam, propterea quod vir tactus impudicos alterius sceminae admiserit, non posse ab sponsalibus recedere.

15 Illud tamen notabiliter sciendum est, huiusmodi sponsalium dissolutionem, de qua loquitur text. noster, solum esse admittendam in favorem innocentis sponsi, nam proprium delictum non debet immunitatem præstare fornicanti: argumento text. in capite secundo de translatione prælatorum. Sic probant Antoninus tertia parte titulo primo, capite decimo octavo, & primo, casu sexto, Paludanus in quarta distinctione vigesima septima, quæstione prima, articulo tertio, casu primo, numero decimo septimo, & numero trigesimo primo, Soto dicta distinctione 27. quæstione secunda, articulo quinto, in versiculo *septimo divinantur*, Navarro in Summa Latina, capite vigesimo secundo, numero 27. in versiculo *nono*, Cobarruvias in 4. prima parte cap. 5. in principio numero 2. Ledesma de matrimonio, quæstione 43. art. 3. causa 6. Sarmiento lib. 1. Selectarum cap. 5. num. 3.

16 Dubitari autem solet in specie nostri text.

text. Primò, antèus de clisio procedat, si sponsa post sponsalia ab altero vi præcisa carnaliter cognita sit, nonnulli putant non esse causam sufficientem dissolvendi sponsalia, quia ipsa culpa omninò vacavit. Imò nec talis copula sufficit ad separationem matrimonij quoad torum, vt communiter fatentur omnes, neque enim in eo casu fidem frangit, neque suspecta redditur in futurum, iuxta rationes quibus nititur text. noster.

17 Sed puto verius esse causam sufficientem ad sponsaliorum dissolutionem, vt colligitur ex capite raptor vigesimo septimo, quæstione secunda, & ibi Glossa in verbo *noluerit*, & in capite quippe eadem causa, & quæst. verbo *quæritur*, & in textu nostro, verbo *oculos*, vbi Hostiensis super verbum *iuramentum*, Ioan. Andreas numero decimo quinto, Butrius numero tertio, Panormitanus numero duodemo. Alexand. de Nebo numero decimo septimo, Gregorius in lege octava titulo primo, parte quarta, in verbo *robada*, Cobarruvias in 4. prima parte, capite quinto, in principio numero secundo, Antonius Cuchus libro quinto institutionum titulo decimo, num. 62. & ferè omnes. Moventur, quia sponsus eam etiam vi præcisa corruptam ducens efficitur bigamus. Hæc tamen ratio non concludit, nam si ea esset aliàs non virgo, veluti vidua, ratio nihil probaret, nam ex alia parte vitium bigamiæ contracturus erat. Vt ergo ratio concludens sit, debet omnes casus generaliter comprehendere, erit ergo ratio ideò sponsalia etiam iurata dissolvi, quia est valde notabilis mutatio, & maxima infamiæ nota vir afficietur. Et hanc rationem tradidit Sylvester verbo *sponsalia*, quæstione decima casu septimo, sufficit enim, quod accidat nova causa, quæ à principio existens moraliter sponsalia impediret contrahi.

18 Quando verò vterque sponsus, & sponsa post sponsalia contracta cum altero fornicantur, existimat. Paludanus in quarta distinctione 27. prima parte articulo tertio, numero 17. compensationi locum esse, ita vt neutri liceat altero invito ab sponsalibus recedere, eò quòd id causa matrimonij vterque æqualis est, & mutua fornicatio compensatur: nam etsi fornicatio fœminæ gravior sit, viro aliàs etiam fornicanti divortium non permittitur.

19 Adhuc tamen dicendum puto in prædicta specie compensationem locum non habere, ita vt si fœmina fornicetur, non poterit resilere propter sponsi fornicationem, quamvis sponsus propter sponsæ fornicationem possit resilire, iniquè in eo casu fieret compensatio, vbi dedecus, & detrimentum adeò esset inæquale, cum multo turpior sit sponsæ fornicatio, vt egregiè ostendit Tiraquellus in lege prima connubiali, num. 45. atque ideò, quamvis mater meretrix nò possit filiam ob meretricium ex hæredare, vt in leg. in arenam, C. de inofficioso, ibi: *nisi & ipse similis conditionis sit*: pater autem concubiniarius rectè potest filiam meretricem ex hæredare, quia

dedecus & turpitudò æqualis non est, vt pulchre probat Cobarruvias multis relatis in capite Reynutius de testamentis in principio, numero decimo quinto, nec locum habet simile de matrimonio adductum à Paludano, quia multo facilius dissolvantur sponsalia, quam matrimonium, etià quoad torum: nam sponsalia ob quamlibet notabilem mutationem dissolvuntur, quod procul dubio secus est in matrimonio, vt advertit Enriquez communem dicens lib. 11. de matrimonio, cap. 14. num. 6.

20 Et ex eodem principio deciditur in textu nostro, sponsalia etiam iurata dissolvi fœditate notabili supervenienti, veluti cæcitate, nati ve, aut oculi amissione, & similibus: nam iuramentum, inquit textus noster, semper intelligitur rebus in eodem statu manentibus. Quod idem dicendum est de quolibet morbo contagioso supervenienti, ea namque valde notabilis mutatio est, Nabarro in Summa Latina capite vigesimo septimo, casu octavo, Antonius Cuchus libro quinto institutionum, titulo decimo, numero 63. Enriquez libro undecimo de matrimonio, capite decimo quarto, numero sexto, Ledesma de matrimonio quæstione quadragesima tertia, articulo tertio, causa quinta. Imò idem dicendum est de gravi infirmitate incurabili supervenienti, vt ostendit D. Thom. in quarta distinctione vigesima septima, quæstione secunda, articulo tertio, ad tertium, & eandem doctrinam extendunt Doctores teste Antonio Cuchus vbi proximè num. sexagesimo tertio, si sequuta sit gravis existimationis deformitas, verbi gratia, si sponsus furti, aut alterius turpis criminis damnatus sit, nam maior est animi, & famæ habenda ratio, quam corporis.

21 Sed ille casus difficilior est, si sponsa tempore sponsaliorum esset pulcherrima, & postea efficeretur notabiliter deformis, an hoc sufficiat ad dissolvenda sponsalia, & putat Cobarruvias in 4. prima parte, capite quinto in principio, numero sexto, non sufficere, eò quòd textus noster id solum concessit, dum deformitas contingit ob oculorum, aut nasi amissionem. Sequitur Matienzo libro quinto compilat. titulo primo in Rubrica, Glossa prima num. 47. Carrerius libro 1. de sponsalibus, cap. 15. ad finem.

22 Sed hanc sententiam non puto veram imò dicendum est eam supervenientem mutationem deformitatis sufficere ad sponsalia dissolvenda, res namque non manet in eodem statu, sed notabiliter est mutata, imò id aperte probat textus noster, vbi ob eam etiam causam statuitur eadem deformitatem sponsalia dissolvere, ne sibi invicem sponsi displiceant, & matrimonium infelicem habeat exitum. Sic docet D. Thom. in quarta distinctione vigesima sexta, quæstione secunda, articulo tertio, ad tertium, & ibi Soto quæst. secunda articulo 5. casu 9. eadem igitur ratio procedit in casu proposito, atque in oculi, aut nasi amissione: idque rectè explicant Innocentius &

& Hostiensis in textu nostro, numero tertio, sic dicentes: *Dissolvuntur sponsalia, quando notabilis deformitas supervenit, quia non manent res in eodem statu, cum non sit fœmina apta facere id, propter quod ducitur, scilicet tollere vires fornicandis occasionem, quia ad eam tam deformem accedere non valet.* Quod in proposito casu procul dubio verificatur, faveat Glossa in capite final. verbo *cogi*, de coniugio leproforum; vbi Panormitanus numero secundo, Butrius in textu nostro in principio, numero decimo sexto, Imola numero quinto, Nabarro in Summa Latina, capite vigesimo secundo, numero vigesimo septimo, casu octavo, docentes sponsalia dissolvi ob quamlibet supervenientem notabilem deformitatem.

23 Neque obstat contraria consideratio deducta ex textu nostro, nam illa deformitas oculorum, amissionis nasi, aut lepræ in eo textu, solum proponuntur exempli gratia, & ita regulam non arctant, lege prima, §. quod vulgò, ff. de vi, & vi armata, lege damni infecti stipulatio, ff. de dano infecto, & notat ex multis Tiraquellus in leg. si vnam, verbo *libertis*, numero trigesimo septimo, C. de revocandis donationibus. Atque ideò cum text. noster expresserit lepram, vel paralytim, extendunt communiter Doctores ad morbum gallicum.

24 Vnde infer primò ad quæstionem, an propter supervenientem alterius sponsi paupertatem dissolvantur sponsalia, verbi gratia, si sponsa, quæ dives erat tempore sponsaliorum, postea redacta sit ad paupertatem, & semper loquimur de sponsalibus iuratis. Huius autem quæstionis duplex est inspectio: prior erit, quando dotis præcessit promissio, posterior verò, vbi nulla præcessit promissio.

25 In priori casu Baldus in text. nostro, numero octavo, putavit sponsalia non dirimi. Sequitur Alexand. de Nebo num. 16. ea ratione, nam sponsa, quæ dotem promisit, postea facultatibus lapsa adimplere non potest, id tamen dicunt procedere, quando ipsa sponsa culpa nò caruit, quia à principio novit non esse solvendo.

26 Sed re vera indubitanter dicendum est, propter eam supervenientem paupertatem sponsalia dissolvi: nam dotis promissio est quædam veluti conditio, sub qua sponsalia celebrantur, quare deficiente conditione non obligabunt, si sponsa fuerit in culpa, si non. Vt probant Soto in 4. distinctione 27. quæst. 2. art. 5. casu 6. Ledesma de matrimonio quæst. 43. art. 3. causa 9. Gregorius in leg. 7. verbo *excusacion*, titulo 1. part. 4. Menochius de arbitrarijs casu 455. num. 6. Antonius Gabriel tomo 2. communium lib. 17. verbo *sponsalia*,

27 Maior autem est dubitatio in posteriori casu, quando nulla præcessit dotis promissio, an superveniens paupertas sufficiat ad dissolvenda sponsalia Multi dicunt non sufficere, quia quando nulla dos promissa est, non videtur omnia bo-

na in dotem promissa, vt probant Cobarruvias in 4. 1. p. cap. 5. in principio, num. 5. Rolandus de lucro dotis, quæst. 73. Barbosa in Rubrica soluto matrimonio 4. p. nu. 32. & relati à Mascardo de probationibus, conclus. 577. num. 2. Tum etiam, nam sibi sponsus imputare debet, quod non caveat de dote sibi tradenda, vt in text. nostro advertit Glossa verbo *oculos*, & ibi Hostiensis in verbo, *iuramentum*, Ioan. Andreas num. 15. Butrius num. 14. Menochius consilio 386. num. 3. volumine 4. Matienzo titulo 1. in Rubrica, Glossa 1. n. 47. lib. 5. Compilat. Petrus Gregorius 2. p. Syntagmatum lib. 8. cap. 9. num. 9. quæ sententia procul dubio valde probabilis est.

28 Contrariam verò sententiam, videlicet propter supervenientem paupertatem etiam nulla dote promissa dissolvi sponsalia, multo veriorè puto, vt communiter natatur in leg. mulier bona, ff. de iure dotium. & expresse tenet Bart. in leg. si constante, nu. 78. ff. soluto matrimonio, & multis relatis Gometius in leg. 50. Tauri, nu. 17. nam in ea specie tacitè intelligitur dotem promississe, de quo videndus Menoch. lib. 3. de præsumptio. tota præsumptione 6. Et præcipuè moveor, quia negari nò potest, eam esse notabilem mutationem, & quæ à principio existens sponsalia celebrari impediret. Et probant Sylvester verbo *sponsalia*, quæst. 10. casu 9. Angelus verbo *sponsalia*, nu. 33. Nabarro in Summa Latina, cap. 22. n. 27. Anton. Cuchus lib. 5. institutionum tit. 10. n. 71. Enriquez lib. 11. de matrimonio, ca. 14. num. 6. Qui omnes loquuntur de sponsalibus iuratis ex generali ratione, quod iuramentum semper intelligitur, rebus sic stantibus. Si verò alter sponsus in eodem statu permaneret, & alter ex post facto ditissimus efficeretur, sponsalia non dissolverentur, quia ex parte alterius nulla datur mutatio.

29 Illud verò non leviter controversum est, si sponsalia iurata sint, & nulla præcessit dotis promissio, adhuc teneatur sponsus adimplere, si quando sponsa dives esset nullam sibi dotem constituisse voluisset. In qua quæstione existimat Cobarruvias in 4. 1. p. num. 5. sponsum non teneri adimplere: & eandem sententiam nervosè defendit Barbosa in Rubrica soluto matrimonio, 4. p. num. 32. & moventur, nam cum matrimonium possit sine dote consistere, conditio destinandæ dotis extrinseca est: at conditiones extrinsecæ non intelliguntur, nisi exprimantur, leg. si ita stipulatus, §. Chrylogonus, ff. de verborum obligationibus, quæ sententia valde probabilis sit,

30 Sed adhuc puto probabiliorè esse contrariam opinionem, videlicet, quod si sponsa dives sibi dotem constituisse noluerit, dissolvantur sponsalia, vt probavit rectè Baldus in capite iuravit de probationibus, numero 3. & 4. Palacios Rubios in ca. per vestras de donationibus, internotabili tertio, 6. secundo, numero quarto, & alij relati à Gutierrez de iuramento confirmatorio, prima parte cap. 37. numero tertio, ad finem. Me-

nochijs de arbitrarijs libro secundo, casu 455. numero sexto, & ratio est; nam etsi matrimonium sine dote possit consistere, non tamen decens, & honestum est, ut sponsus dote privetur. Quare conditio dotis non est omnino extrinseca matrimonio, immò de illa actum videtur tacite, vel totius patrimonij, ut putavit Bart. in leg. si constan- te num. 78. ff. soluto matrimonio, vel saltem partis patrimonij iuxta viri dignitatem, ut communiter notatur in leg. mulier bona, leg. quæro. ff. iure dotium. Imò Paludanus in quarta distinctio- ne 28. quæstione prima, articulo secundo, conclu- sione quarta, numero 14. in fortiori casu loquitur videlicet si sponsus habita fide matrimonij spon- sam virginem defloraverit, nam promissio futuri matrimonij (inquit Paludanus) intelligenda est dote constituta iuxta propriam possibili- tatem.

31 Infertur secundò, quòd quoties post spon- salia contracta supervenit impedimentum matri- monij dirimens communiter receptum, sponsa- lia dirimi, ut si orta sit affinitas ex fornicatione cum consanguineis: idque planè constat, cum inter spon- sos iam non possit consistere matrimo- nium: quando autem superveniens impedi- mentum solum impedit, & non dirimit, putat Paluda- nus dicta distinctio- ne 27. quæstione prima, arti- culo tertio, numero 31. sponsalia dissolvi solum ex parte innocentis, ne alter ex suo crimine com- modum reportet. Et idem videtur sentire Soto dist. 27. quæst. 43. art. 3. causa 3. Ledesma de matrimonio quæst. 2.

32 Adhuc tamen existimo hos Doctores loquutos esse de impedimentis dirimenti- bus, ut omnia exempla, de quibus loquuntur, aper- tissimè ostendunt, idèòque verius existimo pro- ter superveniens impedimentum solum impedi- ens sponsalia non dirimi, nam ea impedimenta tantummodò obstant matrimonio re integra exi- stente, secus verò, quando sponsalia præcesserunt, & iam quasi inchoatum sit matrimonium. Tum etiam, quia impedimenta impediencia non vidè- tur esse in usu, neque in illis desideratur dispen- satio.

33 Quamvis hoc in impedimento voti simplicis castitatis non procedat: nam si post sponsalia alter sponsus castitatem voverit, alter à fide sponsaliorum liberatur, nam vovens eo ipso sponsalibus renuntiavit, imò & res est nota- biliter mutata: nam cum vovens à petendo debi- to abstinere teneatur, gravissimum onus alteri esset semper cogi ad petendum debitum, præci- pue in foemina, ut advertit Paludanus in tertia distinctio- ne 27. quæstione prima, articulo tertio, casu quinto, numero vigesimo tertio, Sylvester indubitanter docens, verbo sponsalia, quæstione septima, Cordoba quæstione 136. Enriquez lib. v. decimo de matrimonio, capite decimo quarto, numero quarto, & pulchrè ostendit videndus Sancius lib. 1. de sponsalibus tota disp. 46.

34 Imò eo casu sponsus, qui castitatem vovit, proprijs expensis tenebitur impetrare dispensationem, ut perficiat sponsalia, quia culpa sua effectus est impotens: eo enim ipso quod sponsa ius habet ad matrimonium, habet conse- quenter ius ne iniuste impediatur, ergo sponsus, qui impedit impleri, tenebitur ex iustitia impe- dimentum auferre modo sibi possibili.

35 Sed maior est dubitatio, an prædictæ causæ supervenientes post sponsalia, & alijs suf- ficientes ad ea dissolvenda, sufficiant etiam si præ- cesserint sponsalia, dum fuerint probabiliter ig- noratæ. In qua quæstione omisissis varijs senten- tijs primo dicendum puto (& loquor nunc de alijs causis præter fornicationem) quòd causæ suf- ficientes ad dissolvenda sponsalia, quando spon- salia subsequuntur, si ante sponsalia acciderint, & probabiliter ab altero sponso sint ignoratæ, suf- ficiunt postea cognitæ ad sponsalia dissolvenda. Idque probatur primò exemplo venditionis: nam si facta sit occultando vitium rei veditæ, suf- ficit ad dissolvendam venditionem: ergo idem est in sponsalibus dicendum; imò in iure nostro paria sunt, aliquid præcedere ignoranter, aut super- venire, iuxta regulam text. in capite Pastoralis de exceptionibus: & paria sunt in iure, non esse, & non apparere, lege duo sunt Titij, ff. de testamentaria tutela, lege in lege, ff. de contra- henda emptione. Similiter ergo paria sunt, esse, & apparere, cum ergo post sponsalia vitium ap- paret, tunc dicitur de novo incipere, & in specie probare videtur text. in leg. final. C. de sponsali- bus, vbi dicitur recedentem ab sponsalibus ex causa præcedente ignorata arras non amittere. Quod non ita esset, si recedendo esset in culpa, quoniam arras solum amittit iniuste ab sponsali- bus recedens. Probat Hostiensis in Summa de sponsalibus, §. primo, numero tertio, Panormita- nus in cap. gemma, numero septimo, de sponsali- bus, & ibi Alexand. de Nebo num. 27. Cobarr- vias in quarta, secunda parte, capite tertio, §. sep- timo, num. 11.

36 Et tandem probatur, nam rebus notabi- liter mutatis sponsalia non obligant, ut in textu nostro, cum ergo denuò venit in notitiâ vitium, res dicitur notabiliter mutata. Cum ergo text. noster asserit sponsalia non dissolvi propter causas præ- cedentes, intelligitur, si cognitæ essent, ut ibidem declarat Glossa verbo præcedentem, vbi reddit ra- tionem, quia contrahendo cum illa illius mores approbare videtur. Sequitur Butrius numero ter- tio, Soto in quarta distinctio- ne 27. quæstione 2. articulo 5. casu 9. Enriquez lib. 11. de matrimo- nio cap. 14. num. 6.

37 Dicendum est secundò, quòd propter for- nicationem sponsæ ab sponso ignoratæ, quæ ipse aliàs virginem credebat, quam postea sponsus scivit, procul dubio sponsalia dissolvuntur ex ra- tionibus dictis: hæc enim causa denuò cognita notabilem inducit mutationem, cum valde ig- nomi-

S V M M A R I A.

Ad tex. in cap. Etsi Christus
26. huius tituli de iure
iurando.

- 1 **A** N iurare actus licitus, & honestus sit.
- 2 Iuramentum non est generaliter, & simpli- citer in Evangelio prohibitum.
- 3 Constat multis Sanctorum exemplis.
- 4 Probatur ratione.
- 5 Iuramentum in lege gratia non esse simpliciter pro- hibitum, sed licitum.
- 6 Probatur lege Evangelica.
- 7 Probatur in veterato Ecclesia usu, & consuetudine.
- 8 Iuramentum est actus elicitus virtute religionis.
- 9 In iurandum ad religionem pertinere docet ius ca- nonicum.
- 10 Obijciunt hæretici verba Evangelij.
- 11 Respondetur ex Hieronymo Matthæi 5.
- 12 Adducitur doctrina Divi Thomæ ars. 2. ad primū contra Hieronymum, num. 13.
- 14 Altera solutio Hieronymi.
- 15 Solutio Bernardi homilia 65. in Cantica proponi- tur.
- 16 Doctrina Bernardi accommodatur verbis Iaco- bi, nolite iurare.
- 17 Indai per secundum decalogi præceptum existima- bant solum prohibitum esse periurium formale, un- de credebant non peccare iurando dummodo ser- vetur veritas.
- 18 Christus in primis docet non esse omnino iuran- dum, id est secundum quamcunque iurandi for- mam.
- 16 Doctrina Augustini lib. de mendacio, capite deci- mo quinto.
- 20 Non obstat locus Zachariae 5.
- 21 Et verba Prophetæ Osee 4.
- 22 Secunda obiectio Hæreticorum.
- 23 Respondet Castro de hæresibus, verbo iuramentū, hæresi prima.
- 24 Non est credendum magnum Hieronymū, & alios patres loquutos fuisse in sensu contrario doctrinae fidei.
- 25 Iuramentum non est sicut bonum quoddam per se appetendum, sed illo vti licet in sola necessi- tate.
- 26 Quæ circumstantia requirantur ad præceptum af- firmativum iurandi, num. 27.
- 28 Interdicitur impuberibus in iudicio iurare.
- 29 Sacerdotibus quoque in levi causa.
- 30 An licitum sit, vel quomodo liceat iurare per crea- turam.
- 31 Iuramentum per falsos Deos, per idola, & creatu- ras per se spectatum non esse iuramentum, etiam si tale sit ex intentione iurantis.
- 32 An aliquo modo, vel consideratione liceat iurare per creaturas.

nomiosum sit foeminam ab alio cognitam du- cere, imò & vir notabile detrimentum incurre- ret, cum efficeretur bigamus. Probat glossa, & Butrius vbi supra, Sylvester verbo sponsalia, quæ- stione decima, casu sexto, Antoninus tertia parte titulo primo, capite decimo octavo, §. primo, casu sexto, Nabarro in Summa Latina, capite 27. casu nono, Molina de iustitia & iure, tomo secundo, disputatione 272 §. Deinde si mulieri, imò idem di- cerem, si sponsus putaret virginem esse, cum ta- men esset vidua.

38 Quando autem sponsus scivisset sponsam non virginem, sed viduam esse, an possit dissolve- re sponsalia propter illius præcedentem forni- cationem ignoratam ex post facto cognitam in dubium revocari solet, nam Antoninus, Enri- quez, Sylvester iam relati non posse seu fuisse vi- dentur, sed multo verius est ex dictis posse. Ne- gari enim non potest eam de novo cognitam no- tabilem esse mutationem, quæ virum prudentem retraheret à principio à tali contractu, magna enim nota afficitur inhonestam ducens, cum ta- men ipse putaret viduam honestam esse. Idque expresse Molina dicta disputatione 272. in dict. §. Deinde si mulieri. Secus verò esset si sponsus sci- visset sponsam impudicam, & inhonestam fuisse, quamvis postea in sponsi notitiam aliquæ for- nicationes antea ignoratæ devenissent: quæ om- nia procul dubio procedunt ex rationibus dictis, etiam quando sponsalia iurata sunt iuxta nostri text. decisionem.

39 At verò in sponsa respectu fornicationis sponsi ignorata, quam ipsa de novo sciverit, me- rito dubitatur, an sit sufficiens causa dissolvendi sponsalia, quoniam Nabarro dicto capite vigesi- mo septimo, casu nono, ait, sponsam ea ratione posse sponsalia dissolvere. Hæc tamen sententia mihi non placet, quoniam nulla sponsæ sequitur ignominia ex antecedenti sponsi fornicatione, neque moraliter loquendo, hæc dici potest res- pectu sponsæ notabilis mutatio, neque in fornicatione viri idem inconveniens reperitur, quando fornicatio præcedit, & quando subsequitur, nam quando subsequitur dat ius sponsæ dissolvendi sponsalia, eò quòd est contra fidem sponsaliorum, quod secus est, quando sponsalia præcesserint, nam cessat ea ratio, & suspicio non servandæ fidei futu- ræ. At verò præcedens sponsæ fornicatio præ- stat dissolvendi sponsalia iustam causam ex alia ratione, videlicet propter infamiam viri ex im- pudicitia foeminae. Quæ ratio æque procedit siue sponsa ab alio carnaliter sit cognita ante, siue post contracta sponsalia: & sic tenuit expresse Molina Theologus loco ellegato, & sic finitur text. iste.

(?)

- 33 Divus Thomas distinguit duplicem iurandi formam.
- 34 Posterior iurandi modus est per execrationem.
- 35 An iurare per creaturas sit malum, saltem quia prohibitum iure positivo, & humano. n. 36.
- 37 An possit aliquod iuramenti genus fieri absolute per creaturas sine peccato.
- 38 Diversum est de creaturis rationalibus.
- 39 Per Sanctos, & cum Christo regnantes certum est iurare posse.
- 40 Quid est Julia, & Latria.
- 41 De hominibus viatoribus certum est posse iurare.
- 42 An iuramentum expresse factum per Deum differat specie ab eo, quod factum est per creaturam, num. 43.
- 44 An differat in gravitate.
- 45 Iuramentum tres comites debet habere.
- 46 Quid requiratur in iuramento assertorio, & quid in promissorio, num. 47.
- 48 Quid servandum sit in iuramento iudicij.
- 49 Quando dicatur per iurium, num. 50.
- 50 Angeli opinio communiter improbat, verbo per iurium.
- 51 Iuramentum per hyperbolem non est falsum, numero 53.
- 52 Iurans falsum, quod promissa debita diligentia rerum putabat excusari à culpa.
- 53 Iuramentum promissorium deficiente virtute de presenti semper est mortale.
- 54 Quando non adest animus firmus implendi, qui iuratur, peccat.
- 55 Quid erit in iuramento promissorio, quando sola de facit veritas de futuro.
- 56 Adducitur doctrina Antonini 2. part. tit. 10. cap. 4. §. 1. & Angeli verbo iuramentum. n. 59.
- 57 Quando in iuramento promissorio iustitia deficit, spectanda est qualitas rei promissa ad discernendam gravitatem peccati, an mortale, an veniale sit.
- 58 Iurans admissurum rem venialem animo implendi peccat venialiter ex defectu iustitiae.
- 59 Qui iurat aliquid se facturum contra praecepta Evangelica peccat venialiter.
- 60 Iuramentum, cui deficit iudicium, quod respicit necessitatem iurandi causam, & reverentiam, solam esse culpam venialem.
- 61 In confessione non est necessarium fateri expresse quoties quis cum mendacio, & quoties cum dubio, & quoties de futuro iuravit cum animo non implendi.
- 62 Gravius peccatum est homicidium, quam per iurium.
- 63 Iuramentum per falsos Deos peius est, quam mendaciter iurare per Deum.
- 64 Non obstat Augustinus epistola 154 relatus in cap. movet 22. quest. 1.
- 65 An sit peccatum petere iuramentum ab eo, de quo certum est per falsos Deos iuraturum, num. 69. & num. 70.
- 66 Quale sit peccatum, iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falsos Deos necessitate,

- aut utilitate deficiente, numero 72.
- 73 Confirmatur exemplo petentis sacramentum à malo ministro, de quo cognoscitur in peccato mortali ministraturum.
- 74 An licitum sit ab infideli petere, ut per falsos Deos iuret.
- 75 Non est licitum desiderare usuras, neque est licitum petere, num. 76 & 77.
- 76 An ea, qua dicta sunt de petitione expressa manus sub usuris, procedant in petitione expressa iuramenti praestandi per falsos Deos, num. 79.
- 77 Iuramentum indeliberatum est culpabile.
- 78 Consuetudo iurandi cum debita advertentia ad rei iurata veritatem probabiliter dici potest, quod non constituit in statu peccati mortalis.
- 79 Consuetudo indiscriminatim iurandi sine advertentia, an sit verum, an falsum, constituit iuramentum in statu peccati mortalis, num. 83.
- 80 Quando non adest firmum propositum corrigenda huius consuetudinis, confessarius tenebitur negare penitenti absolutionem.

A D T E X T V M.

In cap. Et si Christus 26. huius tituli de iureiurando.



ROPONIT text. noster variare requisita necessaria ad iustitiam iuramenti, & qualiter praestari debeat ostendit, ideoque clarioris doctrinae gratia varias eiusdem text. conclusiones sigillatim explicare necessarium duximus.

Ad textum in principio ibi:
Si Christus praeceperit secundum
Evangelicam veritatem, sit
sermo vester, &c.

OCCASIONE horum verborum mouent scribes quæstionem, an a iurare actus licitus, & honestus sit: fuit namque antiquus hæreticorum error, iuramentum ita esse intrinsicè malum, & christianis interdictum, ut nunquam licere possit iurare. Quem errorem referunt, & impugnant Castro de hæresibus, verbo iuramentum, hæresi primo, Iansenius in cap. 40. concordia. Imò & hunc fuisse errorem Pelagianorum refert Augustinus epistola 89. quæst. fin. & in epistola 88. quæ est Hilarii Syracusani ad eundem Augustinum, Bernardus homilia 69. in Cantica, Azorius tomo primo moralium lib. 1. cap. 2. quæstione tertia, Valentia secunda

cunda secundæ, disputatione sexta, quæstione septima, puncto tertio, Suarez tomo secundo de Religione, libro primo de iuramento, capite secundo cum sequentibus, Maldonado in Evangelia super Matthæum, capite quinto, numero trigésimo quarto

2 Sed veritas catholica in contrarium est, videlicet, actum iurandi non esse generaliter, & simpliciter in Evangelio prohibitum, aut damnatum, sed ex se licitum esse, ut potè qui actus religionis est. Quod ut declaretur supponendum est, iuramentum nunquam fuisse lege naturali prohibitum: constat enim in Testamento Veteri verbis, & exemplis fuisse approbatum; quod fieri non potuisset, si intrinsicè malum esset: idque ostendit forma secundi præcepti Decalogi, Exodi vigesimo ibi: Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, non enim habebit in sortem Dominius eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. Et eisdem verbis habetur Levitici decimo nono, Deuteronomij quinto, his enim in locis non simpliciter iurare prohibetur, sed frustra, aut in vanum: imò Exodi sexto, & vigesimo, iuramentum præceptum videtur ibi: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius iurabis. Et Psalmio decimo quarto: Laudatur, qui iurat proximo suo, & non decipit. Et Psalmio sexagesimo secundo dicitur: Laudabuntur omnes qui iurant in eo. Non ergo dici potest iuramentum esse intrinsicè malum, cum sæpè in scriptura laude dignum dicatur.

3 Idque etiam constat multis Sanctorum exemplis non solum tempore legis naturæ, sed etiam tempore legis scriptæ, de Abraham, Isaac, & Jacob, Genesis vigesimo sexto, & trigésimo secundo, de Moyse Deuteronomij tertio, & quarto, de David, aliisque Prophetis constat frequenter ea iurandi forma usus fuisse: Vivus Dominus.

4 Quam veritatem sic ratione probo, & argumentor sic: iurare ex vi obiecti nullam habet malitiam intrinsicam: ergo ex se non potest esse contra legem naturæ, neque intrinsicè malum. Probatur antecedens: nam iuramentum est quædam divini nominis invocatio, & hac ratione si ex vera fide procedit, non est Deo iniuriosum, sed potius continet tacitam fidei professionem, quod videlicet Deus est prima veritas. Iuramentum ergo ex obiecto nullam habet intrinsicam malitiam, & hoc supponimus certum existentibus debitis iuramenti circumstantiis, de quibus statim dicemus.

5 Hoc supposito dicendum est primò: iuramentum in lege gratiæ non esse simpliciter prohibitum, sed licitum esse posse, hæc etiam est veritas catholica, nam supposito quod iuramentum non est intrinsicè malum, nec dicendum est esse malum, quia prohibitum in Evangelio, in quo nullibi prohibitum invenitur, est enim regula Theologica in lege gratiæ non esse præcep-

ta purè positiva divina præter leges, & præcepta Sacramentorum, & fidei: ergo nullum est in lege Evangelica datum præceptum negativum, quo simpliciter, generaliter, & absolute prohibetur sit iuramentum.

6 Idque varijs Sanctorum exemplis in lege Evangelica probatur: constat enim Apostolum iurasse ad Romanos primo, ibi: Testis enim mihi est Deus. Imò & eadem verba habentur, primo ad Philippenses quinto, & secundo ad Corinthios primo, ibi: Ego autem testem Deum invoco in animam meam. Et primo ad Timotheum quinto, & secundo ad Tomotheum quarto, ibi: Coram Deo, & Christo Iesu. Et apertius ad Galatas primo, ibi: Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentor. Et Divus Augustinus epistola 206. ad Oceanum, aperte docet Paulum ibi sub divina attestazione iurasse. Imò & relatus in capite secundo, 22. quæstione prima, idem Divus Augustinus docet, non esse eos audiendos, qui has iurationes esse non putant. Et libro decimo nono contra Faustum, capite vigesimo tertio, & Isidorus libro secundo Sententiarum, capite trigésimo primo, ibi: Non est contra præceptum Dei iurare, sed dum usum iurandi facimus, per iurij crimen incurrimus.

7 Tandem id comprobatur inveterato Ecclesiæ usu, & consuetudine: sæpè enim Ecclesiæ autoritate iuramenta petuntur, vel in iudicijs, vel in ferèdis testimonijs, ut constat ex omnibus titulis de testibus, & de iureiurando, vel adhæresim abiurandam, ut in titulis de hæreticis, & in Concilio Ephesino Primo, & in Concilio Constantiensi in bulla Martini Quinti, & interdum etiam ad purgationem canonicam, ut in titulo de purgatione canonica. De quo videndus Selsa in tractatu de iuramento, secunda parte in principio. Tandem, nam, ut inquit Apostolus ad Hebræos sexto, necessarium est iuramentum, ut sit omnis controversiæ finis, & confirmatio, & hæc necessitas etiam durat tempore legis gratiæ, ut probatur in Concilio Toletano Octavo, capite secundo, non ergo debuit iuramentum prohiberi in lege gratiæ, sicut nec fuit prohibitum in lege veteri; præcipuè cum in lege gratiæ maior sit de Deo cognitio, & expressior fides, & perfectior religio ad quam pertinet iuramenti cultus.

8 Vnde verissima est conclusio, iuramentum esse actum elicitum virtutis religionis ex Divo Thoma secunda secundæ, quæstione 89. articulo quarto, & ibi Caietanus, & communiter Theologi in tertio Sententiarum, distinctio ne trigésima nona. Et aperte probatur Deuteronomij sexto, ibi: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies, ac per nomen illius iurabis. Vbi ponitur iuramentum tanquam actus pertinens ad latriam Deo debitam. Et patet etiam in secundo præcepto decalogi, quod est de non assumendo divino nomine in vanum, quod pertinet ad religionem;

gionem; & ideo positum est inter præcepta primæ tabulæ, quare dixit Divus Hieronymus super Matthæum capite quinto, ibi: *Qui iurat, vel amat, vel veneratur eum, per quem iurat.* Et Tertullianus in Apologetico capite trigésimo secundo, in fine, ibi: *Dæmones ad iurare consuevimus, ut illos de hominibus exigamus, non deierare, ut illis divinitatis honorem conferamus.* Et libro de Idolatria, capite vigésimo, ibi: *Quis per quos deierat, non honorat.*

9 Sic etiam utroque iure iusiurandum ad religionem pertinere docet ius canonicum, in capite Tua nos, capite Si verò; capite Debitores, de iureiurando cum similibus: imò & iure civili inter officia religionis ponitur, & ideo iurisurandi appellatur religio, lege prima, ff. de iureiurando, lege secunda, C. de rebus creditis, ibi: *Iurisurandi contempta religio.* & in lege secunda, C. eodem, iuramentum quasi res sacra vocatur Sacramentum, & hac ratione periurium sacrilegium dicitur. Et Aristoteles hanc veritatem agnovit primo Metaphysic. capite tertio, & in Rhetor. ad Alexandrum, capite secundo, ait: *Iusiurandum est cum divina venerat inne dictio probationis expers.*

10 Sed obiiciunt hæretici verba Evangelij Matthæi quinto, ibi: *Audistis quia dictum est antiquis, non per iurabis, reddes autem Domino iuramenta tua: ego autem dico vobis, nolite iurare omnino.* Quibus verbis iuramentum in lege gratiæ videtur prohibitum, id namque videtur denotare illa particula, *omnino*: præcipue, nam statim subduntur illa verba: *Sit autem sermo vester: est, est: non, non, quod autem his abundantius est à malo est.* Et idem dicitur Iacobi quinto, imò & prohibitum videtur in veteri Testamento, Osee quarto, ibi: *Neque iuraveritis, vivit Dominus.* Et Zachariæ quinto, ibi: *Omnis fur indicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter indicabitur.* Vbi furtum, & iuramentum videntur æquiparata.

11 Sed respondet primò, Divus Hieronymus Matthæi quinto, ibi: *Christum non prohibuisse iurare per Deum, sed per creaturas.* Et reddit Hieronymus rationem. Nam *Iudæi habebant pessimam consuetudinem iurandi per Angelos, per urbem Ierusalem, per templum, & per elementa.* Cum ergo is, qui iurat, veneretur illum, per quem iurat, ait Divus Hieronymus: *Idè Iudæi sic iurantes creaturas, resq; carnales venerabantur honore, & obsequio Dei.* Et eandem expositionem sequutus est Theophylactus, Matthæi 6.

12 At Doctor Angelicus vbi supra, articulo secundo ad primum, non assentitur Hieronymo dicens, Iacobum verba Christi Domini interpretatum esse de omni iuramento, ut illa verba indicant: *nolite iurare omnino.* Et illa verba sequentia: *neque per calum, neque per terram, &c.* Non possunt intelligi restrictivè respectu priorum verborum, sed augmentativè, quasi diceret, non solum maiora iuramenta vitanda esse, sed etiam

minora, qualia sunt, quæ fiunt per creaturas: imò id aperte constat ex illis verbis: *Neque per calum, quia thronus Dei est.* Succedit enim regula philosophica, propter quod vnumquodque tale, & illud magis: si ergo Christus prohibet iurare per calum, quia Dei thronus est, à fortiori prohibuit iurare per ipsum Deum.

13 Tum etiam, nam vel Christus Dominus solum prohibet iurare per creaturas propter se ipsas, ac si essent Deus, & hoc dici non potest, neque verbis Christi congruit, qui rationem reddit, non esse per calum iurandum quia thronus Dei est. Tum etiam, nam hoc non esset novum, tanquam intrinsecè malum sapiens idolatriam, Christus enim profiteri videtur se novam facere prohibitionem: *Ego autem dico vobis.* Vel prohibet omnino iurare per creaturas etiam intuitu Dei, & sic à fortiori sequitur prohibitum iurare per Deum. Sic argumentatur Nifenus homilia octava in Cantica.

14 Quare secundò respondet Divus Hieronymus, iuramentum per Deum fuisse permissum Iudæis tanquam parvulis, verba sunt. *Quomodo victimas immolabant, ne eas idolis immolarent, sic & iurare per mittebantur in Deum, non quod rectè hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere, quam dæmonibus: Evangelica autem veritas non præcipit iuramentum, cum omnis sermo fidelis pro iure iurando sit.* Sed hæc Divi Hieronymi expositio adeò difficilis est, ut non possit subsistere, nam in lege veteri non solum mittebatur iuramentum, sed etiam laudabatur tanquam honestum, idque non propter aliquam legem positivam illud instituentem, sicut circumcisio, & alia sacrificia legalia, sed quia ex natura sua erat honestum, & bonum servatis circumstantijs inferius explicandis, de quibus Ieremiæ 4.

15 Quare iterum respondet Sanctus Bernardus homilia sexagesima quinta, in Cantica, Christum Matthæi quinto, non prohibuisse iuramentum, sed perfectionem docuisse. Sequitur Beda, Iacobi quinto, neque contra Bernardum obstat (ut aliqui dicunt) dicere, iuramentum interdum præcipi; præcepta autem non esse contraria consilij: nam hoc argumentum non impugnat Bernardi expositionem, non enim sensit Bernardus ita esse consilium non iurare, ut in nullo casu possit esse necessarium, sicut etiam non nubere consilium est, quamvis aliquando possit necessarium esse. Sufficit ergo quod licet sæpissime iurare non sit peccatum, moraliter loquendo, & regulariter, melius erit non iurare, & simpliciter loqui, ita ut sola necessitas iustitiæ, & charitatis hominem ad iurandum inducat, quod satis videtur, ut non iurare dicatur esse sub consilio. Hoc enim ad perfectionem pertinet, ut homo nunquam iuret, nisi necessitate coactus.

16 Quare rectè hæc Bernardi expositio accommodatur verbis Iacobi: *nolite iurare,* quæ magis significare videntur, quam si simpliciter dixisset

xisset, *non iuretis*: quia non tam actum, quam voluntatis affectum non iurandi denotant consulendo, ut homo quantum est ex se iuramentum vitet. Et hoc est consilium de quo loquitur Bernardus, & sic possunt intelligi illa verba Matthæi quinto, ibi: *Audistis, quia dictum est antiquis, ego autem dico vobis.* Quæ non inducunt pro statu legis gratiæ nova præcepta in materijs moralibus, veluti homicidium, adulterium, iuramentum, neque immutare voluit quoad hanc partem vera præcepta moralia Iudæis tradita, quæ naturalia sunt, & immutabilia. Solum ergo intendit Christus Dominus per illa verba aliquas Iudæorum imperfectiones auferre.

17 Et iuxta hanc expositionem dici potest Iudæos existimasse, quod per secundum decalogi præceptum solum erat prohibitum periurium formale, unde credebant non peccare iurando, dummodo servetur veritas: quo sensu intelligebant verba Christi Domini, ibi: *Non per iurabis, reddes autem Domino iuramenta.* Cum ergo Levitici decimo nono, dictum sit, ibi: *Non per iurabis in nomine meo,* ipsi credebant solum periurium esse prohibitum, putabant enim solum iuramentum falsum per Deum esse prohibitum. Nec refert, quod in Hebræo habeatur: *Non iurabis in vanum*: nam ipsi interpretabantur, id est, *falsum, & mendacium.* Ex quo inferebant verum iuramentum per Deum frequentandum esse, ut refer Abulensis Deuteronomij sexto, & decimo, inferebant etiam iurare per creaturas non esse iuramentum, neque specialem habere malitiam.

18 Unde Christus Dominus, ut rejiceret has falsas interpretationes Iudæorum, & sensum verum præcepti traderet, in primis docet non esse omnino iurandum, id est, secundum quamcunque iurandi formam, ut pulchrè ostendit Maldonatus dicto capite quinto Matthæi, & consequenter, neque per Deum, neque per Cælum, neque per Terram. Et deinde etiam docet non esse iurandum frequenter, & ordinariè, sed loquendum simpliciter: *Sit sermo vester: est, est, non, non.* Et hoc rectè intelligitur per modum consilij iuxta Bernardi expositionem, ideoque Christus Dominus rationem addens non dixit: *Quod amplius est, malum est, sed dixit: Quod amplius est, à malo est.* Nam iuramentum, quando necessarium est, non est malum, sed eius necessitas dicitur à malo, scilicet vel ab incredulitate audientis, vel à defectu humanæ veritatis in natura corrupta. Et hanc expositionem probat Divus Augustinus libro primo de sermone Domini in monte, capite decimo septimo, & Cornelius Papa, epistola secunda ad Rufum, Divus Thomas vbi supra, dicto articulo secundo, & Innocentius Tertius in textu nostro, neque intelligendum est de malo culpæ, sed de malo poenæ, & de malo hu-

manæ imperfectionis, ex qua ortum est, ut aliquando iuramentum necessarium sit, non tamen inde sequitur utile esse frequenter iurare, ut credebant Iudæi, imò rectè dixit Theophylactus: *Nulli minus creditur, quam ei, qui frequenter iurat.* Constat ergo testimonium Evægelij Matthæi capite quinto, exponendum esse de vera interpretatione naturalis præcepti cum additione consilij.

19 Idque in eodem sensu ostendit Divus Augustinus libro de mendacio, capite decimo quinto, quem sequitur Angelicus Doctor, dicto articulo secundo ad primum, dicens Dominum prohibuisse facilitatem iurandi, ne ex ea ad consuetudinem, & ex consuetudine ad periurium decidatur. Et hoc intelligendum est de prohibitione frequentatiæ iuramenti, quæ sequitur ex interpretatione naturalis præcepti non assumentis nomen Domini in vanum, quod non solum intelligitur de falso, sed etiam de iuramento sine necessitate, & de illo, quod frustra præstatur: idque probant verba Exodi vigésimo, ibi: *Neque enim habebis in fontem Dominus eum, qui assumpsit nomen Domini sui frustra.* Et sic intelligi possunt verba Christi Domini: *non iurare omnino*, id est, quando necessarium non est: & in hoc sensu docuit Cornelius Papa, epistola secunda ad Rufum Episcopum dicens, prohiberi incauta iuramenta. Sequitur Aragon ad D. Thom. dicto articulo secundo, Divus Bonaventura in tertia distinctione trigésima nona, articulo secundo, quæstione prima, & sunt notanda Divi Augustini verba relata in capite tertio, vigésimo secundo, quæstione prima, ibi: *In novo testamento dictum est, ne omnino iuremus, quod mihi non propterea dictum videtur, quia verum iurare peccatum est, sed quia peccare immane peccatum est, à quo longè nos esse voluit, qui omnino ne iuremus admonuit.* Ergo sentit Divus Augustinus eam fuisse Christi Domini admonitionem de vitando iuramento, etiam quando peccatum non est, & non admittendo sine necessitate, eaque rectè vocat Divus Augustinus admonitionem ostendens quoad hoc esse consilium, & non præceptum.

20 Neque obstat locus Zachariæ quinto, vbi dicitur, ibi: *Omnis fur indicabitur, & omnis iurans ex hoc similiter indicabitur:* nam Zacharias aperte loquitur de iurante mendaciter in nomine Domini.

21 Et ad verba Prophetæ Osee quarto ibi: *Neque iuraveritis, vivit Dominus,* respondent Lyranus, Theodoretus, Divus Hieronymus, & Divus Cyrillus, quod ibi non prohibetur fidelibus iurare per Deum vivum: nam Prophetam loquitur de illis, qui ad colenda idola declinaverant, nam per iuramentum maius idolatriæ crimen committebant, intendentes per illum falsum Deum, quem colebant, iurare, profitentes iurando idolum esse verum Deum,

nolebat enim Dominus nomen suum vsurpari acultoribus idolorum, quorum os pollutum erat idolorum adoratione.

22 Obijciunt secundò hæretici aliquorum Patrum testimonia, quibus videtur dictū iurare esse omnino prohibitum: Divus Basilius homilia in Psalmo decimo quarto, Theophilus Matthæi capite quinto, Divus Chrysostomus homilia decima nona, & septuagesima octava ad Populum, & etiam homilia decima septima in Matthæum, Tertullianus libro de Idolatria, capite vndecimo dicens: *Taceo de perijurio, quando nec iurare quid licet.* Clemens Romanus libro sexto constitutionum Apostolicarum, capite vndecimo, ibi: *Magister noster precepit, ut neque per verum Deum iurarem, ut sermo noster firmior, credibiliorque ipso, in iurando haberetur.*

23 Respondet Castro de hæresibus, verbo *iuramentum*, hæresi prima, aliquos ex Patribus existimasse, omne iuramentum Christianis esse interdictum, constituentes hanc differentiam inter veterem, & legem Evangelicam: & ideo asserit Divum Hieronymum, & Theophilactum errasse, neque id dicere dubitaret de Tertulliano, qui & gravius in alijs erravit. Respondet ergo illorum Patrum auctoritati præferendam esse Augustini, & aliorum, imò & totius Ecclesiæ auctoritatem.

24 Sed mihi non videtur verosimile magnum Hieronymum, & alios Patres loquutos fuisse in sensu doctrinæ fidei contrario, neque credibile est eam ignorasse, cum semper vñs iurandi in rebus necessarijs receptus fuisset in Ecclesia, vt ex Paulo manifestum est, imò & ipse Divus Augustinus suam tradidit doctrinam non vt novam, sed vt in Ecclesia indubitata. Puto ergo quod quando Patres simpliciter dicunt prohibitum esse, vtuntur verbo prohibendi latè, quatenus præceptum, & consilium complectitur: nam interdum consilia sub nomine mandati continentur, & in hoc sensu puto dici posse differentiam esse inter legem Veterem, & legem Evangelicam; nam licet abstinere à iuramentis semper, & omni tempore fuisset melius, & laudabilius, quando nulla necessitas obligaret, at verò consilium de hac re non fuit scriptum in lege Veteri, fuit tamen à Christo Domino nobis datum in lege Evangelica.

25 Vnde infertur, quod iuramentum non est sicut bonum quoddam per se appetendum, sed illo vtilicet in sola necessitate, vt probat Divus Augustinus relatus in capite ita ergo vigesimo secundo, quæstione prima, Doctor Angelicus semper Augustinum sequutus secunda secundæ, quæstione 89. articulo quinto, rationem reddens, nam iusiurandum inventum est, quasi quoddam imbecillitatis humanæ remedium, & quasi ad instrumentum rei faciendæ si-

dem. Sicut ergo etiam salubriora medicamenta essent corporibus noxia si passim, & sine necessitate adhiberentur, ita & frequens iurandi vsus perniciosus esset, & tantummodo salutaris, quando vrgens, & iusta adesset iurandi causa: ideoque dicimus, iuramentum aliquando esse in præcepto, veluti publica potestate illud exigente, vel quoties necessarium est ad proximo subueniendum, vt rectè ostendit videndus Suarez tomo secundo de Religione, libro tertio, cap. 1. per totum.

26 Vt ergo huiusmodi præceptum affirmativum iurandi occurrere possit, nonnullæ desiderantur circumstantiæ. Prima est, vt dici solet, ex parte modi iurandi, vt iuraturus sit ieiunus, capite honestum vigesimo secundo, quæstione quinta, capite primo, de testibus: hoc verò, de solo consilio procedit, vt advertit Glossa in dicto capite primo, Azorius tomo primo moralium, libro vndecimo, capite vndecimo, quæstione nona. Altera circumstantia est ex parte temporis, nam diebus festis non præstat in iudicio, nisi pro bono pacis, aut favore præ causæ, capite conquestus, de ferijs, capite decrevit 22. quæst. 5.

27 Tandem alia circumstantia attenditur ex parte personæ, nam quibusdam interdictum est iurare in iudicio, veluti per iuris, impuberibus, & clericis. De per iuris, loquitur textus in capite parvuli vigesima secunda, 22. quæstione quinta, semper namque suspecti sunt de per iurio, quod puto procedere, quando per iurus fuit in iudicio convictus, & damnatus. Probat Archidiaconus, quem sequitur Sylvester verbo *per iurium*, quæstione quinta, Soto libro octavo, de iustitia & iure, quæstione prima, articulo decimo, Aragon secunda secundæ, quæstione octuagesima nona, articulo decimo, quando tamen in dicto capite parvuli per iurus, etiam in propria causa iurare prohibetur, intelligitur de iuramento purgationis, ita vt non possit se proprio iuramento à suspitione purgare, præstabit tamen iuramenta, quæ potius sunt oneris, quam honoris: vt iuramentum calumniæ, & illud quod in causa feudi præstat.

28 Interdicitur etiam impuberibus in iudicio iurare, dicto capite parvuli, capite parvuli vigesimo secundo, quæstione quinta, eo quod ante pubertatem non possunt cum debita reverentia iurare, propter ætatis defectum. Et quamvis Soto dicto articulo decimo, putaverit impuberes non esse cogendos iurare, sponte tamè iurare volentes admittendos esse, verius tamen est non esse admittendos, id namque probat superior ratio, quam assignat Divus Thomas dicta quæstione 89. articulo decimo, sic probat Sylvestr verbo *iuramentum* 2. quæstione tertia, Valentia secunda secundæ, disputatione sexta, quæst. 7. puncto 3.

29 Sic etiam, & interdicitur sacerdotibus

bus in levi causa iurare in iudicio, capite si quis presbyter secundo, quæstione quinta, & reddit Divus Thom. rationem dicto articulo decimo, nam dictum hominis tunc indiget confirmatione iuramenti, quando de eius veritate dubitatur. Dubitare autem de veritate sacerdotis esset indecens, ideoque in causa levi eis in iudicio iurare interdictum est. Addit verò Angelicus Doctor pro necessitate, vel magna utilitate licitum esse iurare sacerdotibus, & explicat Divus Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite quarto, §. secundo, Sylvestr verbo *iuramentum* secundo, quæstione tertia, Azorius tomo primo moralium, libro vndecimo, capite vndecimo, quæstione sexta, & docet scribentes in capite significasti, de electione, capite Syracusanæ vigesimo octavo, capite ad reprimendam de officio ordinarij: imò in causis proprijs litigantes de calumnia iurare debent, Glossa in capite primo, verbo *criminali*, de iuramento calumniæ.

In text. ibi: *Licet enim iuramentum prohibuisse dominus videatur, nusquam tamen per creaturam, sed per creaturam, &c.*

30 **E**X his verbis orta est scribentium disputatio, an illicitum sit, vel quomodo liceat iurare per creaturas. Pro cuius explicatione supponendum est, religiosum iuramentum per solum Deum fieri. Et in hoc sensu intelliguntur verba Deuteronomij sexto, ibi: *Et per nomen illius iurabis.* Et potest conditionatè intelligi, si tibi iurandum est, per Deum tuum iurabis: & ad hunc sensum trahi possunt verba Matthæi capite quinto, ibi: *Reddes Domino iuramenta tua.* Quali dicat, quando iuraveris, soli Deo reddes cultum iuramenti, idque cognovit Aristoteles in Rethorica ad Alexandrium capite decimo septimo, dum dixit: *Iusiurandum est cum divina veneratione dictio probationis expert.* Et ratio desumitur ex dictis: nam iuramentum est actus religionis, & latriæ continet cultum: at religio solum verum Deum colit cultu latriæ: ergo iuramentum per solum verum Deum fieri potest. Tum etiam, nam iuramentum fit ad confirmandam veritatem testimonio infallibili, quantum homo facere potest. Hæc tamen infallibilis autoritas solum est in Deo verò: per illum ergo fieri potest iuramentum.

31 Supponitur secundò iuramentum per falsos Deos, per idola, & creaturas per se

spectata in re ipsa non esse iuramentum, etiam si tale sit ex intentione iurantis, vt explicant Cobarruvias in capite quamvis pactum in principio, & senfit Baldus in lege secunda, ff. de iureiurando, Turrecremata in capite ecce vigesima quarta, quæstione quinta. Sylvestr verbo, *iuramentum* primo, quæstione quarta, Antoninus secunda parte, titulo decimo, capite quarto, & ratio est manifesta, nam falsus Deus, idolum, aut creatura non est Deus: ergo veritati infallibili testimonium reddere non possunt, & consequenter iurare per illa non erit iuramentum. Consequentia probatur: nam verum, & proprium iuramentum, quatenus est actus religionis, est veritatis testificatio per infallibile testimonium: imò hac ratione iuramentum per falsos Deos, & idola est blasphemia, & idolatria, nam falso Deo, & idolo attribuitur cultus veri Dei: ergo tale iuramentum in re ipsa non est iuramentum, quamvis sit ex intentione iurantis. Et idem est de iuramento per creaturas per se spectatas: est ergo solum materiale iuramentum quoad verborum sonum.

32 Quibus suppositis dubitatur, an aliquo modo, vel consideratione liceat iurare per creaturas, stando in sola rei natura, & omni iure prohibente secluso: & certum est posse aliquo modo per creaturas iurari, & id licite, vt constat ex vsu Scripturæ, & Ecclesiæ: nam Genesis quadragesimo secundo, legitur Ioseph iurasse per salutem Pharaonis, & Divus Paulus secundo ad Corinthios primo, iuravit per animam suam, & Moyses Deuteronomij tertio, & quarto: *Testes (dixit) invoco calum, & terram,* & Tertullianus in Apologetico capite tertio, refert, Christianos olim solitos fuisse iurare per salutem Cæsaris, & frequenter fideles iurant per vitam suam, vel suorum, per Sanctos, & Evangelia sine periculo erroris.

33 Quod vt explicet Divus Thomas distinguit duplicem iurandi formam: altera est per simplicem attestationem: altera vero per execrationem. Prior est, quando invocatur Dei testimonium, & hoc iuramentum propriissime iuramentum dicitur. Potest autem, & fieri per creaturas non absolute spectatas, sed vt relatas ad Deum, seu per Deum ipsum, quatenus in ipsis relucet: sicut qui iurat per Crucem, per illum iurat, qui pro nobis pependit in Cruce. Et hoc significatur in Matthæi capite quinto: *Neque per calum, quia tronus Dei est, neque per terram, quia scabillum pedum eius.* Quia iurare per illa, est iurare per Deum, qui in illis est.

34 Posterior iurandi modus est, per execrationem, id est, imprecando sibi aliquid malū, nisi verū fuerit, quod iuratur, & hoc etiam est per Deū iurare, & verū iuramentum, de quo loquitur Christus dum dixit: *Neque per caput tuum iurabis.* Reddens rationem: *Quia non potest unum capillum album facere, vel nigrum:* id est, quia in caput

put tuum non habes potestatem, sed divinæ sub est potestati: & ideo sic iurare erit per Deum iurare, ibi enim non assumitur nomen creaturæ, ut est creatura, sed ut per eam tacite invocatur nomen Dei, & hæc est communis Theologorum sententia, Nabarrus in Mantali capit. 12. num. 4. Hostiensis, Panormitanus, & ferè omnes scribentes in textu nostro.

35 Dubium ergo est, an hoc modo per creaturas iurare sit malum, saltem quia prohibitum iure positivo, & humano. Dubitationem movet text. in capite clericum vigesimo secundo, quæstione prima, ubi dicitur, puniendum esse clericum per creaturas iurantem, etsi in eo vitio persistit, esse excommunicandum: quod non videtur intelligi posse de clerico iurante per creaturas more infidelium per idolatriam, hoc enim peccatum multo gravius puniendum est, præsertim in clericis. Et eodem modo videntur intelligenda verba text. in capit. si quis vigesimo secundo, quæstione prima, ibi: *Si quis per creaturam iuraverit acerrime castigetur, & iuxta id, quod Synodus indicaverit, poeniteat.*

36 Adhuc tamen dicendum est, modum iurandi per creaturas respectivè ad Deum, quod ex natura rei licitum est, nullo iure positivo esse prohibitum: idque patet ex rationibus dictis, & ex communi, & recepto Ecclesiæ usu. Est ergo signum, neque esse per se malum, neque aliquo positivo iure prohibitum, præcipue Evangelico, quod ad nos pertinet, nec etiam in iure humano invenitur talis prohibitio, imò iure civili approbatum est, lege tertia, §. iurari, & in lege qui per salutem, ff. de iureiurando, imò in capite si aliqua, capite habemus, cap. qui peierat vigesima secunda, quæstione quinta, supponitur licitum esse iurare per Evangelia, per Reliquias, per Crucem, & Altare, text. ergo in dicto capite Clericum, loquitur de iurante per creaturas more gentilium, verbi gratia, per Iovem, Mercurium, & similes, quod forte reprehensum fuit illo tempore in Concilio Carthaginensi Quarto, capite sexagesimo primo, non quia talia iuramenta à fidelibus fierent ex falsa æstimatione Gentilium, sed quia turpe erat, & scandalosum in ore fidelium tale iuramentum, & in hoc sensu loquuntur Patres canone 94. Trullano, ibi: *Eos, qui Gentilium sacramenta iurant, canon poenis subicit, & nos ips quoque segregationem decernimus.* Et hæc vocant iuramenta Græcorum, & docet Photius in nomenclatulo decimo tertio, capite decimo tertio, & capit. 19. in Bibliotheca Sanctorum esse Christianis prohibita.

37 Dubitari autem solet, an possit aliquod iuramenti genus fieri absolute per creaturas sine peccato, quamvis tale iuramentum non sit propriè loquendo religiosum. In qua dubitatione primò distinguendum est inter creaturas irracionales, aut racionales de priori-

bus certum est nullum per eas fieri posse tale iuramentum, nam creatura irrationalis non potest esse testis veritatis, & ideo is, qui iurat per creaturam irracionalem, procul dubio aliquo errore ductus iurat putans habere aliquid divinum, quo respicit idolatriam, aliàs enim profus ignorabit, quid sit iurare. Sentit Nabarro dicto capite duodecimo, numero quinto, dicens hoc solum esse materiale iuramentum, quasi ad fallendum iurandi appetitum, Tertullianus in Apologetico capite 44. & ideo docet Nabarro non esse peccatum.

38 Diversa tamen ratio est de creaturis rationalibus, quæ cum intelligere possint, possunt propria virtute ferre testimonium: & inter eas etiam est discrimen: nam quædam sunt damnatæ; aliæ beatæ, aliæ homines viatores. De damnatis dicendum est non posse per illas iurare, id namque sine errore in fide fieri nequit: verbi gratia, is, qui iurat per dæmonem, putat eum testem verum adducere, vel saltem putat eum esse dignum fide, quod est hæresis, & idolatria, & idem est iurare per quemcunque damnatum, verbi gratia, Mahumetum, Lutetum, & similes: imò existimo illicitum esse per tales creaturas iurare etiam quocunque respectu ad Deum: nam licet quoad esse naturæ reluceat veritas Dei, & in illarum poena Dei potentia, & iustitia ostendatur; at verò ratione status damnati sunt indignæ, ut in earum nomine Deus in testimonium veritatis invocetur, saltem ratione scandali, ut notatur in capite movet 22. quæstione prima, & advertit Nabarro dict. cap. 12. num. 4.

39 Per Sanctos verò, & beatos cum Christo Domino regnantes certum est iurari posse intuitu Dei: & hoc modo accipienda sunt iuramenta, quæ à fidelibus fieri solent per Angelos, Sanctos, & alios beatos, semper enim fit intuitu infallibilis veritatis Dei, à quo status Sanctorum originem ducit, nec sufficit sola Angelorum, aut Beatorum naturalis perfectio, & ideo per se soli non sunt capaces huius honoris. Totus ergo cultus iuramenti facti per Angelos, & Sanctos refertur ad Deum.

40 Vnde si quis velit præsciudere, & considerare honorem quid Sancto per iuramentum deferatur ratione creaturæ, & participatæ perfectionis, quam in se habet, sub tali ratione non erit simpliciter iuramentum, nec pertinebit ad idolatriam, sed ad doli. Ut notat Divus Thomas in tertio Sententiarum, distinctione trigesima nona, quæstione prima, articulo primo, ad quartum, & quamvis illa præcisio mente, & intentione fieri possit, in usu tamen iurandi non debet excludi Deus à quo pendet præcipua iuramenti authoritas, & quocunque veritatis testimonium.

41 De hominibus autem viatoribus certum est posse per illos iurare, adducendo eos in-

In text. ibi: *Et tunc potest sine culpa iurare, dummodo illos tres comites, &c.*

45 **E**X his verbis conflans est omnium scribentium conclusio, iure divino, & naturali tres circumstantiæ, seu comites necessarias esse ex parte modi iurandi, ut licite præstetur iuramentum, videlicet veritas, iustitia, & iudicium. Sic Divus Thomas & omnes Theologi secunda secundæ, quæstione 89. articulo tertio, docentes hoc esse de iure divino, & naturali, & habetur quarto Ieremiæ, & dicitur in capite secundo 22. quæstione secunda, & in capite fin. vigesimo secundo, quæstione quarta. Nam si deest veritas efficitur Deus testis mendacij, & tunc dicitur iuramentum falsum, seu per iurium propriè loquendo. Si deest iustitia, efficitur Deus cooperator mali, quod ipsius testimonio faciendum promittitur, & tunc iuramentum iniustum, sive iniquum dicitur. Si verò deest iudicium, cedit in Dei irreverentiam, cum sine iusta causa in testem adducitur, quare ut licitum sit iuramentum eos tres comites habere debet, veritatem, iustitiam, & iudicium.

46 In iuramento assertorio veritas in eo consistit, ut is, qui iurat, credat verum esse, quod iurat. In iuramento tamen promissorio duplex desideratur veritas: altera de præsentibus, videlicet ut adsit animus implendæ rei iuramento promissæ, altera de futuro, ut res promissa verè impleatur suo tempore. Sic Divus Thomas secunda secundæ, quæstione 89. articulo septimo, ad primum, & ibidem Caietanus. Soto libro octavo, de iustitia & iure, quæstione prima, articulo 7. ad primum.

47 In eo verò consistit iustitia, ut actus iurandi iustus sit, & rectus. Quod qualiter procedat in utroque iuramento assertorio, & promissorio, infra dicemus.

48 Iudicium aut significat discretionem, & quandam providentiam in iuramento obligandam, nam ut rectè docet Soto dicto libro octavo, quæstione prima, articulo tertio ad finem. Necessè est primò, ut veritas iuranda alio modo probari non possit. Secundò, ut veritas patens, & sine dubio sit, nam in dubio temperatum est iurare. Tertio desideratur, ut adsit pia, aut necessaria iurandi causa. Quarto, ut veritatis matura consideratio, & examen præcedat.

49 Vnde quamvis propriè loquendo per iurium dicatur solum iuramentum, in quo non deest veritas, cum ea sit proprius iuramenti finis, videlicet confirmare veritatè, nihilominus quodvis iuramentum deficiente iustitia, aut iudicio, est quodammodo periurium: nam si iustitia deficit, tenetur iurans falsum efficere id, quod iuravit, non implendo illud, vel non tenetur verè efficere, sic contra

testimonium veritatis humanæ, non tanquam infallibile, sed probabile tantum quod falli, & fallere potest: ideoque ut advertit Divus Thomas ubi supra, talis invocatio non meretur rationem iuramenti, quod fieri ita potest, ut non cedat in peculiarem honorem illius, per quem iuratur, ut communiter evenit quoties quis adducitur ad testificandum pro alio, & eodem modo non videtur iuramentum quando quis per suam fidem, aut veritatem iurat, nam eo casu se ipsum in testem adducit.

42 Quod si queratur, an iuramentum expressè factum per Deum differat specie ab eo, quod factum est per creaturas per se spectatas, & omni respectu ad Deum secluso, certum est specie differre. Si vero iuramentum fiet per creaturas, vel res sacras, quatenus in eis relucet divina veritas, tunc adhuc videtur specie differre: nam licet idem sit Deus, per quem iuratur, sub alia tamen ratione assumitur Dei nomen, quando in creatura, vel in se ipso spectatur, sicut adoratio Dei in se ipso, vel adoratio imaginis, quatenus eius est imago specie differunt in ratione actus quavis sint ab eodem habitu.

43 Sed puto verius specie non differre quando iuramentum factum est per creaturas, quatenus in illis Deus relucet, nam idem est Deus per quem iuratur ratione primæ veritatis, sub qua invocatur, & illa differentia, quod Deus per se invocetur, vel implicite mediante creatura habet se per accidens, ut indicat D. Thom. in 3. sententiarum distinctione 39. q. 1. art. 3. ad quartum.

44 An vero saltem differant in gravitate accidentali dubitari solet in cap. si aliqua 22. quæstione 1. & tetigit Divus Chrysostomus homilia 44. imperfecti in Matthæum, ibi: *Dicere possumus scripturæ Sanctæ propter Deum sunt, non Deus propter scripturas, maior enim est Deus, qui sanctificat Evangelium, quam Evangelium, quod sanctificatur à Deo.* Vbi denotat Chrysostomus, maius esse iuramentum, in quo nomen Dei exprimitur immediate, quam per creaturas: nam maior debetur reverentia nomini Dei, quando expressè nominatur, quàm do per Sanctos, aut res sacras. Et sentit D. Thom. cum Divo Augustino epistola quarta, imò & aliquando in iuramento additur ultra Dei invocationem, ut fiat per Evangelia, præsertim in externo modo iurandi Ecclesiæ ad augendam attentionem ad rem iuratam, & eo casu ex modo iurandi crescit gravitas iuramenti ex modo iurandi per creaturas, ut advertit Divus Thomas secunda secundæ, quæstione 98. articulo primo, ad secundum, & quæstione 89. articulo decimo, ad secundum, glossa, Turrecremata, & alij communiter in dicto capite si aliqua vigesimo secundo, quæst.

prima.

consilium iuravit: si verò iudicium deficiat, falsitas erit in potentia, & erit periculum periurij: & in hoc sensu intelligitur Divus Hieronymus super quarto Ieremiæ dicens, hæc omnia esse per iuria D. Thom. secunda secundæ, quæstione 98. articulo primo in corpore, & in solutione ad primum.

50 Dubium autem est, quale peccatum sit iuramentum, cui deficit aliquid ex his tribus comitibus. Et primò dicendum est, iuramentum assertorium deficiente veritate in quacunque materia, quantumvis levi, semper esse peccatū mortale, nam Deum in testem asserre mendacij in quacunque materia est gravissima iniuria. Et probat Caietanus verbo, *perjurium*, cap. primo, Toledo lib. 4. Summæ cap. 21. num. octavo, Sayrus in clavi Regia lib. quinto, cap. 4. num. 55. Azorius tomo primo moralium, lib. vndemo, cap. 4. quæst. 1. Valentia secunda secundæ, disput. 6. quæst. 7. puncto tertio Soto lib. 8. de iustitia & iure, quæstione secunda, art. 3. conclusione secunda, Cobarruvias lib. 1. variarum, cap. 1. num. 2. & in capite quamvis pactum, 1. p. §. 1. num. 4. Suarez de Religione tomo 2. lib. 3. de iuramento cap. 4. num. 2. Addentes non excusari sic iurantem propter quamcunque finem, quantumvis Sanctum, & necessarium, vel quamcunque aliam causam: nam mentiri est ad eò intrinsecè malum, vt nunquam valeat honestari, & idè nulla ex causa, si iuramento confirmetur, poterit à peccato mortali excusari.

51 Vnde meritò impugnari solet communiter Angeli opinio verbo, *perjurium* dicentis, opinionem aliquorum existimantium iuramentum falsum causa loci dictum excusari à peccato mortali, esse probabilem, cum verissimum sit semper esse peccatum mortale, & contrariū omnino improbabile, nam plus nominis divini honori derogatur, adducendo Deum in testem falsitatis nulla decenti causa, eritque tale iuramentum, & vanū, & falsum, vt rectè D. Thom. 2. quæst. 98. art. 3. ad secundum, Sylvester verbo, *perjurium*, num. 1. & verbo, *iuramentum* 6. quæst. 6. Cobarruvias in cap. quamvis pactum, 1. p. §. 6. num. 5. Suarez dicto cap. 4. num. 5.

52 Non tamen erit iuramentum falsum, quando per hyperbolem, aut aliam figuratam loquutionem fit, etsi, vt sonat, verum non sit, vt de figurata loquutione testatur Augustinus lib. 2. de quæstionibus Evangel. cap. 51. D. Thom. 2. quæst. 111. art. 1. ad primum, & de hyperbolica Nauarro consilio 14. num. 1. sub titulo de hæreticis lib. 5. & colligitur 2. Regum cap. 1. *Ionathas, & Saul aquilis velociores, & leonibus fortiores.* Quoniam ea loquutio non eum sensum efficit, quem verba sonant, sed quædam est exaggeratio. Et supponimus iurantē cum intentione exaggerationis iurasse, aliàs esset iuramentum veritate destitutum.

53 Sufficit tamen ad veritatem huius as-

sertorij iuramenti, quod iurans ita se rem habere arbitretur moraliter, & prudenter ductus, quantumvis à parte rei verum non sit. Advertit Azorius dicto lib. vndecimo, cap. secundo, quæst. quinta, Suarez dict. lib. tertio de iuramento cap. 5. num. tertio, Lessius de iustitia & iure, capit. 42. dubio quarto, numero decimo septimo, lib. 2. ac Valentia dict. quæstione septima, dicto puncto tertio in versiculo *dno tamen*, rectè docet, iurantem non excusari à periurio, si leviter, & temerè iuret esse verum, quod iurat, quod re vera falsum est: imò etiam si verum sit, si quidem non sufficienter providet de veritate, & manifesto exponitur periculo, vnde est verè iurare Scholasticos deponentes, & probantes cursum alterius, si eum à communiter accidentibus cursantem viderint, hæc enim est certitudo moralis, & sufficiens, nam mathematica est impossibilis.

54 Dicendum est secundò iurantem falsum, quod præmissa debita diligentia verum putabat, excusari à culpa, nam iuxta suam mentem verum dixit, & solum est materiale mendacium, secus verò si debitam diligentiam non adhibuit. Advertit Abulensis super 5. Matthæi quæst. 301. Angelus verbo, *perjurium*, in principio, & ibi Sylvester quæst. 1. & verbo, *iuramentum* 2. quæst. 6. Soto dict. lib. 8. quæst. secunda art. 3. conclusione 6. Lessius dict. capit. 42. dubio 3. num. 17. Sayrus, dict. cap. 4. num. 16. 18. & 33.

55 Dicendum tertio iuramentum promissorium deficiente veritate de præsentis semper esse mortale, eò quòd non concordat externaloquutio cum intentione iurantis, est enim eo casu verè, & perfectè mendacium, cum iurans asserat se facturum, quod minimè facere putat. Sic Sylvester verbo, *perjurium*, quæst. 1. Caietanus 2. 2. quæst. 89. art. 7. circa solutionem ad primum, & quæst. 98. art. 2. & 3. & verbo, *perjurium*, cap. 2. in principio, Soto dict. lib. 8. quæst. 1. art. 7. Nabarro cap. 12. num. 13. Azorius dict. lib. 11. cap. 4. quæst. 1. Lessius dict. cap. 42. dub. 4. nu. 18. & idem erit ex sententia dictorum, si quis iuraverit cum animo dubio implendi promissionem, cum eo casu etiam deficiat certa veritas. Quare rectè dixit Soto vbi supra exigere ad huius iuramenti veritatem, vt ad sit animus firmus, & certus rei promissæ implendæ.

56 Ex quò consequitur, quod is, qui promissit, & iuravit credens fore, vt implere non posset, mortaliter peccat, quoniam cum non ad sit animus firmus implendi, consequenter deficit veritas iuramenti, vt probat ex Hostiensis Angelus verbo *iuramentum* 5. num. 31. Sylvester verbo *iuramentum* 4. quæst. 18. & quæst. 25. Azorius tomo 1. lib. 11. capit. 5. quæst. 1. Abulensis super 5. Matthæi quæstione 307. Suarez tomo secundo de Religione, libro tertio de iuramento, cap. 18. ad finem. Quare non probo opinionem, quam tuetur Arag. 2. 2. q. 89. art. 3. 4. dicto, dicens iuramentum rei impossibilis esse veniale.

57 Illud

57 Illud autem non leviter controversum est in iuramento promissorio, quando sola deficit veritas de futuro, eo quòd tempore iuramenti erat verus animus implendi promissum, & postea res promissa non impletur: quo casu si rei promissæ materia gravis sit, indubitatum est esse peccatum mortale, quando autem levis est materia, variæ sunt opiniones, & in ea quæstione existimant Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 7. puncto 3. conclusione 3. Caietanus verbo *perjurium*, cap. 2. Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 42. dubio 5. num. 23. & 24. esse mortale, etiam si materia sit exigua, ea ratione, quia veritas deficit. At verò idem Caietanus 2. 2. quæst. 87. art. 7. dubio 1. Cobarruvias lib. 1. variarum cap. 1. numero 2. & alij multi existimant distinguendum esse, an illa exigua materia, quæ non impletur, sit partialis: & dicunt esse veniale, verbi gratia, si quis promissit ceterum aureos, & vnum assem dare omittat: si verò materia totalis sit, verbi gratia, si quis iuraverit assem dare, & nō dederit, & tunc dicunt esse mortale. Sequitur Sayrus in clavi Regia lib. 5. cap. 4. à num. 28.

58 At verò Antoninus secunda parte, titulo 10. cap. 4. §. 1. Angelus verbo *iuramentum* 5. num. 41. Sylvester verbo *iuramentum* 4. quæst. 1. Soto libro octavo de iustitia & iure, quæst. 1. art. 7. dubio primo, Nabarro in Summa Latina, mutata sententia, cap. 12. num. 10. Aragon secunda secundæ, quæstione 89. articulo tertio, Azorius tomo primo moralium, libro quinto capite 27. quæstione secunda, Enriquez lib. quinto de Pœnitentia, cap. 20. à num. 4. Ledesma tomo secundo Summæ, tractatu 11. cap. 3. dubio primo, Suarez tomo secundo de Religione, libro tertio, de iuramento, cap. 16. à num. 9. existimant absque distinctione solam esse culpam venialem, quando materia exigua est, sive partialis sit, sive totalis, & quamvis hæc tres opiniones probabiles sint, hæc tamen posterior, & probabilior, & verior mihi videtur.

59 Pro cuius explicatione suppono Angelici Doctoris doctrinam secunda secundæ, quæstione 110. articulo tertio ad quintum, docentis, non esse verè, & propriè mendacium non implere promissionem recta implendi intentione factam, sed esse infidelitatem. Verba Doctoris Angelici sunt: *Qui aliquid promittit, si habet animum faciendi, quod promittit, non mentitur, quia non loquitur contra id, quod gerit in mente, si verò non faciat, quod promittit, tunc videtur infideliter agere per hoc quod animum mutat.* Et patet hæc veritas: nam mentiri est ad eò intrinsecè malum, vt nulla circumstantia possit fieri honestum: at verò non implere promissum sæpè licitum est: non ergo potest esse mendacium, si ergo non implet, quod recta intentione promissit, non mentitur propriè loquendo, sed infideliter agit cum ergo non implendo non sit mendacium, neque erit periurium: esset autem mendacium, si iurasset dare animo non implendi, & semper mortale peccatum, etiam si ma-

teria esset levis, idque declaratur eo exemplo: nam dum homo asseritur tanquam testis, promissio solum inducitur, vt attestetur de contractu celebrato de præsentis, & de illa obligatione ex illo orta, non verò adducitur in testem respectu futuræ executionis: ergo similiter quando non impletur postea iurata promissio Deus nō adducitur tanquam testis mendacij.

60 Quando verò in iuramento promissorio iustitia deficit, spectanda est qualitas rei promissæ ad discernendam gravitatem peccati, an mortale, an veniale sit: si enim materia sit mortalis, erit mortale peccatum ex defectu iustitiæ contra religionem, v. g. si quis iuret se adulterium commissurum, nam cum eo casu iurans teneatur non adulterare, videtur quando iurat mentiri, est nãque manifesta Deo iniuria irrogata, cum adducere in testem faciendi aliquid, quod sit contra legem Dei. Sic probant Sylvester verbo *iuramentum* 1. quæst. 1. Soto lib. 8. de iustitia & iure, q. 3. art. 3. conclusione 3. Nabarro dict. cap. 12. num. 13. Cobarruvias in cap. quamvis pactum, 1. p. §. 6. num. 6. Azorius tomo 1. moralium lib. 11. cap. 5. quæst. 1. Lessius dict. cap. 42. dub. 4. num. 18. Suarez dict. lib. 3. cap. 19. num. 9.

61 Dicendum quartò, quod iurans se admissurum rem venialem animo implendi, peccat venialiter ex defectu iustitiæ, & hoc ultra peccatum veniale ortum ex proposito peccandi venialiter, & ita erit duplex veniale, Sylvest. verbo *iuramentum* 4. quæst. 1. Soto vbi supra, conclusione 5. Nabarro, Cobarruvias, Valentia, Lessius, Suarez iam relati, quidquid contradixerit Ambrosius Caterinus relatus à Cobarruvias, etsi Angelus vbi supra dicat, quod implere iuramentum rei promissæ venialis est peccatum mortale, inclinatur Soto dict. lib. 8. q. 1. art. 7. ad secundum, in versiculo *ex his ergo*, vbi ait servare iuramentum rei mortalis habito respectu ad vinculum iuramenti, vt scilicet illi servetur reverentia esse blasphemiam, quia oblatum est peccatum contra Dei honorè. Quæ ratio etiam habet locum in culpa veniali, quod verum puto, quia respicit superstitionem indebiti cultus Dei, imò volendo implere ratione iuramenti est impia voluntas, & sentit Suarez dicto cap. 19. num. 6 & 7.

62 Vnde evenit, quod is qui iurat aliquid facturum contra consilia Evangelica: v. g. non futurum religiosum, vel non erogaturum elemosynam, quando non tenetur ex præcepto, peccat venialiter ex defectu iustitiæ, quoniam ea non est apta materia iuramenti, & est irreverentia Dei obligare se iuramento ad nō servanda consilia. Docet Caietanus, Soto, & Nabarro locis allegatis, Suarez d. lib. 3. de iuram. cap. 18. n. 6. Sayrus in clavi Regia lib. 5. ca. 4. n. 36. Lessius dict. cap. 42. dub. 3. n. 17. quamvis si res contra consilia iurata esset gravis, vt non se ingressurum religionem, esse mortale dixerit Abulensis super 5. Matthæi q. 301. Angelus verbo *iuramentum* 5. num. 3. Sylvester verbo, *iuramentum* 2. quæst. 7.

63 Dicendum quintò, quod iuramentum, cui deficit tertius comes, videlicet iudiciū, quod respicit necessariam iurandi causam, & reverentiam, solam esse culpam venialem, quæ non est gravis, sed solius vanitatis, & superfluitatis peccatum. Sic Suarez dict. lib. 3. cap. 12. num. 3. Lefsius vbi supra dub. 3. num. 17.

64 Vnde primò infertur non esse necessarium in confessione fateri expressè quoties quisque mendacio, & quoties cum dubio, & quoties de futuro iuravit cum animo non implendi, satis enim est in confessione declarare toties falsum iurasse, quia hæc omnia sunt iuramenta mendacia eiusdem rationis, oportet tamen confessarium distinctè de his peccantes interrogare, nam rari sunt, qui hæc iuramenta coniungere sciunt.

65 De gravitate autem periurij; illud est notabile, nam et si multi graves authores, quos retulit Azorius dict. lib. 11. cap. 12. quæst. 6. senserint gravius esse peccatum homicidiū, quam per iurium, cum illud sit contra iustitiam, hoc verò contra religionem, probabilior est sententia periurium gravius esse homicidio, & alijs peccatis, quæ committuntur in proximum: nam periuriū directè tendit contra divinum honorem, & sic idè probat D. Thom. quodlibet 1. art. 18. Abulensis super 5. Matth. q. 302. Soto dict. lib. 8. q. 2. art. 3. Azorius dict. quæst. 6.

66 Ex dictis tandem colligitur, peius esse iurare verum per falsos Deos, quam mendaciter per Deum verū iurare, nam illud pertinet ad idolatriam, & blasphemiam, quæ peior est periurio. Docet D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 3. ad secundū, Soto dict. lib. 8. quæst. 2. art. 3. conclusionem 1. Cobarruvias in cap. quamvis pactum, 1. p. §. 1. num. 10. & relati à Suarez tom. 1. de Religione, tract. 3. de irreligiositate lib. 1. cap. 6. num. 15.

67 Neque obstat Augustinus epist. 154. relatus in cap. movet 22. quæst. 1. ibi *Verumtamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deos falsos veraciter iurare, quam per Deum verum fallaciter, quanto enim per quod iuratur magis est Sanctum, tanto magis est pœnale periurium.* Nam respondet Azorius dict. lib. 11. cap. 12. quæst. 12. Augustinum loquutum esse, quando fidelis iurat per falsos Deos, quos falsos existimat solo decipiendi animo, is namque, si non servat fidem, peccat decipiendo, non tamen est periurus: is verò qui mendaciter iurat per Deum verum, periurus est, ergo is gravius peccat. Vel secundò respondetur ex sententia Soti, Augustinum esse intelligendum, nō vt peius sit absolutè, sed solū in ratione periurij, nam iurare falsum per verū Deum est propriè loquēdo periurium, at verò per falsos Deos, solū est secundū quid, ex doctrina D. Thom. 2. 2. quæst. 98. art. 1. ad secundum.

68 Vnde orta est controversia, an sit peccatum iuramentum petere ab eo de quo certum est per falsos Deos iuraturum. Et supponimus li-

citum esse, quando petens cogitur petere ex necessitate, hoc namque non est illius peccato cooperari, sed illo vti ad utilitatem propriam, cum ipse iurans ex sua malitia præstat iuramentum per Deos falsos. Docet Augustinus epist. 154. ad Publicolam, & refertur in dict. c. movet 22. q. 1. D. Thom. 2. 2. quæst. 98. art. 4. ad quartum, receptus communiter à Theologis.

69 Quanta verò desideretur necessitas, vt licitè tale iuramentum petatur ab illo, de quo scitur per falsos Deos esse iuraturum, non leviter est controversum, & disputari solet in eo, qui mutuū petit ab illo, quem scit ad vsuras mutuaturum. Quod tetigit D. Thom. secunda secundæ, quæst. 78. art. 4. in corpore, & ibi Caietanus, & communiter Theologi. In utroque enim casu eadem versatur ratio, nam ab utroque petitur id, quod licitè facere potest, quamvis petitor ex malitia sua petitione abutatur: & de petenti mutuū diximus supra in cap. debitor es huius tituli.

70 At in quæstione nostra de necessaria necessitate ad petendum iuramentum ab illo, qui iuraturus est per falsos Deos, sensit Divus Bonaventura tertia parte, art. 2. quæst. 3. ob bonum publicum id licere, non tamen ob bonum privatum, puto tamen id licere etiam ob bonum privatum petentis, sicut & id sufficit ad petendum mutuū ab eo, de quo scitur sub vsuris daturum, vt rectè Sayrus in clavi Regia, lib. 5. cap. 3. num. 19. vbi hos duos casus æquiparavit, Suarez tom. 3. in tertia parte, quæst. 65. art. 4. disput. 18. sectione 1. corollario 2. in versiculo *dixi autem*, & tom. 2. de Religione, lib. 3. de Iuramento, cap. 13. num. 8. Leonardus Lefsius lib. 2. de iustitia & iure, capite 42. dubio 10. num. 50. Dicens, in contractibus, & alijs causis licere tale iuramentum exigere ad iniuriam, vel damnum cavendum, quæ procul dubio causæ sunt boni particularis, sequitur Graffius 2. p. decisionum, lib. 2. cap. 4. num. 13.

71 Dubium autem est, quale sit peccatum iuramentum exigere ab infideli parato iurare per falsos Deos necessitate, aut utilitate deficiente. Hanc difficultatem explicant Doctores in simili casu petentis mutuū ab usurario parato sub vsuris dare absque vlla iusta causa, dicentes talem petitionem esse peccatum mortale. Et movetur, nam præceptum charitatis, & fraternæ correctionis obligat quemlibet sub mortali ad vitandum mortale proximi, quando commodè, & absque damno facere potest, vt advertit Sylvest. verbo *usura*, 7. quæst. 1. Aragon secunda secundæ, quæst. 89. art. 6. dubio 2. conclusionem 3. vbi expressè de petitione iuramenti ab infideli parato iurare per falsos Deos, Molina tom. secundo de iustitia & iure, disp. 335. conclus. 4.

72 Quæ sententia valde probabilis est, & puto etiam probabilem esse opinionem solam esse culpam venialem, nisi aliàs alia ad sit mortalis circumstantia, verbi gratia, si peteretur mutuū ad erogandum meretricibus, quo casu ratione circum-

stantiæ erit mortale, & audeo dicere solū esse culpam venialem propter multorum Doctorum autoritatem ita dicentium, Caietanus secunda secundæ, quæst. 78. art. 4. & in verbo *usura*, capite penultimo, Soto libro 6. de iustitia & iure, quæst. 1. art. 5. dubio 1. Nabarro cap. 17. numer. 172. Ledesma secundo tom. Summæ tractatu 8. cap. 33. post conclusionem 29. dubio 2. Bañez 2. 2. quæst. 78. art. 4.

73 Et confirmari potest exemplo petentis sacramētum à malo ministro, de quo cognoscitur in peccato mortali ministraturum, & tamen is, qui petit etiam sine necessitate solū peccare venialiter tenet tanquam certum Soto in quarta distinctione 1. quæst. 5. art. 6. in versiculo *prima itaque propositio sit*. Item ergo dicendum videtur de petenti ab infideli iuramentum, qui paratus est iurare per falsos Deos absque iusta necessitatis, aut utilitatis causa. Sed quamvis hæc sententia probabilis sit, prior autem, & verior & probabilior mihi videtur.

74 Sed maior est dubitatio, an eo casu, quo licitum est exigere iuramentum ab infideli, quando cognoscitur per falsos Deos iuraturus, & nullo alio modo velle iurare, sit licitum ab eo petere, vt per falsos Deos iuret, & quæstio hæc etiam communiter est agitata in simili casu petentis mutuū ad vsuras, quo casu certum est nunquam licere vsurarium inducere, vt mutuet ad vsuras, hæc namque inductio continet intrinsicam malitiam, vt in eadem specie docuit Divus Thom. secunda secundæ, quæst. 78. art. 4. in corpore, & vt rectè advertit Soto dict. lib. 8. quæst. 2. art. 4. non quælibet mutui petitio debet censeri inductio, sed quando mutuans pecuniam ad vsuras dare nolit sciens esse illicitum, & petens eum impellit, & inducit, vt sub vsuris mutuet.

75 In eo ergo est dubitatio, quando petens nō vult vsurarij peccatū, sed potius voluisset pecuniam sine vsuris accipere, at verò cum certo sciat mutuante non aliter, quam cum vsuris mutuaturum, mutuū petit, offerendo lucrum. Et non licere sic petere, videtur valde probabile; nam obiectum petitionis est intrinsicè malum: ergo nulla causa poterit à culpa excusare, præcipue nam certum est non posse licitum esse petere, quod desiderare licitum non est, ergo cum nō sit licitum desiderare vsuras, neque erit licitum petere. Sic probat Caietanus secunda secundæ, quæst. 78. art. 4. Castro de iusta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 15. Nabarro cap. 14. num. 39. Cobarruvias in cap. quamvis pactum, 1. p. §. 7. n. 10. imò contrariam non esse tutam opinionem docet Aragon 2. 2. q. 78. art. 4. dub. 1.

76 Fateor tamen probabile esse contrarium, videlicet licitum esse petere mutuū sub vsuris expressè, quando indubitatum est creditorem non aliter mutuaturum, si aliàs petēs egeat pecunijs. Ita probant Sotus dict. lib. 8. q. 2. art. 4. Durandus in 3. d. st. 37. q. 4. num. 5. Antoninus

2. p. ait. 1. cap. 9. §. fin. Bañez 2. 2. quæst. 78. art. 4. dubio 2. Molina tom. 2. de iustitia & iure, disp. 335. conclusionem 5. Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. de iuramento, cap. 13. num. 9.

77 Et ratione explicari potest hæc sententia, eam petitionis obiectum non est actio dantis mutuū sub vsuris, quatenus ab eo procedit, hoc namque ad o. intrinsicè malum est, vt nullo modo, aut peti, aut desiderari possit, est ergo obiectum petitionis mutuū, & illa additio *sub vsuris*, intelligitur permissivè. Et confirmatur, nam licitum est mutuū petere, & altero respondente nolle dare sine vsuris, licitum est acceptare conditionem, & promittere vsuras, ergo similiter habet à principio eam conditionem offerre, quando certum est petendam esse,

78 Dubium autem erit, an ea, quæ dicta sunt de petitione expressa mutui sub vsuris, procedant in petitione expressa iuramenti præstandi per falsos Deos, quando scitur non aliter esse iuraturum. Salon 2. 2. quæst. 78. art. 4. controversia secunda in fine, putat discrimen esse inter has petitiones, nam etsi fateatur licitum esse mutuū petere expressè sub vsuris in prædicta specie, negat tamen licitum esse in eadem specie iuramentum petere expressè per falsos Deos, & movetur, nam illa mutui petitio redditur licita causa redimendæ vexationis, quam patitur petens denegato mutuo, nisi sub vsuris, & idè conditio vsurarum non tam videtur causata ab oblatione petentis, quam ab iniquitate mutuantis, at (inquit) in petitione iuramenti per falsos Deos nulla redimitur vexatio, cum contractus infidelis alijs modis confirmari possit.

79 Hæc autem ratio discriminis non videtur vera, nam cum vsurarius non teneatur pecuniam mutuare nulla in eius denegatione reperitur vexatio, quæ redimi possit, & sicut id mutuū est petenti necessarium, aut utile, sic & iuramentum infidelis, vt firmius reddatur eius testimonium, vel firmior contractus: imò idem est utriusque petitionis sensus: is enim, qui petit ab infideli iuramentum per falsos Deos, non petit, quod verba exterius sonant, sed mutuū, vel iuramentum, quæ licita sunt, & solū cognita malitia offertur iuranti, aut mutuanti ea conditio. & idè licitum testatur Bañez secunda secundæ, quæstione 78. articulo quarto, dubio secundo. Ledesma tom. secundo Summæ, tractatu vndecimo, capite secundo, dubio ultimo, notabiliter, Abulensis super cap. 5. Matthæi, quæstione 270. & hoc puto tutum seclusa omni scandali ratione, secus aliter, vt declarat Suarez dict.

libro tertio de iuramento, capite decimo tertio numero decimo ad finem.

In text ibi: *Sed tamen prohibetur ex causa quoniam ex frequēti, & incauta iuratione, &c.*

80 **S**olent indeliberata iuramenta esse culpa bilia ratione vitiosæ iurandi consuetudinis, respectu cuius dicuntur voluntaria tanquam in causa: quare horum verborum occasione disputari solet. quando iurandi consuetudo dicatur occasio moralis incidendi in periurium, & supponimus ipsam iurandi consuetudinē per se non esse peccatum distinctum ab ipsis actibus iuramenti: nam consuetudo nihil aliud est quam ipsi actus repetiti, ut docet Aristoteles lib. 2. Ethicorum. Imò si loquamur de ipsa consuetudine, id est, de illius effectu, qui erit quidam habitus ex consuetudine productus, quāvis sit vitiosus, quoniam ad malum inclinat, non tamen est peccatū, quod in solo actu consistit, aut in eius omissione, ut advertit Soto lib. 8. de iustitia & iure, quæst. 2. art. 3. conclusionem 7. Aragon secunda secundæ, quæst. 89. art. 5. dubio finali, Azorius tomo 1. institutionum lib. 11. cap. 3. quæst. 3.

81 Est ergo dubitatio, quādo iurandi consuetudo sit adeò proxima, & moralis occasio peierandi, ut eo affectu constituat hominē in statu peccati mortalis. Et pro explicatione primò dicendū est, quod consuetudo iurandi cum debita advertentia ad rei iuratae veritatem probabiliter dici potest, quod non constituit in statu peccati mortalis, nam, ut ait Sayrus in clavi Regia, lib. 5. cap. 5. num. 7. habitus notam suam malitiam desumit ex actibus, ex quibus nascitur, actus verò iurandi, ex quibus talis iurandi consuetudo consurgit, sunt veniales: ergo & ea consuetudo erit venialis. Imò supposita advertentia verè iurandi ea consuetudo non videtur inducere proximum peierandi periculum, & ideò hanc partem probat Suarez tomo 2. de Religione, lib. 3. de iuramento cap. 6. num. 4. & 5. Valentia secunda secundæ, disput. 6. quæst. 7. puncto 3.

82 Quando verò est consuetudo indiscriminatim iurandi sine advertentia, an sit verum, an falsum, constituit iurantem, & tali consuetu-

dine affectū in statu peccati mortalis, imò omisio extirpandæ illius consuetudinis est culpa mortalis, propter frequens periculum periurij, & ad iuramenta prolata in advertenter. Et ita docet Ledesma tomo 2. Summæ tractatu vndecimo, capite quinto, dubio 4. Suarez dict. cap. 6. num. 6. & 8. Valentia secunda secundæ, disput. 6. puncto 3. in versiculo *respondeo diiudicandum*, & puto hoc sensisse Sotum de cavendo iuramentorum abusu cap. 12. ibi: *Quamvis propositum cavendi à multiloquio, & ab alijs venialibus culpis non sit ad salutem necessarium, tamen propositum cavendi ab assuetudine iurandi illi etiam necessarium est, qui non est vitio mentendi corruptus, nam sicut multiloquio periculum committitur mentiendi venialiter, ita in frequentatione iurandi periculum existit mentiendi cum iuramento, quod semper est mortale: at qui amat periculum peribit in illo.* Et idem docet Sayrus in clavi Regia lib. 5. capite quinto, numero octavo, is namque, qui frequenter iurat non advertens an verum, an falsum sit, manifesto se exponit peierandi periculo: nam ille iurandi usus æquè expositus est veritati, & falsitati, ut ostendit Aragon secunda secundæ, quæst. 89. art. 3. dubio ultimo, Azorius tomo 1. institutionum lib. 11. cap. 3. quæst. 3.

83 Imò idem est dicendum, quando consuetudo est iurandi in advertenter, an iuratur, nec nō, nulla enim est differentia inter non advertere ad iuramentum, & ad eius veritatem: vtrumque enim est voluntarium in causa, videlicet, in consuetudine iurandi, & in vtroque versatur periculum periurij, ut advertit Suarez dict. lib. 3. capite 8. num. 1.

84 Vnde quando non adest firmum propositum corrigendi hanc consuetudinem, confessarius tenebitur negare poenitenti absolutionem. Sic docet Suarez dicto cap. 8. num. final. Soto libro 8. de iustitia & iure, quæst. 2. art. 3. post septimam conclusionem, & de iuramentorum abusu, cap. 12. vbi docet tunc cessare huius peccati statum, quando ille proponit firmiter occasiones, Valentia secunda secundæ, disputatione sexta, quæstione septima, puncto tertio, Sayrus dict. lib. 5. cap. 5. n. 10. & cum his finitur text. iste.

(.)



A D

TITVLVM IN CAP.

IMPACTIONES FIN. DE PACTIS,
cap. Constitutus 4. de transactionibus, cap. Quæsitum 5. cap. ad quæstionem 6. de rerum permutat.
cap. Tua nos de simonia, cap. Maioribus 8.
cap. Nisi 21. de præbendis.

S V M M A R I A.

- 1 **R**eponitur conclusio horum iurium.
- 2 **P**actiones pro obtinendis rebus spiritualibus factas esse inutiles, & invalidas.
- 3 **D**ebitandi ratio. num. 4.
- 5 **C**ommutatio rei spiritualis pro alia spirituali est Simonia.
- 6 **P**roponuntur aliqua pro intelligentia huius quæstionis.
- 7 **P**rohibitio commutandi beneficia non extenditur ad permutationem aliarum rerum spiritualium.
- 8 **P**otestatem Ecclesiasticam ad prohibendas commutationes rerum spiritualium de se esse universalem, & posse illas in quacunque materia prohibere ratione id exigente.
- 9 **P**ermutatio beneficiorum Ecclesiasticorum prohibita est ab Ecclesia si facta sit propria autoritate.
- 10 **C**orroboratur opinio Durandi.
- 11 **T**alis permutatio sine prælati autoritate est Simonia.
- 12 **R**espondetur ad cap. Quæsitum.
- 13 **S**imonia est saltem contra ius positivum.
- 14 **H**æc doctrina extenditur ad omnia spiritualia, quæ habent temporalia annexa.
- 15 **S**imonia est permutare beneficium pro iure quasi inchoato ad aliud beneficium.
- 16 **S**imonia eiusdem speciei est permutare inter se similia iura ad beneficia Ecclesiastica. num. 17. & num. 18.
- 19 **S**pirituales pro spirituali extra beneficiorum materiam non est prohibita iure positivo.
- 20 **R**espondetur ad cap. Quæsitum 1. quæst. 2. & cap. super eo de transactionibus.
- 21 **S**piritalia, alia sunt pure, alia mixte.
- 22 **I**n permutatione beneficiorum qualiter in illis auctoritas prælati necessaria sit.
- 23 **A**uthoritas superioris necessaria est ad hoc, ut licitas sit permutatio beneficiorum.
- 24 **N**onnulli existimant permutationem beneficiorum nunquam esse licitam.
- 25 **E**x doctrina Divi Thomæ, permutationem iure canonico concessam esse prælati auctoritate.
- 26 **E**x qua doctrina inferuntur aliqua memoria tenenda.
- 27 **A**n permutatio debeat fieri ex causa necessitatis, vel utilitatis.
- 28 **P**ermutatio sine causa utilitatis Ecclesia non valet.
- 29 **P**ermutatio debet fieri de beneficijs proprijs.
- 30 **S**i vnus ex permutantibus non habeat ius in beneficijs non valet permutatio.
- 31 **A**n beneficia, quæ alijs unita sunt, possint permutari. num. 32. & 33.
- 34 **A**n liceat partibus tractare inter se de modo faciendæ permutationis cum ordine ad scientiam, & conscientiam prælati.
- 35 **D**octrina Panormitani in dict. ca. Quæsitum. n. 36.
- 37 **P**oterunt partes consentire stare conventioni inter se factæ non simpliciter, & absolute, sed sub conditione, si prælatus consenserit.

- 38 An liceat se mutuo obligare ad perseverandum in conventionem facta, donec superior suum consensum praestet. num. 39.
- 40 Quis superior debeat interponere suam auctoritatem. num. 41.
- 42 Quid erit, quando beneficia, quae permutantur, sunt in diversis Diocesisibus.
- 43 Duo exponenda sunt pro explicatione huius articuli.
- 44 Doctrina Sylvestri, & Angeli adducitur.
- 45 Auctoritas superioris requiritur in beneficijs, quia sine illa non potest esse valida, nec potest obtineri beneficium sine praelati collatione.
- 46 Sententia Sylvestri in praxi vera est, & ab ea non est recedendum, nisi ad huc praescripta consuetudo.
- 47 In permutatione consensus est necessarius eorum, ad quos pertinet collatio.
- 48 Vicarius Episcopi non potest permutationibus consensus interponere.
- 49 Capitulum sedevacante, an possit permutationibus auctoritatem praestare.
- 50 Si beneficia sunt reservata non potest Episcopus permutationem expedire.
- 51 An aliquando possit fieri prebendarum permutatio sine auctoritate superioris. num. 52.
- 53 An possit beneficium Ecclesiasticum permutari cum pensione absque simonia. num. 54 & 55.
- 56 Commenda non possunt eadem ratione cum beneficijs permutari. num. 57.
- 58 Communis antiquorum doctrina non est ad omnes pensiones applicanda.
- 59 Sunt aliqua pensiones, quae conferuntur clericis quatenus clerici sunt.
- 60 Pensiones istae sunt omnino temporales, & consequenter vendibiles attento iure antiquo.
- 61 Secundum ius novum Dicitur Pij motus proprii 5. haec pensiones sunt spirituales.
- 62 Pensionarius non potest transferre in alium pensionem precio interveniente, etiam si habeat licentiam a Pontifice eam transferendi.
- 63 An talis pensio sit redimibilis. num. 64.
- 65 Hodie post Pium V. pensionis redemptio est prohibita sine auctoritate Papae. num. 66.
- 67 Aliae pensiones sunt in duplici differentia.
- 68 Pensio stipendiaria dupliciter potest intelligi.
- 69 Haec pensio stipendiaria intelligi potest, ut sit mercedis personalis.
- 70 Pensiones, quae dantur pro beneficio, etiam sunt in duplici differentia.
- 71 Has pensiones multipliciter esse temporales.
- 72 De permutatione beneficiorum inaequalium, & de transactione ad terminandam litem, tractatur num. 91. 92. & 93.
- 73 Beneficia, quae permutantur, aliquando sunt aequalia aliquando inaequalia.
- 74 Dubitatio est quando tota inaequalitas beneficiorum in fructibus versatur. num. 75. & 81.
- 76 Intellectus text. in dict. cap. ad quaestiones.
- 77 Talem compensationem impossibile est fieri per pecuniam, nisi vendatur. num. 78.
- 79 Secunda conclusio est permutatio beneficiorum in

- fructibus inaequalium facta temporali compensatione, etiam si fiat in manibus cuiuslibet praelati inferioris Pontifice, est simoniaca, & contra legem Ecclesiasticam, & divinam.
- 80 Talis permutatio fieri potest absque simonia Pontificis auctoritate.
- 82 Infruntur aliqua ad materiam. num. 83. & 84.
- 85 An quando inaequalitas beneficiorum, quae permutantur, non consistit in fructibus temporalibus, sed in dignitate alterius beneficii.
- 86 Quae conditiones sunt necessariae, ut permutationes beneficiorum fieri possint.
- 87 An si unus ex contrahentibus fuerit enormiter laesus, possit utri contra alium remedium, leg. 2. C. de rescindenda. num. 88. 89. & 90.
- 94 Compositio litis tripliciter fieri potest. n. 95. & 96.
- 97 Materia transactionis, de qua loquimur, debet esse alicuius modo spiritualis, alias nihil poterit ad simoniam pertinere, quo supposito proponuntur aliqua conclusiones. num. 98. & 99.
- 100 Opponitur de cap. 2. de transactionibus.
- 101 Transactio rei spiritualis cum spirituali non valet sine auctoritate praelati.
- 102 Fundamentum huius conclusionis non est desumptum a iure divino, sed a iure positivo.
- 103 Comprobatur ex decisione text. in cap. 2. de transactione.
- 104 Transactio super beneficijs potest fieri dupliciter. num. 105. & 106.
- 107 An Episcopus in praedicta specie poterit facere, ut unus ex litigantibus retineat beneficium litigiosum imponendo pensionem alteri parti super illo.
- 108 Pensio haec potest imponi duobus modis.
- 109 Respondetur ad cap. 2. de arbitris.
- 110 An haec pensio possit imponi ad vitam illius, cui assignatur, vel ad vitam personae debitoris illius vel ut unus beneficii. num. 111.
- 112 Regula, quod inferior non possit imponere pensionem patitur exceptiones.
- 113 Pensio potest imponi, quando litigantes prius inter se de tali modo conveniunt. num. 114.
- 115 Quid si pensio est temporalis.
- 116 Non obstat cap. 2. de arbitris, & cap. fin. de rerum permutat. num. 117.

A D T E X T V M.

In cap. Pactiones fin. de pactis, cap. constitutus 4. cap. de cetero 5. cap. super literis 6. cap. super eo 7. cap. praeterea 9. & 10. de transactionibus, capit. quaesitum 5. capit. ad quaestiones 6. cap. cum olim 7. cap. cum unversorum 8. cap. exhibi-

ta 9. de rerum permutatione, cap. tua nos de Simonia, capit. maioribus 8. cap. nisi 21. de praebeendis.



HORVM omnium iurium tractationem celebrem, & in usu forensium controversiarum necessariam uno, & eodem commentario prosequendam esse duximus maioris, & brevitatis, & doctrinae gratia: proponitur enim generalis regula conventionum in beneficijs, caeterisque rebus Ecclesiasticis, & spiritualibus, in dict. cap. fin. de pactis. Statuit namque ibidem Gregorius Nonus omnem pactionem, & conventionem in rebus spiritualibus obtinendis esse generaliter loquendo prohibitam: in caeteris autem iuribus relatis in inscriptione huius tractatus variae declarationes huius regulae, variae extensiones, variaeque limitationes proponuntur: quare merito has omnes Pontificias decisiones in hac disputatione coniungendas esse censuimus.

2 Est ergo principalis huius controversiae conclusio, quae proponitur a Gregorio Nono. in dicto cap. fin. de pactis: *Pactiones pro rebus spiritualibus factas esse inutiles, & invalidas.* Eandem conclusionem probant iura inferius alleganda.

3 Movet autem dubitationem: nam si ob aliquam causam inutiles, & invalidae essent huiusmodi pactiones, maxime propter simoniae vitium: at non videtur possibilis talis simoniae modus, cum haec esse non possit, nisi verum pretium interveniat, ut statim dicemus: cum ergo conventio sit rei spiritualis pro re spirituali, neutra potest habere rationem pretij. Neque id potest efficere lex positiva, ergo est impossibile talem conventionem esse simoniacam: sine pretio enim nec potest esse venditio, text. in principio Instituta, de emptione, & venditione, leg. prima, §. fin. ff. de contrahenda emptione, leg. secunda, ff. eodem, ibi, *sine pretio nulla venditio est*, leg. in quibuscunq, 47. ff. de actionibus, & obligationibus, leg. in venditionibus 9. ff. de contrahenda emptione, lege empti fides, C. eodem titulo, & consequenter, si non est pretium, nec venditio, nec simonia. Si enim res, quae pro alia permutatur, spiritualis est, neque etiam poterit pretij rationem habere, cum non sit res pretio aestimabilis: & consequenter nullam poterit habere simoniae deformitatem: ergo cum positiva prohibitio Ecclesiae non possit efficere, ut res spiritualis temporalis fiat, & pretio aestimabilis, non poterit facere, ut commutatio spiritualium rerum sit simoniaca.

4 Quae dubitatio fortiter augetur: nam in illa vulgari quaestione, an in commutatione rerum spiritualium res spiritualis possit habere rationem pretij, multis existimantibus simoniam esse

se, dare spirituales pro spirituali, ut crediderunt Ricardus in quarta distinctione 25. art. 3. quaest. 1. ad primum, Adrianus quodlibeto nono, verior resolutio Doctorum testatur in iure divino, pretium ad constituendam simoniam debere esse aliquid temporale, nec sufficere spirituale: quod communiter deduci solet ex illo primo Actorum cap. 8. ibi: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Deo existimasti pecunia possideri.* Et probari videtur in dict. cap. ad quaestiones de rerum permutatione, ubi dicitur Ecclesiam pro Ecclesia posse permutari, & temporalem possessionem pro temporali, dummodo non misceantur contractus, ratio est, nam quando Ecclesia pro alia Ecclesia permutatur, non datur pro re temporali, sed pro re spirituali, quae non habet rationem pretij, & ideo neque speciem simoniae. Ratio est, nam malitia, & indecentia simoniae in his commutationibus oritur ex inaequalitate, & improprietate inter res materiales, & spirituales, ut copiose ostendit Suarez lib. 4. de simonia cap. 1. & 2.

5 Ex adverso vero fortiter arguetur: nam iure Ecclesiastico factum est, ut omnis commutatio rei spiritualis, etiam pro alia spirituali, sit simoniaca, ut generaliter probat text. in dict. cap. fin. de pactis, cap. praeterea el segundo de transactionibus, cap. tua nos de simonia: in quibus simpliciter, & indistincte omnis pactio in spiritualibus prohibita est, & est recepta Canonistarum sententia in dict. cap. fin. de pactis, ut testantur Cardinalis, Imola, & Butrius.

6 Pro huius autem quaestiones explicatione sciendum est primo, non repugnare commutationem rei spiritualis pro spirituali esse simoniacam ex eo solum, quod contra Ecclesiae probationem facta sit. Haec est communis Doctorum traditio in cap. quaesitum de rerum permutatione, & in cap. ex parte primo de officio delegati. Quibus in locis in permutationibus beneficii Ecclesiastici receptissimum est, & fatentur omnes Theologi in quarta distinctione 25. quaest. 5. ex hoc enim exemplo potest sumi argumentum generale: nam beneficium Ecclesiasticum est quid spirituale, ideoque commutatio unius pro alio si facta sit pure absque reservatione alicuius temporalitatis, non est simonia ex vi solius iuris divini; nihilominus tamen facta est ab Ecclesia simoniaca, si fiat sine praelati auctoritate.

7 Sed obijcies, hanc prohibitionem permutandi beneficia non esse extendendam ad permutationem aliarum rerum spiritualium, in quibus diversae ratio versatur, adeo ut si prohibitio in beneficijs possit efficere pactionem simoniacam, secus tamen in alijs rebus spiritualibus: nam in beneficijs quamvis titulus sit spiritualis, proventus tamen temporales sunt. Unde potuit facile evenire, ut in commutationibus beneficiorum maior ratio temporalium, quam spiritualium habeatur: & ideo merito intuitu religionis potuit Ecclesia prohibere talem commutationem, quae ratio cessat in alijs rebus mere spiritualibus, & conse-

consequenter non poterit habere locum simonia, quia prohibita.

8 Sed respondetur, potestatem Ecclesiasticam ad prohibendas commutationes rerum spiritualium de se esse universalem, & posse illas in quacunque materia prohibere ratione id exigente, lex enim semper debet esse rationalis. Unde si abusus aliquis introduceretur per commutationem rerum spiritualium, ut absolutionem pro absolutione præstando, vel similia alia, iustissime potuisset Ecclesia talem commutationem prohibere, ita ut transgressio ad simoniam pertineret.

9 Secundò sciendum est permutationem beneficiorum Ecclesiasticorum prohibitam esse ab Ecclesia, si facta sit propria autoritate, & consequenter simoniacam, ratione prohibitionis. De prohibitione expressus est text. in dict. cap. quæsitum, de rerum permutatione, & in cap. maioribus 8. de præbendis, & in cap. fin. de pactis. Sed tota dubitatio in eo est, ut videamus, quomodo hæc permutatio beneficiorum simpliciter facta absque interventu pecuniæ, vel alterius rei temporalis, sit simonia ex sola prohibitione Ecclesiæ: nam Durandus partem negativam sequutus est: ait enim, quòd etsi talis permutatio sit mala, quia prohibita, non tamen est simonia. Et pro eadem sententia citatur Cobarruvias lib. primo variarum, cap. 5. num. 4. & 5. Soto lib. 9. de iustitia & iure, quæstione 7. art. 2. Sed immerito hæc sententia his authoribus tribuitur, nam loquuntur de renuntiatione beneficij facti sub conditione permutationis alterius, de qua dicunt non esse simoniam.

10 Pro opinione verò Durandi dici potest, quòd etsi possit dari simonia solum de iure positivo, non verò in hac materia permutationis beneficiorum, in ea enim non datur permutatio spiritualis pro temporali, neque videtur sufficiens dicere in beneficijs admixtam esse fructuum rationem, qui temporales sunt, & ideò poterunt esse fundamentum simoniæ: nam cum huiusmodi temporale accessorium sit beneficij, non debet venire in considerationem, sed naturam principalis sequitur, argumento text. in leg. prima, ff. de autoritate tutorum. Tandem, nam si hæc permutatio esset simonia, non posset fieri Episcopi autoritate, is enim in iure communi dispensare non potest.

11 Nihilominus tamen vera, & communis est contraria sententia, scilicet talem permutationem sine prælati autoritate factam esse simoniam, quia prohibitam: quam communiter sequuntur tam nostri in dict. cap. quæsitum, quam Theologi, Rebusus in praxi tertia parte, titulo de permutationibus num. 52. Rodanus de simonia, tertia parte cap. 3. & 13. eamque expressè probant text. in cap. cum olim, de rerum permutatione, & in dict. cap. quæsitum, ibi: *Præsertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem semper continent simonia.* Nec probari potest responsio aliquorum dicentium, textum in dict. capite

quæsitum, esse intelligendum, quando permutatio sit pactione præmissa, nam facile convincitur, sermo enim necessariò debet esse, vel de pactione dandi aliquid temporale ultra beneficium, vel de pactione, & conventionione dandi unum beneficium pro alio. Primum dici non potest iuxta illius text. mentem, de illo enim eo text. non quærebatur, sed solum erat quæstio, an commutationes fieri valeant præbendarum, neque dubitationis ratio erat, eò quòd aliquid temporale dandū esset. sed solum: nam in Concilio Turonensi in cap. maioribus, de præbendis, inter dignitates tantum videbatur prohibita permutatio, necesse ergo est intelligere illam pactionem esse de pura commutatione unius beneficij pro alio. Videtur ergo dicendum eam esse simoniacam iuxta illum textum.

12 Sed ex his valde difficilia manent verba text. in dict. cap. quæsitum, ibi: *Generaliter tenent, quòd commutationes præbendarum de iure fieri non possunt, præsertim pactione præmissa.* Nam si pactio solum sit de pura permutatione, superflue addita est illa particula (*præsertim*) est namque impossibile permutationem fieri sine pactione, cum sit contractus. Sed responderi potest, illud verbum (*præsertim*) positum fuisse ad denotandum, in quo consistat deformitas permutationis factæ sine prælati autoritate. Vel secundò respondetur, permutationem in hac specie posse fieri dupliciter: aut solo facto dando, & recipiendo sine alia pactione, aut permutuam obligationem in futurum: & tunc utraque permutatio est prohibita, & simoniacæ, & posterior magis clara, eò quòd plures includit obligationes. Quæ interpretatio desumi potest ex text. in leg. ex placito, C. de rerum permutatione, ubi prius dicitur ex placito permutandi non sequuta actionem non competere, & statim subduntur illa verba: *Nisi stipulatio subiecta ex verborum obligatione quæserit partibus actionem.* Similiter ergo permutationem sine pacto, & cum illo admittere possumus.

13 Ex quibus primò infertur, simoniam esse, saltim contra ius positivum, commutationes facere in actionibus pertinentibus ad provisiones beneficiorum, ut verbi gratia, quando duo electores ita paciscuntur, ut inter eos alternetur electio, vel elector cum confirmatore, vel si electio fiat pro collatione, iuxta speciem text. in capite de hoc de simonia, vel præsentatio patronatus offeratur pro renuntiatione beneficij: nam in universum huiusmodi pacta, & conventioniones prohibita sunt, dict. cap. fin. de pactis, cap. cum pridem eodem titulo. Ratio est: nam licet hic permutetur spirituale pro spirituali, at verò præsumptione quadam non æstimatur, ut quòd spirituale, sed ut medium ad lucrum temporale consequendum.

14 Secundò infertur, hanc doctrinam extendendam esse ad omnia spiritualia, quæ habent temporalia annexa, etiam si proprie, & in rigore non sint beneficia: ut verbi gratia, si beneficium per-

permutetur pro vicaria a movibili ad nutū, vel quòd probatur primò ex ratione dicta: eadem enim est malitiæ, & prohibitionis ratio. Secundò: nam in dict. cap. quæsitum expressè dictum est esse prohibita pacta omnia, in his etiam quæ spiritualibus annexa sunt.

15 Tertiò infertur etiam esse simoniam prohibitam permutare beneficium pro iure quasi inchoato ad aliud beneficium: verbi gratia, si quis alteri dederit beneficium, ut cedat presentationi, quam habet ad aliud. Ratio est primò: nam eo casu beneficium non datur purè, sed præcedente pacto. Secundò, nam sicut presentatio activa non potest permutari pro beneficio, quia est annexa beneficio, similiter nec presentatio passiva, quia etiam est quodammodo annexa beneficio, à quo videtur sumere æstimationem, ut probant Ioan. Andreas, & Francus in cap. primo, de rerum permutatione, Sylvester verbo, *permutatio*, quæstione decima tertia.

16 Quartò infertur etiam esse simoniam eiusdem speciei permutare inter se similia iura ad beneficia Ecclesiastica, verbi gratia, si vnus cedat suæ presentationi, ut alius sibi conferat aliam expectationem, quam habet à Pontifice, vel quo libet alio, ut in specie docet Panormitanus in cap. cum olim, n. 4. de rerum permutatione, & multis relatis Felinus in cap. ad audientiam el segundo de rescriptis, num. 11. Nabarro consilio 43. sub titulo de simonia. Ratio est: nam permutatio solum conceditur inter beneficia, quæ sunt propria permutantium, argumento text. in cap. primo, de rerum permutatione, lib. 6. ibi: *Secundum formam iuris sua beneficia permutare volentes.* Quæ verba denotant ius adquisitum in beneficijs permutandis: at is, qui solum habet presentationem, aut expectationem, non habet beneficium, ut in cap. si tibi absenti de præbendis, lib. 6. Illorum ergo iurium, quæ non sunt in re, sed ad rem tantum, non poterit habere locum permutatio. Belamera de permutatione benef. secunda parte, quæst. 1. copiosè Mantica de tacitis conventio. lib. 25. tit. 9. à num. 2. Flaminus de resignatione, lib. 2. quæst. 21. & 23. quæ sententia communis est contra Gabaram in Rubrica de rerum permutatione, num. 6. & num. 8.

17 Imò ulterius addidit Panormitanus, aliã rationem, ob quam horum iurium permutatio non sit admittenda: nam hæc iura merè personalia sunt, quæ in alium transferri nequeunt: hoc enim patet in presentationibus expectativis, & electionibus, in quibus conditio, qualitas, & personæ industria electa censetur, adeò ut huiusmodi concessiones casum expressum excedere non possint, argumento text. in cap. cui de non sacerdotali de præbendis, lib. 6. Quæ ratio non solum probat talem permutationem fieri non posse auctoritate privata, sed neque etiam in manibus prælati, cum solum permittatur fieri de suis beneficijs, sed non probat hanc permutationem esse nullam, quia sit simoniacæ, sed solum ex eo,

quòd huiusmodi iura non sunt permutabilia, eò quòd omninò personalia, ut notat Redoanus de simonia, tertia parte, cap. 12. ad finem.

18 Quare si daretur casus, in quo cessante prædicta ratione hoc iura essent transferibilia in alium, eorum permutatio non esset simoniaca ex ratione text. in dict. cap. primo, de rerum permutatione, scilicet quia permutantes non sua permutarent, ut verbi gratia, si præsentatus obtineret à patrono licentiam transferendi nominationem in alium, vel habens expectativam à Pontifice, eandem facultatem ab eo obtineret, & inter se postea commutarent. Quare dicendum est, ideò esse simoniacam horum iurium permutationem, non quia permutantes potestatem non habeant transferendi tale ius in alium, sed ex prohibitione paciscendi in beneficialibus: prohibitum enim est permutare beneficia, & etiam illis annexa, qualia sunt huiusmodi iura, de quorum permutatione loquimur.

19 Si verò loquamur de permutatione spiritualis pro spirituali extra beneficiorum materiam, dicendū puto, non esse iure positivo prohibitam. Sic probat Glossa in cap. quam pio primo, quæst. 2. in verbo *pactio*, dum generaliter docet, prohiberi pactiones illicitas, non verò honestas. Illicitæ enim pactiones dicuntur, in quibus res spiritualis pro aliquo temporali permutatur: honestæ verò, in quibus nulla intervenit temporalitas. Ita ex Panormitano, & Innocentio probat Præpositus in dict. cap. quam pio num. 2. & ibidem Turcremata glossa in cap. fin. de pactis verbo *cessare*, Cardinalis in cap. 2. de transactionibus. Ratio huius doctrinæ est, quia nulla talis prohibitio in toto iure invenitur expressa.

20 Quod si dicas, has permutationes sufficienter inveniri expressas in verbis generalibus text. in dict. capit. quam pio 1. quæst. 2. & in cap. supra eo, de transactio. ca. fin. de pactis. Respondetur, quòd ea iura generaliter loquuntur de pactis, in quibus pro spirituali permutatur aliquod aliquo modo temporale: quæ omnia directè prohibent huiusmodi permutationes ad obtinenda spiritualia; imò & in beneficijs multa iura loquuntur in eodem sensu, ut capit. tua nos, de simonia, cap. super eo, de transactio. cap. fin. & ibi glossa verbo, *temporalia*, de rerum permutatione. Alia verò iura, in quibus specialiter prohibentur pacta in spiritualibus, semper loquuntur particulariter de beneficijs, aut alijs iuribus ad illa pertinentibus, non tamen de alijs rebus spiritualibus.

21 Ad cuius doctrinæ maiorem declarationem scire oportet, quòd hæc spiritualia, de quibus loquimur, sunt in duplici differentia: alia purè spiritualia, sub quibus continentur functiones sacræ, quibus aliquando materiale aliquid annexum est, concomitanter tamen, quòd moraliter spirituale reputatur: alia verò sunt spiritualia mixta, quæ habent aliquid materiale antecedenter annexum, ut sunt vasa sacra, vestes, & similia. De prioribus quòd attinet ad commutationem,

nunquam fit in iure mentio, sed solum cautum est, ne pretio vendantur, cap. ad nostram, cap. nō satis, cap. cum in Ecclesia, de simonia. De posterioribus etiam nullum est ius prohibens permutationem vnus pro alio eiusdem ordinis. Imò in dicto cap. ad quæstiones, de rerum permutatione, expressè dictum est valere permutationem vnus Ecclesiæ pro alia purè factam.

22 Reduendo tamen ad permutationes beneficiorum, qualiter in illis autoritas prælati necessaria sit, vt fieri possit absque simonia, videndum est. Supponimus enim istorum permutationem non esse ad eò prohibitam, quominus aliqua fieri possit absque simonia, vt apertè probatur in cap. inter cætera, de præbendis, & in cap. vnico de rerum permutatione, lib. 6. Et facit text. in cap. quærenti, cap. cum olim, cap. ad quæstiones, de rerum permutatione, quare, vt discernamus permutationem simoniacam ab ea, quæ licita est in hac materia oportet conditiones ostendere, quæ necessariae sunt ad huius contractus honestatem, quarum prima, & principalis conditio est prælati autoritas, de qua prius agendum est.

23 Est ergo pro conclusione constituendum: Autoritatem superioris necessariam esse ad hoc, vt licita sit permutatio beneficiorum. Hæc conclusio expressè probatur in dicto cap. cum vniversorum, de rerum permutatione, ibi: *Licet ipsi per se de iure non possint Ecclesiastica beneficia commutare.* Et in dicto cap. quæsitum, vbi omnes Decius consilio 210. num. 3. Nabarro consilio 42. num. 1. sub titulo de simonia, Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 34. num. 195. Suarez lib. 4. de simonia, cap. 32. Azorius lib. 7. moralium cap. 29. quæst. 3. & 18. Est enim aliàs simonia ex dictis, ad eò vt permutantes perdant sua beneficia, quibus privatur per sententiam, vt in cap. cum alia, de rerum permutatione, quamvis hodie ipso iure illis privari ex Extravaganti cum detestabili, de simonia, communem dicens probat Nabarra de restitutione lib. 2. cap. 2. num. 40. Cobarruvias lib. 1. variarum cap. 5. num. 3. Nabarro cap. 23. nu. 105. quos allegat Nabarra, & relati à Garcia de beneficijs, vnde decima parte, cap. 4. num. 59. sed receptior est contraria teste Suarez dicto lib. 4. cap. 55. à num. 18. multis relatis. Ratio est: nam talis permutatio potest esse necessaria, vel utilis, aut ipsi Ecclesiæ, aut ipsis permutantibus: congruum ergo fuit illam non omninò prohibere, sed solum ne proprio arbitrio privatorum fieret. Merito ergo iura canonica statuerunt prælati autoritatem necessariam esse.

24 Quod vt facilius explicent nonnulli, existimant permutationem beneficiorum nunquam esse licitam, neque admittendam etiam prælati autoritate interveniente, sed solum fieri posse per modum translationis personarum ab vna dignitate in aliam, ab vno beneficio in aliud. Argumento text. in cap. quærenti, de rerum permutatione, id enim denotare videntur illius text.

verba, ibi: *Permutationes beneficiorum, de iure fieri non possunt.* Quæ verba generalem regulam statuere videntur. Et statim ait: *Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam licite poterit ab vno loco ad alium transferre personas.* Quod vt intelligas, scire debes, discrimen esse inter permutationem beneficiorum, aut mutuam translationem personarum: nam permutatio directè cadit in res ipsas, quæ permutantur, est namque contractus, per quem vnusquisque contrahentium confert aliquid alteri propria voluntate, vt aliud ab alio recipiat, vt constat ex toto titulo, de rerum permutatione: translatio verò non res, sed personas ipsas respicit immediatè, est enim mutatio personæ ab vno beneficio in aliud, ab vna Ecclesia in aliam autoritate superioris facta, à qua principaliter vires accipit.

25 Sed verissimum est his non obstantibus permutationem beneficiorum propriè sumptam iure canonico concessam esse prælati autoritate factam, vt expressè probat D. Thom. dicto quæst. 100. art. 1. ad quintum, & probatur ex dictis iuribus, & ex Clementina vnica, de rerum permutatione. Neque obstat text. in dicto cap. quærenti, de rerum permutatione: nam in specie illius text. Pontifex illo modo loquendi vsus est, vt ostenderet primum beneficia non posse permutari privata autoritate, & ex solo permutantium consensu. Secundum est, hanc permutationem fieri non debere ab Episcopo sine respectu ad bonum commune Ecclesiarum: & cum hoc plerumque ex personis pendeat, id eò potius loquutus est per translationem personarum, quam per beneficiorum permutationem.

26 Ex qua doctrina nonnulla inferuntur memoriæ tenenda. Primum per mutationes istas fieri non debere, nisi ex iusta causa, quam prælati inquirere, & cognoscere debet, vt in dicto cap. quæsitum, & ibi communiter Doctores, leg. 63. in fine titulo quinio, parte prima, Belamera decisione 94. Staphileus de literis gratiæ, titulo de modo, & forma impetrandi, §. de iuris patronatus permutatione, num. 2. Decius consilio 141. num. 4. Aymon consilio 82. num. 8. Sunt enim permutationes odiosæ, & id eò restringendæ, quare causa desideratur, Tuscius conclusione 303. num. 1. & conclusione 365. num. 2. & 5. litera P.

27 Est tamen non leue dubium, debeatne fieri permutatio ex causa necessitatis, aut utilitatis Ecclesiæ, aut possit fieri ex causa utilitatis personarum. Priorem partem probant Boerius decisione 205. num. 7. Parisius de resignatione lib. 1. quæst. 5. num. 24. Zerola in praxi Episcopali prima parte verbo, *renuntiatio*, §. 3. dubio 5. ex D. Thom. in quarta distinctione 25. quæst. 3. art. 3. Quare dicunt peccare illum, qui beneficium cum alio permutat non propter commodum spirituale, sed temporale tantum, verbi gratia, propter ead quod in illo loco melius poterit piscationibus, aut venationibus operam dare. Vnde sic puto esse intelligendos, glossam in dicto cap. cum vniver-

forum

forum & ibidem Abbatem num. 7. Cardinalem in d. Clementina 1. num. 12. de rerum permutatione, Lambertinum de iure patronatus 8. p. lib. 2. quæstione 6. articulo 6. num. 39. docentes sufficere utilitatis priuatæ personarum causam: loquitur enim de utilitate priuata, quæ redundant in augmentum diuini cultus, quæ videtur etiam habere publicæ utilitatis Ecclesiæ causam admixtam.

28 Vnde dicendum est, permutationem factam absque vlla iusta causa, quæ saltem reductiue pertineat ad utilitatem Ecclesiæ, nullam esse, si fiat coram inferiori à Papa: sic enim datur ordinarijs facultas faciendi permutationes, quæ aliàs de iure sunt prohibitæ dicto cap. maioribus de præbendis. Quævis Belamera de permutatione beneficiorum 6. parte quæstione 2. num. 12. dicat valere talem permutationem ipso iure, esse tamen irritandam per sententiam. Quod hodie indubitatum est ex constitutione Pij Quinti 58. vbi solum cõceditur ordinarijs admittere beneficiorum permutationes, quæ Apostolicis constitutionibus permittitur cum decreto irritanti *si secus*.

29 Secundò inferitur, permutationem solum posse fieri de beneficijs proprijs, vt in dicto cap. de rerum permutatione lib. 6. vbi Dominicus num. 6. Francus num. 15. Belamera de permutatione 2. par. quæstione 1. Nabarro in Manuali cap. 23. num. 100. & consilio 43. num. 2. sub titulo de simonia. Mantica de tacitis conventionibus lib. 25. titulo 9. à num. 2. potest tamen is, qui habet ius in re cum alio permutare etiam si nondum adeptus fuerit possessionem, vt rectè advertit Francus in d. cap. 1. nu. 16. Mantica vbi supra n. 2. & 9.

30 Tertiò inferitur, quod si vnus ex permutantibus non habeat ius in beneficio non valet permutatio, vt notat Dominicus in dicto capite 1. num. 6. Francus nu. 17. Belamera de permutatione 2. p. quæst. 9. & 10. Lessius de iustitia & iure, lib. 2. cap. 34. num. 195. & id eò si duo litigarent de aliquo beneficio, etiam ab vno illorum possessore, non posset coram ordinario ex causa cõcordiæ illius fieri permutatio cum alio beneficio, beneficia namque debent esse permutantium pacificè, neque aliàs in illis potest coram ordinario fieri concordia, vt notat Garcia de beneficijs 11. p. ca. 3. num. 20.

31 Quarto inferitur, ad illam difficilem & vtilem quæstionem an beneficia, quæ alijs vnita sunt, possint permutari: & obtinuit non posse. Quod potest dupliciter intelligi. Primum quando beneficium permutatur, postquam iam vnio effectum est sortita: quo casu cum per talem vnionem titulus beneficij extinctus sit, imò & nomen nec censeatur beneficium separatum, sed confusum sub titulo beneficij, cui facta est vnio, vt advertit Garcia de beneficijs vltima parte cap. 2. à nu. 12. id eò nequaquam permutari possunt, vt cõsuluit Ferretus cõfil. 255. n. 9. sicut neque etiam posset tale beneficium per se impetrari, etià à Pontifice, nisi narrata vnio, vt testatur Ojeda de beneficijs 2. p. c. 3. n. 12. & id eò rectè docuit Belamera de permutatio-

ne 3. p. q. 7. ad finem de suppresso non posse fieri permutationem, quia illud quod non est, permutari non potest, nisi eò casu, quo fieret suppressio post permutationem, vt notat Mantica de tacitis conventionibus lib. 25. titulo 9. n. 11. Gonzalez ad regulam 8. glos. 5. §. 7. uum. 11. 14. & 22.

32 Secundò posset superior doctrina intelligi de beneficijs vnitis, antequam vnio effectum sortiat: quo casu Rota in antiquis 160. quæ aliàs est tertia sub tit. de rerum permutatione resolvit, beneficium vnitum non posse permutari per eum, qui illud tenet antequam vnio sortiat effectum sic Oldradus consil. 257. à n. 20. Staphileus de literis gratiæ, titulo de vi, & effectu clausularum, de clausula motu proprio, §. 6. num. 6. Belamera de permutatione 3. p. quæst. 7. Pabinus de officio & potestate capituli Sede vacante quæst. 3. 2. p. nu. 18. quæ doctrina procedit tum, quando vnio iuridicè facta est, & valida, aliàs non impediret permutationem etiam quando ipsa vnio permutationem præcederet, vt notat Cacialupus in tractatu de vnionibus, artic. 8. q. 13. Rebus in tit. de Vicarijs perpetuis nu. 18. Zerola in praxi 1. p. verbo vnio, §. 7. dubio. 3. Flaminius de resignatione lib. 2. q. 9. nu. 2. & facit decretum Tridentini Sess. 21. cap. 5. & Sess. 23. cap. 18. in verfic. *rec per resignationem*.

33 Quæ omnia procedunt etià quando permutatio facta esset coram Papa; nã effectus vnionis non tollitur per provisionem Pontificis, vt notant Staphileus, & Belamera vbi supra. Cacialupus de vnionibus art. 9. q. 5. secus tamè, si talis permutatio facta esset coram Papa cum narrativa vnionis: eò enim casu videtur Papa suspendere vnionem pro illa vice. Sic Puteus lib. 1. decis. 337. Gonzalez ad regulam 8. glos. 5. §. 7. à num. 137.

34 Sed iã posito, quod non liceat permutationem beneficiorum facere sine autoritate prælati, dubitari solet, an liceat partibus inter se prius negocium tractare, & convenire inter se de tali, vel tali modo facienda permutatione cum ordine ad scientiam, & consensum prælati. Nã glossa in d. cap. cum vniversorum, verbo tractare docet, non licere: quã ibidem sequuntur Ancharranus, Innocentius, & Hostiensis: & in d. cap. quæsitum, Horum autem sententia cõmuniter rejicitur ab omnibus, quali nullum habeat fundamentum, nulli enim huiusmodi tractatus prohibentur, quoniã non dicunt cõsummatum, sed præparationem ad illum.

35 Quare Panormitanus, & alij ex antiquis in d. cap. quæsitum, dicunt licitum esse tractare de permutatione, non verò cõcludere, aut se mutuo obligare, hoc enim esset pacisci, quod non potest fieri sine consensu prælati. Et sequitur Cardinalis in d. cap. quæsitum num. 4.

36 Sed his omnibus omisis dicendum puto, licitum esse volentibus permutare tractare de negotio, & cõcludere quantum ex se est præbendo suum cõsensum in ordine ad cõsensum prælati, vt indicat verba text. in d. c. vn. de rerum permutatione lib. 6. ibi: *sua beneficia permutare volentes.* Et in Clement. vnica eodè tit. & ibi glos. Zabarella in d. ca.

Es

quæsitum

actum quæst. 39. num. 23. Decius consil. 210. num. 3. Nabarro consil. 42. num. 1. sub tit. de simonia, Lessius de iustitia & iure lib. 2. cap. 34. num. 196. Mantica ubi supra num. 55. ratio est: nã hoc est medium moraliter necessarium ad finem permutationis. Cõcesso ergo sine media etiam ad illud necessaria concessa censentur.

37 Et quod magis est, poterunt partes ita cõsentire, ut se obligent ad standum conventioni inter se factæ non simpliciter, & absolute, sed sub conditione, si prælatus consenserit. Quod aperte probatur ex dicto cap. quæsitum. Nam sola permutatio est prohibita præsertim pactione præmissa: at quando pactio non est absoluta, sed conditionalis, nec est simpliciter permutatio, nec simpliciter pactione de permutatione, nã conditio suspendit actum, & voluntates contrahentium iuri subijcit. Imò hoc conventionis genus moraliter loquendo necessarium est, ne postea frustra postuletur superioris cõsensu: hoc enim praxi servatur, quoniam non est in potestate permutantium retrocedere à conventionem, postquam prælatus consensit, ut docet Innocentius in cap. inter cetera de præbendis. Nam etsi permutantes beneficia non adquirant usque ad collationem, ut notat Zabarella in d. Clementina unica de rerum permutatione, num. 19. interposita tamen auctoritate prælati adeo manet perfecta permutatio, ut nullo modo possint partes resilire.

38 Sed maior est dubitatio, an liceat se mutuo obligare ad perseverandum in conventionem facta, donec præsentetur superiori, & ipse suum cõsensum præstet, vel neget. In qua quæstione Rebusus in praxi titulo de permutatione, num. 4. docet, quod facta conventionem inter permutantes quando res est integra, locum poterit habere revocatio, secus verò re non integra. Veluti si vnus ex permutantibus suum iam resignaverit beneficium, aut iam intervenerit consensus prælati. Movetur ex regula text. in leg. ex placito C. de rerum permutatione, leg. iuris gentium, §. sed cum nulla, ff. de p. ctis.

39 Sed verius est, quod licet demus non oriri adeo efficacem obligationem ex mutuo permutandi consensu, nihilominus si fiat talis conventio, nulla committeretur simonia, sed validærit, & inducet obligationem in conscientia, ut resolvit Federicus de permutatione quæstione 38. à numero 64. ratio est: quoniam hæc conventio non est per se mala, neque etiã prohibita, tum quoniam non est de permutatione beneficiorum, nisi secundum iuris formam; tum quia tota illa pactio consistit in mutua permissione circa stabilitatem concordie factæ, quod nullam habet iniuriam.

40 Sed cum dictum sit, ad has permutationes necessariam esse superioris auctoritatem, oportet ostendere, quis sit is superior. Et opponendum est, quæstionem esse de permutatione, quæ sit simpliciter inter beneficia ab eodem illa adiectione operis, vel pensionis. Quo casu superiorè procul

dubio appellamus Episcopum, ut expressè probat text. in d. cap. quæsitum ibi: *si autem Episcopus*. Et in cap. vnico de rerum permutatione lib. 6. ibi: *in manibus eius ipsa resignant*. Ex quibus colligitur hoc esse intelligendum respectivè de quocumque Episcopo in sua Diocesi. Sic notant in dictis locis cõmuniter Doctores & relati à Tuscho concl. 304. littera P.

41 Immeritò ergo Flaminius de resignatione lib. 5. quaest. 6. num. 23. Hanc potestatem Episcoporum hodie dubitavit propter cõstitutionem Pij Quinti 42. quæ suspendit ordinatiorum facultates recipiendi has permutationes & resignationes beneficiorum. Sed proculdubio manifestè decipitur: nã idè Pius Quintus in cõstitutione 58. quæ ipse Flaminius refert, expressè concessit ordinarijs permutationes sacris cõstitutionibus non repugnantes; & notat Fuscus de visitatione lib. 2. c. 28. num. 22. Zerola in praxi verbo *renuntiatio seu permutatio*, §. 3. dubio 1. Flores de Mena quæst. 24. num. 21. Gonzalez ad regulam 8. glossa 14. à num. 33.

42 At quando beneficia, quæ permutantur, sunt in diversis Diocesis, quis debeat interponere auctoritatem, dubium est. Cui respondet glossa in d. c. 1. de rerum permutatione lib. 6. verbo *collationem*, quod eo casu debet fieri resignatio beneficiorum in manibus vtriusque Episcopi, vel vniuscuiusque in manibus proprii Episcopi, aut alter alteri Episcopo cõmittere, quod melius est, ex sententia dictæ glossæ, quæ probant ibidè Dominicus & Francus; estque cõmuniter recepta ex Belamera de permutatione beneficiorum 1. p. q. 5. & 5. p. q. 3. Rebusus in praxi titulo de permutatione num. 36. & titulo de nova provisione num. 34. Rufinus de beneficijs cap. 34. ad finem.

43 Duo igitur exponenda sunt pro explanatione huius articuli: primum est, quid nomine Episcopi intelligatur. Secundum est, an aliquando prælati Episcopis inferiores possint in his permutationibus suam interponere auctoritatem: nam multi simpliciter hanc potestatem omnibus inferioribus negant & moventur ex regula text. in dicto capite quæsitum. Nam ibi prius ponitur regula generalis, qua huiusmodi permutationes iure prohibentur, & statim proponitur quasi exceptio huius regulæ, videlicet: nisi Episcopus intervenerit, quæ videtur firmare regulam in contrarium, quod si fiant interveniente auctoritate alterius prælati, quam Episcopi, non liceant. Ita glossa in Clementina unica de rerum permutatione, quam sequitur Panormitanus in dicto cap. quæsitum num. 4. & ibidè Innocentius Hostiensis, & Cardinalis. Federicus in tractatu de permutatione beneficiorum quæstione 19. & quæstione 22. Rebusus in praxi titulo de permutatione à numero 2. Zerola in praxi Episcopali verbo *renuntiatio* §. 4. Nabarro consil. 97. num. 2. sub titulo de simonia. Lessius lib. 2. de iustitia & iure cap. 34. num. 196.

44 At Sylvester verbo *permutatio* cl. 2. num. 2.

& Angelus eodem verbo num. 5. superiorem, cuius auctoritate debet fieri permutatio, non esse simpliciter Episcopum, sed illum Episcopum, aut inferiorem, ad quem spectat collatio, seu institutio beneficiorum, & sequutus est Soto lib. 9. de iustitia & iure, quæstione 5. art. 2. movetur ex regula text. in cap. ad hæc §. fin. de officio Archidiaconi capite super eo §. fin. de officio delegati. Hæc tamen iura non probant Sylvestri opinionem: nam solum dicunt non esse usurpandam collationem beneficiorum ab Episcopo sine illorum consensu, ad quos ipsa pertinet collatio, non verò probant, quod permutatio fieri possit sine Episcopi auctoritate. Maius autè pro Sylvestro fundamentum videtur esse in cap. vnico de rerum permutatione lib. 6. in illis verbis ibi: *illos tamen qui secundum formam iuris sua beneficia in eadem Diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes*. Illa enim verba *ad tuam collationem spectantia*, indicare videntur beneficiorum permutationes non pertinentium ad collationem Episcopi, ad illum non pertinere.

45 Et ulterius potest ratione probari: nã idè in permutationibus requiritur consensus superioris, quia nec renuntiatio beneficii potest esse valida sine auctoritate prælati, nec potest obtineri novum beneficium sine prælati collatione, ergo si ad aliquem prælatum inferiorem Episcopo pertinet resignatio, & collatio, sufficit illius auctoritas ad concludendam, & exequendam talè permutationem: neque Episcopus eo casu se poterit introumittere, siquidem ad illum non pertinet institutio, aut destitutio beneficiorum, præcipue si attendamus, quod ille inferior prælatus iurisdictionem habet Episcopalem, saltem quod attinet ad illorum beneficiorum provisionem, hæc enim ex iure ordinario ad Episcopos pertinet, cap. omnes Basilicæ 19. q. 7. quod ergo attinet ad propositum, is prælatus inferior nomine Episcopi comprehenditur.

46 At quamvis hæc Sylvestri sententia valde probabilis sit in puncto iuris, à communi praxi recedendum non est, nisi in contrarium adsit præscripta consuetudo; nam ex vi iuris communis approbatio permutationis ad Episcopum pertinet ratione iurisdictionis Episcopalis, etiam si ad illum non pertineat collatio ex aliquo casu. Ad cuius declarationem distinguendi sunt duo casus; alter est, approbare permutationem, seu partium conventionem: alter verò est, exequi permutationem acceptando resignationem, & novam collationem faciendam; primum pertinet proculdubio ad Episcopum, & nequaquam ad inferiorem collatorem, nisi aliàs iurisdictionem Episcopalem habentem. dicto capite querenti de rerum permutatione. Secundum autem pertinet ad inferiores, quando beneficiorum collatio ad illos, & non ad Episcopum pertinet. Ex Abbate in dicto cap. quæsitum num. 4. Franco in d. cap. 1. num. 8. & 9. de rerum permutatione lib. 6. Gregorio in leg. 2. tit. 6. p. 5. glossa 6. Flores de Mena in practicis

quæstione 24. num. 21. & idè quamvis Episcopus habeat collationem, aut ius cõferendi beneficium in aliena Diocesi ex cõsuetudine, vel alio iure specialis, non poterit illius resignationem admittere, etiam ex causa permutationis. Sic Rota sub titulo de rerum permutatione decisione 6. Abbas in cap. cum ex iniuncto in fine de hæreticis.

47 Hæc tamen doctrina praxi ita est intelligenda, ut semper in permutatione illorum cõsensu sit necessarius, ad quos pertinet collatio, electio, aut præsentatio, cõ quod de illorum agitur interesse, quavis Episcopus totum negocium debeat expedire. Ex glossa in dicto cap. 1. de rerum permutatione lib. 6. verbo *collationem*, & ibi Francus num. 6. & 7. glossa in Clementina vnica de rerum permutatione. & ibi Cardinalis num. 12. Panormitanus in d. cap. quæsitum nu. 9. Federicus de permutatione quæst. 19. & 22. Bellamera de permutatione 1. parte quæst. 7. & 2. parte quæst. 4. num. 5.

48 De Vicario autem Episcopi communis est sententia, non posse permutationibus cõsensum interponere, nisi ad id habeat mādatum speciale, etiam si potestatem habeat aliàs conferendi, ut contra Calderinum consilio 7. sub titulo de rerum permutatione probant Bellamera de permutatione 1. p. q. 3. Rufinus de beneficijs ca. 10. num. 18. & cap. 31. num. 5.

49 De capitulo verò Sede vacante: an possit permutationibus auctoritatem præstare controversum est. In qua quæstione glossa in d. Clementina 1. de rerum permutatione partem sequitur affirmativam ea ratione: nam hoc ad iurisdictionem pertinet Episcopalem, in qua succedit capitulum Sede vacante, quod limitat glossa ut non procedat, quando beneficia: quæ permutantur, vel alterum illorum spectaret ad collationem, electionem, aut præsentationem solius Episcopi sine capitulis, quo casu cum capitulum Sede vacante non succedat in collatione, electione, aut præsentatione horum beneficiorum, consequenter non poterit consentire in illorum permutatione, secus tamen si ad Episcopum ea pertinerent simul cum capitulo, quo casu posset capitulum Sede vacante permutationibus cõsentire. Sequuntur Glossam Cardinalis, num. 17. Bonifacius à num. 34. Felinus in cap. cum olim de maioritate & obedientia à num. 3. Puteus lib. 2. decisione 319. Cuchus institutionum maiorum lib. 2. tit. 9. numero 39. & quamvis hoc sit apud interpretes controversum, tamen praxi sequendam esse Glossæ sententiam existimo.

50 Si verò beneficia reservata sunt, non potest Episcopus permutationem expedire, hoc enim pertinet ad Pontificem, ut resolvit Casiodorus decis. 1. sub titulo de rerum permutatione Federicus de permutatione q. 1. à nu. 1. Belamera 1. p. quæstione 6. dicit communem Mandosus in prima reg. Chancellarie, quæst. 3. & resolvit Rota apud Puteum, decisione 262. lib. 2. novissimè

Mantica de conventionibus libro 35. titulo 9. à numero 12. Tullius conclusione 307. lxxv. P.

51 Sed dubium est, an aliquando possit fieri praeendarum permutatio sine autoritate superioris ex solo consensu permutantium. Dubitationem movet, nam Innocentius in dicto capite quaesitum de rerum permutatione, docet superiorem regulam procedere in praeendis, quae in diversis Ecclesijs permutantur. Secundo docet procedere in praeendis eiusdem Ecclesiae, quae diverso iure censentur, quia habent diversa onera, vel ut unera: si tamen sint praeendae eiusdem Ecclesiae, & eiusdem rationis: poterunt privatim permutari absque simonia. Verba Innocentij haec sunt: *Beatus patet unus Canonicus, quam praeendam cum alio permutare, dummodo collatio praeendae non pertineat ad investituram alicuius, quia tunc videtur, quod eius debeat requiri consensus.* Sequuntur Innocentium Cardinalis, & Imola ibidem cum ea declaratione, ut praeendarum posse fieri permutationem affirmant, non titulum, eò quod praeendae per se consideratae sunt temporales, & ita dicunt quod in illarum cambio nulla potest esse simonia: tum etiam quoniam non videtur facta praeendarum alienatio, eò quod etiam permutantur, in eadem manent Ecclesia.

52 Sed nihilominus nulla debet admitti exceptio superioris regulae, sed generaliter dicendum est nunquam permutationem praeendarum fieri posse absque superioris autoritate, ut expressè probant Panormitanus, & Hostiensis in dicto capite quaesitum. Zabarella in dicta Clementina unica de rerum permutatione numero octavo, Angelus verbo *permutatio* numero quarto, ratio est, nam iuris prohibitio generalis est, & absque vlla distinctione. Tum etiam, nam Innocentij sententia nullo modo potest procedere: nam si intelligatur de beneficijs quoad titulum, nunquam potest fieri permutatio propria autoritate, nemo enim potest se ipsum proprio beneficij titulo privare, nisi praelatus consentiat renuntiatori. Capite admonet de renuntiatione. Neque etiam alicui potest beneficium conferri sine praelati collatione. capite primo de regulis iuris, lib. 6. est ergo omnino impossibilis talis permutatio. Si tamen sermo sit de ipsis praeendis, ut annexis suis titulis, etiam est impossibile inter illas fieri permutationem propria autoritate, quoniam sine superioris autoritate praeendae à suis titulis nunquam possunt separari. Quod rectè eo exemplo ostenditur, quoniam vnus canonicus non habet ius ad fructus praeendae, nisi propter officium spirituale, ad quod tenetur ratione sui tituli, ergo cum semper retineat eundem titulum non poterit consequi alterius praeendam, vel alterius praeendae.

53 Sed ille casus ex dictis non leviter controversus est, possitne beneficium Ecclesiasticum permutari cum pensione absque simonia. Nec dubium procedit de tali permutatione, qua-

do facta est propria autoritate; constat enim hanc esse simoniacam ex supra dictis. Dubium ergo est, an talis permutatio fieri possit in manibus praelati, & quis sit praelatus id enim dubitant Doctores nostri, an haec duo sint inter esse permutabilia. Et dubitandi ratio inde orta est, nam pensiones sunt quid omnino temporale, beneficia vero spiritualia sunt: unde permutatio videtur esse contra ius divinum, & nullus Ecclesiae praelatus, etiam Pontifex, talem poterit approbare consuetudinem, ut multis relatis notant Belamira de permutatione quaestione 11. numero 4. Federicus eodem tractatu; Gigas de pensionibus quaest. 33.

54 Pro brevi ergo resolutione huius dubij primo supponendum est, quod aliquando pensio erecta est in titulum beneficij, ut quando certa portio ex pingui beneficia extrahitur, ut deinceps sit perpetuum beneficium, de qua loquitur Cardinalis in Clementina prima, §. primo de supplenda negligentia praelatorum, & loquuntur Doctores communiter in capite conquerente de clericis non residentibus, & ibidem Panormitanus notabili primo, & copiose Gigas de pensionibus quaestione 28. versiculo quarto limita. Quo casu talis pensio permutari poterit cum beneficio, etiam in manibus Episcopis iuxta regulas iuris communis, ut rectè docent Iohannes Andreas in capite unico de rerum permutatione lib. 6. Federicus de permutatione quaestione 14. Cardinalis in Clementina unica de praeendis quaestione 12. & est ratio, quoniam talis pensio revera beneficium est, sic enim intelligendi sunt Doctores, talem permutationem negantes, ut non loquatur de pensionibus, quae dantur in titulum beneficij, sed de alijs.

55 Secundo constituendum est, pensio nem merè temporalem non posse cum beneficio permutari absque simoniae labe contra ius divinum, adeo ut nec à Pontifice fieri possit per modum permutationis. Haec est communis Doctorum sententia, ut praeter relatos probat Imola in Clementina prima, & eadem de supplenda negligentia praelatorum, & ibidem Zabarella quaestione octava, ratio est, quoniam in tali permutatione venditur beneficium pro re temporali, quod est aperte contra ius divinum, talis enim pensio merè temporalis est, & ideo eum sit res pretiosissima, potest habere rationem pretij, quod sufficit ad simoniam, si pro alio permutetur beneficio.

56 Unde constat idem esse dicendum de commendis, quae non possunt eadem ratione beneficijs permutari, ut rectè ad veritatem Victoria in relectione de simonia numero 46: & idem est de officio temporali, qualis est notariatus. Quam ob causam reprehendit Adrianum quodlibeto 9. ad 5. dicentem autoritate Pontificis fieri posse has permutationes, nam Pontifex inquit Adrianus potest separare fructus praeendae à iure spirituali, & ita concedere commutationem inter illos,

& commendam, nam, ut inquit Victoria falsa est factio, cum re vera ille cui datur praebenda, non praecipit fructus, nisi in vi iuris spiritualis cuius rei evidens est signum: nam si non recitet horas Canonicas, non faciet fructus suos, & graviter peccaret.

57 Pro maiori autem huius articuli explanatione sciendum est, antiquam fuisse Canonistarum opinionem, pensionem absolute loquendo non esse rem spiritualem, solum enim est quaedam portio ex redditibus Ecclesiasticis assignata sine spirituali titulo, aut onere, sic docent communiter Doctores ex glossa verbo *in pensione* in cap. quamvis el primero de praebendis lib. 6. dum docet pensionem posse laico conferri glossa in cap. ad audientiam 31. de rescriptis. Quibus in locis si tradiderunt ordinarij omnes, & in numerum relati à Gigante de pensionibus quaestione 28. in principio Cobarruvias in cap. cum in officio de testamentis num. 6. Rebusus de pacificis possessoribus à num. 132. Gomezios in regula de annuali possessore quaestione 20. §. in regula de infirmis quaestione 16. Sarmiento de redditibus 2. p. cap. 8. num. 13. & ideo Sylvester verbo *beneficium* quaestione 2. dicto 8. docuit clericum non teneri ad recitandum divinum officium propter pensionem, & sequitur Soto lib. 3. de iustitia & iure quaest. 6. articulo 2. dubio penultimo, constat ergo has pensiones non esse materiam simoniae, id namque vnus comprobavit, cum quotidie pecunia redimi soleant, & licitum esse, etiam sine licentia Pontificis docet Toletus lib. 5. Summae capite 92.

58 Haec tamen communis antiquorum doctrina proculdubio non est ad omnes pensiones applicanda, praecipue post motum proprium Pij Quinti anni 1571. ex quo divisio pensionum defamanda est: nam ut ibidem Pontifex distinguit, quaedam conferuntur omnibus indistinctè, quaedam vero clericis, quatenus clerici sunt. De prioribus ergo intelligenda est communis Doctorum sententia, ut ostendit Soto lib. 9. de iustitia & iure, quaestione 7. articulo 2. ad finem: istae enim pensiones adeo temporales censentur, ut non sint materia simoniae: quod verius est, quidquid dixerit Rebusus de pacificis possessoribus numer. 34. Nam re vera non est annexa rei, vel titulo spirituali, ut falso credidit Rebusus. Nam quod fructus pensionis consignati sunt ex fructibus beneficij non sufficit ad annexionem, imò potius ea portio separata est à titulo beneficij respectu illius, cui confertur. Nec potest fieri argumentum de iure patronatus, nam ad minus ius patronatus est vel spirituale, vel spirituali proximum, quoniam ordiatur ad collationem beneficij media praesentatione, quae spiritualis est ratione termini, ut latius tradidimus in cap. quarto de iudicijs. Haec autem pensio est ius ad rem merè temporalem nullo mediante spirituali titulo, sicut quando fit elemosyna de bonis Ecclesiae, temporale quid est, &

sine vlla consideratione annexionis. Unde cum huiusmodi pensiones non sint materia simoniae constat esse quid omnino temporale, & consequenter implicare permutationem earum cum beneficijs.

59 Sunt praeterea quaedam pensiones, quae conferuntur clericis, quatenus clerici sunt, & istae aliquando dantur clericis simplicibus, sive in maioribus, sive in minoribus ordinibus constitutis simpliciter ad suam sustentationem nullo habito respectu ad beneficium, vel ministerium spirituale aliquando vero dantur cum eò respectu, aut titulo de prioribus pensionibus. Multi dicunt quod ex eo solum quod requirunt clericatum, dicuntur spirituales, vel saltem spirituali annexae, & consequenter sunt materia simoniae iure divino, ut probat Nabarro consilio 59. 60. 61. 62. & 63. sub titulo de simonia. Et in Manuali capite 23. num. 111. vbi docet hanc esse communem Doctorum sententiam, quo casu dicendum esset has pensiones esse cum beneficijs permutabiles.

60 Sed adhuc ego attento solum iure antiquo existimo has pensiones esse omnino quid temporale, & consequenter, vendibiles, neque esse materiam simoniae, & consequenter nec permutabiles cum beneficijs. Moveor ea ratione, nam tales pensiones non dantur propter aliquem titulum spiritualement, sed praecise ad clericum sustentationem, quo casu clericatus solum requiritur tanquam necessaria conditio, aut dispositio ex parte subiecti, quod non sufficit, ut talis pensio dicatur quid spirituale, vel spirituali annexum, sicut elemosyna verbi gratia quae fit clerico peculiari respectu, quia clericus est, non dicitur quid spirituale, neque spirituali annexum.

61 At vero secundum ius novum divini proprii motus Pij Quinti hodie omnes has pensiones puro esse spirituales, & invendibiles, & materiam simoniae: nam hodie dantur omnes cum obligatione alicuius spiritualis, & clericali muneris: sunt ergo clericale officium, nec requirunt clericatum solum, ut conditionem, sed quod magis est, postulant spirituale ministerium, ratione cuius redditus illi iure optimo percipiuntur. Hoc enim ex eo patet: nam Pius Quintus pensionarijs imposuit obligationem recitandi officium Beatae Virginis, & sic fructus illi sunt annexi spirituali muneri, quamvis enim huiusmodi pensiones non sunt beneficia in rigore, nihilominus sunt quid spirituale constans ex illa obligatione spirituali, & iure ad spiritualia sibi annexa, & hoc modo opinio Nabarri stante iure novo Pij Quinti procedit prorsus sine vlla dubitatione.

62 Unde cum hodie pensiones sint spirituales, ut diximus inferitur quod etiam si pensionarius habeat licentiam à Pontifice transferendi pensionem in alium, non poterit facere talem

translationem pretio interveniente sine labe simoniae, ut expressè tradit Nabarro consilio 66. & 93. sub titulo de simonia, Gigas de pensionibus quaestione 99. quod hodie post constitutionem Pij Quinti indubitabile est: debet enim fieri gratis translatio, nam aliàs venderetur id, quod est spirituale. Et eodem modo non poterit fieri translatio cū reservatione fructuū, vel parte illorum, hoc enim haberet rationem pretij, ut testatur Nabarro consil. 65, si verò habens licentiam ad transferendam totam pensionem, vellet partem solum transferre, retenta altera parte sibi in titulum pensionis spirituale, id proculdubio facere possit, quia potuit in parte, uti & nō in totum, licentia: eo enim casu translatio gratis facta censetur, pensio namque non est indivisibilis, sicut beneficium, sed divisibilis, & eo casu teneretur ille, in quem pars pensionis translata est, explere integram obligationem Pij Quinti, nam verè pensionarius est, ut clericus.

63 Sed illud videtur difficile, an talis pensio sit redimibilis, quoniam Nabarro in Manuali cap. 23. num. 111. asserit redimi nō posse sine Papæ autoritate, & idem docuit contra Caietanū etiam ante annexionem Pij Quinti, & movetur ex eo, quod pensio constitui non potest sine Pontificis autoritate, ergo nec poterit tolli sine illa argumento text. cap. 2. de regulis iuris Secundo: nam pensio emi non potest. Ergo neque etiam redimi: contrariorum enim eadem est ratio quod hodie post annexionem Pij Quinti fortius urgere videtur, siquidem iam pensio est quid spirituali annexum.

64 In hac tamen dubitatione duplex est adhibenda distinctio: prima est, nā vel loquimur, secūdu ius antiquum ante Pium Quintū, vel post illū. Secūda distinctio est, quod vel loquimur attēto iure divino, vel attēto iure positivo, dicendū ergo est, quod ante Pium Quintū non erat contra ius divinum has pensiones redimere, & in hoc sensu vera est sententia Caietani: nam eo tempore pensio erat quid omninō temporale, & consequenter natura sua vendibile, ut supra declaravimus. Imō si eo casu, & tempore daremus pensionem esse invendibilem, nihilominus nihil obstarat quominus redimibilis esset, nam quando redimitur pensio, non commutatur spirituale pro temporali, sed extinguitur illa pensio: ergo nulla est ibi malitia simoniae. Nec quidquam probat primum argumentum Nabarri, cui facile respondetur, quod ex eō quod pensio constitui non possit sine autoritate Papæ, non rectè inferitur neque etiam sine illa posse redimi, & extingui: nam quādo id, quod destruitur est favor privatae personae, illa poterit cedere iuri suo. Exemplum est: nam privilegium haberi nō potest sine autoritate superioris, potest tamen extingui privata voluntate privilegiati: imō nemo negavit pensionē posse gratis remitti, & consequenter sine Papæ autoritate, ut notat Præpositus in cap. Agathosa 63. distinct. Gomecius in regula de infirmis q. 16.

65 Hodie verò post Pium Quintum verissimum existimo, pensionis redemptionem esse prohibitam sine autoritate Papæ: nam supposito hoc novo iure pensionario impositum est onus spirituale autoritate Papæ, ita ut fructus accipiat ratione officij divini, ut dictum est iuxta vulgarem regulam text. in cap. fin. de rescriptis: ergo nō potest pensionarius sua autoritate se eximere ab hac obligatione, & totum commodum pensionis recipere, quod contingit in tali redemptione pensionis: & hoc casu puto procedere Nabarri sententiam, quod si dicas, quod hæc ratio solum evincit iniustam esse talē pensionis redemptionem, non verò probat esse simoniacam, eō quod nihil spirituale ibi datur, vel accipitur. Responderi potest, quod etiam eō casu potest habere locum ratio simoniae, siquidem propter pretium pensionarius vendit titulum spiritualem, non illum in alterum transferēdo, sed extinguendo: hoc enim modo interdum emi solent res temporales, ut extinguantur, ut v. g. si quis alteri dederit pretium, ut scripturam comburat, hoc etiam est contra excellentiam rei spiritualis: quare id habet stylus Curiae, ut tales pactiones habeantur, & puniantur, ut simoniacæ, notat Nabarro dicto consil. 63. sub titulo de simonia: stylus autem Curiae habet vim obligandi, ut ibidem docet Nabarro, & vulgò notatur in capite ex litteris de constitutionibus.

66 Vndè oritur, quod si huiusmodi stylus Curiae antiquior est, quam constitutio Pij Quinti, etiam dicendum est ante illam non licuisse redimere tales pensiones sine autoritate Pontificis, & a fortiori nec vendere: aliud enim esset simoniacum saltim quia prohibitum, quamvis non sit contra ius divinum, ad hoc enim sufficere potuit stylus Curiae, quia sufficienter declarat Pontificum voluntatem, & prohibitionem legis.

67 Sunt præterea aliæ pensiones clericorum in duplici differentia: nam quædam dantur pro aliquo spirituali munere quasi in stipendium sustentationis pro illo munere: alia verò dantur ratione alicuius beneficii. Prioris generis est pensio, quæ solet dari titulari Episcopo, ut sit adiutor Episcopi proprietarij in muneribus Pontificalibus, & potest etiam dari vicario Episcopi, & visitatori, quàm vocant Doctores pensionem stipendiarum spirituales, & de illa loquitur Soto lib. 9. de iustitia & iure, quæst. 7. artic. 2. & verum est hanc pensionem nec vendi, nec redimi posse.

68 Sed pensio stipendaria dupliciter potest intelligi: primò, quando propriè imposita est super Episcopatu, v. g. vel alio beneficio in favorem Petri, ut sit Vicarius Episcopi, vel ut pro illo concionetur, quæ semper durabit vivente Petro etiam mortuo Episcopo. Potest esse etiam perpetuò imposita pro tali functione absque designatione certæ personæ, ut v. g. si super parochiali beneficio imposita esset certa pensio ad sustentationem concionatoris quadragessimæ, vel aliud simile

le munus spirituale, & tunc certum est non posse vendi, quia venderetur id, quod annexum est spirituali, & consequenter posse pro beneficio permutari autoritate superioris: nam eo casu permutatio fieret spiritualis rei pro re spirituali.

69 Secundo hæc pensio stipendaria intelligi potest, ut sit merè personalis, eō quod non est imposita Episcopatu, sed Episcopo, aut ipse Episcopus illam sibi imposuit, dum eam, suo Vicario, aut Visitatori assignavit, vel alij ministro in spiritualibus quasi pro salario, aut congrua sustentatione, & in hoc casu certum est absque simonia talem pensionem postulari, & exigi à tali ministro: nam tunc non datur ut pretium, sed ut congrua sustentatio, & consequenter licitè promittitur, argum. text. in cap. 1. ne Prælati vices suas & ideò poterit Prælati de hac pensione pacisci, & consequenter hoc genus pensionis non est permutabile cum beneficijs.

70 Pensiones autem, quæ dantur pro beneficio, etiā sunt in duplici differentia: nam aliæ dantur in titulū beneficii, aliæ verò simpliciter pro beneficio dantur, ut rectè notant Panormitanus in cap. conquerente de clericis non residentibus, & multi alij relati à Gigante de pensionibus quæst. 64. & quaestione 67. illa enim pensio, quæ ad titulum beneficii creata est, non pertinet ad præsentem disputationem, eō quod verum est beneficium, in ea namque invenitur titulus spiritualis cum perpetuitate, & Canonica institutione, at pensio, quæ pro beneficio imponitur simpliciter absque eo quod detur in titulum propriè loquendo est pensio, & non beneficium, & hæc potest imponi primò pro beneficio, cui aliquis renūtiavit, quod pacificè possidebat. Secundo quando in beneficio litigioso per transactionem, & iudicis arbitrium vni confertur beneficium, & alteri datur pensio super illo imposita. Tertiò quando parochus senex, qui iam diu Ecclesie inservierat, dimittit beneficium, & ei datur in illo pensio ad suā sustentationem.

71 Circa has ergo pensiones multi dicendū putant esse temporales, & ideò vendibiles, & redimibiles, & consequenter pro beneficijs impermutabiles: alij verò id negant quasi annexæ sint spiritualibus, de quo videndi sunt Cacialupus de pensionibus quaestione 30. Gigas quaestione 54. Soto lib. 9. de iustitia & iure, quaestione 7. articulo 2. Ego verò dicendum puto, quod secundum ius antiquum huiusmodi pensiones, sicut aliæ simplices, essent vendibiles, nisi aliud haberet stylus Curiae, hodie autem post Pij Quinti constitutionem puto omnes esse materiam simoniae, & consequenter invendibiles ex rationibus supra dictis, & ideò permutabiles pro alijs beneficijs: nā Pius Quintus has pensiones voluit esse clericales, & quæ dantur intuitu clericatus, quare hodie dubitandum non est quominus sint spiritualibus annexæ, nisi aliud constaret ex Bulla cōcessionis Pontificis.

72 Sed iam pro complemento huius disputa-

tionis duo nobis supersunt explicanda. Primum est de permutatione beneficiorum inæqualium. Secundum est, de transactione ad terminandam litem in beneficialibus. Circa primum non leve dubiū est, an talis permutatio fieri possit absque simonia facta aliqua temporali compensatione. Ad cuius rei explicationem supponendum est, quod omnia beneficia possunt inter se permutari in manibus superioris absque simonia, sive beneficium simplex, sive curatum vnum pro altero permutetur, sive aliud sit pingue, & aliud tenue; sive vnum pro vno, & sive pro multis. Hæc enim est communis Doctorū opinio, ut testatur Panormitanus, & Decius in capite cū venerabilis de exceptionibus. Zabarella in dicta Clementina unica de rerum permutatione, quaestione 2. num. 10. Rebusus in praxi titulo de permutatione num. 40. & 49. Federicus de permutatione quaestione 12. num. 2.

73 Vndè colligitur, quod beneficia, quæ permutantur, aliquando sunt inæqualia, aliquando verò æqualia. De prioribus ergo est dubitatio primò, liceat ne inæqualitatem compensare data pecunia, vel aliquo temporali æquivalente. Secundo an hæc compensatio fieri possit imponendo pensionem super altero ex beneficijs. Circa primum illud est certissimum, quod quando excessus inæqualitas est in re spirituali, non licet supplere, aut compensare excessum dando aliquid temporale, quod cum esset vendere rem spiritualem consequenter esset simoniacum. Vnde deducit Sylvester verbo *permutatio* el segundo, quaestione 6. id etiā fieri nō posse autoritate Prælati: hæc enim nihil prodest ad tollendam simoniam iure divino prohibitam.

74 Tota ergo dubitatio est, quando tota inæqualitas beneficiorum in ipsis fructibus versatur, an eō casu liceat talem inæqualitatem compensare pecunia numerata, aut alia re temporali supponimus enim, quod in eō casu nullo modo intenditur dari pretium pro spirituali titulo, sive dignior sit, nec ne: & in hoc articulo licitum esse id facere interveniente prælati autoritate probat Panormitanus in capite ad quaestiones de rerum permutatione num. 3. Angelus verbo *permutatio* num. 6. Sylvester eodem verbo el segundo, quaestione 6. & moventur ea ratione, quoniam licet ibi coniuncta sint spirituale, & temporale, intentione tamen distingui possunt, ita ut fiat permutatio spiritualis pro spirituali, & temporalis pro temporali, quamvis omne id vno actu, & vno contractu simul fieri possit, potest ergo fieri per intentionem rectam, ut pecunia solum detur pro re temporali nullo habito respectu ad spirituale, quæ sententia non leve habet fundamentum in d. cap. ad quaestiones de rerum permutatione, dum docet posse Ecclesiam pro Ecclesia permutari, & possessiones vnius Ecclesie pro possessionibus alterius addita pecunia pro supplenda inæqualitate possessionum, dummodo contractus non miscantur.

75 Contrariam autem sententiam veriorē putat Adrianus quodlibeto 9. art. final ad 5. dicens talem permutationem cum tali compensatione esse simoniacam, & ait eam sententiam falsò adscriptam esse Panormitano: imò si attente legatur in illo loco per textum illum in d. cap. ad quaestiones contrarium probare videtur, vbi simpliciter docet, quòd Ecclesia pinguis non potest permutari pro Ecclesia tenui interveniente pecunia simpliciter pro ea parte, nam videretur data pro redditibus spiritualibus, vel pro re spirituali obtinenda: quibus verbis distinguit Panormitanus redditus spirituales, & res spirituales, nec potuit redditus spirituales vocare, nisi redditus beneficiales, dicuntur enim spirituales, quia titulo spirituali acquiruntur, & ipsi ab ipso titulo distinguuntur, tanquam à re spirituali: & de utroque negat Panormitanus posse pecunia redimi, vel compensari. Et hoc modo declaravit text in d. cap. ad quaestiones vnde docet servandam esse cautelam eiusdem text. ut pecunia suppleatur, non propter redditus spirituales, id est beneficiales, sed propter alios redditus temporales alterius Ecclesiae, id est propter redditus aliarum possessionum Ecclesiae, quae dicuntur patrimoniales, quarum redditus spirituali officio, aut titulo non sunt annexi, sed sunt temporalia bona Ecclesiae, quarum rerum venditio non est iure prohibita, nisi facta sine solemnitate.

76 Atque ita, si hoc modo intelligamus textum in d. cap. ad quaestiones, proculdubio hanc ultimam sententiam probare videtur, & verius est Panormitanum pro ea allegari debere, qui id expressius declaravit ibidem num. 3 & in capite cum venerabilis de exceptionibus, notabili 4. num. 4. vbi eodem modo exposuit illius text. verba ibi: *Theodosius Episcopus, cum suorum Sacerdotum assensu praedictam Ecclesiam Sancti Viti pro quibusdam Ecclesijs, & rebus alijs in cambium vestro duxit Monasterio concedendam: vbi Panormitanus declarans ea verba ait: quòd si res illae, quae datae sunt, fuerunt temporales, intelligendum est datas fuisse non pro bonis alterius Ecclesiae quae habebantur in titulum, sed pro illis quae habebantur in proprietatem. Sequuntur Nabarro cap. 23. num. 100. Gregorius in leg. 2. titulo 6. parte 5. Cobarruvias lib. 1. variar. cap. 5. num. 8. & 9. qui falsò pro contraria sententia Panormitanum allegavit. Idem Soto lib. 9. de iustitia, & iure quaest. 5. articulo 2. & quaestione 7. art. 2.*

77 Et probatur hanc sententiam primò eo argumento, quia impossibile est talem compensationem per pecuniam fieri, nisi vedatur id, quòd in beneficio spirituale est, & consequenter erit simonia contra ius divinum: nam ille contractus partim permutationis est, partim emptionis, ut omnia Doctorum disputatione in dicto capite ad quaestiones, rectè explicat Franciscus Suarez lib. 4. de simonia cap. 34. num. 7. Nam quatenus spirituale pro spirituali, & fructus integri beneficii tenuis cum parte aequali fructuum alterius benefi-

cij dantur, sit permutatio, quatenus verò datur pecunia, vel alia res temporalis habens rationem pretij pro excessu fructuum ad compensationem erit quasi emptio. Ex illa ergo parte necesse est emittitulum spirituale, nam illa pars fructuum non emittitur, nisi ut annexa spirituali titulo, & acquirenda per spiritualia munera, haec enim annexio à permutationibus separari non potest iuxta textum in cap. si quis obiecerit 2. quaest. 3.

78 Quare hanc ultimam sententiam, & veriorē, & tutiorē esse existimo: prior verò poterit habere locum in aliquo casu extraordinario, ut statim dicemus. Ad cuius rei declarationem sit prima conclusio. Permutare pingue beneficium pro tenui cum pecunia quocumque modo & intentione fiat sine superioris auctoritate est simonia contra ius positivum, & divinum. Hanc conclusionem superioribus rationibus aperte probatur.

79 Secunda conclusio est. Permutatio beneficiorum in fructibus inaequalium facta temporalis compensatione, etiam si fiat in manibus cuiuslibet Praelati inferioris Pontifice, simoniacam est, & contra legem Ecclesiasticam, & divinam. Hanc conclusionem probat expressè Glossa communiter recepta in cap. cum pridem de pactis, & superiori argumento evidenter probatur, & facit text. in cap. fin. de rerum permutatione, vbi pactio facta interveniente iudicum arbitratorum auctoritate iudicatur illicita, propter interventum pecuniae. Facit secundò text. in dicto capite cum pridem. Facit tertio text. in capite nemini 19. quaestione 7. Facit quartò quoniam nullibi in toto iure invenitur concessa facultas Episcopis, vel alijs Praelatis admittendi permutationes contra Apostolicam prohibitionem, nec poterunt Praelati dispensare argumento text. in capite cum inferior de maiestate, & obedientia. Imò ex ratione, & argumento supra adducto num. 77. constat, tales permutationes esse contra ius divinum. argumento text. in dicto capite si quis obiecerit 1. quaest. 2. vbi enim est talis connexio, qui vnum vendit nihil inventum reliquit.

80 Tertia tandem conclusio esse potest: Probabile est talem permutationem fieri posse absque simonia Pontificis auctoritate, & hoc non per modum propriæ permutationis, nec per dispensationem, quoniam in ius divinum nulla potest cadere dispensatio, sed facta mutatione, ex parte materiae, & quasi instituendo novum ius ex parte ipsarum rerum. Hanc doctrinam probat expressè Glossa in dicto capite cum pridem de pactis, & alij multi ex Doctoribus, qui putant venditionem beneficiorum esse solum simoniam contra ius positivum. Sed quòd demus eam venditionem esse simoniam contra ius divinum, nec posse Pontificem in ea dispensare, quòd verius est, poterit tamen per Pontificem fieri, ut pecunia intercedat sine emptione: non enim dicimus spirituale pro temporali permutari posse, sed posse Pontificem mutare materiam illam separando à pinguiori beneficio partem fructuum, & applica-

do illos in sustentationem alterius, qui recipit beneficium tenue, ita ut fructus sic separati pecunia compensentur, quo iure per Pontificem constituto, si sit pura intentio paciscentium, nulla est simonia, quia omninò cessat venditio. Cum verò hoc sit valde periculosum, & malam secum videatur habere suspicionem, non consueverunt Pontifices hoc permittere.

81 Vnde ratio prioris sententiae supra adducta num. 74. non poterit habere locum, nisi facta hac mutatione, seu concessione per Pontificem, nam ea de faciente dicendum est, solum intentionem paciscentium non sufficere ad purgandam simoniam, quia tunc intentio non potuit dissolvere annexionem fructuum ad spirituale titulum, neque quidquam probat pro ea sententia text. in dicto capite ad quaestiones in cuius specie non agitur de permutationibus beneficiorum, sed Ecclesiarum, quae alias unitae erant doctis monasterijs, à quibus possidebantur non in titulum beneficij, sed in proprietatem ad sustentationem monasteriorum: hic enim communis est Doctorum sententia, quòd beneficia monasterijs unita iam non reputantur ut beneficia, sed ut bona propria monasteriorum, ut resoluit Gomezus in regula de infirmis quaestione 15. Mandosius quaestione 16. & Doctores communiter in Clementina unica de rescriptis, & in Clementina unica de sequestratione possessionis, & fructuum. Cum ergo bona Ecclesiarum etiam, quae unita sunt monasterijs sint in duplici differentia, quaedam quae pertinent ad ius decimandi, quòd semper est spirituale, & ad Ecclesiam pertinet, ut talis est: quaedam verò pertinentia ad possessiones, quae simpliciter loquendo sunt bona temporalia immobilia, & quae per se nullam habent annexionem ad titulum spirituale, sed solum dicuntur Ecclesiastica, quia sunt sub dominio temporali Ecclesiae, & ideo dixit Pontifex Ecclesiam pro Ecclesia simpliciter esse commutandam: nam si in tali permutatione interveniret pretium, esset simonia: inter possessiones verò, si permutentur, docet posse fieri compensationem in pecunia, eò quòd merè temporales sint. Imò addit, eas permutationes esse faciendas, ut contractus non misceantur. Ex qua doctrina potius nostra confirmatur sententia, quam impugnatur.

82 Ex quibus primò inferitur: permutatio beneficiorum factam imponendo pensionem alteri eorum, si fiat impositio pensionis propria auctoritate, esse simoniacam, etiam dato quòd in permutatione interveniret auctoritas praelati, si aliàs ipse de pensione nihil cognoverit: eo namque casu intervenit pactio iure prohibita. Imò quamvis aliqui dixerint esse simoniam tantum contra ius positivum, verius existimo esse contra ius divinum, quoniam evidenter datur spirituale pro temporali, nam illa pensio propria auctoritate imposita est merè temporalis, & pretio æstimabilis, ut supra explicuimus.

83 Secundò inferitur idem esse dicendum,

quando huiusmodi permutatio pensione imposita sit interveniente auctoritate cuiuslibet praelati inferioris Pontifice, is namque permutationem non potest facere, nisi pure & liberè, & simpliciter, ut rectè advertit Mandosius de signatura gratiae in tractatu de permutatione ad finem, copiosè Azorius tomo 2. Moralium lib. 8. cap. 6. quaestione 1. Soto lib. 9. de iustitia & iure, quaestione 5. articulo 2. & quaest. 7. art. 2. & probat text. vbi omnes in capite unico de rerum permutatione lib. 6. ibi: *libere ac sine fraude*. Nam Episcopus non potest in beneficio divisionem facere, ut in cap. unico, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur text. est etià in capite nisi essent de praebendis ibi: *ne forte circa proventus aliqua videatur facta sectio prioratus*. Vnde oritur evidens argumentum nam vel pensio imponitur beneficio, & hoc iure ordinario non cadit sub Episcopi potestate, ut ex dictis iuribus tenet communis Doctorum sententia, & ita observat praxis, & stylus Curiae: aut imponitur personae beneficiati, & sic est onus merè temporale, quòd imponi non potest in permutatione beneficiorum, ut iam dictum est.

84 Tertio inferitur, permutationem beneficiorum inaequalium in fructibus temporalibus factam imposita pensione in pinguiori beneficio auctoritate Pontificis nullam continere simoniam. Haec est communis sententia, & ordinaria praxis: & ratio est evidens, nam si attendamus ad prohibitionem Iuris Canonici, non pertinet ad Pontificem, vel quia ipse potest dispensare in illo, vel quia (quòd verum est) hac prohibitionem non comprehenditur, siquidem latae Iuris Canonici prohibitiones in hac parte solum diriguntur ad praelatos inferiores, ut in capite prohibemus de censibus. Si verò attendamus ad ius divinum, quòd difficilius est, in hac specie nulla prohibitio iuris divini intervenit respectu Pontificis. Primò quia pensio permutationis causa ab ipsa imposita censenda est spiritualis, eò quòd data sit cum onere spirituali, & ratione illius, & hoc modo semper est verum dicere commutationem factam faulere rei spiritualis pro re spirituali, vbi nulla potest esse simonia. Tam secundò nam etsi demus illam imponere simpliciter tanquam quid temporale rectè potest Pontifex ut supra num. 80. ostendimus illam separare à beneficio pinguiori, & conferre in vitae subsidium non tanquam pretium renuntiationis, quoniam non confertur ex commutatione permutantium, sed ex providentia superioris, hoc namque ab alio, quam à Pontifice fieri non potest, nullus enim alius habet potestatem dispensandi Ecclesiasticos redditus ad suum arbitrium, nisi servatis terminis concessionum canonicarum, eos autem transgredi solum potest à Pontifice fieri: Pontifex enim sua absoluta potestate utendo, quamvis non possit tollere, aut dispensare in iure divino, potest tamen materiam simoniae tollere, ut dictum est d. num. 80.

85 Sed inde dubium est, quando inaequalitas beneficiorum, quae permutantur, non consistit

si sit in fructibus temporalibus, sed in dignitate alterius beneficii, eò quòd in spiritualibus vnum est dignius altero. Dubium ergo est, an eo casu possit Pontifex acceptare permutationem imponendo pensionem in compensationem maioris dignitatis, & ego puto hoc fieri non posse: nam is, qui alteri prabet beneficium dignius, pensionem exigit in compensationem sui beneficii: cù ergo ille excessus dignioris beneficii sit omninò spiritualis, commutatio fietet spiritualis pro temporalis, quòd repugnat iuri divino, adeò vt per Pontificem non possit fieri honestum, neque in tali specie potest habere locum mutatio materiae.

86 Ex dictis ergo in hac tota nostra disputatione facile erit intelligere, quæ sint conditiones necessariae, vt permutationes beneficiorum tuta conscientia fieri possint, quas omnes & doctrinæ, & memoriæ gratia possumus ad quatuor reducere. Prima erit, vt ea, quæ permutantur, sua natura sint permutabilia, veluti vt vtraque sit spiritualis, & in alium transferibilis. Secunda est, vt permutatio fiat autoritate superioris prælati ad hoc habens de iure potestatem. Tertia est, vt nullum onus imponatur, neque fiat aliqua ex actio sine Pontificis autoritate. Quarta est, vt inter partes nulla fiat conventio privata, nisi in ordine ad consensum illius prælati, qui possit talem autoritatem præstare: ad quod pertinet, ne fiant pacta, quòd alter solvat expensas, vel quod suis sumptibus expediat bullas ad vtrumque pertinentes, nisi facta de his Pontifici mentione. De quo videndus est Nabarro consilio 50. & 51. lib. 5. sub titulo de simonia.

87 Sed tandem ille casus non leviter præxi apud omnes còtroversus est, an si alter ex permutantibus beneficia sit in permutatione enormiter læsus, possit vt adversus alium compermutantem remedio legis secundæ, C. de rescindenda vèdicatione, vt verbi gratia, si valde sint fructus vtriusque beneficii inæquales. In qua quæstione còmuniò Doctorum opinio probat, hoc remedium non habere locum in permutationibus beneficiorum. Sic probant communem dicentes Cagnolus in dict. leg. 2. num. 57. C. de rescindenda. Probus ad monachum in capit. fin. de renuntiatione, lib. 6. Rebusus tomo secundo ad leges Gallicas, titulo de rescissione contractus, glossa 15. num. 10. Gregor. in leg. 56. titulo quinto, parte quinta, & relati à Cobarruvias lib. 1. variarum, cap. 5.

88 Contrariam tamen sententiam in specie probat Calderinus consilio 4. de rerum permutatione, Burgensis in cap. cum causa num. 59. de emptione, & venditione. Panormitanus in dicto cap. ad quæstiones notabili 3. & in eam inclinat Pinelus in leg. secunda, prima parte, cap. 3. num. 16. C. de rescindenda, eo argumento, quòd et si bene sit non sit a stimabile pretio, secus dicendum est de fructibus beneficiorum. Sed ego puto hanc sententiam eo modo, quo eam tradit Pinelus, & alij esse omninò improbabilem ex ra-

tionibus supra à num. 79. adductis, quibus ipsi nõ respondent.

89 Quare ad huius rei declarationem dicendum puto. Primò, quòd si alter ex compermutantibus enormiter inveniatur læsus, non poterit vt remedio dictæ legis secundæ, vt supplicatur excessus in pecunia numerata, vel alia pecunia æstimabili. Hoc enim ex dictis supra dict. num. 79. constat esse simoniacum: poterit tamen vt remedio dictæ legis secundæ ad eum effectum, vt prædicta permutatio resolvatur, quòd existimo fieri posse autoritate Episcopali ratione fraudis, & læsionis. Neq; obstat dicere, quòd facta semel permutatione permutantes nõ habeant titulum à se ipsis, sed à prælato, cap. ex frequentibus de institutionibus: nam respondet rectè Pinelus. eam prælati autoritatem non tollere remedium dictæ legis secundæ, propter enormem læsionem. Imò ego addo hanc permutationis resolutionem fieri debere etiam interveniente autoritate prælati. Exemplum est, si Petrus, & Antonius inter se sua beneficia permutarunt prælati autoritate, certum est, quòd perfecta permutatione, & possessione tradita nullus eorum habeat titulum à se ipsis, & nihilominus, si vnum ex beneficijs, vel fuerit incertum, vel ab alio fuerit evictum, resolvitur permutatio, cap. si beneficiũ de præbendis, lib. 6. Rota in novissimis decisione prima, & tertia, sub titulo de rerum permutatione, Molina de primogenijs, libro quarto, capit. 4. num. 47.

90 Secundò dicendum est, quòd in prædicta specie, et si enormiter læsus non possit ex remedio dictæ legis secundæ agere ad supplementum, vt emendetur inæqualitas fructuum interventione pecuniæ, vel alia temporali compensatione, vt dictum est, poterit verò agere ad supplementum per impositionem pensionis, quòd à prælato fieri posse pro bono pacis tradit Abbas in cap. conquerente num. 5. de clericis, non residentibus, Felinus in cap. ad audientiam el segundo, num. 2. de rescriptis, Decius consilio 142. num. 3. Cacialupus de pensionibus, quæst. 4. num. 4. Nabarro consilio 15. num. 3. sub titulo de rebus Ecclesiæ, & consilio 4. num. 2. sub titulo de simonia, Gigas de pensionibus, quæst. 6. num. 2. & tenuit sæpè Rota teste Redoano in tractatu de simonia, secunda parte, cap. 14. num. 26. & cap. 31. num. 17. Rebusus de pacificis possessoribus num. 103. Gomezio in regula de annali, quæst. 2. pest. num. 5. Mandosio regula 33. quæst. 14. num. 11. & hoc tutius erit ex iam dictis, si impositio huius pensionis fiat autoritate Papæ. Imò Ancharranus consilio 279. per totum probat prælatum solum ratione inæqualitatis posse compellere alterum ex permutantibus imponere pensionem quando nullum præcessit pactum. Sequitur Navarro consilio 43. num. 4. sub titulo de simonia, Gonzalez ad regulam 8. cancellariæ, glossa 5. §. 5. num. 27.

91 Tandem pro complemento huius quæ-

stionis, alterum illud explicandum est, quòd supra num. 72. proposuimus de transactione ad terminandam litem in beneficialibus, & alijs rebus spiritualibus, an fieri possit absque simonia. Hæc quæstionem disputant communiter Doctores in cap. constitutus, cap. de cetero, cap. ex literis, cap. super eo, cap. præterea el primero, y el segundo, de transactionibus, cap. fin. de rerum permutatione, cap. nisi de præbendis.

92 Pro huius autem rei explicatione primò supponendum est, aliud esse compositionem, aliud transactionem: nam compositio habet rationem generis, transactionemque speciem compositionis est, non enim omnis compositio transactio est, sed è converso: compositio enim locum habet in remissione gratuita, & quando ius certum est, quòd remittitur. Transactio verò conventio est non gratuita in re dubia, & sub incerta lite, vt in leg. prima, & secunda, ff. de transactionibus, leg. cum mota, C. eodem semper: namq; debet fieri transactio aliquo dato, vel retento, leg. transactio 38. C. de transactio, leg. suus hæres, C. de repudianda hereditate. Et ita dixit Bartolus in leg. prima, ff. de transactio. ad finem, nullam in vim pacti esse hoc deficientem transactionem, & in leg. si quis maior, num. 9. C. de transactio. optimus, text. in leg. eleganter 23. ff. de conditione indebiti, in principio, & notat Cobarruvias in capite Raynaldus, 3. num. 10. de testamentis. Tria ergo desiderantur ad transactionem: primum est, vt ius, aut res, super qua fit transactio, dubia sit, aut incerta, saltem probabili estimatione vtriusque partis, aliàs vna pars faceret manifestam iniuriam, & ita compositio ab alia facta non esset transactio, sed redemptio vexationis. Secundum est, vt conventio fiat cum aliquo onere vtriusque partis, aliàs non esset propria transactio, sed donatio. Tertium est, vt fiat in ordine ad litem componendam, vel dirimendam, siue lis sit cepta, siue timeatur, argumento text. in dict. leg. eleganter, §. si quis possit, ff. de conditione indebiti, leg. 2. C. de transactio.

93 Ex horum ergo verborum declaratione facile potest intelligi punctum huius dubitationis, nam cum certum sit posse esse inter homines controversiam, & litem circa materias spirituales, sic etiam constat posse similem còtroversiam finiri per voluntariam partium compositionem. Cum autem hoc possit difficultatem habere propter simoniæ periculum; id solum est, quòd nunc inquirimus, quis possit esse modus, vt fiant tales compositiones absque vlla simoniæ labe.

94 Hæc ergo compositio tripliciter fieri potest. Primò ita vt alter litigantium liberè, & gratis in gratiam alterius cedat iuri suo absque aliqua rei, vel iuris, super quo est controversia, divisione, & absque aliqua compensatione ex parte alterius, & de hoc modo nulla est dubitatio, quia cum ibi non sit aliqua pactio onerosa, nulla poterit esse simonia. Vnde hic compositio nis modus tutissimus est, neque est transactio;

sed solet vocari amicabile compositio, de qua specialiter loquitur text. in dict. cap. super eo, de transactionibus, in hoc enim casu necessaria non est prælati autoritas ex vi compositionis, desideratur tamen ratio institutionis novæ, aut renuntiationis, vt advertit Panormitanus in dicto cap. super eo.

95 Secundus ergo compositionis modus est, vt verbi gratia, quando res, de qua tractatur, dividibilis est, vt per illius divisionem. Tertius est, quando totius rei sit alteri applicatio facta recompenatione, & de his duobus modis tota procedit disputatio, nam in vtroque vera attenditur transactionis ratio, cum interveniat pactio non gratuita, sed onerosa, & de re spirituali dubia, & incerta lite. Dubium ergo est an hæc transactio in rebus spiritualibus sit semper simoniaca.

96 Dubitationem movet: nam omnis pactio in spiritualibus onerosa simoniaca est, ex dicto cap. fin. de pactis, dict. cap. quam pio, cù multis alijs. quæst. 2. ergo nihil refert, quòd pactio onerosa fiat ad concordiam, hoc namque non tollit intrinsecam malitiam pactiois simoniacæ, & ideò hac ratione hoc videtur expressè constitutum, in dict. cap. super eo, dict. cap. præterea el primero, y el segundo, cap. fin. de rerum permutatione. Quòd tandem difficilius redditur, nam ex adverso huiusmodi transactiones Ecclesiæ receptæ inveniuntur intercedente saltem prælati autoritate, cap. primo, cap. secundo, cap. veniens, de transactionibus: quòd fieri non posset, si continerent in se simoniæ labem, imò etiam valent sine prælati autoritate, quoad personas transigentium, secus verò quoad successores, vt in dict. cap. veniens.

97 Quare pro huius quæstionis explicatione supponendum est, quòd materia transactionis, de qua loquimur debet esse aliquo modo spiritualis, aliàs nihil poterit ad simoniam pertinere. quo supposito sit prima conclusio: Transactio, in qua ius spirituale pro aliquo temporali remittitur, aut retinetur, est simoniaca. Hæc conclusio communis est omnium Doctorum sententia cum glossa in cap. primo, & secundo, & in cap. super eo, de transactionibus, cap. præterea el primero, y el segundo, eodem titulo, cap. cum pridem, de pactis, cap. fin. de rerum permutatione. Ratio est: nam in transactione revera quædam fit permutatio, quæ continetur sub venditione pretio interveniente: et ergo in re spirituali manifesta simonia, & ideò si super spirituali iurisdictione lis orta fuerit non licebit transigere interventione pecuniæ, erit namque simoniacum, vt in dict. cap. præterea el segundo. Sic etiam si litigiosum sit beneficium, nõ licebit litem componere dando aliquid actori, vt aliter desistat, aut ab illo recipiendo, vt in cap. constitutus, de transactionibus. Sic etiam si orta fuerit quæstio super iure patronatus, illicita est hæc transactio, vt in dict. cap. præterea el 1. de transa. & idem cum proportione dicendum esset de omnibus alijs rebus spiritualibus.

98 Secunda conclusio est: Transactio in materia spirituali non beneficii facta cum aliqua compensatione, verbi gratia, processionem alterius rei spiritualis proportionata, non est simonia, sed fieri potest de consensu partium absque autoritate praelati quantum est ex vi transactionis. Hanc conclusionem firmare videtur Panormitanus in cap. secundo, & cap. super eo, de transactionibus. Et probatur ea ratione: nam haec transactio non est simonia contra ius divinum, neque etiam est prohibita iure positivo: ergo erit omnino licita, quod patet: nam datio, & acceptio spiritualis pro spirituali nullam continet speciem venditionis, ut supra à num. 3. diximus, neque etiam talis permutatio invenitur prohibita, si fiat propria autoritate iure positivo.

99 Et potest haec conclusio verificari in omnibus exemplis supra adductis, ut verbi gratia, si controversia sit super iurisdictione spirituali, possit fieri transactio, ut visitent alternativè, aut eligant, aut praesentent. Sic etiam si contendat Episcopi de iure alicuius Ecclesiae, poterunt convenire, ut unus habeat iurisdictionem, alius verò provisionem beneficiorum: quae omnia, & similia sunt intelligenda data proportione, ut diximus in conclusione. Sic etiam habet locum haec transactio in rebus spirituali annexis, ut in decimis, in his enim, & similibus non invenitur commutatio rei spiritualis pro temporali, sed pro alia spirituali, seu annexi pro annexo cum debita proportione, quae iure non prohibetur, argumento text. in dict. cap. ad quaestiones de rerum permutatione, cap. cum venerabilis, de censibus, capite constitutus, de religiosis domibus, cap. ex multiplici, de decimis.

100 Sed huic doctrinae obijci solet text. in cap. secundo, de transactionibus, ubi transactio super decimis non valet, nisi interveniente autoritate Episcopi. Sed respondetur, quod ideo in conclusione addidimus illa verba: *quantum est ex vi transactionis*, ad denotandum transactionem illam, quantum est ex sua natura ad hoc, ut careat vitio simoniae, non esse necessarium fieri praelati autoritate, posse tamen aliunde illa indigere, ut valeat. Ut primò, verbi gratia, si res illa spiritualis, quae datur in compensationem, sit extra omnem litem, & ad eius collationem necessaria sit praelati autoritas, ut talis transactio possit esse perpetua, nam ut valeat respectu transigentium, non est necessaria iuxta textum in dict. capite de cætero, de transactionibus. Tum secundo, haec transactio continet quandam alienationem bonorum Ecclesiasticorum, atque ideo, ut valida sit, necessaria est autoritas praelati, & aliae etiam conditiones sunt necessariae, de quibus in cap. nulli, & per totum de rebus Ecclesiae, quando verò super decimis cum laicis fit transactio speciali iuris dispositione necessaria est confirmatio Pontificis, cap. veniens, de transactio. cap. venerabilis, de confirmatione utili, vel inutili, cap. decimas quas 16. quaest. 7.

101 Tertia conclusio est: Transactio in materia beneficii non est licita, etiam facta rei spiritualis pro re spirituali, nisi fiat praelati autoritate. Haec est omnis Doctorum traditio in capite constitutus, & in cap. super eo, de transactionibus, ubi Panormitanus, & cæteri Doctores communiter sic intelligunt ea iura, quatenus simpliciter damnant omnem transactionem in spiritualibus, loquuntur enim potissimum in beneficiis. Sequitur glossa in cap. si quando, de officio delegati, glossa in cap. ea quae 1. quaest. 3. Decius consilio 436. num. 18. Lambertinus de iure patronatus, lib. 3. quaest. 9. art. 6.

102 Huius conclusionis fundamentum desumendum est non ex iure divino, quo attenditur sicut permutatio rei spiritualis pro spirituali non est simoniaca, similiter nec transactio, sed ex iure positivo, quo talis transactio prohibita est, si fiat sine praelati autoritate, & sic est intelligendus, text. in dict. cap. constitutus, de transactionibus, ubi cum loqueretur text. de transactione in beneficio, docuit speciem simoniae continere, & cum loquatur Pontifex generaliter, non debemus distinguere, ut solum intelligatur text. de ea transactione, in qua temporale datur pro beneficio, sed intelligenda est simpliciter de quocumque pacto oneroso, id enim declarat text. in dict. cap. super eo in illis verbis: *alias si gratis, & amabiliter inter se litigantes componant, &c.* Haec enim verba exceptionem indicant, quae firmat regulam in contrarium, nam inde sequitur regulam esse, omnem compositionem onerosam in materia beneficii esse prohibitam, & solum permitti, quae gratuita est.

103 Et comprobatur haec doctrina ex decisione text. in cap. secundo, de transactio. in illis verbis: *de assensu Episcopi, vel Archiepiscopi sui*, ubi ponitur tanquam conditio necessaria transactionis, & quasi ad formam pertinens assensus, & autoritas praelati: ergo ea conditio deficiente erit nulla transactio, & in specie illius text. erat sermo de transactione super decimis, ergo multo magis habebit locum dispositio illius text. in transactionibus super beneficiis.

104 Ut ergo haec doctrina melius intelligatur, sciendum est transactionem super beneficiis posse fieri tripliciter. Primò quando contentio super vno tantum beneficio est, & eo casu non potest dari spirituale pro transigendo ex re ipsa super qua litigatur, nam beneficium indivisibile est ut iam diximus. Si verò imponeretur pensio ex conventionem partium pro concordia tanquam merè temporale, & illicita erit transactio, cum sit rei spiritualis pro temporali, possit eo casu dari aliquid spirituale, quod sit extra materiam litis ut si litigans daret pro beneficio pingui aliud beneficium suo colliganti, quod aliàs ille pacificè possidebat, ut sibi relinquat pacificè pingue beneficium, super quo erat contentio, & haec transactio perinde est, ac si facta fuisset permutatio unius beneficii pro alio, & consequenter prohibita

hibita sine praelati autoritate.

105 Secundo fieri potest transactio, quando possidens beneficium, super quo erat controversia, promittit colliganti pro dimissione litis, accipere illum in vicarium, si beneficium sit curatum, vel in coadiutorem praebendae, vel si illi promittit providere illum de aliquo alio beneficio, aut vicaria, eò quod haberet dignitate tales provisiones annexas habentem, aut illum praesentare in alio beneficio. In quibus omnibus interveniunt, regulariter loquendo, pacta prohibita: & cum in his, & similibus non sint conventiones merè gratuita, sed onerosae, non poterunt propria autoritate fieri.

106 Tertio: eo modo poterit fieri transactio, ut verbi gratia, si litigantes invicem inter se sint actores, & rei, ut si uterque proprium habeat beneficium, & invicem sibi litem moveant super illo, tunc poterunt transigere de permutandis inter se beneficiis simpliciter, ut cessent lites, vel ut unusquisque suo contentus beneficio cedat liti. In priori modo procul dubio est necessaria praelati autoritas, hoc enim postulat ipsa permutatio posterior modus omnino videtur licitus, & absque vlla specie simoniae, nam in tali casu non tam videtur facta transactio super beneficio, quam super lite, & quamvis non sit omnino gratuita, non tamen fit dato aliquo temporali, sed spirituale pro spirituali proportionato datur, quo casu nullam prohibitionem iuris habet, cum nulla sit beneficiorum permutatio, nec renuntiatio, constat ergo hanc transactionem fieri posse autoritate Episcopi, ut omnes notant in dicto cap. secundo, de transactio.

107 Sed in hoc articulo dubitari potest, an possit Episcopus in praedicta specie facere, ut unus retineat beneficium litigiosum imponendo pensionem alteri parti super illo. Dubitationem movet: nam cum haec sit compensatio iuris spiritualis pro re temporali, videlicet pro pensione, videtur esse simonia, ut in capite secundo, de arbitris, capite finali de rerum permutatione, est namque pensio, ut iam dictum est supra à num. 53. cum sequentibus.

108 Sed responderi potest, pensionem hanc imponi posse duobus modis. Primò si fiat ex mero arbitrio, & providentia praelati, eò quod arbiter constitutus sit inter partes ad componendam transactionem: quo casu supponimus litigantes nihil inter se de pensione tractasse, sed totum in arbitrio praelati posuisse, qui suo arbitrio modum illum constituit compositionis, de quo nulla potest esse controversia, quin licitus sit, ut expressè probat text. in capite nisi, de praebendis, ibi: *Quod autem ordinatum est circa reliquum, ut ipse viginti libras de redditibus capituli, & quadraginta de proventibus prioratus percipiat annuatim, hoc secundum providentiam intelligitur esse praecipuum ex arbitraria potestate.* Quae verba expressè probant superiorem doctrinam, ut ibidem ad-

vertunt Innocentius, & Abbas, & relati à Gigante de pensionibus, quaestione sexta, numero tertio, & quarto.

109 Respondent ergo retenta hac doctrina ad argumentum desumptum ex dicto capite secundo, de arbitris, negando pensionem esse aliquid temporale, sed omnino spirituale: quod etiam verum esse possit post Pium Quintum, ut iam supra à num. 53. copiose ostendimus, iure autem communi & ante illum non ita erat, sed plerumque pensio quid temporale reputabatur. Quare dicerè illam transactionem verè non fieri à partibus, sed ab ipso Episcopo, neque ad componendam spirituale pro temporali, sed dici potest quasi merè gratuita ex solo imperio, & voluntate Episcopi dependens, qui sua autoritate separavit pensionem illam à fructibus beneficii, & quia ita voluit, alteri applicavit.

110 Sed dubium est, an in hoc casu haec pensio possit imponi ad vitam illius, cui assignatur, vel ad vitam personae debitoris illius, vel ut onus beneficii, hoc enim controversum est: nam in dicto capite nisi, de praebendis, significatur imponi posse solum, ut onus personae, cum hac enim limitatione approbatur in illo text. ubi: *Ne forte circa proventus aliqua videatur facta sectio prioratus.* Quae ratio diminutionis, & sectionis proventuum in omnibus beneficiis aequè militat, & ita hanc sententiam probant ibidem nonnulli ex nostris, & confirmari potest ex text. in capite veniens, de transactionibus, ibi: *Nisi praefati monachi transactionem praescriptam autoritate Apostolica confirmatam esse docuerint.* Vbi in simili transactione videtur necessaria autoritas Pontificis. Sic videntur sentire Ancharanus, Cardinalis, & Inolant dicto capite nisi, Glossa in capite audivimus, de collusionione detegenda, & nervosè defendit Azorius tomo secundo moralium, libro octavo, cap. 6. quaest. 1. quae sententia valde probabilis est.

111 Contrariata tamen sententia verior videtur in puncto iuris, autoritate scilicet Episcopi in tali casu posse imponi pensionem, non solum ad vitam debitoris, sed etiam ut obliget successorem ad illius solutionem. Et probari videtur in specie textus in capite de cætero, de transactionibus, dum docet pensionem impositam per iuridicam transactionem sine Episcopi autoritate non excedere vitam eius, qui solvit pensionem: ergo ea autoritate interveniente poterit excedere vitam pensionarij, & consequenter super ipso beneficio imponi, ut in terminis per illud textum ibi notant Panormitanus, Cardinalis, & alij relati à Gigante de pensionibus, dict. quaest. 6. Catalupus eodem tractatu quaestione 5. Gambarà de officio legati à num. 77. idem etiam probat text. in cap. 3. de collusionione detegenda, ubi supponitur per viam transactionis, quando haec fit Episcopi arbitrio, posse pensionem super beneficio imponi, ut etiam mortuo beneficiario sit pensionario sol. & ita praxis observat.



A D TITVLVM CELE-

BREM IN CAP. OMNIS VTRIVS-
que sexus, de Pœnitentijs, & re-
missionibus.

S V M M A R I A.

- | | |
|---|---|
| <p>1 EX T. proponit necessitatē sacramenti Pœnitentiæ.</p> <p>2 Vary hereticorum errores contra hanc veritatem.</p> <p>3 Quid sit pœnitentiæ, & pœnitere in proposito nostro.</p> <p>4 Quotuplex sit pœnitentiæ: & quomodo quatenus virtus est distinguatur à iustitia vindicativa.</p> <p>5 Quid sit pœnitentiæ sumpta pro sacramento à Christo Domino instituta.</p> <p>6 Pœnitentiæ, ut virtus, & ut sacramentum in multis differunt.</p> <p>7 Pœnitentiæ est præceptum Christi positivum impostum illis, qui post baptismum mortaliter peccaverint.</p> <p>8 An sacramentum pœnitentiæ sit medium necessarium ad salutem.</p> <p>9 Necessarium duplex est secundum Vazquez 3. parte quest. 85. art. 5.</p> <p>10 Sacramentum pœnitentiæ ex institutione Christi est medium necessarium ad remissionem peccatorum, quæ post baptismum commissa sunt.</p> <p>11 Et etiam medium ad salutem necessarium in re, vel in voto susceptum. num. 12.</p> <p>13 In quo conveniat pœnitentiæ cum baptismo.</p> <p>14 Impium aliquando iustificari post baptismum absque absolute, aut legitima contritione formali propter Deum summe dilectum.</p> <p>15 Martyrium pro Christo passum ex Christi privilegio etiam iustificat.</p> <p>16 Dubium: quæ ratione sacramentum pœnitentiæ dicatur in voto iustificare.</p> <p>17 Resolutio ad questionem, an pœnitentiæ obliget statim post peccatum commissum.</p> | <p>18 Sententiæ Divi Thomæ in 4. distinctione 17. quest. 3. art. 1. & aliorum.</p> <p>19 Quid de tempore determinato pœnitentiæ dicendum.</p> <p>20 Non liquet tempora in quibus ius divinum seclusa Ecclesiæ determinatione ad pœnitentiæ obliget.</p> <p>21 Qui non confessus est hoc anno, tenetur id facere sequenti.</p> <p>22 Discrimen inter præceptum pœnitentiæ, & restitutionis, aut satisfactionis.</p> <p>23 Quo tempore obliget præceptum confessionis.</p> <p>24 Obligat præceptum confessionis ante perceptionem alterius sacramenti.</p> <p>25 An ut teneor proximum à statu peccati eripere, sic tenebor mihi met ipsi mederi.</p> <p>26 An ut teneor proximo restituere rem ablatam, sic tenebor Deo satisfacere offensam factam.</p> <p>27 Quo tempore obliget sacramentum pœnitentiæ.</p> <p>28 Lex positiva non potest imponere poenam pro peccatis merè interioribus.</p> <p>29 Sententiæ Soti in 4. dist. 18. quest. 1. art. 1. conclusio 4. Ecclesiam non debet præcipere annum confessionem pura lege Ecclesiastica.</p> <p>30 Non probatur sententiæ Soti art. 4. conclusio 7. docentis tunc obligare præceptum divinum, quando esset periculum oblivionis peccatorum.</p> <p>31 Præceptum Ecclesiæ obliget semel in anno.</p> <p>32 Hæc obligatio intelligitur si sit conscientia peccati mortalis.</p> <p>33 Terminus anni Ecclesiastici videtur esse Pascha Resurrectionis.</p> <p>34 Qui in principio anni Ecclesiastici, aut alia eius parte confessus fuerit omnia peccata mortalia, satis implet præceptum.</p> <p>35 Doctorum sententiæ, an per confessionem informem satisfiat præcepto.</p> |
|---|---|

36. *Quam persona obligentur hoc precepto confessionis.*
 37. *Ad communionem maior requiritur discretio.*
 38. *An ex precepto annua confessionis adfis obligatio confitendi peccata venialia.*
 39. *Preceptum Ecclesia de annua confessione solam obligat ad confitendum mortalia post baptismum commissa.*
 40. *Potest unusquisque se obligare ex voto confiteri in quibus mensibus, etiam si tantum habeat venialia.*
 41. *Discrimen inter mortalia, & venialia in ordine ad confessionem.*

AD TEXTVM.

*Celebrem in cap. Omnis utriusque
 sexus de Pœnitentijs, &
 Remissionibus.*



NVERSAM ferè de sacramento Pœnitentiæ tractationem complectitur text. iste, quare maioris doctrinæ gratia sigillatim præcipuos eius text. versus explicandos duximus.

*Ad textum in principio ibi:
 Omnis utriusque sexus postquam
 ad annos discretionis per-
 uenerit, & c.*

NO BIS proponit in primis text. nosser necessitatem sacramenti Pœnitentiæ ad salutem, & idem supponitur in cap. scindite 36. cap. convertimini 37. capite non potest 41. cap. neminem 46. cap. agite 47. de Pœnitentia distinctione prima. Hæc enim veritas catholica est. & firmiter tenenda.

2 Sed contra eam veritatem varij fuerunt hæreticorum errores. Novatiani enim asserere, nullum esse pœnitentiæ Sacramentum in Ecclesia necessarium, vt retulit, & egregie impugnat Bellarminus lib. 1. de Sacramentis, cap. 1. hæresi 3. imò & Lutherus, & eius discipuli dixerunt, pœnitentiam non esse post baptismum necessariam, sed omnia post illum commissa ex sola memoria baptismi simul cum fide remitti. Quorum nefandus error damnatus est in Concilio Tridentino Sessione septima, canone 10. Alij verò etsi pœnitentiam admittant, negant tamen confessionem sacramentalem, vt refert, & impugnat Bellarmi-

nus lib. 1. de Pœnitentia, c. 15. Deniq; Lutherus varij erroribus omnes principales pœnitentiæ partes negavit damnatus in Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite octavo, & canone decimo quinto, de quo Bellarminus vbi supra, cap. decimo nono. Refert etiam alios plures errores copiosè videndus Enriquez libro primo de Pœnitentia, capite primo per totum. Quibus omnis ad explicationem catholicæ veritatis devenire oportet.

3 Hæc ergo vox pœnitentia, & pœnitere in proposito nostro idem est, quod pœnam tenere, vt Divus Augustinus docuit libro de vera, & falsa pœnitentia, capite octavo, & decimo nono, & probatur in capite pœnitentia, el segundo de pœnitentia distinctione tertia, vt semper in se pœnitiat, quod peccando commisit. Est enim pœnitentia præterita mala plangere, & plangenda iterum non admittere, vt copiosè declarat Bellarminus libro primo de Pœnitentia, capite decimo nono. Hæc namque includit in se iustitiam spontaneam de peccato præterito, in hoc enim differt à pœnis purgatorij, & alijs Dei flagellis, per quæ potius satis patimur, quam satisfacimus, vt notat Soto in quarta distinctione decima nona, quæst. 3. articulo 3.

4 Hæc ergo pœnitentia duplex est, virtus scilicet, & sacramentum. Quatenus virtus est distinguitur à iustitia vindicativa publica, per quam pœnæ criminibus exteriori pœnitentia imponitur ad satisfactionem rei publicæ mediante iudicio, & publici magistratus autoritate. Virtus autem pœnitentiæ, quæ procul dubio pars est iustitiæ, habet actum per se interiorem, sicut charitas, & fides. Peccatum namque contra Deum primum est in voluntate, & ideo homo pœnitentia ex affectu contendit, quod potest Deo satisfacere, vt sic dispositus veniam impetret: hæc namque quæ est quædam species vindictæ peccati commissi salutem privatam pœnitentis respicit, & in hoc genere iudicij diversa ratio personarum officium fungitur pœnitentis, est enim quodammodo ipse sui ipsius iudex, quamvis verè, & realiter iudex est confessarius, est etiam & vindex, ac testis propriæ culpæ. Quæ omnia potius in vitali, & voluntaria actione, quam in passione, & receptione pœnæ consistunt.

5 Secundò verò modo sumitur pœnitentia pro sacramento à Christo Domino instituto, quo baptizatis applicatur Christi meritum, & satisfactio in veniam peccatorum. Est namque pœnitentia vnum ex septem Ecclesiæ Sacramentis signum sensibile significans, & efficiens ex Christi Domini promissione peccati remissionem per gratiam infusionem. Illa enim sententia exterior significat internum, & spirituale iudicium, vt in Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite primo, canone primo, & Sessione sexta, capite decimo quarto, canone vigesima nono, & docent Theologi in quarta distinctione decima quarta, & relati à Bellarmino libro primo de Pœnitentiæ, capite

capite octavo, & decimo, & libro primo de Sacramentis, capite nono. Sicut etiam exterior ablutio baptismi significat interiorem animæ abluitionem.

6 Pœnitentia ergo vt sacramentum, & vt virtus, in multis differunt, & in multis conveniunt. Primò conveniunt in nomine. Secundo in eo quod vtraque pœnitentia est salutaris medicina peccati teste D. Thom. tertia parte, quæstione 84. articulo secundo. Tertiò nam vtraque secunda tabula post naufragium appellatur. Sic Divus Hieronymus epistola octava ad Demetriadem, Divus Ambrosius ad Virginem Iuliam cap. 18. Differunt tamen in multis. Primò, nam Sacramentum Pœnitentiæ exigit necessariò actus sensibiles, & exteriores, veluti confessionem vocalem pœnitentis, & sacerdotis absolutionem: virtus verò pœnitentiæ in eo solum actu interiori consistit, quo quis liberè peccatum à se commissum detestatur, vt notat Divus Thomas dicta quæst. 84. articulo primo. Secundò differunt: nam pœnitentia sacramentum si rectè suscipiatur semper causat gratiam: pœnitentia verò virtus non semper, sed aliquando disponit ad gratiam. Tertiò differunt: nam pœnitentia virtus semper fuit necessaria in omni lege, naturæ, scripturæ, & gratiæ: pœnitentia verò sacramentum solum est necessaria in lege Evangelica.

7 Huius ergo pœnitentiæ non solum est vtile consilium, sed etiam positivum Christi præceptum divinum, quod non omnibus baptizatis impositum est, sed illis tantum, qui post baptismum mortaliter peccaverunt, vt constat ex illo Luca cap. 13. ibi: *Nisi pœnitentiam egeritis, & c.* & Ioan. 20. *Quorum remisistis peccata, & c.* Ex quibus locis sic docuerunt communiter Patres, Cyrillus libro duodecimo in Ioannem, cap. 56 Chrysostomus homilia 85 Dionysus libro de Ecclesiastica Hierarchia capite tertio, cum alijs adductis à Bellarmino libro tertio de Pœnitentia capite secundo, Enriquez libro primo capite secundo, numero primo, Concilium Tridentinum Sessione decima quarta, capite primo, canone tertio, & decimo, & Sessione tertia, cap. decimo quarto, quod præceptum postea ab Apostolis promulgatum fuit, & Iacobo capite quinto, in illis verbis: *Et confitemini alterutrum peccata vestra.* Et notat Cyrillus libro tertio in Leviticum, Divus Augustinus de visitatione libro secundo, capite quarto. Theodoretus in Pœnitentia, apud Burchardum libro decimo nono decreti cap. 145. & relati à Bellarmino libro tertio de Pœnitentia, capite quarto. Quare falsò Caietanus explicans illa verba Iacobi negat esse intelligenda de sacramentali confessione, sed de generali illa, qua fideles profitentur invicem se esse peccatores petentes invicem alterum pro altero orare, vt notat vbi proximè Bellarminus.

8 Vnde disputari solet, an hoc sacramentum Pœnitentiæ sit medium necessarium ad sa-

lutem, quam disputant Theologi cum D. Thom. tertia parte, quæstione 84 articulo quinto, ad cuius declarationem scire oportet, medium necessarium dici dupliciter: aliud, quòd absolute est necessarium omnibus hominibus, si peccaverint, si non peccaverint. Aliud verò dicitur necessarium ex suppositione, quod tale dicitur respectu aliquorum hominum, & in aliquibus casibus, & hoc modo dicimus pœnitentiam medium esse necessarium ad salutem, quoniam solum ad illud tenentur baptizati, qui post baptismum peccaverunt.

9 Secundò sciendum est, quod necessarium duplex est, vt advertit Vazquez tertia parte, quæstione 85. articulo quinto, alterum necessitate mediæ, eò quod absolute est medium necessarium ad consequendam salutem, quales sunt gratia Christi Domini, & fides: aliud verò dicitur tale necessitate præcepti, eò quod ita præceptum est ad obtinendam salutem.

10 Quibus breviter præmissis primò constituendum est sacramentum Pœnitentiæ ex institutione Christi Domini esse medium necessarium ad remissionem peccatorum, quæ post baptismum commissæ sunt, capite Neminem; capite Agite pœnitentiam, capite Non potest el primero, y el segundo, de Pœnitentia, distinctione prima. Tum etiam probatur ex doctrina Divi Thomæ tertia parte, quæstione 83 articulo quinto: nam illud est medium necessarium ad salutem, quod operatur primam gratiam, vel perseverantiam in illa: at sacramentum Pœnitentiæ, quod mortuorum dicitur, institutum est ad causandam primam gratiam in lapsis post baptismum: est ergo medium necessarium ad salutem.

11 Secundò constituendum est sacramentum Pœnitentiæ esse medium ad salutem necessarium in re, vel in voto susceptum. est enim in voto idè, quod contritio, in qua includitur pœnitentiæ votum, seu desiderium. Hæc est communis Theologorum doctrina in quarta distinctione decima septima, definita in Concilio Tridentino Sessione sexta, capite decimo quarto, quamvis enim Deus potuit impium sine vilo pœnitentiæ actu iustificare infuso habitu gratiæ, & charitatis. Sic enim est intelligendus D. Thom. tertia parte, quæstione 86. articulo secundo. dum docet impossibile esse remitti peccatum sine virtute pœnitentiæ, loquitur namque de potentia ordinaria, quamvis credo non posse remitti sine abeuius gratiæ infusione, vt testantur D. Thom. & Caietanus prima secundæ quæstione 86. articulo primo, & quæstione 103. articulo secundo, ad secundum. Posito tamen tali præcepto instituit Dominus hoc sacramentum in re esse homini mortaliter peccati medium ad salutem necessarium, vel in voto si aliter non posset: potuit enim Deus exigere ab homine hanc conditionem recipiendi sacramentum vice compensationis ab eo, qui potest recipere ante mortem.

12 Rectè ergo dicimus peccatori Christiano in re, vel in voto necessarium esse sacramentum Pœnitentiæ: noluit enim Christus Dominus alia via applicari sua merita ad remissionem peccati, & hac ratione pœnitentiæ à patribus appellatur. Secunda tabula post naufragium, vt in Concilio Tridentino Sessione sexta, capite decimo quarto, Hieronymus in Isaiam capite octavo, Cobarruias in capite Alma mater, prima parte, §. primo, numero quinto, Bellarminus libro primo de Pœnitentiâ, capite decimo tertio. Differt verò necessitas huius sacramenti in re à necessitate incarnationis, & passionis Christi Domini, sine qua nec veteres iustificarentur, nec gloriam essent consequuturi, sed manerent semper in Limbo, vt docet Divus Thomas tertia parte, quæst. quadragesima nona, articulo quinto: nam sine receptione sacramenti contritus plene iustificatur, & gloriam consequitur, excusatur namq; à præcepto sacramenti per impotentiam receptionis.

13 In hoc enim pœnitentiâ cum baptismo conuenit, sine quo in re, vel in voto nunquam peccatum originale remittitur, & idem dicimus de Eucharistia, non quod per se auferat peccatū mortale, sed cum hoc sacramentum sit institutum per modum cibi, sine illo in re, vel in voto suscepto christianis adultis non conservatur vita spiritualis. Quare verissimum puto nullum actum liberum exteriorum hominis esse medium necessarium ad salutem, nisi de illo sit specialis ratio diuini præcepti, vt multis relatis ostendit Enriquez libro primo de Pœnitentiâ, capite secundo, numero primo, litera R. Et ideò secluso præcepto baptismi, aut pœnitentiæ non diceretur medium primæ salutis necessarium in adulto etiã recipere valente, si absque sacramento in re iustificatus est: hic enim iustus saluaretur cum non peccaret cõtra vllum præceptum, si sponte sacramenta omitteret.

14 Sed ille casus mente tenendus est: potest namque aliquando contingere, vt impius post baptismum iustificetur absque absolutione, aut legitima contritione formali propter Deū summe dilectum, dum sola attritio tollit obicem baptismi, quem adultus inculpate recipit absq; sufficienti dolore, & necessaria dispositione, quo casu nullum includit votum alterius sacramenti, dū in susceptione illius informis baptismi, aut etiam post baptismum nullum peccatum mortale commisit. Dum verò vulgò negant Doctores sine cõtritione extra realem pœnitentiæ receptionem neminem iustificari, loquuntur de contritione, quæ includit votum recipiendi futurū sacramentum, vt in prædicto casu prædicta attritio non sic includit tale votum, nec per se iustificat, sed præcedens baptismus obice remoto reuiuiscit, & salutem operatur, vt multis relatis præbat Syluest. verbo *Baptismus* 4. §. 17. & ex Paludano, Soto, Le desma, & alijs probat Enriquez libro secundo de

Baptismo, capite vigesimo septimo, numero tertio, contra Caietanum, & Canum, adhuc eo casu existimantes necessariam esse contritionem. Verius namque est, quod obice sublato reuiuiscit baptismus, adeò vt omnia peccata ante baptismū commissa quoad culpam, & totam pœnam remittantur, certum enim est baptismum obice remoto sortiri effectum regenerationis teste Augustino libro primo de Baptismo cõtra Donatistas, capite vndecimo, & libro tertio, capite decimo tertio, capite tunc valere de consecratione, distinctione quarta, quo casu non reuiuiscit, vt est opus nostrum, sed vt opus Christi, ex D. Thom. 3. p. quæst. 69. art. 10.

15 Sic etiam, si quis martyrium pro Christo Domino patiat ex Christi privilegio iustificabitur, quo confertur prima gratia absque formali pœnitentiâ, habet namque vicem pœnitentiæ: imò si quis devote, & ex bona fide recipiat Eucharistiam, aut Matrimonium, verbi gratia, attritus tantum reputans se contritum, iustificabitur. Hæc tamen remissio peccati non fit sine virtuali voto sacramenti Pœnitentiæ, vt in Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite secundo, & quarto, eadem enim peccata ex Christi Domini præcepto tenentur confiteri debito tempore, cum memor fuerit. Olim verò ante instituta sacramenta contritio, vt est actus virtutis pœnitentiæ, erat salutis necessaria, vt medium, & præceptum pro illo, qui mortaliter peccasset, quod præceptum sæpe repetitum invenitur à Prophetis, vt Ezechiel decimo octavo, Ioel secundo, de quo Bellarminus libro secundo de pœnitentiâ, capite octavo. Sic etiam olim in lege naturali ante pronuntiationem baptismi, aut confessionis, hæc non erant media necessaria, nam homo tunc contritione iustificatus non tenebatur ad baptismum, vel confessionem.

16 Sed dubitabit aliquis, qua ratione sacramentum hoc dicatur in voto iustificare: & varijs modis respondent Suarez quarto tomo, tertia parte, disputatione decima septima, sectione tertia, Vazquez tertia parte, quæstione 85, articulo quinto, pro cuius explicatione sciendum est, quod cum contritione, quæ est dolor de peccatis propter Deum summe dilectum, semper coniungitur votum, aut actuale, aut virtuale huius sacramenti, quod positum est in præcepto, sciendum etiam est contritionem de se esse sufficientem ad remissionem peccatorum. Vnde ideò dicimus sacramentum pœnitentiæ in voto iustificare, tum quia generaliter includitur in vera contritione votum implendi præceptum confessionis, tum etiã nam quotiescunque peccator per contritionem iustificatur, id contingit cum ordine ad claves Ecclesiæ, ita vt semper maneat adstrictus ad talia peccata confitenda, adeò vt per sequentem confessionem novam gratiam recipiat.

Sed quæret aliquis, an ad huiusmodi iustificationem, quæ fit per contritionem, necessarium sit

fit habere votum expressum confessionis, an sufficiat virtuale: nam Caro in relectione de Pœnitentiâ, quinta parte, post medium, existimavit non sufficere votum virtuale huius confessionis sacramentalis, sed necessarium esse expressum. Venus tamen est dicere, sufficere votum implicitum, aut virtuale recipiendi sacramentum Pœnitentiæ, quod ex natura rei in ipsa perfecta cõtritione includitur. S. c. D. Thom. & ceteri Theologi in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo quinto, Soto in quarta distinctione decima quarta, quæstione prima, articulo quinto, Suarez tomo quarto, tertia parte, disputatione decima septima, sectione tertia, & colligitur ex Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quarto. Vbi postquam declaratum est iustificationem non esse adscribendam contritioni sine sacramenti voto, dicitur etiam huiusmodi votum inclusum esse in ipsa contritione, sentit ergo Concilium votum illud virtuale sacramenti inclusum in contritione sufficere ad iustificationem.

17 Vnde inferitur resolutio ad illam celebrem quæstionem, supposito quod pœnitentiâ est in præcepto, an statim obliget post commissum peccatum: & loquimur tantum de pœnitentiâ quatenus est contritio. In qua quæstione Caietanus secunda secundæ, quæstione 66, articulo tertio, Archidiaconus in capite ille rex, de pœnitentiâ, distinctione tertia, & Innocentius in capite omnis de pœnitentijs, &c. Dicunt solum religiofum obligari ad habendum actum pœnitentiæ post commissum peccatum, & hoc media confessione, quando pœnitentiâ solum fuit attritio, vel extra confessionem mediante perfecta contritione. Moverentur, nam status religiosus est maxime perfectionis: at maxima perfectio exigit perfectam pœnitentiâ. Alij vero, vt Guillelmus Parisiensis in libro de Pœnitentiâ, capite decimo nono, Antoninus tertia parte, titulo decimo quarto, capite decimo octavo, §. secundo, generaliter dicunt, quemlibet hominem obligari ad habendam pœnitentiâ media contritione statim post peccatum commissum.

18 Verior tamen sententia est D. Thom. in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo primo, & sequitur relati à Suarez tertia parte, tomo quarto, disputatione decima quinta, sectione quinta, Vazquez de pœnitentiâ, quæstione 86, articulo secundo, asserentium nullum hominem obligari ad agendam pœnitentiâ perfectam media contritione, vel confessione statim post commissum peccatum, sed solum ad id teneri quodam determinato tempore. Et probatur primò: nam præceptum pœnitentiæ est affirmativum secundum magis receptam sententiam, ergo non obligat pro semper, sed pro determinato tempore, sicut & cetera præcepta affirmativa. Secundò, nam aliàs quoties homo peccaret, esset in duplici peccato, alterum est

quod cõmisit, alterum quod committeret in nõ pœnitendo statim post peccatum semel commissum, quod nimis rigidum esset.

19 Quod si quæramus de tempore determinato pœnitentiæ, supponendum est Christum Dominum, dum Ioann. vigesimo, sacramentum Pœnitentiæ instituit illis verbis: Quorum remiseritis peccata, &c. præcipue Pastoribus præceptum imposuisse, vt tenerentur ministrare sacramentum subditis opportunè quocumque tempore petentibus, loquitur namque Christus Dominus cum Apostolis, & Pastoribus. Et Matthæi decimo octavo, & Lucæ ultimo, & exponunt ibidem Theophylactus, Eutimius, & Caietanus. Sic etiã posita Christi institutione sacramenti colligit communis traditio Ecclesiæ ex illis verbis Ioannis, semper fuisse christianis peccatoribus præceptum Christi de confessione integra peccatorum mortalium, etiam interiorum, vt in Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quinto, copiose Bellarminus libro tertio de Pœnitentiâ, capite secundo, dicens hæreticum esse negare id colligi ex illo Ioannis vigesimo, iuxta Ecclesiæ traditionem teste Augustino contra Donatistas, cap. 24.

20 Quo supposito tempora, in quibus ius diuinum seclusa Ecclesiæ determinatione ad pœnitentiâ obligaret, non liquet. Et disputant Theologi in quarta distinctione 17. & ibidem D. Thom. quæstione tertia, Soto distinctione decima octava, quæstione prima, articulo quinto, Cano de Pœnitentiâ, quinta parte, ideòque prudentiæ ipsius Ecclesiæ relictum est, vt id pro temporum ratione determinaret. Constat verò in hæc obligatione confessionis necessariæ non posse Pontificem secum, vel cum alijs dispensare, vt nunquam præter quam in mortis articulo, aut ante communionem teneatur confiteri, cum ad minus multi putent ex iure diuino saltim quinque nio id facere teneri, neque enim eam potestatem Christus circa id ius mere diuinum Pontifici cõmisit, quoniam ad Ecclesiæ ædificationem nõ expediebat sic dispensare, vt generaliter docent Theologi cum D. Thom. prima secundæ, quæst. 97, articulo quarto, ad vltimum, Cobarruias de sponsalibus secunda parte, capite sexto, §. nono, numero quarto, in voto, tamè & iuramento vsus Ecclesiæ probavit Christum commississe, vt dispense ex causa rationabili, eò quod obligatio voti non pendet ex solo iure naturæ, aut diuino, sed partim ex libera voluntate, vt notat D. Thom. secunda secundæ, quæst. 88, articulo decimo, ad secundum, & quæst. 89, articulo nono, ad primum, atque ita Pontifex potius dispensat in obligatione humana, quàm diuina.

21 Quamvis ergo hoc præceptum diuinum pœnitentiæ affirmativum sit, habet tamen quandam negationem inclusam, vt homo non semper maneat Dei inimicus, sed curet per sacramentum Deo, & Ecclesiæ reconciliari. Exemplum sit

fit in eo attēta determinatione Ecclesiæ, qui omni-
siter consideri hoc anno, tenetur id facere statim se-
quenti anno propter negationem inclusam: quod
non ita est in communione: is enim, qui illam om-
misit in Pascha, per se non tenetur ex vi commu-
nis præcepti communicare postea, ut notat Soto
in quarta distinctione duodecima, quæstione pri-
ma articulo septimo, & distinctione decima octa-
va, quæstione prima articulo quarto, Medina de
Confessione semel in anno folio 63. Nabarro in
manuali cap. 21. num. 45. Sylvester verbo *Eucha-
ristia*, el tercero, §. 15.

22. Est namque discrimen inter præcep-
tum pœnitentiæ, & restitutionis, aut satisfactio-
nis proximi: nam homo statim cum potuerit te-
netur restituere, & satisfacere proximo suo; &
benignus dominus de utilitate salutis nostræ ma-
gis, quam de sua satisfactione sollicitus inducias
concedit peccatori, ne sub nova culpa statim cō-
fiteri teneatur, ut notat Divus Thomas in quar-
ta distinctione decima septima, quæstione tertia,
articulo primo, & quarto, Cano de pœnitentia,
quinta parte, Medina de confessione, quæstione
decima quinta, Cobarruvias in cap. alma mater,
prima parte §. primo, numero septimo, Nabarro
in manuali capite secundo, numero sexto. Ad e-
o ut verius sit præceptum confessionis, aut contri-
tionis non obligare, ut nonnulli putarunt, in ipsis
Dominicis, aut festis solemnibus, ut probant So-
to dicta distinctione decima septima, quæstione
secunda, ad ultimū, Medina de pœnitentia, quæ-
stione sexta, Cobarruvias in cap. alma mater, pri-
ma parte, §. quinto, numero tertio, Nabarro in
manuali capite decimo tertio, numero secundo, &
decimo septimo, cum adductis à Gabriel Vaz-
quez tertia parte, quæstione 86. articulo secun-
do, dubio quinto per totum, & dubio 6.

23. Quare videndum est, quo tempore
obliget præceptum confessionis. In qua difficul-
tate duplex est inspectio: altera stādo in iure di-
vino, altera verò attēta determinatione Eccle-
siæ stādo in solo iure divino. Hæc sunt regula-
riter tempora obligationis: primò in articulo ne-
cessitatis, ut quando signa indicant imminere
mortis naturalis periculum. Ex natura enim hu-
ius præcepti sumitur obligatio illius, & idè præ-
sertim obligat in mortis periculo, ubi agitur de
statu vitæ æternæ. Sic Divus Thomas quodlibe-
to primo, articulo duodecimo, Cobarruvias in ca-
pite alma mater, prima parte, §. primo, numero
septimo, Nabarro in manuali capite secundo, nu-
mero octavo, & cap. 27. num. 270. verbi gratia, si
timetur probabile naufragium ex suborta tempe-
state, vel instat prælium ex Nabarro ubi supra,
Sylvestro in verbo *Confessio*, el primero, §. secun-
do, Adriano quæstione tertia, de confessione, vel
talis casus, in quo homines communiter moriun-
tur, aut occiduntur; ut copiose ostendit Panormi-
tanus in capite Pastoralis, §. primo, num. quinto
de officio ordinarij, & idè cum regulariter non

fit proximum periculum mortis in torneamen-
tis, in agitatione taurorum, in placida maris navi-
gatione, in his casibus nequaquam instat præcep-
tum divinum confessionis, & idè quoties debi-
lis mulier timet primum partum, vel quæ partus
difficiles habere solet, tenetur ad confessionem,
ut notat Nabarro, & Cobarruvias ubi supra. A-
drianus de confessione, quæstione tertia. Sic
etiam & reus morti adiudicatus: quo casu potest, &
iudex pœnis Ecclesiasticis compelli, ut sententiæ
executionem differat, donec plene confiteatur,
& digne, & ieiunus communicet. De quo viden-
dum est Cobarruvias lib. secundo variarum capite
primo, numero undecimo, Simancas de catholi-
cis institutio, cap. 57. num. 16. Maiolus de irregu-
laritate, libro tertio, capite vigesimo quarto,
numero decimo sexto, Nabarro de oratione no-
tabili 22. num. 11.

24. Secundò obligat præceptum confes-
sionis ante receptionem alterius sacramenti; hoc
enim peculiare est in Eucharistia, ut sola præpa-
ratio etiam per cōtritionem non sufficiat, sed ne-
cesse est adde e confessionem si est conscientia
peccati mortalis, & ut rectè docet Gabriel Vaz-
quez tertia parte, quæstione 86. articulo secundo
dubio septimo, numero nono. Negativū est præ-
ceptum de non sumenda Eucharistia, nisi cum
debita præparatione, is enim qui contra facit nō
peccat, quia non habet cōtritionem, sed quia si-
nè confessione ad Eucharistiam accedit: in huius-
modi duobus casibus omnes conveniunt quantum
ad præcepti obligationem.

25. Sed his omnibus fortissimè urget, primò
nam teneor ego proximum eripere correctione
mea ab statu peccati statim si possum: ergo a for-
tiori tenebor mihi met ipsi incedere: is namque est
ordo charitatis, quæ potius urget, ut mihi in pec-
cato subveniam, quam alteri. Cui difficultati mul-
tis modis satisfacere conantur Doctores: quibus
omissis rectè respondet Vazquez ubi supra, di-
cto articulo secundo, dubio quinto, numero vige-
simo, quod ego verbi gratia, non teneor monere
proximum, ut à peccato liberetur, donec etiam
illi incumbat obligatio contritionis, non enim
statim teneor ad correctionem proximi, ut ele-
ganter docet Soto in libro de regendo secreto,
membro secundo, quæstione secunda, conclusio-
ne secunda, dum docet, præterita peccata non
esse materiam correctionis, sed etiam docet solū
futurum peccatum, cuius est periculum, mate-
riam esse correctionis. Secus verò præteritum,
quando ex illo non superest periculum, aut com-
placencia. Sic etiam & glossa in capite si peccaverit
2. quæstione prima, Sylvester verbo *Correctio*,
quæstione prima ad finem, Abulensis super Mat-
thæum capite decimo octavo, quæstione 83. sta-
tim enim teneor corrigere fratrem, quando immi-
net periculum peccati, non verò teneor statim
illum monere ad pœnitentiam, sed solū quan-
do ipse pœnitere tenetur. In hoc namque differ-
t præcep-

præceptum correctionis à præcepto corporalis
elemosynæ, quam vis utramque ad misericor-
diam pertineat, & largimur namque corporalem
elemosynam, qua omnino tollimus proximi ne-
cessitatem. Vnde si quis etiam volens damnum
corporale pateretur, verbi gratia, quia vellet se ip-
sum occidere, aut grave damnum inferre, tene-
mur eum impedire, ne damnum sibi inferat, ne
fame etiam pereat, huic enim necessitatis generi
ope nostra omnino subvenitur, necessitas autem
spiritualis, quam patitur proximus, dum est in
peccato, non tollitur consilio nostro, sed solū
eo poterit sublevari: ergo quotiscunque ipse non
tenetur sibi medicinam adhibere, neque consi-
lium sequi, consequenter non teneor ego illi tale
consilium præbere.

26. Secundò etiam fortiter urget: nam sta-
tim teneor cum possum, restituere proximo rem
alienam, quam abstuli, debitum honorem, aut fa-
mam: ergo similiter statim, cum possum, teneor
satisfacere offensam factam, quod non aliter fit,
quam per pœnitentiam peccati, per quam homo
Deo reconciliatur. Respondent variè Theologi:
ego verò breviter dicendum puto ex doctrina
Nabarri in manuali cap. 17. num. 54. Vazquez
in tractatu de restitutione capite quinto, §. pri-
mo, dubio tertio, quod in furto, & in iustitia pro-
ximi semper continuatur peccatum, quoties dā-
num illatum non refarcitur, si quidem interim
proximus mea causa patitur: nam actuale pecca-
tum furti, aut detractionis honoris, aut famæ de-
tinendo alienum semper continuatur, & semper
est actualis culpa, dum tenetur. Vnde sicut præ-
ceptum restitutionis est verè negativum, *ne fur-
tum facies*, similiter etiam, & præceptum deten-
tionis scilicet *ne detineas alienum*: idè rectè dici-
mus hoc præceptum continuò obligare, quoniā
detinendo alienum continuatur peccatum: quod
aliter est in periurio, verbi gratia, & alijs peccatis
quæ non ita continuantur, sed postquam semel
facta sunt statim desinunt: quo casu quia mane-
re in statu peccati iam commissi non est contra
aliquam legem, non dicemus illud esse novum
peccatum, neque erit ille transgressor alicuius
præcepti, si enim alicuius, maximè reconcilia-
tionis; sed cum hoc præceptum affirmativum
sit, sicut & cætera alia, non obligat continuò, non
enim est præceptum pœnitentiæ negativum nō
manendi in peccato, sed affirmativum reconci-
liandi se Deo.

27. Sed iam videndum est, quo tempore
obliget præceptum huius sacramenti Pœniten-
tiæ attēta determinatione Ecclesiæ. Quod val-
de difficile esse videtur, ad eò ut multi Theologi
sequuti Durandum in quarta distinctione deci-
ma septima, quæstione octava, numero septimo,
existiment non posse Ecclesiam ex vi sui præcep-
ti positivi obligare ad annuam confessionem, &
ita dicunt illud præceptum solū habere vim cō-
siliij, non præcepti. Dubitationem movet Durandi

argumentum: nam lex purè humana non potest
præcipere actus interiores, ut communiter do-
cuerunt D. Thom. prima secunda, quæstione 91.
articulo quarto, & quæstione 100. articulo nono,
& relati à Nabarro in manuali capite undecimo,
num. 17. & in capite inter verba num. 49. de pœ-
nitentia, distinctione quinta, & est commune Do-
ctorum placitum in capite dolentes, de celebra-
tione Missarum, copiose Salas de legibus, disput.
nona, sectione prima, Sancius de sponsalibus, lib.
primo disputatio, 3. & 4. Vazquez tertia parte,
quæstione 90. articulo primo, dubio quarto, in
principio. Ratio est, nam Ecclesia non potest præ-
cipere, nisi illud, cuius transgressionem punire
potest: at non potest punire transgressionem præ-
cepti actorum interiorum, cum non possint in
iudicium deduci: ergo neque illos poterit præci-
pere. Tum etiam, nam princeps, aut legislator eā
tenus habet in subditum potestatem, quatenus
iure naturali tenetur subditus parere imperio su-
terioris; hæc autem obligatio non potest habere
locum in actionibus mere internis, in quibus quā-
vis inferior superiori non obediat, nulla est de-
formitas politicæ gubernationis, ex qua depen-
det naturalis obligatio obediendi superiori.

28. Et inde est, quod lex positiva non potest
pœnam imponere pro peccatis mere interiori-
bus, ut verbi gratia, in delectatione morosa, vel
quolibet puro assensu intellectus. Exemplum est
in hæresi purè interiori, pro qua nulla incurritur
excommunicatio, nisi externa sit, quamvis occul-
ta: hæc namque actiones nullo modo subduntur
legi, voluntas tamen determinata exequendi ac-
tum externum lege humana prohibitu, ut ver-
bi gratia, non audiendi Missam, aut non ieiunan-
di in die præcepti, est procul dubio mala ex sola
prohibitione legis humanæ, non quia secundum
se sit principaliter prohibita, sed quia cum sit ef-
ficax ad faciendum actum prohibitum dependē-
tem efficaciter ab ipsa voluntate, idè ipsa secun-
dario erit prohibita, is enim, qui habet animum
transgrediendi præceptum, habet animum non
obediendi, & idè peccat, quamvis hoc peccatū
non sit punibile per legem humanam.

29. Vnde omissa opinione Durandi, quam
omnino falsam esse dicendum est, existimo ve-
rius dixisse Soto in quarta distinctione 18. qua-
si prima, articulo primo, cōclusionem quæ ta Eccle-
siam non potuisse præcipere annuam confessio-
nem pura lege Ecclesiastica, sed huiusmodi præ-
ceptum Ecclesiæ esse determinationem, aut mo-
dificationem præcepti divini, quoniam ipsa con-
fessio præcepta erat. Idem docet Canus in tele-
ctione de pœnitentia quinta parte, §. ita licet, idè
Paludanus in quarta distinctione 17. quæstione
secunda, articulo secundo, eleganter Gabriel
Vazquez tertia parte, quæst. 90. articulo primo,
dubio quarto, num. 22. non enim potest Ecclesia
instituire necessariam esse confessionem, nisi si
lege divina id esset statutum: sed supposita obli-
gatione

gatione legis divinæ solum modificat, & determinat tempus illius obligationis. Vnde Soto rectè hoc præceptum appellavit modificationem legis divinæ, hanc dicit communem sententiam Theologorum Caietanus primo tomo opusculorum tractatu quinto, quæstione prima, Petrus de Soto de institutione Sacerdotum, lectione quinta, à quorum sententia nequaquam esse recedendum puto.

30 Illud verò, quod addidit Soto dicto articulo quarto, conclusionem septima, non probodum docet, tunc obligare divinum præceptum seclasa Ecclesiæ determinatione, quando iudicio humano esset periculum oblivionis peccatorum, & ea ratione movetur, quia cum præceptum ad hoc fit, ut fiat integra peccatorum confessio, sequitur nos teneri ex præcepto quoties adest periculum oblivionis. Hæc autem ratio mihi non placet, nã ut rectè contra Sotum docet Vazquez ubi supra num. 23, divinũ præceptum non est, ut studeamus memoria retinere peccata, sed cum imminet præceptum confessionis confiteamur ea omnia peccata, quorum habemus memoriam, aut quam habere possumus diligenti humano examine adhibito. Quæ doctrina evidenter probatur: nam aliàs si ad hoc teneremur propter oblivionis periculum ex præcepto divino non potuisset Ecclesia excusare ab hac diligentia usque ad annũ, cum tempus iure divino assignatum sit per Ecclesiam immutabile, sicut neque etiã potest mutare tempus necessitatis.

31 Obligat ergo Ecclesiæ præceptum primò semel in anno, id est ab quo totius anni die, ut in Concilio Lateranensi sub Innocentio Tertio, cap. 21. in Concilio Tridentino Sess. one 14. capite quinto, & canone octavo, & in cap. omnis utriusque sexus, de Pœnitentijs, & remissionibus. Imò & ante Innocentium erat implicite inclusum præceptum confessionis annuæ sub præcepto communionis ad quod non admittitur nisi pœnitens à sacerdote absolutus, ut in cap. fin. de consecratione distinctione secunda, cap. prædicandum 22. quæstione prima. & ideò D. Tho. in quarta distinctione 17. quæstione tertia, articulo primo, & quodlibeto primo, articulo secundo, docet præceptum confessionis obligare in Quadragesima propter communionem.

32 Hæc autem obligatio annuæ confessionis intelligitur si sit conscientia peccati mortalis, nam Ecclesia supposito iure divino determinat tempus confessionis: at ius divinum non obligat confiteri nisi peccata mortalia, ut docent communiter Theologi cum D. Tho. distinctione 17. quæstione prima, articulo primo, & quarto, & tertia parte, quæstione 65. articulo primo, cum revera nulla sit iuris divini pura obligatio confitendi venialia. Quare dubitari possit, quid dicendum, si quis non habens conscientiam peccati mortalis accedere vellet ad Paschalem communionem, an etiam eo casu teneretur prius confiteri. Sed rectè

respondet Soto ubi supra, satis esse, ut se præsentet coram parochio ante communionem Paschalem, ne videatur temerè accedere, dicens se ideo non confiteri, quia non habet conscientiam peccati mortalis. Sequuntur quos refert Enriquez libro primo de Pœnitentia, capite quarto, numero secundo, litera K.

33 In hac ergo annuæ confessionis obligatione terminus anni Ecclesiastici videtur esse Pascha Resurrectionis post Quadragesimam ex consuetudine Ecclesiæ, ut ex Tridentino docet Nabarro cap. secundo, numero decimo, Soto in quarta distinctione 18. quæstione prima, articulo quarto, conclusionem quarta, & hoc cum quadã latitudine anni casualis Ecclesiastici, qui pro receptione sacramenti communionis, & confessionis incipere videtur ab vno Pascha Resurrectionis ad aliud Pascha, sicut etiam dies Ecclesiasticus pro recitandis horis canonicis sumitur late ab occalu solis præcedentis diei usque ad sequentis diei mediam noctem. Annus etiam publicationis pro Bulla Cruciatæ intelligitur usque ad sequentis anni publicationem.

34 Vnde inferitur, quod qui in principio anni Ecclesiastici, aut alia eius parte omnia peccata confessus est mortalia, satis implet præceptum, nec tenetur postea iterum sequenti Pascha confiteri, si non habet conscientiam novi peccati mortalis. Si tamen post confessionem peccet mortaliter, videtur ad id ex Ecclesiæ præcepto teneri, nam Ecclesia omnia peccata intra annum Ecclesiasticum commissa obligat confiteri, saltem in fine illius, ut declaravit consuetudo fidelium in ipsa Quadragesima, & hoc ex vi præcepti Ecclesiastici, quamvis is non esset communicaturus in Pascha: veluti in eo, qui habet periculum vomitus, ne secunda confessio distet à prima ultra annum, ut notat Soto in quarta distinctione 18. q. 1. art. 4. conclusionem prima, Nabarro in capite 2. numero decimo, & hac ratione parochi, & Episcopus procedunt adversus eos, qui tunc non confitentur: quod verum puto ratione consuetudinis, nam ex vi præcepti solum tenentur confiteri in Pascha propter communionem, ut expressè docet D. Thom. in quarta distinctione 17. quæst. 3. articulo primo, & quarto, & nervose defendit Vazquez 3. p. quæst. 90. art. 3. dubio primo per totum præcipue à num. 9.

35 An verò per confessionem informem satisfactum sit præcepto videndum est. Et communis Doctorum sententia respondet satisfieri, eo quod etsi informis sit, verum manet sacramentum, quamvis ex impedimento gratia non conferatur statim, at verò per confessionem fictam, quæ nulla est, non satisfit præcepto divino, ex communi doctrina Theologorum in 4. dist. 17. & ibidem Durandus quæst. 15. Petrus de Soto de confessione lectione 8. Cum tamen id sit omninò occultum, is non incurret censuras Ecclesiæ, & alias pœnas à iure latas, adeò ut Victoria

de

de pœnitentia, §. 163. doceat quòd si confiteatur abique ullo dolore, & fateatur defectum doloris implet præceptum Ecclesiæ. Idem Vega de iustificatione, quæstione decima tertia, Cobarruvias in capite alma mater, prima parte §. quinto, numero primo. Verum enim est, quod qui non implet præceptum Christi Domini, consequenter peccat contra præceptum Ecclesiæ, vitat tamen censuras Ecclesiæ, quamvis taceat peccatũ, vel fateatur esse absq; dolore, vel proposito e meditationis, manens in concubinato: est enim adeò occultus propter sigillum, ut non cadat sub pœnis Ecclesiæ, ut fatentur Medina, Cano, Victoria, & ceteri relati, Nabarro capite vigesimo septimo, n. 269. quamvis Cordoba casu decimo octavo, id negaverit, verius tamen est ex Nabarro evitare excommunicationem, nam ille defectus, quamvis sit actus confessario vice Dei, est ita occultus, ut non cadat sub exteriori pœna Ecclesiæ, & ideò, quamvis defectus propositi constet, iubet Ecclesia acceptari confessionis publicæ meretricis, aut usurarij, ut notatur in cap. quod quidam de pœnitentijs, Nabarro capite decimo, numero quarto. Ad incurrendum tamen pœnas Ecclesiasticas satis est confessionem, aut solam communionem omittre iuxta textum in dicto capite omnis, de pœnitentijs.

36 Si verò quæramus de personis, quas obligat hoc præceptum confessionis, dicendum est primò omnes utriusque sexus teneri, qui peccatũ mortale post baptismum comiserunt, vel in ipsa baptismi indigna susceptione, ut in dicto capite omnis utriusque sexus, de pœnitentijs, & remissionibus. Fictio namque, qua adultus baptismum recipit, est peccatum saltem natura posterius, & ideò pertinet ad sacramentum confessionis. Secundo obligantur etiam hoc præcepto Ecclesiæ, qui peccatum mortale habeat interius, ut in Concilio Tridentino Sess. one 14. capite 5. & canone 8. Christus Dominus enim præcepit sub eo occulto foro fieri integram confessionem omnium mortalium. Determinavit namq; ius divinum substantiam, & specificationem confessionis, ut sit omnium peccatorum etiam internum, huius autem præcepti tempus determinavit Ecclesia. Tertio pueri hoc præcepto non tenentur ante plenum rationis usum, ut notat Soto in quarta distinctione 18. quæstione 1. articulo 3. Nabarro capit. 21. num. 33. Cordoba casu 60. In his tamen usus rationis non est pensandus ex ætate, sed ex discretionem, quamvis in septennio communitè illam habere præsumantur, sicut etiam eo tempore capaces præsumuntur spõsaliorum. Sic enim intelligendus est Soto ubi proxime, dũ docet, pueros ad confessionem non teneri ante 12. annum, loquitur enim de confessione Quadragesimali, ad quam obligat Ecclesia propter communionem Paschalem, ad quam puer non admittitur.

37 Ad communionem verò maior desideratur discretio, ut notat Nabarro cap. 21. n. 33. Soto in 4. dist. 12. quæst. 1. art. 9. Cordoba casu 60.

ut scilicet reverenter suscipiat cibum sanctũ discernens illum à profano, ideòque consuetudo, ita interpretatur præceptum divinũ, & Ecclesiasticum, ut ante 12. annum non obligentur ad communionem, nunquam tamen circa annum septimum, quamvis puer esset vivacis ingenij. De infidelibus tamen, & catechumenis dubitari solet, an ad confessionem obligentur: & verius est non teneri hoc præcepto, non solum quoniam per baptismum legem Evangelicam professi non sunt, & ideò sine illis aliorum sacramentorum capaces non sint, sed quia etiam si catechumenus proponatur iustificatus, nõ remittuntur illi peccata in ordine ad claves Ecclesiæ, quibus nondum est subiectus, non enim præcepto confessionis tenetur, nisi qui post baptismum peccavit, ut notant Soto d. dist. 18. quæst. 1. art. 2. Medina de confessione, q. 7. Vazquez 3. p. quæst. 90. art. 2. dub. 1. per totum. Quare dum catechumenus per contritionem iustificatur, non includit sacramentum pœnitentiæ in voto, sed solum baptismum.

38 Sed iam ergo pro huius rei cõplemento videre oportet, an ex præcepto Ecclesiæ annuæ confessionis ad sit obligatio confitendi peccata venialia: nam aliqui ex Theologis dicunt, quòd ex vi huius præcepti Ecclesiæ tenemur ad confitendaventalia deficiẽtibus mortalibus, non tamẽ omnia, sed tantũ aliqua, ut possimus suscipere hoc sacramentũ datis verò mortalibus omnes conveniunt nullam esse talem obligationem.

39 Sed verior est, & cõmunior cõtraria sententia, scilicet Ecclesiæ præceptũ de annua confessione solũ obligare ad confitendũ mortalia post baptismũ commissa ex D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. Paludanus q. 2. art. 4. cõclus. 2. & innumeris alij relati à Gabriel Vazq. dict. q. 90. art. 2. dubio 2. nu. 2. & reddit rationem Soto, quoniam cum ex iure divino constet, ut postea dicemus, non esse necessariã confessionis materiã peccata venialia non potuit Ecclesia aliud statuere, quia non potuit variare, aut mutare aliquid circa sacramentorum materiã.

40 Hæc autem ratio Soti mihi non placet, nã potest unusquisque se ipsũ obligare ex voto confiteri singulis mensibus, etiam si tantũ habeat venialia, cur ergo lex Ecclesiæ non posset etiam id obligare, sicut enim unusquisque potest suo voto facere venialia necessariã materiã confessionis, ita etiam & poterit Ecclesia, aut quæ maior potestas in vno, quã in altero circa mutandã sacramentorum materiã? Quare dicendum puto, nec pœnes vnũ quemque, nec pœnes Ecclesiã esse potestatem constituendi materiã sacramenti, id est faciendi, ut aliquid incipiat esse materiã, quod antea non erat es Christi institutione, & ideò si sacerdotibus nõ esset cõcessa potestas absolvendi in confessione à peccatis venialibus, sicut non fuit illis commissa absolvendi à peccatis ante baptismũ commissis, nullo modo nec præcepto Ecclesiæ, nec voto possent venialia constitui materiã necessariã sacramenti confessionis, sine qua nec sacramentum

tum confiteret, hoc enim præcisè pertinet ad Christum Dominum, qui habuit potestatem cōdendi sacramenta.

41 Hoc enim est discrimen inter mortalia, & venialia in ordine ad confessionem, quod mortalia sunt ad eò necessaria materia sacramenti, ut si adsint, & non confiteantur, vel non integrè, nullum sequatur sacramentum: & in hoc sensu dicimus peccata mortalia esse iure divino materiam necessariam sacramenti, non quòd sine illis non possit esse vera confessio, & verum sacramentum, sed quòd necessariò confitenda sunt, quando adsunt, venialia verò non ita, quoniam datis mortalibus, & cōfessis, etiam venialia taceantur, rectè poterit esse sacramentum, quoniam ex Christi institutione solum sunt materia sufficiens confessionis. Vnde aut voto, aut iure humano possent proculdubio effici materia necessaria huius sacramenti, cò quòd iam ex Christi institutione effecta erant materia sufficiens. Hoc enim casu materiam appellamus necessariam ex eo solum, quod cadit sub præcepto: neque hoc est habere potestatem instituendi materiam sacramenti, sed materiam iam institutam à Christo constituere sub obligatione facièdo illam necessariam necessitate præcepti. Et hæc dicta sufficiant de necessitate sacramenti Pœnitentiæ, & sic finitur hæc disputatio.

S V M M A R I A.

In tex. ibi: Fideliter confiteatur, vbi de requisitis confessionis sacramentalis.

- 1 **D**E qua confessione loquatur text.
- 2 Non instituit Christus confessionem Marci 5. nec Matthæi 10.
- 3 Sacramentum hoc fuit institutum à Christo post Resurrectionem quoad formam, & præceptum Sacerdotibus impositum absolvendis Ioan. 20.
- 4 Ante illud Ioan. 20. non erat sacramentum hoc institutum, nisi secundum quandam inchoationem.
- 5 Christus Lucca 22. iniitavit Apostolos sacerdotali charactere, ut possent Eucharistiam consecrare.
- 6 Confessio data homini tanquam iudici non fuit in usu in statu legis naturalis.
- 7 In peccato primi parentis fuit figura confessionis.
- 8 Non est alienum, à iure natura revelare secreta amico fideli sub obligatione custodia ad remedium, & consilium conscientia.
- 9 Qualiter se debeant habere, tam pœnitens, quam confessarius in hoc iudicio.
- 10 Prima conditio, ut sit fidelis, & vera.
- 11 An quodcumque mendaciam in confessione sit peccatum mortale. num. 12.

- 13 Non est semper peccatum mortale mentiri in confessione.
- 14 Omne mendacium de mortali esse peccatum mortale.
- 15 Sententia Vazq. 3. p. quest. 91. art. 1. dub. 7.
- 16 An verificetur in eo, qui in confessione sibi impo-
tasset veniale quod non commisit, esse peccatum mortale.
- 17 Secunda conditio principalis bona confessionis, ut sit integra omnium peccatorum.
- 18 Tenetur pœnitens cōfiteri omnia mortalia etiã occultissima, sive externa, sive solius cogitationis.
- 19 Necessè est confiteri omnia mortalia uni sacerdoti, nec debet dividi confessio.
- 20 Tenetur pœnitens iure divino pro sui status, & negotiorum qualitate præmittere debitam diligentiam ad examen conscientia.
- 21 Qui prematur scrupulis, sciat sufficere mediocri diligentiam, quam viri prudentes, & timorati adhibere solent.
- 22 Quatuor principaliter debet declarare pœnitens in confessione, ut dicatur integra.
- 23 Circa primum, explicandam esse peccatorum speciem, explicanda sunt aliqua utilissima.
- 24 An hæc specierum distinctio admittat aliquam limitationem.
- 25 Tunc dicitur unum numero peccatum, quando durat eadem voluntas in eundem finem, & sub eadem forma.
- 26 In malis sufficit indirectum voluntarium, ut peccatum commissum continuetur.
- 27 Declaranda sunt in confessione opera externa, licet non semper addant novam malitiam in genere moris.
- 28 Dicuntur nonnulla de numero peccatorum.
- 29 Doctrina Caietani tomo 5. opusculorum, tract. 5. de confessione, quest. 3.
- 30 Non est cogendus numerare peccata, qui multis annis est in consuetudine.
- 31 An semper confessio debeat esse integra omnium peccatorum, & an possit absolvi, qui ob infirmitatem, ita vocem amisit, ut solum possit ostendere se esse peccatorem.
- 32 Sotus distinctio 18. questione 2. artic. 5. & alij defendunt nunquam eo casu esse præstandam absolutionem.
- 33 Contraria sententia est humanior, & verior.
- 34 Cui interpretatio vbi supra à non potest defendi.
- 35 Confirmatur superior sententia.
- 36 Nonnulli casus, in quibus pœnitens ab integritate confessionis excusatur.
- 37 Excusatur etiam propter impotentiam, aut periculum.
- 38 Excusatur, quando Pontifex, aut summus Pœnitentiarius propter negotia non vult audire, nisi reservata.
- 39 Sed in his casibus tenebitur pœnitens eadem reservata cum ceteris mortalibus iterum simul confiteri uni sacerdoti.
- 40 Excusatur, quando pœnitenti querenti non occurrerit confessarius idoneus, nisi ille, cui non potest esse ignotus. num. 41.

A D T E X T V M.

Ibi: fideliter confiteatur. Vbi de requisitis confessionis sacramentalis.



Quimur in hac disputatione de Confessione sacramentali quatenus significat propriam peccatorum accusationem ad illorum veniam gratis virtute clavium impetrandam, à qua ex communi loquendi usu solet pœnitentiæ confessionis sacramentum appellari, hoc namque à Christo Domino fuit institutum: quando tamen id fecerit, an ante, an post Resurrectionem, dubitari solet; sed tandem verius est, institutum fuisse hoc sacramentum confessionis à Christo post Resurrectionem, non verò quando Christus Matth. 8. & Lucæ 17. dixit Leprosis: *Itē ostendite vos Sacerdotibus*, ut nonnulli perperam crediderunt: sic enim in lege Veteri, ut in Levitico 13. & 14. cogebantur leprosi morbum suum sacerdoti ostendere, ut illius arbitrio extra castra manerēt: quā legem Christus in Evangelio approbavit, & fuisse confessionis sacramentalis figuram docet D. Hieronymus in Matthæum cap. 16. D. Chrysostomus lib. 3. de Sacerdotio. Hæc enim frequentia *apud Hebræos significabat frequentiam peccati*, ad cuius curationem desideratur iudiciū Sacerdotis. De quo plura Bellarminus lib. primo de pœnitentiâ, cap. 10. negare tamen non possumus, quominus in dictis locis Matthæi 8. & Lucæ 17. aliquo modo figuratum, & inchoatum sit confessionis sacramentum.

2 Neque etiam dicendum est, Christum instituisse confessionem, quando Marci 5. & Matthæi 10. electione sua creavit Apostolos cum potestate prædicandi privatim in Iudæa, de quo D. Thom. tertia parte, quest. 42. art. 1. nec Matthæi 16. cum Petro non tam hæc potestatem dedit: quā de futuro promisit, ut notat Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 12. Tunc enim promisit potestatem ordinis, & clavium, neque etiam conceditur Apostolis non disordinatis Matthæi 18. dum dictum fuit: *Quodcumque ligaveritis, &c.* Tunc enim multi docēt non solum promissam fuisse, sed Ecclesiæ datam ex tunc ministrandi potestatem, ut probant Turrocinus & alij lib. 2. sum. 2. cap. 77. Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 12. & hæc potestas etiam in lat. go modo dicitur potestas clavium pro foro exteriori, ut advertit Enriquez lib. 3. de Pœnitentiâ capite primo, huiusmodi namque est clavium potestas, quam hodie habent nonnulli clerici, nandum sacris initiati, per quam non se habent tantum negative retinendo peccata, nam etiam positivè censuris ligant impositis pœnitentijs ex virtute clavium.

3 Instituit ergo Christus confessionis sacramentum principaliter post Resurrectionem quoad formam, & præceptum sacerdotibus impositum absolventi dum Ioan. 20. dixit: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis, &c.* Sic enim & declaravit Concilium Sessione 14. capite primo dicens, hoc sacramentum esse institutum à Christo Domino post Resurrectionem quantum ad administrandi potestatem, & obligationem confitendi, quamvis quoad actus confessionis, contritionem scilicet, & satisfactionem, ante Resurrectionem Christus huius sacramenti inchoationem quandam insinuasset. Vt advertit D. Thom. 3. parte quæstione 87. articulo tertio, Soto in quarta distinctione 14. quæstione prima, articulo septimo, & hac ratione intelligunt communiter Patres illud Ioann. 11. dum Christus Lazarum à sepulchro exeuntem iussit Apostolis solvi, in figuram huius confessionis, ut notat Gregor. lib. 2. Moralium cap. 23. Ambrosius lib. 2. de Pœnitentia cap. 7. Bellarmin. lib. 3. de pœnitentia c. 3.

4 Dicendum ergo est, quod ante illud Ioan. 20. non erat confessionis sacramentum institutum nisi secundum quandam inchoationem: nam Matthæi 3. Christus in principio suæ prædicationis designavit pœnitentis actus, quos postea erat instituturus in materia confessionis. Et Matthæi 16. promissa fuit Petro potestas absolventi à peccatis eisdem verbis, quibus postea instituturus erat absolutionis formam. Sic etiam in alijs sacramentis quædam inchoatio præcessit institutionem, ut in baptismo, & extremæ unctione: nam ante Christi baptismum præcessit baptismus Ioannis, & antequam post Resurrectionem plenè promulgaretur figuravit probatica piscina, ut Ioan. 5. ubi notant Chrysostomus, Cyrillus, & Eutymius, Ambrosius lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 7. & aqua Siloe, qua Ioan. 9. cæcus fuit illuminatus, cum adductis à Bellarmino lib. 2. de Sacramento cap. 4. & cap. 27.

5 Quando igitur Christus in ultima cœna Lucæ 22. dixit: *Hoc facite in meam commemorationem, &c.* initiavit Apostolos sacerdotali characterè, ut possent Eucharistiam cõsecrare, de quæ pluram Bellarminus lib. 4. de Eucharistia cap. 16. in quo characterè radicaliter fundatur potestas absolventi, ut copiose Enriquez lib. de ordine, capite primo, quæ procul dubio in ultima cœna non fuit concessa Lucæ 22. ante passionem Christi sed post Resurrectionem Ioan. 20. ut dictum est: tunc enim per extensionem prioris characteris data est formaliter tota potestas absolventi: tunc Christus instituit formam, & substantiam confessionis, dum Apostolos constituit iudices, quibus alij confiteri tenerentur peccata, illisque dedit claves Ecclesiæ, ut declarat Concilium Tridentinum Sessione 14. cap. 1. & Sessione 6. cap. 4. & Sessione 14. canone 3. & Sessione 23. canone 4. & est communis Sanctorum Patrum sententia teste Bellarm. lib. 3. de Pœnitentia cap. 2. & 12.

6 Ex dictis facile est intelligere huiusmodi

confessionem homini tanquam iudici factam in usu non fuisse in statu legis naturalis, id enim appetum est ex Patribus, & Concilij docentibus confessionis sacramentum esse à Christo immediate institutum, nonnulli tamen ut temperaret hanc confitendi difficultatem etiam in lege Veteri quodammodo fuisse in usu dicunt, ut David Psalmo 50. *Tibi soli peccavi*, & Iosue 7. *Confitere peccatum tuum*. Almainus tamen in quarto distinctione 14. existimat, confessionem fuisse institutam in Paradyso, Angelus in verbo *Confessio* eligendo, §. primo, docet post peccatum primitivum omnes teneri ad confessionem in voto, non in effectu. Et Vbaldeus de Sacramentis c. 137. refert se audivisse à quodam Iudæo apud Hebræos esse confessionem de adulterio, homicidio, & blasphemia. Hæc tamen sententia communiter reprobatur ex D. Thom. 3. p. quæst. 84. ar. 7. ad secundum, Soto in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 2. Castro de hæresibus, verbo *Confessio*.

7 Fuit tamen in peccato primi parentis figura confessionis, quod Angelus vice Dei à primis parentibus post peccatum, & à Cain exegerit confessionem peccati, Genesis 3. & 4. ut humili pœnitentia deleteretur commissum, ut eruditè notat Tertullianus lib. 2. contra Marcionem, Ambrosius lib. de Paradyso cap. 14. & lib. 2. de Cain, & Abel cap. 9. & relati à Bellarmino lib. 3. de pœnitentia cap. 3. Sic etiam in lege naturæ præcessit figura baptismi in aquis diluvij, quibus Noe cum suis servatus est in arca. De Eucharistia etiam in sacrificio panis, & vini, quod obtulit Sacerdos Melchisedech, ut ad Hebræos 6. & 7. & multis relatis ostendunt Enriquez lib. de Eucharistia, cap. primo, Bellarminus libro primo de Missa, capite sexto.

8 Non tamen est alienum à iure naturæ, ut secreta revelentur amico fideli sub obligatione custodia ad remedium, & consilium conscientie. Quæ de re plura dicemus infra de sigilli obligatione agentes, & notat Soto in 4. distinctione 18. quæstione 1. art. 2. Nabarro cap. 18. num. 33. Hæc tamen species confessionis non fuit in usu in lege Veteri, sed quædam erant in illa figura confessionis legis Evangelicæ, cuius rei plura adducunt exempla Enriquez lib. 2. de pœnitentia cap. 2. num. 1. Bellarminus lib. 3. de pœnitentia cap. 3. per totum. Quædam enim peccata exteriora olim sacerdoti manifestabatur, ut ijs oratione, & sacrificijs iuvaret pœnitentem ad impetrandum donum contritionis: eodem enim modo Baptista prædicabat baptismum in remissione peccatorum, eo quod excitabat ad contritionem, per quæ remittuntur peccata, ut notat Enriquez de baptismo, lib. 2. cap. 32. & 33. Sic enim & ille baptizatus, & hæc confessio, sicut & matrimonij contractus, dicitur à multis sacramentum inchoativè, & in habitu, quoniam Christus elevavit illos actus humanos, ut essent materia sacramentum in hoc enim sensu intelligendi sunt, qui matrimonium in lege naturæ vocant sacramentum. Quæ de re plura quodam

discipulis tradidimus in c. Gaudemus, de divorcijs, hæc ergo inchoatio confessionis effecit, ne postea Christi Domini institutio videretur insolita: eadem enim ratione ne baptismus Christi insolitus videretur ex Dei inspiratione præmissit Baptista suum baptismum in nomine Christi Domini.

9 His ergo iam breviter præmissis, ut ad necessariam formam huius pœnitentis praxim deveniamus, oportet ut sciant tam pœnitens, quam confessarius, qualiter se in tali iudicio habere debeant. Solent ergo communiter Doctores varias adducere necessarias condiciones bonæ confessionis usque ad decimam, & sextam, quas ego brevitate, & doctrinæ gratia ad tres præcipuas reduci posse existimo. Prima est, ut sit fidelis, & vera. Secunda est, ut sit integra. Tertia, ut sit dolens, & lacrymabilis, addi potest etiam quarta, ut sit secreta. De tribus prioribus sigillatim nobis agendum est, de quarta verò, & ultima infra dicemus in disputatione de sigillo.

10 Prima ergo conditio est, ut sit fidelis, & vera, ne diminuatur, aut excedat numerum peccatorum, quem certo novit, nec sibi imponat mendaciter peccatum mortale, quod non fecit, nam eo casu in iudicio illo interiori, & gravissimo decipit iudicem in re gravi, ut notant Caietanus secunda secunda, quæstione 69 articulo primo, Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. 8. Nabarro in manuali capite secundo, num. 5. & cap. 21. num. 37.

11 Sed in hoc articulo dubium solet esse, an quodcumque mendacium in confessione sit peccatum mortale: nam Caietanus ubi supra in solutione ad tertium varijs rationibus probare conatur, semper esse peccatum mortale mentiri in confessione etiam in re levi, ita ut quamvis venialia confiteri non teneatur, si in aliquo illorum contingat mendacium, erit mortale, & quiparat namque confessionem iuramento, ita ut sicut in iuramento semper desideratur veritas etiam in re levi, sic & in confessione, in qua fit iniuria Deo, cuius vicario confitemur, & ideo docet Caietanus non posse esse levi iniuriam.

12 Sed hæc Caietani opinionem merito impugnant Soto in quarta distinctione decima octava, quæstione secunda, articulo quarto, Nabarro in manuali dicto capite evigesimo primo, numero trigesimo septimo, Sylvester verbo *Confessio* el primero, quæstione octava, Petrus de Soto lectione decima, de confessione circa finem. Ratio est, nam cum venialia non sint materia necessaria confessionis, ideoque non sit necesse omnes species exprimere, nec numerum, nulla videtur irrogari iniuria sacramento, quamvis in illis contingat mendacium, neque etiam iudicio sacerdotis, sive exprimat pœnitens veniale, quod non commisit, sive commissum negaverit: erit tamen procul dubio hoc mendacium peccatum veniale, ad hoc enim ut esse mortale

propter iniuriam iudicij, & sacramenti, necessarium erat, ut perverteret iudicij effectum, & sacramenti, hoc enim fieri non potest ex mendacio in veniali, nam aliàs confessio fieret irrita, quæ tamen solum irritatur, si mendacium contingeret in materia necessaria. Quæ doctrinam limitat eleganter Nabarro, ubi supra, ut non procedat, quando aliquis confiteretur solum venialia, quæ non commisit, & nullam aliam materiam præberet confessioni: tunc enim peccaret mortaliter, nam efficeret irritum sacramentum, cum non præberet materiam absolutioni.

13 Unde non semper mentiri in confessione est peccatum mortale, exempla ad declarationem possunt esse. Primum non peccat is, qui mentitur in rebus ad confessionem non pertinentibus, ut verbi gratia, si quis rogatus fuerit de nomine, patria, aut parentibus, & familia, ut advertit Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. final. Nabarro cap. 21. num. 37. Caietanus secunda secunda, quæstione 69 articulo secundo, Angelus verbo *Confessio* el primero, §. sexto. Secundum non peccat si confessario roganti de quibusdam peccatis mortalibus, aut venialibus aliàs ritè absolutis negaverit se fecisse, ut probant Sylvester, & Angelus, ubi proximè, Nabarro cap. 18. num. 38. Ratio est ex doctrina Nabarro, quoniam non credimus mentitum reum, quando illegitimè interrogatus respondit. Tertium non peccat si confiteatur aliquod veniale, quod non fecit ut iam diximus contra Caietanum, & præter relatos probat Adrianus de confessione, quæstione quinta, dubio quinto.

14 De peccato autem communis est Doctorum omnium sententia, omne mendacium de mortali esse peccatum mortale, id est negare in confessione mortale commissum, aut illud culpabiliter non exprimere, quo casu in re reditur absolutio ob defectum integritatis necessarium, si quis mentitus fuerit dicendo in confessione peccatum mortale, quod non fecit, peccare mortaliter docent Angelus, & Sylvester ubi supra. Et moventur ea ratione, quod se ipsum iniuste iniuriat in re gravi. Hæc autem ratio multis non placet, eo quod aliquando ex qualitate personæ, & alijs circumstantijs nulla sequatur infamia, quæ re multi dixerunt mentiri in confessione confitendo peccatum mortale, quod non commisit, non esse mortale.

15 Hæc autem sententia plusquam falsa est, ut rectè ostendit Vazquez 3. p. quæst. 91. art. 1. dub. 7. num. 12. ea ratione, quoniam is, qui tale mendacium adijcit, facit iniuriam confessionis iudicio in materia necessaria illius iudicij, dum non manifestat iudici puram veritatem materiam necessariam. Is ergo, qui adeo effectus est, ut peccatum mortale, quod non commisit, sibi in confessione imputaret, irritaret absolutionem, & iudicium clavium illuderet, quod procul dubio esset peccatum mortale.

16 Sed obiicit aliquis: nam si superior ratio esset vera, idem prorsus esset dicendum in peccato veniali, si quis in confessione sibi imputasset veniale, quod non commisit, esset etiam peccatum mortale, cum etiam eo casu illudatur iudicium clavium, subijcitur namque ei materia indebita, sicut si quis inter veras hostias supponeret aliquas falsas non ex verò pane consecrationi, procul dubio irrogaret iniuriam consecrationi, quia non in omnes haberet effectum: ergò similiter, qui apponeret falsum veniale peccatum inter alia in confessione eodem modo illuderet iudicium, siquidem absolutio in illud non posset habere effectum. Sed respondetur discrimen esse, nam verba consecrationis demonstrativa sunt, demonstrant enim omne id, quod habent præsens, si ergo falsa hostia apponatur, falsa esset totius demonstratio, quod non ita est in forma absolutionis, siquidem vagè concipitur determinando hæc, aut illa peccata: imò expressè dicitur, *Ego te absolvo à peccatis tuis*, & ita nulla in suppositione falsi venialis resultat iniuria absolutioni. Exemplum est evidens: nam absolutio comprehendit mortalia, & venialia: tamen si quis confiteatur cum mortalibus venialia, quorum tamen non habeat attritionem, non consequetur illorum absolutionem, inde tamen nulla irrogatur verbis absolutionis iniuria.

17 Secunda principalis conditio bonæ confessionis est, ut sit integra omnium peccatorum: ut in Concilio Constantiensi Sessione octava, in Concilio Tridentino Sessione 14. capit. 5. & canone septima, & octava. Idque necessarium est ex necessitate præcepti divini, ut tradunt Castro de hæresibus, verbo *Confessio*, Vbaldensis de Sacramentis, cap. 135. & probant Cyprianus, Origenes, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, D. Thom. & alij innumeri ex Patribus relatis à Bellarmino libro tertio de Confessione, capite quinto, & capite vndecimo. Cuius catholicæ veritatis evidens argumentum est Ecclesiæ universalis traditio, quæ docet oportere omnia peccata mortalia subijci clavibus Ecclesiæ. Tenetur ergo primò poenitens referre probabilem numerum peccatorum, alias in eo deficiens peccat contra necessariam integritatem, ut in Concilio Tridentino dicto capite quinto, canone 7. & in cap. omnis utriusque sexus, de Poenitentis, confessarius enim vice Christi facit iudicium de tota conscientia hominis baptizati, in quo differt à poenitentia adulti ante baptismum, quæ sufficit si fiat de peccatis in genere, ex Concilio Tridentino Sessione 14. capite secundo Nabarro capite sexto, numero decimo tertio, Sylvester verbo *Confessio*, el primero, §. 11.

18 Tenet etiam secundò poenitens ratione integritatis ad confessionem omnium mortalium, etiam si sint occultissima, sive externa, sive solius cogitationis, ut in Concilio Tridentino dicto canone 7. cum adductis à Bellarmino libro

tertio de Poenitentia capite sexto, vsque ad 10. nec satis est cōsensum solum voluntatis confiteri, sed simul opera externa, imò & peccata publica confiteri tenetur, & quæ alias erant nota Sacerdoti, ut in illo foro fiant illi nota tanquam iudici, cum qualitate intentionis, & proposito emendationis, ut notant Cano in relectione de Poenitentia, quinta parte, Sylvester verbo *Confessio*, el segundo §. tertio, Nabarro capite octavo, numero vndecimo, est communis Theologorum doctrina cum Divo Thoma in quarta distinctione 17. quæst. 3. art. 2.

19 Tertio eadem ratione integritatis necesse est omnia peccata vni Sacerdoti confiteri, nec licebit dividere, ut quædam vni, quædam alteri confiteantur, ex Divo Augustino libro de vera, & falsa poenitentia, capite vndecimo, tenetur namque confiteri omnia mortalia, quorum habet memoriam ex Concilio Tridentino capite quinto, dicto capite omnis utriusque sexus, Vnum enim mortale remitti non potest absque alijs, vna enim contritio ad omnia extenditur, quod non est ita in excommunicatione: potest enim quis ab vna absolvi manente alterius vinculo. Iustis namque causis Christus instituit vni integram debere fieri confessionem, ut rectè ostendit D. Thom. in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo quarto, Adrianus de confessione quæstione quinta, Soto dicta distinctione decima octava, quæstione secunda, articulo quinto. Ad eò ut qui sponte dimidiaret, irritam faceret confessionem ex Concilio Tridentino dicto capite quinto, nam illi, qui scienter, vel culpabiliter aliqua peccata tacent contra ipsam confessionem peccant ex supra dictis, quæ tamen causæ excusent ab integritate inferius dicendum est.

20 Quarto deinde etiam eadem integritatis ratione tenetur poenitens iure divino pro sui status, & negotiorum qualitate præmittere debitam diligentiam ad examen conscientie, ut ex Concilio Tridentino dicto capite quinto, & vltra relatos docent Cano in relectione de poenitentia, quarta parte, Victoria §. 178. Petrus de Soto de confessione lectione decima, Nabarro in capite nono, numero decimo tertio, & capite vigesimo primo, numero trigesimo quinto. Ad hoc enim debet facere tantam inquisitionem circa mortalia, ut dignè absolvatur, quàm vir prudens in arduo negotio facere solet. In hoc enim certa regula constitui non potest, discurrendaque debet per ætatis tempora, per loca ubi moratus est, per personas, & conversationes habitas, præcipue ubi possit esse suspicio de iniuria tertij, quæ satisfactionem exigit.

21 Sed ne quis scrupulis prematur, sciat sufficere mediocrem diligentiam, quàm moraliter viri prudentes, & timorati adhibere solent, ut ostendit Concilium Tridentinum Sessione decima quarta, capite quinto, canone 7. Victoria in re-

relectione, de poenitentia, §. 161. Nabarro in capite nono, numero decimo tertio, Medina in quæstione de confessione iteranda folio 68. hæc ergo diligentia contentus esse debet, quamvis alias existimet se facta prolixiore discussione nova quædam peccata reperiturum, ut notat vbi proximè Medina, & ideo communiter non est consulendus poenitens, ut peccata scribat in memoria subsidium, vel dum fiunt, vel dum se præparat ad confessionem.

22 Quatuor ergo principaliter debet declarare poenitens in confessione, ut dicatur integra: primum, propriam peccati speciem in genere moris, tenetur namque sub mortali explicare omnes species mortalium, & circumstantias, quæ mutant speciem, etsi sit actus exterior. Secundum, quando dicatur vnum non peccatum in genere moris, quamvis varios comprehendat actus exteriores, vel interiores. Tertium, ut opera exteriora, quæ sunt contra iustitiam explicet, præter consensum internum. Quartum, ut explicet probabilem numerum peccatorum.

23 Hæc ergo quatuor sunt sigillatim explicanda, veniamus ad primum, hic enim nonnulla occurrunt explicanda utilissima. Primum est, an sit necesse explicare peccatorum species, vel an sufficiat eas in genere declarare. Cui dubitationi facile respondetur ex Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quinto, non sufficere integra referre peccata, sed singulas circumstantias speciem mutantem confiteri necessarium est, idemque definitur ibidem canone 7. eodè ergo modo necesse erit omnes species peccatorum exponere, verbi gratia, sacrilegus non satisfacet integritati, si dicat sacrilegium commississe, sed necesse habet sacrilegij speciem explicare, ut colligitur ex dicto cap. omnis utriusque sexus, de poenitentis, & ex Concilio Florentino Sessione vltima, in decreto Eugenij. Confessio enim peccatorum declaratio est, quæ non fit nisi declaratis speciebus, & circumstantijs peccatorum, & hæc doctrina certa est secundum fidem, & in qua nullam inveniò cōtroversiam inter Doctores.

24 Dubium tamen est vtrum hæc specierum distinctio semper sit necessariò explicanda, an verò aliquam admittat limitationem, in qua dubitatione communior resolutio est ex Caietano primo tomo opusculorum, tractatu 5. quæst. tertia, Nabarro in capite consideret de poenitentia, distinctione quinta, numero decimo septimo, & decimo octavo, Soto in quarta distinctione 18. quæstione secunda, articulo quarto, Enriquez libro secundo de poenitentia, capite quinto, numero tertio docentibus, non semper esse omnes species peccatorum in universum explicandas. Semper enim peccata sunt diversæ speciei in genere naturæ, non tamen in genere moris, quocirca non indigent speciali explicatione: nam quando peccata sunt diversæ speciei in genere naturæ

solum, eiusdem tamen sunt in genere moris, & tunc non efficiunt diversum iudicium in confessore: nam confessor illis explicatis non iudicabit diverso modo, poenitentem curandum esse. Ex eplum est in superstitione, aut bestialitate: nam quamvis divinatio per terram, per aquam, vel astra, vel per aves, vel alio modo, sicut & coitus cum varijs brutis in genere naturæ differunt specie, non tamen necesse est eas species explicare in confessione, quia in genere moris reputantur vna, & eadem (species peccati, eò quòd non variant iudicium confessarij). Et idem dicendum est de speciebus gulæ, regula enim hæc est tum censerit esse vnam speciem moris, quando non requirit diversum iudicium, aut curationem: non solum enim Christus obligare sigillatim numerare ea, quorum distinctio non cadit sub certa cognitione humana.

25 Tunc autem dicitur vnum numero peccatum, quando durat eadem voluntas in eodem finem, & sub eadem forma, etiam si actus exteriori varietur, ut notant Soto dicto articulo 4. versiculo sexto Nabarro capite sexto, num. 16. & cap. 15. numero quarto, & in dicto cap. considerat num. 48. & omnes cum Divo Thoma prima secundæ, quæstione vigesima, articulo tertio & secunda secundæ, quæstione 66. articulo tertio ad tertium. Eo enim casu eadem met formalitæ moralis extenditur per varias materiæ partes, sicut anima per varia membra hominis, ut resultat vnum numero peccatum. Exemplum est in eo, qui habens firmam vindictæ voluntatē, ante uterque, exijt quarens inimicum, & illū inveniens pluribus interfecit vulneribus, tunc vnum est specie peccatum. Sic etiam qui in eadē die a pluribus iētibus percutit clericum, vnum est sacrilegium, & vnam incurrit excommunicationem: eodem modo qui ante, vel post copulam actus continuat libidinis vnum est peccatum, ut in specie advertit Nabarro dicto capite sexto, numero decimo septimo, Caietanus tomo primo opusculorum, tractatu 31. quæstione 15. Soto vbi supra dicto articulo quarto, conclusione sexta, quod limitandum est, quando actus antecedentes, aut subsequentes essent ad eò exorbitantes, ut regulariter loquendo non consequantur principalem actum.

26 Illud enim est mente tenendum, quod in malis sufficit indirectum voluntarium, ut peccatum commissum continetur, ut in retentione furti, furtum commissum continuari videtur, vel si quis non vitaverit causam periculi, vultu ebrietatem. Ex Divo Thoma prima secundæ, quæst. sexta articulo tertio, & ideo etiam in somno, aut ebrietate continuatur voluntas, ut pollutio dormientis, notat Soto libro nono de iustitia & iure, quæstione secunda, articulo secundo, Sylvester verbo *Eucharistia*, el tercero, §. decimo, Nabarro capite vigesimo primo, numero quinquagesimo, Panormitanus in capite significatum de præbe-

dis, numero quarto, ex causa eorum videtur habere voluntarius.

27 Opera etiam exteriora declaranda sunt quantumvis non semper addant novam malitiam in genere moris, ut notat Divus Thomas prima secundae, quaestione secunda, articulo quarto; Vega libro sexto in Tridentinum cap. 37. Cordoba libro secundo quaestione decima octava. Quando tamen sunt contra decalogum; semper necesse est declarare opera exteriora, nam opus exterius saepe gravat peccatum per intensiorem, scilicet scandalum, obligationem restituendi, aut excommunicationem, ut in furto; voluntas enim furandi ideo mala est, quia iniusta, & proximo nociva, & ideo circumstantias explicare oportet, si opus consummatum sit, ut si quis occiderit artificem, qui labore suo familiam alebat: videtur enim in genere moris diversa species propter restitutionis obligationem. Si tamen res exterior non esset mala intrinsece, sed propter aliquem finem extrinsecum, non tenetur ad eius explicationem adeo stricte, veluti qui missam in die festo omisit propter studium, aut ludum, satis videtur confiteri, quod missam omisit.

28 De numero autem peccatorum nonnulla dicenda sunt, antequam ad circumstantias redeamus. Numerus ergo ad substantiam pertinet, & integritatem necessariam confessionis ex Concilio Tridentino dicto capite quinto, canone septimo, dicto capite omnis utriusque sexus. Docet etiam Augustinus libro de vera, & falsa poenitentia, cap. 14. D. Thom. opusculo 12 quaestione sexta, facta ergo diligentia, ut dictum est, certa pro certis, dubia pro dubijs explicanda sunt, neque oportet peccata omnia sigillatim dicat, sed vno verbo simul omnia eiusdem speciei, ut consulit Caietanus verbo Confessor, in sexto praecipuo, Nabarro capite sexto, num. 18. & cap. quinto, numero quarto, sufficit etiam probabilem, & verosimilem peccatorum numerum declarare; veluti toties in die, toties in hebdomada, toties in mense peieravi, iuxta suam consuetudinem. Si vero quid scienter numero detrahatur, irrita erit confessio: & ideo is, verbi gratia, qui decies furatus est decem aureos, decem distincta peccata commisit. Quare non satisfaciet si dicat, semel furatus sum decem aureos, eo enim casu non refert fideliter numerum peccatorum.

29 Et ut recte advertit Caietanus tom. quinto opusculorum tractatu quinto, de confessione quaestione tertia: non est poenitens nimis cogendus a confessario ad explicationem certi numeri, quando vel propter pravam peccandi consuetudinem, vel propter ruditatem vix potest id fieri: nam in hoc foro medicinali his casibus cum minori iudicio remedium adhiberi potest veluti si rusticus facta mediocri diligentia de vniuersi vita rustico modo dicat, passim id feci, vel saepissime in mense. Tandem ut recte advertunt Soto in quarta distinctione 18. quaest.

secunda, articulo quarto, conclusione secunda, Petrus de Soto de confessione, lectione nona, Nabarro dicto capite sexto, num. 14. non requiritur mathematica explicatio numeri, sed moralis numerus, quantum sufficiat ad prudens iudicium confessarii.

30 Et inde est, quod si quis in consuetudine sit multis annis expolitus in omnem peccati occasionem non sit etiam cogendus peccata numerare, satis enim erit si concubinarium se vsu fuisse dixerit concubina vice uxoris, ex Nabarro capite sexto, numero decimo quinto, ubi etiam docet in meretrice non esse necessarium explicare numerum peccatorum, id namque postulare nimis esset onerosum, sufficit enim ut explicet tempus peccati, & locum, & animi continuationem ad peccandum, nam ex eo sufficientem accipit notitiam confessarius ad illud iudicium, quod ita est intelligendum ex sententia Soti in quarta distinctione 18. quaestione secunda, articulo quarto, ut tunc remedium illud explicandi consuetudinem accipiendum sit quoties numeri congrua non potest haberi notitia, de interno vero consensu satis ipsa explicaret, dicens separatum esse ad peccatum quoties se offerret peccandi occasio per spatium tot mensium, vel tot annorum, ut advertunt Soto, & Nabarro ubi proxime. Et tandem idem, quod diximus de statu meretricio, intelligendum est de omnigenere peccatorum, quando tanta fuit consuetudo, ut explicari non possit peccatorum numerus. Quod plerumque contingit in cogitationibus morosis, ut recte notat Vazquez tertia parte quaestione 91. articulo primo, dubio quinto, numero quarto.

31 Sed iam videre oportet, an semper confessio debeat esse integra omnium peccatorum, ut dictum est, vel an sint aliqui casus, in quibus poenitens ab obligatione integritatis liberetur. Et in limine huius disputationis illud se offert explicandum primo valde difficile, an in aliquo casu possit esse licitum concedere absolutionem ei, qui nullum in particulari confessus est peccatum, nec dubitatio procedit eo casu, quo potuit confiteri, sed quando infirmitate, verbi gratia, praeventus vocem amisit, & solum praestare potest signa peccati in communi, adeo ut neque etiam signis aliquod peccatum in particulari explicare potuerit, neque etiam procedit dubium, quando nullum prorsus doloris signum dedit. Quo casu certum est absolvi non posse, tota ergo dubitatio est, quando nullum potest praebere signum peccati in particulari, sed tamen in genere ostendit se peccatorem esse, & petere sacramentum confessionis.

32 Est ergo quaestio haec valde controversa: nam Soto dicta distinctione 18. quaestione secunda articulo quinto. Nabarro cap. 26 a num. 27. Cano de poenitentia quinta parte, fol. 128. & alij multi nervose defendunt nunquam eo casu abso-

absolutionem esse praestandam tanquam omnino nullam, eo quod nullum sit in specie peccatum: moventur eo solum argumento, nam confessio est actus iudicialis, & ideo debet in eo haberi clara conscientiae poenitentis cognitio praecipue, nam absolutio actus iudicialis est, & consequenter actus prudentiae: debet ergo versari circa materiam particularem.

33 Sed contraria sententia, & humanior, & verior est, absolutionem scilicet conferri posse, etiam si solum in communi explicetur confessio, quando aliter fieri non potest, ut probat Medina de confessione, quaestione de absolutione ab oblitis, Cordoba quaestio. 30. de indulgentijs, dubio tertio, opinione secunda, Antoninus in summa tertia parte secundi tractatus cap. de infirmis, quae sententia probatur ex Concilio Arausicano Primo, canone 12. primo tomo ibi: *Subito obmutescens pro ut statutum est baptizari, aut poenitentiam excipere potest, si voluntatis praeterita testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu.* Hoc idem expressum est in Concilio Carthaginensi Quarto, cap. 76 teste Graciano in cap. is. qui poenitentiam 26. quaest. 6. & antea declaraverat Leo Primus epistola 89. ad Theodorum Episcopum, & ante ipsum Eusebius Papa Primus, cuius decretum refert Burcardus in suo decreto lib. 18. cap. 11. Ibo Carnotensis 15. parte Decreti, cap. 35. & quamvis Soto haec omnia decreta intelligenda esse conetur de poenitentibus publicis, non sacramentalibus, qui Ecclesiae reconciliabantur per absolutionem ab excommunicatione, ut posset populus cum illis communicare, hoc est, orare, & suffragia offerre pro illis, sequuntur eandem expositionem Nabarro, & Cano ubi supra, & Glossa in dicto cap. is, qui poenitentiam, iuxta formam absolutionis textus in cap. nobis, de sententia excommunicationis. Sed haec interpretatio nullo modo defendi potest, nam expressè repugnat verbis dictorum canonum, quae omnia expressè loquuntur de absolutione sacramentali, quae fieri non potest, nisi in ex vera confessione, & nullo modo intelligenda sunt de absolutione ab excommunicatione, ut ex multis contra dictos probat Gabriel Vazquez tertia parte, quaest. 9. art. 2. dub. 1. per totum.

34 Neque etiam defendi potest interpretatio Cani ubi supra dicentis, praedictos canones intelligendos esse de publicis poenitentibus, qui iam in principio Quadragesimae confessi erant, eorum tamen absolutio differebatur vsque in diem in Coena Domini, quo casu statuit Ecclesia, ut si interim infirmitate oppressi confiteri non possint, absolventur, eo quod eorum iam praecesserat confessio: quare absolutio non pendebat ex signis generalibus, sed ex praecedente expressa confessione. Quae interpretatio aperte convincitur: nam canones illi hanc facultatem absolventi concedunt omnibus sacerdotibus in absentia proprii, certum autem est non omnes au-

divisse peccata poenitentium: ergo non omnibus dicendum est factam fuisse talem confessionem. Costat autem eo tempore satis fuisse vocare quemcunque presbyterum, ut testatur Eusebius lib. 6. historiae Ecclesasticae, cap. 36. Burcardus lib. 18. decreti, cap. 15. Ibo Carnotensis 15. parte sui decreti cap. 37. Hunc enim fuisse perpetuum ritum Ecclesiae, ut quilibet sacerdos a quibuslibet peccatis etiam reservatis possit in articulo mortis absolvere, docet Concilium Tridentinum Sessione 14. cap. 7.

35 Tandem superior sententia eo argumento probatur: nam si in extremis confiteretur se commisisse aliquod peccatum mortale, cuius non haberet memoriam, non videtur illi deneganda absolutio: ergo idem dicendum est de eo, qui in extremis signa praebet poenitentiae, id namque ipsemet Nabarro fatetur capite decimo, numero septimo, dum docet, teneri poenitentem, qui novit se commisisse mortale, sed non habet memoriam in speciali, quale illud fuerit, dicere, peccavi mortaliter, nescio tamen quo genere peccati, est ergo haec sufficiens materia absolutionis.

36 Sunt ergo nonnulli casus, in quibus ab integritate confessionis excusatur poenitens. Primo quando is, qui aliqua praecipua transgressus est culpabiliter, dum esset puer, aut rusticus ea non confitetur, quia in ea aetate ignorat peccatum esse necessario confitendum, ut tradunt Nabarro capite nono, numero duodecimo: nam facile ignorantia excusat omissionem, ne mihi imputetur, tanquam causa voluntariae indigestae ex D. Thom. prima secundae, quaest. 76. art. 3. Secundo excusatur dum quis de peccatis a quibus iam est directe absolutus, facit confessionem generalem totius vitae, is namque potest, quae voluerit, tacere, nam illa, a quibus est absolutus, non tenetur magis referre, quam venialia, ut probant Soto dicta distinctione 18. quaestione prima, articulo primo, & quaestione secunda, articulo 5. Sylvester verbo Confessio el primero, §. quarto, Adrianus de confessione quaestione quinta, Nabarro cap. 9. numero primo, & cap. 21. num. 38. & 42. quamvis Victoria de confessione §. 253. existimat, quod dum quis confessario dicit se velle facere generalem totius vitae, aut totius anni confessionem, tenetur sub mortali omnia mortalia repetere, alias videtur decipere iudicem Christi vicarium in re gravissima, sed nihilominus verior est superior doctrina, nam quamvis ita dixerit, potest mutata voluntate non facere generalem integram, quamvis in aliquibus religionibus ratione statuti ad illam integram, & generalem totius anni faciendam teneantur, ut fratres Cistercienses, Societatis Iesu, & alij.

37 Tertio excusatur propter impotentiam, aut periculum, ut verbi gratia, si postquam poenitens vnum etiam veniale cepit fateri amisit vocem, aut sensum, ut tradunt omnes supra relati

relari: hic enim ex intentione integram videtur fecisse confessionem, & ideo absque dubio absolvendus non minus, quam qui quorundam oblitus ab omnibus absolvitur, plerumque enim in articulo mortis solent omitti ex oblivione, aut impotentia multa peccata, & aliquando infirmus solum præbet signum peccati in communi, ut dictum est, & ostendit copiose Enriquez libro primo de poenitentia, capite nono, his namque casibus absolvendus est, ne absque tali remedio decedat. Sic & etiam mutus, aut vir ignoti idiomatis, si tempore præcepti explicat, quod potest, absolvendus est, & etiam si in procella maris, vel grassante peste, aut irruente prælio, incendio, aut alio periculo poterit confessarius simul multos audire alta voce peccatum aliquod confitentes, & illos absolvere, ut notat Sylvester verbo *Confessio* el primero, numero vigesimo tertio, Soto dicta distinctione 18. quæstione secunda, articulo quinto, Turrecremata in capite quamvis de poenitentia distinctione prima, satis enim erit, si omnibus dixerit: *Ego vos absolvo, &c.* quotiescunque ergo imminet probabile periculum, quod infirmus non poterit finire integra confessio, vno solo audito peccato poterit absolvi, notat Medina lib. 2. de confessione, cap. 8.

38 Quarto excusatur, quando Pontifex, aut summus poenitentiarius propter alia negotia impeditus non vult audire nisi solum reservata, quando ipse paratus erat omnia dicere; eo namque casu poterit absolvi sacramentaliter, non solum ab excommunicatione, & reservatione, sed à peccatis etiam, ita ut ea absolutio conferat attrito primam gratiam ex D. Thom. & alijs in quarta distinctione 17. quæstione tertia, articulo quarto, Caietano verbo *Confessio*, conditione decima, docente hunc esse Curia Romanæ stylum Navarro capite nono, numero sexto, & in capite placuit, §. cautus numero decimo nono, de poenitentia distinctione quinta, copiose Enriquez libro tertio de poenitentia, capite decimo quinto, à numero tertio Quæ sententia verior est, etsi multi negent eam esse sacramentali absolutione de prælatis vero religionis rectè Soto ubi supra, docet à solis reservatis absolvere non posse.

39 Sed his in casibus tenebitur poenitens eadem reservata cum cæteris mortalibus iterum simul confiteri vni sacerdoti, ut impleatur præceptum Christi Domini, ut fiat integra omnium confessio, ut sentit D. Thom. ubi supra, Durandus dicta distinctione decima septima, quæstione decima quarta, & decima quinta, contrarium periculosum esse putat Petrus de Soto de confessione, lectione decima, Adrianus quæstione quarta, & quos cumulat Enriquez libro secundo, de poenitentia capite duodecimo, numero quarto. Vnde credidit Nabarro in dict. §. cautus, quod sicut ex vtraque confessione integratur vna confessio, ita ex vtraque absolutione compleretur vnum numero sacramentum, adeo ut dicat gratiam non

conferri nisi in secunda absolutione, quæ sit ab omnibus peccatis, sed verius est ex communi Theologorum sententia, duplex eo casu esse sacramentum, cuius rei disputationem consultò Theologis omittimus, qui communiter Nabarro opinionem impugnant.

40 Quinto excusatur, quando poenitenti querenti non occurrit confessarius idoneus, nisi ille, cui non potest esse ignotus, quo casu ea est Christi Domini indulgentia, ut possit poenitens, ut se indemnè servet, silere peccatum, aut circumstantiam, ex cuius confessione probabilitertinet damnum magnum corporis, aut famæ, quavis si voluisset, posset illud ostendere neglecta fama, non tamen ad id tenetur, cum habeat ius tuendi illam, ex Nabarro capite septimo, numero quarto Soto dicta distinctione 18. quæstione secunda, articulo quinto, ad tertium, Adriano de confessione quæstione prima, §. *Sed oritur ex his*, Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. decimo octavo, & idem est, si timeat damnum conscientia, quo casu peccatum confiteri non tenetur, id enim poscit ordo charitatis, nam ut inquit Bernardus, lib. de dispensatione, & præcepto, quod pro charitate institutum est, non debet contra charitatem militare, & idem est, si timeatur proximi periculum spirituale, ut quia timeatur confessarium sollicitaturum foeminam, aut excitandam eius inimicitiam, ut advertit Medina de confessione, quæstione duodecima, de integritate servanda. Nabarro capite septimo, numero quarto, idem etiam est, si timeatur periculum alienæ famæ, huic enim innocens proximus non renuntiat, ut verbi gratia, si non fuit complex, aut in culpa, ut ius tuendæ famæ amittat, non enim tenetur declarare iniuriam parenti, vel magnati factam, rebelando verbi gratia, occultam generis infamiam, satis enim erit dicere se infamasse virum valde propinquum, vel nobilem, ut rectè notat Soto dicta distinctione 18. quæstione secunda, articulo quinto, ad quartum: at verò quando alter fuit in culpa, & complex sibi imputetur, quia illud ius amisit tuendæ famæ, ut de circumstantia complicitis agentes statim dicemus.

41 Imò si in eo casu dicat se falsò dixisse non mentitur, eò quod fecit contra veritatem practicam ex Nabarro capite decimo octavo, numero 62. Cordoba casu 65. Soto de secreto membro tertio, quæstione tertia, conclusione quarta, Adriano de sigillo articulo quinto, dubio penultimo. Tenebitur tamen illud peccatum omissum confiteri statim quando commodè, & sine periculo possit, ut notat Enriquez libro primo de poenitentia, capite quarto, §. quarto, ut hoc modo, quantum fieri potest, conservetur confessionis integritas, de oblitis tamen non statim tenetur confiteri, nam ut in Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quinto, dictum est, sub generali accusatione censentur inclusa, docet Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. 18. Adria-

Adrianus de confessione, quæstione quarta, §. si petas.

42 Tandem magis excusatur ab integritate poenitens confessarius, quando culpam à se commissam in absolutione alterius non posset integre confiteri, nisi revelando alteri confessario peccatum proximi, quod audivit in confessione: maius namque est, & fortius præceptum de sigillo, quam de integritate confessionis nunquam enim, neque ullam ob causam licet revelare audita in confessione, at in multis casibus poenitentes videmus ab integritate confessionis excusatos, ut in specie propositi casus notant Nabarro capite octavo, numero sexto, Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. decimo tertio, Medina in quæstione de sigillo, Soto de secreto, membro 3. quæst. 4. conclusione 5. dubio 5.

43 Quibus suppositis pro complemento huius articuli pertinentis ad confessionis integritatem ostendere oportet, qualiter poenitens debeat declarare in confessione circumstantias peccatorum, ut debitè integritati satisfiat. Ad cuius rei plenam cognitionem sciendum est primo, circumstantiam esse id, quod per accidens accedit substantiæ actus habentis propriam speciem ex D. Thom. prima secundæ, quæstione prima, articulo tertio, qua ratione tria sunt consideranda in actu morali, quod est peccatum: primum, naturalis substantia actus in genere naturæ, & ideo omne, quod ei accidit, dicitur circumstantia, sic etiam vocatur circumstantia, quæ mutat speciem in genere moris, & ideo Concilium Tridentinum Sessione decima quarta, capite quinto, vocavit circumstantias speciem mutantem. secundum est species physica, & naturalis actus, quæ desumitur ex proprio obiecto. Tertium est species peccati in genere moris, in hoc ergo proposito consideramus circumstantias respectu actus in genere moris tantum hæc ergo circumstantia triplici se potest habere, vel quia auget, vel minuit malitiam peccati, vel impertinens est respectu illius ex D. Thom. prima secundæ, quæstione 7. art. 3.

44 Tandem omnes circumstantiæ ad sex species reducuntur teste D. Tho. ubi supra, Nabarro in capite consideret, numero quarto de poenitentia distinctione quinta. Prima est, qui peccavit: est enim necesse aliquando explicare conditionem accidentalem personæ, ut verbi gratia, quod peccans in sexto præcepto sit professus, aut coniugatus, aut consanguineus, & idem est de personâ complicitis, ut si virgo monialis, aut consanguinea. Vel in septimo præcepto, si est iudex; is enim ex officio tenetur custodire rem publicam, & ideo plus peccat detinendo rem alienam, quam alius. Sic Medina de confessione folio 53.

45 Secunda est, quid peccavit: quæ non significat obiectum, ut quod res furto subtracta sit aliena, sed significat quantitatem materiæ, ex

D. Thom. prima secundæ, quæstione 73. articulo octavo, vel si dedit aliam alicui cum publico scandalo de quo plura D. Thom. secunda secundæ, quæstione 43. articulo primo, ad quartum, Nabarro capite sexto, numero decimo nono. Ratio enim scandali quamvis non mutat speciem, gravat tamen peccatum ex D. Thom. ubi supra, quæstione 73. articulo octavo, vel si res furto ablata sit sacra, ut verbi gratia, calix, quod est sacrilegium, & furtum, & hic etiam solet addi circumstantia (*Cui*) quæ interdum mutat speciem, ut si iniuria inferatur patri, ex Nabarro capite decimo septimo, num. 28. aut principi, sacerdoti, magistro, aut superiori.

46 Tertia circumstantia dicitur *Cui*, id est propter quid peccatum factum est, hoc namque intelligendum est de fine extrinseco, qui per accidens addit malitiam moralem alterius speciei est enim finis potissima omnium circumstantiarum, vel si in re aliqua temporalis constituat finem ultimum, ut quando quis ita amat rem, verbi gratia, honorem, ut proponat propter eius consecutionem facere peccatum mortale in genere, hoc enim peccatum ad nullam speciem reducitur, & ideo speciale est contra charitatem, ex D. Thom. prima secundæ, quæstione 84. articulo quarto, & quinto, ex eo enim quod quis rem ex se bonam, ut honorem, intense diligat, non censetur in illo finem ultimum posuisse, nec erit mortale, nisi intendat facere mortale propter illud, aut se exponat periculo illius.

47 Quarta est, quomodo peccavit: veluti si magnus sit conatus inimicitia, huc etiam pertinet peccare ex scientia, vel ignorantia, ut si quid faciat contra Dei frequentem inspirationem, vel magnum conscientia remorsum, ex Adriano de confessione, quæstione quarta, D. Thom. prima secundæ, quæst. 77. Nabarro capite decimo quarto, numero vigesimo sexto, sic etiam tenetur confiteri, si peccaverit ex conscientia erronea, aut dictante, aut dubitante aliquod esse mortale, quod aliàs non esset: quoniam conscientia etiam erronea ligat, nisi rationabiliter deponatur: id namque docuit Paulus ad Roman. 14. ibi: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, id est, quod est contra conscientiam. Et declarat text. in cap. omnis 28. quæst. 1. & ex patribus copiose probat Martinez libro decimo, hypotheseon regula undecima, is namque, qui facit contra dictamen conscientia, facit contra rationem formalem præcepti, ut ipse falsò credidit: nam, ut rectè docet Ambrosius libro de Paradyso, opinio nostra nobis legem facit, veluti re vera tenetur confiteri furtum, qui rapuit rem, quam falsò credidit esse alienam: hic etiam pertinet peccare ex consuetudine, de quo statim dicemus.

48 Quinta circumstantia est, *Vbi*, id est, locus ubi peccavit, quæ interdum mutat speciem, ut si inferatur iniuria loco sacro, & quamvis Sylvester verbo *Confessio* el primero, §. decimo, putave-

taverit quodcumque peccatum externum factū in Ecclesia addere novam speciem sacrilegij propter irreverentiam loci, verum tamen est id non in omnibus peccatis factis in Ecclesia procedere, vt in periurio, & similibus, non additur nova species, nec magna gravitas: ex iure autem positivo aliquando inducitur sacrilegium ratione loci, ex Nabarro in dicto capite consideret, numero vigesimo primo, & capite sexto, numero decimo, Caietano primo tomo opusculo trigesimo primo, quæstione duodecima, dubio secundo, vt verbi gratia. Primò quando violatur Ecclesia per voluntariam feminis emissionem etiam extra vas, imò & etiam si maritus sua vxore vtatur in loco sacro. Secundò ex violenta effusione sanguinis humani ex Nabarro capite 27. numero 252. Sylvester verbo *Consecratio* el segundo, §. quinto, D. Thom. tertia parte, quæst. 83. articulo tertio, ad tertium, Panormitanus, & Hostiensis in capite proposuisti de consecratione Ecclesiæ, vel altaris: aut si suffocat hominem sine sanguine effuso. Tertio, vt si furtum sit de rebus, quarum custodia pertinet ad Ecclesiam, vt furtum rei sacre, verbi gratia calicis, aut rei pertinentis ad cultum, diuinum etiam si non sit in loco sacro, vt omnes notant in capite sacrilegium 17. quæstione quarta, D. Tho. & cæteri secunda secundæ, quæstione 96. articulo tertio, & idem est, si res furata non sit sacra, sed solum sub custodia Ecclesiæ. Sic Soto dicta distinctione decima octava, quæstione secunda, articulo tertio, conclusione quarta, furari tamen rem alienam in Ecclesia non est sacrilegium. Quarto etiam si iudex reum privilegio immunitatis Ecclesiæ gaudentem ab Ecclesia extrahat, ex D. Thom. secunda secundæ, quæstione 99. articulo tertio, Nabarro cap. 6. num. 9. §. 11. & cap. 25. num. 19.

49 Sexta circumstantia est, quibus auxilijs peccavit: quæ aliquando gravat: vt verbi gratia, si quis vtatur mediatrice, vt sollicitet honestam fœminam. Diversum est, si quis vtatur exposita meretrice, aut socio ad furtum parato, non habet necesse amplius exprimere, quam copulam, aut furtum, quia cum eo casu non censetur causa inducens, non variat iudicium confessarij. Qui tamen vtitur malefico ad maleficium parato, vt solvat aliud maleficium, tenetur id exprimere propter pactum demonis, vt rectè notat Nabarro cap. 11. num. 19.

50 His suppositis præcipua dubitatio est, an pœnitens teneatur declarare omnes circumstantias etiam aggravantes, aut minuentes malitiam peccati, an verò solum mutantes speciem in genere moris. In qua quæstione magna est omnium vtriusque scholæ Doctorum controversia: nam Caietanus verbo *Confessio*, conditione decima quinta, Soto dicta distinctione decima octava quæstione secunda, articulo quarto, conclusione quinta, & sexta, Cano de pœnitentia quinta parte, §. sed enim gravissimum, & innumeri relati ab

Enriquez libro secundo de pœnitentia, capite septimo, numero sexto, docent, necessarium esse, & in præcepto, confiteri omnes circumstantias aggravantes iudicio prudentis viri, id est augentes malitiam etiam intra eandem speciem. Et tandem Scotus in quarta distinctione decima septima, quæstione prima, §. de secundo articulo, hanc sententiam tutiorem esse docet, quamvis neutra dicat esse certam, & verum est magis tutam esse: in ea enim nullum potest esse peccatum, forsitan tamen non est fidelibus adeò conveniens, cum possit esse multorum scrupulorum causa.

51 Huius sententiæ vnicum est fundamentum ex Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quinto, vbi docet, ideò pœnitentes debere in confessione ostendere omnia peccata in specie, nam aliàs non poterit confessarius integrum facere de conscientia pœnitentis iudicium, sed hoc idem procedit, si pœnitens non explicet circumstantias augentes malitiam: erit ergo sine illis diminutum iudicium confessarij, alia verò fundamenta huius sententiæ infra referenda sunt.

52 Sed nihilominus receptior est Theologorum doctrina, non esse necessarium explicere in confessionem, regulariter loquendo, omnes circumstantias, solum mutantes speciem. Sic D. Thom. in quarta distinctione decima sexta, quæstione tertia, articulo secundo, Adrianus quæst. quarta, de confessione, Sylvester verbo *Confessio* el primero, quæstione nona, Nabarro capite sexto, numero sexto, & in capite consideret, numero sexto de pœnitentia, distinctione quinta, & relati à Gabriel Vazquez. tertia parte, quæst. 91. articulo primo, dubio secundo, numero septimo. Qui rectè advertit, quod etsi prior opinio ad modum sit recepta in disputando, in praxi tamen nullus est, qui eam observet, esset enim, inquit, intolerabile iugum. Huius doctrinæ fundamentum est: nam satis constat obligationem confessionis, & omnium, quæ ad illam pertinent, introductam esse mero iure divino: at etsi constet iuris divini præceptum esse confiteri numerum peccatorum, & circumstantias mutantes speciem, non verò circumstantias aggravantes, neque enim constat ex Evangelio, neque ex traditione Patrum: imò Concilium Tridentinum dicta Sessione decima quarta, dicto capite quinto, deducens ex Evangelio obligationem confessionis solum determinavit necessitatem explicandi numerum peccatorum, & varietatem specierum, ergo qui in confessione implet præceptum Concilij, divinum præceptum implere videtur.

53 Sed illud fortiter vrget primò, nam pœna imponenda est iuxta mensuram peccati consideratis circumstantijs aggravantibus, sicut olim constat fieri solere in canonibus pœnitentiarum libus, de quibus in fine decreti Gratiani, vbi statutum est, quod si presbyter cognoverit filiam spiritualem, quam baptizavit, aut confirmavit,

aut

aut in confessione audivit, debet pœnitentiam facere duodecim annis, & habetur in cap. si quis sacerdos, & in cap. non debet 30. q. 1. sed quod ei fuerit confessio non est circumstantia mutans speciem, sed solum aggravans. Sic etiam text. in cap. primo 22. q. 5. docet magis esse puniendum servum peierantem timore Domini, quam aliū quælibet, quamvis non sit circumstantia mutans speciem, & in cap. secundo 22. q. 5. qui peieravit in manu Episcopi, aut in Cruce consecrata, quod non mutat speciem: ergo similiter dicendū est diversas pœnitentias imponi in occulto foro conscientie propter diversas circumstantias etiam intra eandem speciem, vt insinuat Burcardus lib. 1. de creti cap. 5.

54 Sed facile respondetur, quod olim in Ecclesia primitiva id consuetum erat, summo enim rigore imponebatur pœnitentia, non quia ita esset ab Ecclesia decretum tanquam de necessitate sacramenti, vt haberetur ratio circumstantiarum, sed fervente eo tempore charitate perfectissimè agebatur pœnitentia. Sic namque apud eundem Burchardum invenimus graves imponi olim pœnitentias pro multis peccatis, quæ neque erant mortalia, imò nec venialia: nam in eodem cap. 5. de abusione coniugij imponebatur pœnitentia ieiunandi decem dies ei, qui ad propriam vxorē accedebat postquam iam concepisset, quod nec veniale peccatum erat, imò & etiam imponebatur ieiunij pœnitentia ei, qui in die Dominica cū vxore cōcubuit. Tandem convincitur evidenter contraria sententia: nam si vera esset eius ratio sequeretur, quod etiam teneretur pœnitens dicere circumstantias alleviantes, quod negant non solum D. Tho. sed etiam auctores contrariæ sententiæ: nam etiam tales circumstantiæ efficerent diversum iudicium in confessario, sicut aggravantes intra eandem speciem.

55 Vrget secundo: nam omnes fatentur cōmuniter, durationē temporis in peccato esse in confessione explicandam, quoniam quo magis durat peccatum, reddit gravius: quæ tamen non est circumstantia mutans speciem, sed aggravans peccatum, sed respondetur facile, verum esse, durationem esse dicendam, eò quod quælibet duratio in peccato pluribus peccatis adæquari potest, & ita sicut tenemur explicare peccatorum numerum, tenemur etiam explicare durationem temporis, quoties dubitamus de numero peccatorum, aliàs illam explicare non tenemur, nisi nimia duratio sit, vt testatur Nabarro in dicto cap. consideret num. 12.

56 Vrget tertio: nam quantitas furti necessario est explicanda in confessione, quæ circumstantia non mutat speciem peccati, sed solum aggravat. Sed facile respondet Nabarro dicto num. 12. circumstantiam quantitatis furti esse explicandam, non quia auget, sed vel ratione excommunicationis, aut reservationis. Et idem docet in Manuali capit. 6. num. 9. vel secundo, & melius

respondetur, quantitatem furti explicandam esse, regulariter loquendo, ratione restitutionis faciendæ. Quare rectè docet Vazquez tertia parte, quæst. 91. ar. primo, dubio tertio, num. 5. quod si facta fuisset restitutio, non esset opus explicare quantitatem furti.

57 Inter omnes verò ea difficilior est circumstantia, quod attinet ad confessionem, quæ respicit personam complicitis: dubium enim est vsque adhuc nunquam bene sedatum, an circumstantia complicitis, quæ mutat speciem, semper sit necessariis explicanda in confessione etiam cum iniuria complicitis, vt verbi gratia, si ex eo confessarius veniat in illius notitiam, nec procedit dubitatio, quando pœnitens posset confiteri cum eo, qui complicitis personam ignorasset, aut quando posset se aliquo modo occultare ne ipse cognosceretur, quo casu crederem pœnitentem ad id teneri ex præcepto, quia infamatio complicitis in re gravi non facile compensatur. Sic D. Thom. in 4. distinctione 16. quæst. 3. art. 2. Cordoba casu primo, Angelus verbo *Confessio* el primero, §. 3. Et in hoc sensu loquuntur ferè omnes Doctores. Dubitatio ergo solum habet locum, quando pœnitens alium non potest habere confessariū, ita vt si peccatum confiteatur, necessario manifestet complicitis delictum, & consequenter illum infamet, quamvis occultè apud vnum confessarium.

58 Neque etiam procedit dubium, quando circumstantia, ex cuius declaratione confessarius posset venire in complicitis notitiam, non mutaret speciem, sed solum augeret peccati malitiā, nam tunc talis circumstantia tacenda est iuxta doctrinam, quam supra à num. 50. tradidimus. Sic etiam quoties grave malum externum timeretur, si declararetur circumstantia, tacenda est in particulari iuxta ea, quæ supra notavimus à numero 40. sufficit enim cōfiteri genus peccati externi tacita specie incestus, aut sacrilegij, vel poterit exprimere consensum internum totius speciei, verbi gratia, concupivisse matrem, aut sororem, quo casu nulla irrogatur infamia complicitis, advertit Nabarro libro secundo de restitutione, capite quarto, secunda parte, dubio primo, num. 283. docet communem Bañez secunda secundæ quæstione trigesima tertia articulo octavo, dub. 8. vt hoc modo quantum fieri potest satisfiat integritati confessionis.

59 In hac ergo quæstione sunt adeò variaz Doctorum opiniones, vt vix possit ex illorū dictis vera colligi resolutio, referam ergo tantū probabiliores, & quæ tuta conscientia amplecti possunt, & prima constituo probabilissimam esse eorum sententiam, qui dicunt non esse necessarium explicare circumstantiam, unde confessarius complicitis personam cognoscat, ne apud ipsum infametur, etiam si nullom aliud sequatur damnum complicitis, nisi sola hæc infamia: quam doctrinam acerrime defendit Nabarro cap. 7. à

na. n. 1. & in dicto cap. consideret, in principio, à num. 93. & ante omnes Innocentius in cap. omnis, de pœnitentijs, & remissionibus. Caietanus verbo *Confessio*, conditione 3.

60 Huius doctrinæ solidum fundamentum est: nam quoties occurrit duorum præceptorum materia, ita ut alterum transgredi necessarium sit, vel prætermitti, illud est admittendum, quod est maioris præcepti, & illud omittendum, quod est minoris: sed talia sunt manifestatio complicitatis in confessione, aut confessionis integritas: ergo illud quod est maioris præcepti est admittendū, & illud quod est minoris omittendū: maioris autem præcepti est servare famam proximi illegam, quā integram facere confessionē, ergo proximi fama servanda est cū transgressione integritatis. Quod sit maioris præcepti constat, nam servare famam proximi est præceptum naturale, integram verò facere confessionem est positivum divinum. Et confirmatur: nam omnes fatentur non teneri pœnitentem declarare complicem directè, aut indirectè, quando esset periculū occidendi illum, sed sicut est iuris naturalis servare vitam proximi, sic etiam & famam, ergo in utroque casu potest prætermitti confessionis integritas. Imò sæpè præfertur honor vitæ, ut omnes notant in leg. isti quidem, ff. quod metus causa.

61 Secundo cōstitutio probabilissimā etiā, & tutam esse eorū sententiā, qui dicūt in prædicto casu explicare debere pœnitentē circumstantiā complicitatis, quando ex eo non sequitur aliud in cōmodum, quam infamia cōplicitatis apud unū cōfessarium. Hæc doctrina videtur esse D. Thom. in 4. dist. 16. q. 3. art. 2. & opusculo 12. art. 6. Paluda. d. dist. 16. q. 3. art. 3. Duran. ibidem, q. vlc. Soti dist. 18. q. 2. art. 5. Sylvest. verbo *Confessio* el. 1. q. 34. & aliorum, quos refert, & sequitur Vazquez 3. p. q. 9. art. 3. dub. 3. n. 13. Quam doctrinā in pūcto disputationis veriorē existimo, & eam expressè docuit Bernard. in opusculo illo, cui titulus est, *Formula honestæ vitæ*, ubi ait in hæc verba: *De nullo p̄orsus si iustro loquaris (quantumcūq; sit verum, vel manifestum) nisi in confessione, & hoc ubi non potest aliter manifestari peccatum tuum.*

62 Huius tamen sententiæ rationem inquirere difficile est, & puto vnicam esse, quia scilicet obligatio integritatis est de iure divino, quod omnino est observandū, cum nihil sit, quod eius observationem impediatur, id enim probare debemus nihil impedire obligationem iuris naturalis de servanda proximi fama, & Soto ubi supra eam adducit rationem, quoniam illam circumstantiā complicitatis explicare non est infamare proximum, eo quod confessarius sub eodem confessionis sigillo teneatur servare omnia dicta in confessione, etiam quæ respiciunt personam tertij: sentit enim Soto, quod ratio infamiae tollitur ratione sigilli.

63 Hæc tamen sententia mihi nō probatur, & moveor: nam aliàs infamatio apud confessariū

nullius esset momenti propter magnum illius iudicij secretum, & consequenter non esset notabilis infamia complicitatis enorme illius peccatū explicare, adeo ut nec peccatum esset mortale manifestatio illius facta etiam sine necessitate, cum eo casu eadem esset sigilli servandi ratio. Tū etiam secundo: nam apud unum tantum infamare proximum est peccatum mortale, & nihil refert, quod ipse teneatur obligatione sigilli, nec ne semper enim erit notabilis infamia. Tū tertio: nam aliàs sequeretur non esse necessariū aliū adire confessarium, qui cōplicitatem non cognoscat etiam si pœnitens posset id facere, si quidem nullā ex contrario sequeretur cōsiderabilis infamia complicitatis propter sigillum.

64 Omnis ergo varijs rationibus, quæ pro huius rei explicatione solēt Doctores adducere, pro defensione huius sententiæ necesse est ostendere, quod etiam in hoc casu non obstante dāno famæ cōplicitatis potest fieri integra confessio. Ad cuius rei explicationem primo supponendū est, quod quoties occurrunt duo præcepta, alterum naturale, alterum positivum, vel, ut melius dicam materia utriusque præcepti, naturale obligabit cessante positivo obligatione, nam occurrentia maioris præcepti impedit obligationē minoris.

65 Secundo supponendū est, quod etsi præceptum positivum etiam divinum nunquā deroget naturali, quando materia naturalis præcepti occurrit cum omnibus circumstantijs necessarijs ad eius obligationem, fieri tamē potest, ut occurrens præceptum positivum faciat deficere aliquā ex circumstantijs necessarijs ad obligationē naturalem præcepti, ratione cuius non obliget. Exemplū sit in sigillo, quod partim est iuris naturalis, partim iuris divini positivi quatenus ultra naturale vinculum servandi secreti accedit sacramentale vinculum propter reverentiam confessionis, & potest esse casus in quo nō tenemur servare præceptū naturale secreti servandi, imò obligemur ex eodem naturali præcepto revelare secretum, veluti si adesset periculum prodēdi patriā, quod nequaquam fieri potest, quando secretum cadit sub sigillo, propter sacramenti vinculum positivum. Ecce casum, ubi ex accidenti potentius apparet præceptum positivum, quam naturale: nā positivum facit cessare circumstantiam necessariam ad obligationem naturalem.

66 Quare tertio supponendum est, simpliciter loquēdo, non esse iuris naturalis tueri vitam, aut famam proximi, sed solum pertinet ad ius naturale, quod defensio non omitteretur sine iusta, & rationabili causa: rationabilis verò causa erit, quando aliquod maius bonum obstat, tunc enim non est naturalis obligatio tuendi vitam, aut famam proximi, & inde est, quod quamvis sit iuris divini positivi servare secretum confessionis, adhuc obligat etiam si ex revelatione dependeat conservatio vitæ, aut honoris proximi, maius namque bonum est hoc modo in violatum

latum servare sigillum, ut apud omnes magni habeatur confessio, & tutor sit, quam servare vitā, aut honorem proximi.

67 Ex quibus rectè colligi potest in specie nostra ratio, propter quam possumus complicitatis personam manifestare in confessione, quando aliud non superest remedium: nam infamare proximum non est absolutè malum sine alia circumstantia, sed quando non est aliud maius bonum, quod præponderet, at maius bonum pœnitentis est integram facere confessionē, ut melius possit confessarius medicinam ei adhibere: nec mirum est, quod proximus tam secretā patiatur infamiam propter salutem pœnitentis spiritualem: ergo quoties hoc instat, bonum spirituale nō obligat ius naturale de proximo non infamando, non quia ius positivum deroget naturali, sed quia deficit eo casu circumstantia necessaria ad obligationem naturalem præcepti.

68 Sed dices idem esse dicendum, quando ex tali declaratione sequeretur periculum vitæ, aut rei familiaris externum, quo casu dictum est silendam esse circumstantiam. Sed respondet rectè Gabriel Vazquez dicto art. 2. dubio 3. numero 28. diversam in hoc casu rationem versari, nam tunc damnum sequeretur ex malitia cōfessarii, non ex ipso actu confessionis, veluti si inde sumeret confessarius occasionem infamandi, aut occidendi proximum, aut inferendi aliud damnum, hoc namque verè esset contra ius naturale, quo teneor proximum non lædere. Imò eo casu nullum est bonum, quod damno proximi præponderaret, quoniam illud damnum nō sequitur ex ipsa integritate confessionis, non est enim necessarium illud pati ad illam consequendam, sicut infamia complicitatis apud confessarium, sed potius sequitur tunc ex abusu confessionis, unde aperte constat disparem esse utriusque casus rationem.

69 Tertio, & ultimò constituendum est, tutissimam esse eorum sententiā, qui dicūt, quod in prædicta specie saltem in mortis periculo oportet integram facere confessionē cum omnibus circumstantijs, quamvis per accidens sequatur infamia cōplicitatis apud confessarium, ut probant multi, quos refert Enriquez lib. 2. de pœnit. cap. 9. n. 4. & reddunt rationē, ex eo quod in articulo mortis migret à vita cum tutiori remedio. Cui addūt, quod pœnitens, dum sic vitatur iure suo, nemini facit iniuriam: argumento text. in cap. in Ecclesia de electione, neque ei imputabitur, si præter eius intentionem ledatur fama complicitatis, & cōfirmatur: nam is ratione connexitatis dum sponte peccavit huic periculo, ut infametur, se exposuit: nā ut bene advertit Cordoba casu 1. Caietan. tom. 1. tract. 31. nu. 5. dub. 1. hac ratione reus occultus amisit ius pro foro exteriori, ut accusatus, cum vno teste teneatur dicere veritatem etiam cum periculo vitæ. Eodem modo cōplex ratione connexitatis pertinet ad iudicium pœnitentis, cuius peccatum ipse novit extra confessionem, iniquū enim esset, ut pro conservanda fama complicitatis

apud unum secretissimum confessarium, dimidia retur confessio cum periculo repetendi illam, & cum his absolvetur, hæc disputatio.

S V M M A R I A.

Ad text. ibi: Proprio sacerdoti. Et in cap. Verbum Dei 51. cap. sufficiat 61. cap. quidam 90. de pœnitentia dist. 1. Tridentinum Sessione 14. cap. 7. Et de potestate clavium.

- 1 DE quibus agatur in his omnibus iuribus.
- 2 In ministro, ut veram, & validam conferrat absolutionem, duplex requiritur potestas: ordinis, & iurisdictionis.
- 3 Potestas iurisdictionis superaddita est ordini sacerdotali, quam quilibet sacerdos, imò & Pontifex potest amittere.
- 4 Habet hanc potestatem iurisdictionis Episcopus tantquam ordinariam in proprias oves etiam antequam sit sacerdos.
- 5 Hac potestas clavium est equalis in omnibus sacerdotibus ratione characteris inaequalis.
- 6 Huiusmodi clavium potestas ad duos refertur aliter ex quibus ita distinguitur, ut ex uno, & eodem ordine duplicem clavem consideremus.
- 7 Quomodo sit intelligendum, datam esse clavium potestatem ad aperiendum regnum calorum.
- 8 Primo, & secundo modo sumptum regnum calorum pertinet ad usum clavium pro foro exteriori extra sacramentum Pœnitentiae.
- 9 Quantum ad regnum calorum secundo modo sumptum respectu Ecclesie militantis Pontifex per clavium datas Matth. 18. absolvit à censuris.
- 10 Nonnulli ex Patribus existimant locum illam, Ioan. 20. Quorum remiseritis, intelligendum esse de Baptismo.
- 11 Consecrare Eucharistiam non pertinet ad actum clavium, sed ad potestatem ordinis.
- 12 Diversi est hæc clavium Christi pro pœnitentia ab illis clavibus, quas in lege naturæ, aut veteris habuerunt sacerdotes legales.
- 13 Pro foro exteriori habebat Pontifex clavem scientiæ, iuxta illud Luca 11. Tulisti clavem scientiæ, necessariam ad gubernationem, & interpretationem Sacra Scripturæ, & pro quibusdam dispensationibus.
- 14 Clavis autem Christi non solum ostēdit absolutam, aut undatam à lepra peccati, sed verè mundat attritum.
- 15 Dubium est, an quilibet sacerdos ex sola ordinatione habeat potestatem absolvendi in confessione sacramentali.
- 16 Verior est sententia sacerdotem non posse ad libitum uti clave potestatis in quolibet, ut factū tenent.

- 17 Obiectio ad supra dicta.
- 18 Quare ratione sacerdotum, dum ordinantur, verè dicantur constitui iudices, & accipere potestatem absolvendi, & clavem, & tamen non possint ea clave regnum Calorum aperire, nec ea potestate absolvere.
- 19 Ratio quadam adducitur dubitandi.
- 20 Responso Nabarri cap. 27. num. 239. & cap. placuit, de pœnitentia, dist. 6. num. 48. & num. 53. ad supra dicta.
- 21 Docent aliqui, presbyteros omnes Ecclesie primitivæ potuisse indistinctè omnium confessiones voluntarias audire, & absolvere, atque eo tempore accepisse iurisdictionem, & clavem sine ulla Ecclesie restrictione per materia mutationem. n. 22.
- 22 Hæc doctrina non placet.
- 23 Quid habeant sacerdotes iure divino in sua ordinatione, & quid illis desit supplendum per Ecclesiam, ut possint uti potestate, & clave iurisdictionis.
- 24 Iudicium Cartulariorum exemplo facile intelligitur clavis iurisdictionis, quæ reperitur in oratione sacerdotis.
- 25 Assignatio materia circa quam operetur clavium potestas primò est in Pontifice Christi Vicario,
- 26 Assignationem huius materia acceperunt Episcopi à Pontifice.
- 27 Parochi habent ab Ecclesia applicationem materia huius iurisdictionis.
- 28 Hæc assignatio materia fieri potest ex cõmissione.
- 29 Ratio decreti Concilij Florent. & Trident. propter quod dictum sit nullum esse legitimum ministrum huius sacramenti ex sola ordinatione.
- 30 Obiectio Durandi contra superiorem doctrinam.
- 31 An sacerdos virtute solius ordinationis in aliquo casu habeat assignatam materiam.
- 32 Potest sacerdos in aliquibus casibus absolvere à peccatis, & censuris reservatis. num. 34. & 35.
- 33 Omnem sacerdotem quomodocumque impeditum, Hæreticum, aut suspensum, aut excommunicatum posse in articulo necessitatis esse legitimum iudicem ad absolvendum etiam à reservatis. n. 36. 37. 38.
- 34 Hæc facultas concessa est in articulo necessitatis de faciente proprio parochio, vel proprio sacerdote ex delegatione.
- 35 Multi dicunt quemlibet sacerdotem habere iurisdictionem absolvendi iure divino in Papam ex sola ordinatione.
- 36 Respondetur huic opinioni.
- 37 Quid tenendum, an quilibet sacerdos virtute ordinationis habeat potestatem absolvendi venialia, & mortalia, quæ iam confessæ erant.
- 38 Pro complemento huius rei duo sunt videnda.
- 39 Rectè dicere Soto dist. 18. q. 4. art. 2. nullam esse equivocationem in cap. omnis.
- 40 Dupliciter concedi solet licentia. Et supponuntur aliqua. num. 47.
- 41 Non sufficit sola spes rati habitationis.
- 42 Sunt aliqui habentes privilegium eligendi in omni casu confessarium quem velint.
- 43 Rex, & domus Regia, vel Imperator non nisi ex privilegijs possunt confiteri alicui, quam proprio

- Episcopo, aut parochio sui domicilij.
- 51 An is, qui habet privilegium eligendi confessarium, possit quem voluerit eligere etiam simplicem sacerdotem. num. 52.
- 52 Agitur de licentia confessarijs data ad absolvendum quos voluerint.
- 53 Ad huius rei declarationem supponuntur, quæ dixerunt Ioannes de Poliano, & Enriquez.
- 54 Damari revera in Extravaganti Vas electionis errorem Ioannis.
- 55 Quid circa hos Ioan. & Enrici errores sciendum.
- 56 Quid dicendum primò in hac questione.
- 57 Quid dicendum secundo.
- 58 De quo locutus fuerit Martinus V. in suo Extrav.
- 59 Privilegium consistendi fratribus mendicantibus concessum fuit à tempore Alexandri Quarti, & postea confirmatum.
- 60 Amplissimum illis concessum fuit privilegium à Bonifacio Octavo.
- 61 An semper hodie post Tridentinam necessaria sit approbatio Episcopi ad audiendas confessiones, sive sacerdotum, sive secularium, sive regularium.
- 62 An is, qui ab uno Episcopo approbatus est, etiã censeatur approbatus pro quocumque Diocesi. n. 64.
- 63 Iuxta Trident. reputatur ipso iure idoneus quemcumq; sacerdotem habentem beneficium parochiale.
- 64 Hæc omnia quæ procedunt, si loquamur etiam attempto privilegio Bullæ Cruciatæ eligendi confessarium idoneum, scilicet ab Ordinario approbatum.

A D T E X T V M.

Ibi proprio sacerdoti, & in c. verbis Dei 51. c. sufficiat 61. c. quidam 90. de pœnitentia dist. 1. Trident. Sess. 14. cap. 7. & de potestate clavium.

In his omnibus iuribus, de potestate absolvendi à peccatis agitur, & consequenter de ministro sacramenti pœnitentiæ, quæ cum pertineat ad illa, vocamus clavium potestatem, de illa imprimis nobis agendum est, ut videamus, qui sint huius sacramenti sufficientes ministri.

2 In hoc ergo ministro, ut veram, & validam absolutionem conferre possit, duplex necessaria est potestas: ordinis, & iurisdictionis, hæc enim promissa fuit Petro Matth. 16. in illis verbis: *Tibi dabo claves regni cælorum.* Et tradita Ioan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* cum multis sequentibus. Potestas ergo ordinis ad absolvendum à peccatis in foro pœnitentiæ dicitur clavis Ecclesie, & præter illam, ut absolutio sacerdotis præstet effectum, & efficiat verum pœnitentiæ sacramentum, necesse est, ut sacerdos iurisdictionem habeat ordinariam, aut delegatam. Id enim ostendit D. Th. 2. q. 39. a. 3. dicens potestatem ordinis cõferri per ordinationem, potestatem vero

verb iurisdictionis dari per cõmissionem factam à Deo, vel ab homine, Turcrema. lib. 2. summe, cap. 77. Nabarro in cap. 1. de pœnitentia, dist. 6. n. 2. & in cap. placuit, num. 14. & 44. eadem dist. Sic Concilium Tridentinum Sessione 14. cap. 7. & Sessione 23. cap. 15. & Sessione 24. cap. 13. & tradunt communiter Theologi cum Magistro in 4. distinct. 18.

3 Hæc enim potestas iurisdictionis, de qua loquimur, superaddita est ordini sacerdotali, quæ quilibet sacerdos potest amittere: imò etiam Pontifex, si renuntiet Pontificatui, aut si culpa hæresis pribetur per Ecclesiam, ut notant Caietanus de autoritate Papæ, cap. 17. & 18. Turcremata. lib. 2. summe cap. 112. ad septimum, & lib. 4. secunda parte, cap. 18. Bañez secunda secunda, quæst. 1. art. 10. dubio 2. conclusione 2. Nam ut isti advertunt, quamvis Pontifex iurisdictionem habeat universalem in totam Ecclesiam immediate à Christo, ut dictum est in Extravaganti *Vnam sanctam*, de maiestate, & obedientia, per accidens tamen, & secundum quid efficitur inferior Ecclesia ratione hæresis. Similiter etiam eandem iurisdictionis potestatem Episcopis, parochis, aut alijs datam sacerdotibus potest ex causa restringere Pontifex, vel pœnitens propter culpam auferre, capite ita dominus 19. distinct. ita ut possit Sacerdos carere omni iurisdictione clavium, ut testatur Enriquez lib. 3. de pœnitentia, cap. 1. num. 3. quamvis Castro lib. 2. de iusta hæreticorum punitione cap. 24. existimet Episcopo nunquam auferri totam iurisdictionem, sed impediri usum: idem Driedo lib. 4. de Ecclesiasticis dogmatibus ca. 4. ad finem. Abul. sup. Matth. cap. 16. q. 87.

4 Habet ergo hanc potestatem iurisdictionis Episcopus tanquam ordinariam in proprias oves etiam antequam sacerdos sit, nõ ut ipse per se ipsum possit absolvere, sed ut eam iurisdictionem alijs sacerdotibus delegare possit, non solùm ut à peccatis in foro pœnitentiæ absolvant, sed etiam in foro exteriori, ut resolvunt Ioan. Andreas, & Abbas relati à Gigante de penitentibus, q. 56 à n. 3. Mandosius in regula cancellariæ 32. q. 15. Soto de iustitia & iure, lib. 20. q. 1. art. 2. conclusione 1. Sylvester verbo *Episcopus* el. 1. § 8.

5 Hæc ergo potestas clavis æqualis est in omnibus sacerdotibus ratione characteris indelebilis, Trident. Sessio. 23. de reformat. cap. 15. vbi constat in potestate, seu clave, iurisdictionis gradus esse diversos: minor est in parochio, quam in Episcopo, is enim in ipsos parochios habet iurisdictionem, & etiam immediate in omnes suæ Diocesis: maior est in Archiepiscopo, qui etiã aliquam iurisdictionem exercet in Episcopos suffraganeos, hæc enim potestas indelebilis est, cum sit potestas ordinis: supponit enim characterem sacerdotalem consecrandi corpus Christi, neq; ab illo differt. Sic docet cõmunis Theologorum doctrina cum Magistro in 4. dist. 18. D. Thom. 4. cõtra gentes cap. 72. Soto lect. 1. de clavibus, Turcremata lib. 1. summe cap. 93. cõclus. 4. & 6. nam

hæc potestas clavium ordine quodam primò data ad effectum consecrandi corpus Christi, & de inde perficitur ad novum illum actum sanctificandi corpus Christi mysticum. Falsò ergo Scotus in 4. dist. 19. q. unica art. 3. credit, potestatem clavium, id est, iurisdictionis separabile esse à characterem consecrandi Eucharistiam: nam quavis potestas characteris non sufficiat, ut sacerdos possit absolvere, nisi addita sit potestas iurisdictionis, ipsa tamen ordinis potestas dicitur clavis, quæ Petro data nõ fuit, sed solùm promissa Matth. 16. eo enim tempore nondum erat sacerdos: *Tibi dabo claves regni Cælorum.* Postea verò omnibus collata fuit, cum Christus post Resurrectionem Ioan. 20. dixit: *Sicut misit me pater, scilicet cum potestate ligandi, & absolvendi: Ita ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis, &c.* ut ex Patribus copiose ostendit Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice cap. 12. & 13.

6 Unde dicimus huiusmodi clavium potestatem ad duos diversos actus referri, ex quibus ita distinguitur, ut ex uno, & eodem ordine duplicem clavem consideremus, alteram scientiæ, alteram potestatis. Clavis scientiæ est autoritas iudicialis cognoscendi de causis, id est, de peccatis, & illorum circumstantijs, per quæ sacerdos de idoneitate pœnitentis cognoscit, in quæ est ferenda sententia, aut dignus, vel indignus sit absolutione. Sic D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 17. art. 3. ad 2. Clavis verò potestatis est circa digne dispositos, ut illos possit à peccatis absolvere, si vero eos videat non bene dispositos, illos privativè liget, id est, negata absolutione eos ligatos manere permittat, donec dignam habeant dispositionem, ut ex multis ostendit Enriquez lib. 1. de pœnit. cap. 11. & 12.

7 Sed cum hæc clavium potestas data sit ad aperiendum regnum Cælorum, qualiter hoc sit intelligendum videre oportet: nam multipliciter sumi probant Pagninus lib. 6. Isagogæ cap. 17. & lib. 15. cap. 3. & 4. Driedo lib. 3. de Ecclesiasticis dogmatibus, tract. 2. cap. 1. Abulensis super Matthæum cap. 12. q. 65. Pro cuius declaratione sciendum est, regnum cælorum tripliciter dici. Primo Sacra Scriptura, & doctrina Ecclesie, per quam intrandum est regnum cælorum, sic Lucæ 11. *Va vobis legi speritis. qui tulistis clavem scientiæ.* Secundo Ecclesia ipsa militans à Christo vocatur regnum cælorum, ut Matth. 13. *Simile est regnum cælorum,* nam extra illam nulla est salus, & nulla via in cælum. Tertio dicitur regnum cælestis beatitudinis, quod sacerdos clave absolutionis aperit peccatoribus, & sicut peccatum præcipue in corde latet, ita præcipue actus clavium est in occulto foro pœnitentiæ aperire cælum: ligat verò occulte sacerdos, seu claudit cælum, dum peccatorem in sua culpa relinquit, vel adstringit ad pœnam pœnitentiæ impositam, ut rectè ostendit Enriquez lib. 1. de pœnitentia, cap. 18.

8 Regnum ergo cælorum primo, & secundo modo sumptum pertinet ad usum clavium pro foro exteriori extra sacramentum pœnitentiæ, hoc

enim modo Pontifex, aut Cōciliū aperi, id est, declarat sensum Scripturæ, prædicat fidē cū auctoritate, leges statuit, & alia salutis humanæ remedia, declarat ius naturale obscurum, vt v.g. de immortalitate animæ, de non æternitate mundi, de quo videtur in Cano libro 12. de locis Theologicis, capite final. conclusione tertia, vnde eleganter advertit Caietanus tomo primo, tractatu secundo de Romano Pontifice, capite quinto, plus significare claves, quæ Matth. decimo sexto, soli Petro promissæ sunt, quam quæ Ioannis vigesimo, vbi data est potestas remittendi, & retinendæ: nam Pontifex supra cæteros Episcopos habet aperire ex auctoritate sensum scripturæ; regere vniuersalem Ecclesiam, dispensare: qui actus non pertinent directe ad iudicium, pertinent tamen ad actum aperiendi, & solvendi, & hoc modo ad vsum clauium. Sic etiam Pontifex liberat animam à pœnis Purgatorij per applicationem thesauri, quod profus pertinet ad clavē superioris, qua solvit, vel ligat, vt explicant Hieronymus, Chrysostomus, & Theophilactus, super Matthæum cap. 16. & relati à Bellarmino lib. 1. de Romano Pontifice cap. 12.

9 Sic etiam quantum ad regnum cœlorum secundo modo sumptum respecta Ecclesiæ Militantis Pontifex per claves Matthæi decimo octavo datas absoluit à censuris: excommunicatus enim reducitur cum auctoritate clauium in gremium Ecclesiæ, in participationem suffragiorum, in illis enim verbis Matth. decimo octavo, *Quodcunque ligaveritis*, data sunt claves ad excommunicandum subduntur enim illa: *Si Ecclesiam non audierit, &c.* vt notant Theologi cum Magistro in quarta distinctione decima nona, & multi ex Patribus relati à Bellarmino dicto capite duodecimo, & capite decimo tertio. Colligitur etiam ex illis potestas ligandi legibus, de quibus Matthæi cap. 23. ibi: *Alligant onera, &c.* & Lucæ 13. *Qui vos audivit me audit*, per eandem etiam claves ligat censuris impedimento irregularitatis ad ordines, vel inhabilitatis ad beneficia.

10 Ad maiorem autem clauium declarationem sciendum est, nonnullos ex patribus existimasse locum illum Ioan. 20. *Quorum remisistis &c.* vbi plenam clauium potestatem datam fuisse diximus, etiam intelligendum esse de baptismo. Sic Cyrillus libro duodecimo, in Ioan. cap. 56. Chrysostomus homilia 85. in Ioan. Hieronymus epistola 150. ad Elvidiam, Bellarminus lib. primo de pœnitentia capite decimo, & libro primo de Pontifice, capite duodecimo. Per baptismum enim primò aperitur ianua cæli, cuius ministratio solemniter, & ex officio pertinet ad sacerdotes: imò & Pontifex promulgato Evangelio obligat etiam in conscientia infideles, vt credant, & baptizentur, vt rectè tradidit D. Thom. secunda secundæ, quæstione decima, articulo 8. & Doctores communiter in quarta distinctione quarta, non tamén habet vim coactivam, vt per pœnas compellat infideles recipere baptismum

capite maiores de baptismo. Debet enim homo sponte fidem, & baptismum suscipere: quod aliter est in hæreticis iam baptizatis ratione contractus, quem profitentur in baptismo, compelluntur enim pœnis etiam mortis credere integram fidem In illo ergo casu per clavem scientiæ iudicat sacerdos, an habeant dignam dispositionem ad baptismum, & ita verum est quendam esse clavium vsum circa baptismum, at re vera claves illæ, quæ Ioan. vigesimo, data sunt, pertinent ad sacramentum pœnitentiæ, quod sacerdos exercet per modum iudicij, vt ex Patribus probant Bellarminus libro primo de pœnitentia, capite decimo, & libro tertio de confessione, capite secundo, Enriquez libro tertio de pœnitentia, cap. quarto numero secundo, Concilium Tridentinum Sessione decima quarta, capite primo, canone tertio & Sessione sexta, capite decimo quarto, & Sessione vigesima tertia, capite primo, canone quarto, Concilium Constantiense Sessione decima quinta, & 18.

11 Vnde est, quod consecrare Eucharistiam non pertinet ad actum clauium, sed ad potestatem ordinis, hæc enim in vltima cœna data fuit, antequam Ioan. 20. clauium potestas concessa fuisset, vt supra dictum est: sacrificium enim potest offerre sacerdos pro se ipso absque vlla iurisdictione per sacrificium sacerdos non liberat alium à pœnis cum auctoritate per modum iudicis, sed eo modo, quo iustus satisfacit pro alio sine vilo vfu clauium ex vnione charitatis, nemo enim clave immediate in se ipsum vti potest, nisi forte Pontifex, dum sibi concedit indulgentias, & secum dispensat. Hac namque iurisdictione favorabili vti potest Pontifex in se ipsum, vt advertunt Ancharranus in capite venerabilem in fine, de electione, Felinus in capite secundo, de sponsalibus, Maiolus libro secundo de irregularitate, capite quarto, Nabarro in capite placuit, de pœnitentia, distinctione sexta, numero nono, Sylvester verbo *Papa*, §. quarto, & potest se solvere pœnitentijs iniunctis, & votis ex D. Thom. tertia parte in additione, quæstione vigesima septima, articulo quarto, ad tertium, Cordoba libro quinto, quæstione tertia, & quæstione decima tertia, dubio tertio, & quæstione trigesima. Hoc enim non ita est in Episcopo, aut prælato religionis, qui secum dispensare non possunt, sed id committunt suo confessario, qui poterit cum illis dispensare in omnibus, in quibus ipse posset cum suis subditis. Sic Sylvester verbo *votum*, §. quarto, §. tertio, versu vndecimo, Angelus verbo *votum*, §. 4. §. 7. Abbas in capite magne de voto.

12 Neque eadem, sed diversa est hæc clavis Christi Domini fori pœnitentiæ ab illis clavis, quas in lege naturæ, aut veteri legimus habuisse sacerdotes legales, vt notant D. Thom. libro primo de regimine Principum, capite decimo quinto, Soto in quarta distinctione 18. quæstione prima, articulo secundo, Bellarminus libro tertio de pœnitentiâ, capite tertio, & quarto, & ideò

eo tempore dicebatur regnum sacerdotale, quia sacerdotes subdebantur regibus. Nunc verò prima Petri capite secundo, dicitur regale sacerdotium, quoniam potestas regia subdita est sacerdoti. Illo enim tempore nondum erat aperta ianua regni cælestis, nec sub hoc nomine ante legē Evangelicam reperitur mentio illius, vt Matth. tertio: *Appropinquavit regnum calorum*, & sentit D. Augustinus libro quarto contra Faustum Manichæum, cap. secundo, & libro decimo octavo, de civitate Dei, capite vndecimo, D. Thom. prima secundæ, quæst. 107. articulo primo, ad secundum, & quæst. 114. articulo decimo, ad primum, sub alijs enim nominibus, quam regni cælorum, promissa est patribus iustis in lege veteri vita æterna, vt ostendit Martinez libro octavo hypoteseon capite sexto, & capite tertio, ex Augustino libro decimo nono, contra Faustum, capite secundo. Nam Tribu Levitica, seu sacerdotalis non habebat potestatem spiritualem ad conferendam gratiam homini attrito, aut ex opere operato: in sola enim circumcissione adultis etiam cum attritione dabatur gratia, teste D. Thoma tertia parte, quæstione 62. articulo sexto, ad tertium, & quæst. 70. articulo quarto, ad quintum, Bellarminus libro secundo de sacramentis, cap. 13. & 15. At circumcisio non solum à sacerdotibus, sed etiam à laicis applicari poterat, sicut baptismus: quod qualiter fieret rectè ostendit Suarez libro nono de legibus, capite septimo, à numero quarto, cum certum esse doceat secundum catholicam doctrinam nullum sacramentum veteris legis habuisse virtutem iustificandi, neque in eo dari gratiam extra meritum operantis: solum enim antiqui illi sacerdotes erant viri deputati ad cultum divinum, & ad sacrificia animalium offerenda.

13 Pro foro tamén exteriori habebat Pontifex clavem scientiæ iuxta illud Lucæ vndecimo: *Tulisti clavem scientiæ*, necessariam ad gubernationem, & interpretat onem Sacræ Scripture, & pro quibusdam dispensationibus: nam cum sacerdotes haberent claves materiales templi, à quadam irregularitate absoluebant, qua impediabant intrare templum ad offerenda sacrificia: erat enim tunc quadam vmbra excommunicationis contra inobedientes, vt extra Synagogam manerent, vt Ioan. 9. 12. & 16. ibi: *Abique Synagogis facient vos*: eiciebantur enim leprosi extra civitatem, vt Levitici 14. Numerorum 5. imò & excommunicationis vestigium etiam fuit apud gentes ex Platone libro nono, & libro decimo, de legibus, Alexand. ab Alexandro libro tertio Genialium cap. 5. Tiraquellus lib. 1. de vtroque retractu tit. 1. §. 1. glossa 9. num. 281.

14 Clavis autem in lege Christi Domini non solum se extendit, vt absolutum ostendat, aut mundatum à lepra peccati, sed verè mandat attritum commutando pœnam æternam, in temporalem. Concilium Tridentinum Sessione 14.

capite sexto, canone 9. si verò iussu absolvatur etiam à peccatis, à quibus iam fuerat directe absolutus nova existente confessione infunditur augmentum gratiæ, & quamvis attrito virtute clauium non auferatur tota pœna temporalis ex D. Thom. tertia parte, quæstione 86. artic. 4. ad tertium, multum tamen ex opere operato minuitur iuxta qualitatem dispositionis.

15 Sed cum hæc clauium potestas competat sacerdotibus ratione characteris sacerdotalis, dubium est, an quilibet sacerdos ex sola ordinatione habeat potestatem absoluendi in confessione sacramentali. In qua quæstione omnes catholici conveniunt, non omnes sacerdotes attentio iure canonico habere hanc potestatem absoluendi, quoniam non omnibus iure canonico datum est administrare hoc sacramentum. Quomodo autem hoc intelligatur non omnes conveniunt: nam Durandus in quarta distinctioe 19. quæstione secunda, singularem sequutus est opinionem dicens, quod iure divino in ipsa ordinatione sacerdotes accipiunt veram potestatem absoluendi à peccatis, sicut & consecrandi, quamvis aliàs iure Ecclesiastico prohibitum sit quemlibet absolvere posse, ita vt contrarium faciens peccet mortaliter. Vnde ait, quod si pœnitens sacerdoti non approbato ignoranter confiteatur, valida erit absolutio, vt pote data ab habente potestatem: sicut etiam valida esset consecratio facta à sacerdote suspensio, vel aliàs prohibito ministrare, aut celebrare propter characterem indelebilem Fatetur tamén Durandus pœnitentem, si cognoverit, teneri iterum confiteri proprio sacerdoti, quia cum Ecclesia præcipiat recipere hoc sacramentum, & à ministro, quem assignat, non aliter liberatur ab obligatione præcepti, quã confiteatur alteri ab Ecclesia assignato. Eandem opinionem vocat probabilem Almainus in 4. distinctione 17. art. 4. huius opinionis fundamenta infra sunt declaranda.

16 Sed verior est contraria sententia, sacerdotem scilicet non posse ad libitum vti clave potestatis in quemlibet, vt factum teneat, vt properam dixit Durandus, sed vltra potestatem ordinis necessariam esse iurisdictionem, qua mediã te quosdam habeat subditos, quos possit absolvere, ita vt minister huius sacramenti necessario habere debeat ordinem sacerdotalem, & iurisdictionem, siue ordinariam, siue delegatam, vt statim declarabimus. Hanc sententiam probant D. Thomas in quarta distinctione 17. quæstione 3. artic. 3. ad tertium, & distinctione 19. quæstione prima, articulo tertio, ad primum, Caietanus tomo primo opusculorum, tractatu septimo, quæstione prima, Nabarro capite quarto, à numero secundo, & capite placuit, de pœnitentia, distinctione prima à numero primo, Soto dicta distinctione 18. quæstione quarta, articulo secundo, & relati à Gabriel Vazquez tertia parte quæst. 93. articulo primo, dubio secundo, à numero quarto.

Quæ doctrina est de fide, ut constat ex Concilio Florentino Sessione vltima, in decreto Eugenij, vbi definitum est ministrum huius sacramenti esse sacerdotem habentem iurisdictionem, siue delegatam, siue ordinariam. Et idem in Concilio Tridentino Sessione 14. capite septimo, ergo certum est sacerdotem solam potestatem ordinis habentem absque iurisdictione absolvere non posse, ex his enim decretis aperte convincitur sententia Durandi, ut in Concilio Tridentino ibi: *Nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eum profert, in quem ordinaria, aut subdelegatam non habet iurisdictionem.* Et rationem huius doctrinæ tradit efficacem Concilium Tridentinum dicta Sessione 14. dicto capite septimo: nam absolutio sacramentalis est vera iudicij sententia, & ideo ex natura sua postulat iurisdictionem: credendum ergo est hoc modo fuisse institutum à Christo sacramentum, cum fuerit institutum ab illo in forma iudicij.

17 Sed obijciat aliquis, quod etsi hoc verum sit, in dictis tamen Conciliorum decretis solum dicitur ministrum debere habere iurisdictionem: cum ergo sacerdotes ex sola ordinatione iudices sint constituti, dicendum videtur omnes eo ipso, quod ordinantur, iurisdictionem habere; de ratione namque iudicis, & iudicij est habere iurisdictionis potestatem. Quod difficilius redditur: nam ex aduerso, si hæc ratio esset vera iam omnes sacerdotes haberent iurisdictionem ordinariam ex ipsa ordinatione: at decreta Conciliorum supponunt in sacerdote posse esse, & ordinariam, & delegatam iurisdictionem: ergo aperte sentiunt non esse à Christo omnibus sacerdotibus concessam necessariam iurisdictionem ad absolvendum: imò dicunt sine tali iurisdictione ordinaria, vel delegata nullam esse absolutionem, ergo supponunt aliquam esse nullam ex defectu iurisdictionis: quod falsum esset, si omnes haberent ordinariam virtute solius ordinationis.

18 Vnde difficile est intelligere, qua ratione sacerdotes, dum ordinantur, verè dicantur iudices constitui, & accipere potestatem absolventi, imò & clavem, & nihilominus ea clave regnū cælorum aperire non possint, nec ea potestate absolvere: quare Soto vbi supra, & Canus in relectione de pœnitentia, quinta parte, folio 133. Turcremata libro primo de Ecclesia, capit. 98. & alij multi ex antiquis docent, duplicem esse potestatem: aliam ordinis, aliam iurisdictionis, & solam potestatem ordinis non sufficere ad absolvendum sine clave iurisdictionis. Primam dicunt habere sacerdotem à Christo immediatè. Secundam verò tantum ab Ecclesia, & ita limitari posse ab Ecclesia ad certas, & determinatas personas, & ad determinata genera peccatorum facta aliarum reservatione.

19 Sed hæc sententia mihi non placet: nam primò in ordinatione sacerdotes non tantum

accipiunt à Christo Domino potestatem conferendi, sed etiam absolventi, & clavem aperienti cælum, ergo à Christo accipiunt potestatem iurisdictionis. Imò verius est, quod Ecclesia eam potestatem absolventi à peccatis illis tribuere non poterat, ut infra ostendemus. Sic enim dicimus, quod Ecclesia non potest, cui voluerit, conferre clavem iurisdictionis in foro pœnitentiæ, sed solum clavem potestatis ad excommunicandum, & conferendas indulgentias, quam potest conferre Pontifex, cui voluerit etiam non sacerdoti: imò & merè laico posset, ad absolvendum autem à peccatis nec potest tribuere clavem, ergo nec iurisdictionis potestatem. Imò ut rectè advertit Paludanus in quarta distinctione vigesima secunda, quæstione tertia, articulo secundo, numero sexto, quilibet iudex Ecclesiasticus dū absolvit ab excommunicatione, potest dicere auctoritate Pontificia, aut Episcopali id facere, sed dū à peccatis absolvit, ita dicere non potest, nō enim absolvit potestate sibi ab hominibus data, sed à Deo immediatè, non ergo rectè explicant Sotus, & Canus, quomodo sacerdotes, ut possint absolvere, debeant habere iurisdictionem, & quid in hoc ab Ecclesia recipiant.

20 Quare aliter Nabarro capite vigesimo septimo, numero 259. & in dicto capite placuit, de pœnitentia, distinctione sexta, numero quadragesimo octavo, & num. 53. Respondet, quod omnibus sacerdotibus in ipsa ordinatione confertur à Christo Domino iure divino iurisdictionis absolventi in omnia peccata mortalia in habitu, non in actu: in quam sententiam inclinant Paludanus in quarta distinctione decima septima, quæstione secunda, articulo secundo, conclusione secunda: Sylvester verbo *Confessio* el segundo, §. secundo, & alij nonnulli ab eis relati. Putant enim potestatem, seu clavem iurisdictionis habituales pertinere ad potestatem ordinis, docentes actualem accipere ab Ecclesia, non à Christo immediatè. & ita dicunt eam clavem habituales, quam accipiunt in ordinatione, accipere subordinatam Papæ, aut Episcopo, qui potest illius iurisdictionis usum impedire. Quod ut explicent dicunt, Pontificem potestatem absolventi à Christo datam à sacerdotibus tollere non posse directè, sed indirectè tantum tollendo materiam absolutionis, ut ea deficiente nulla remaneat absolutio: nam cum materia sint peccata illorum, qui se sponte sacerdoti subiiciunt, potest efficere lex humana, ut isti, vel illi homines, & in talibus, vel talibus casibus non se subiiciant sacerdoti. Vnde dicunt actualem iurisdictionem absolventi nihil aliud esse quam potestatem, seu clavem absolventi, non impedita, aut subtracta materia, remanente semper integra potestate, & clave habituali.

21 Vnde docent, presbyteros omnes Ecclesiæ primitivæ potuisse indistinctè omnium confessiones voluntarias audire, & absolvere, nam

nam eo tempore omnem iurisdictionem, & clavem accipiebant in ordinatione, neque illa erat restrictio Ecclesiæ per materiæ mutationem: nō enim erat impedita, & ideo habebant, & actualè, & habituales: nūc verò solum habituales, quia impeditam, ut sentit Paludanus in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo secundo, conclusione secunda, eo enim tempore cum rariore essent Episcopi, & sacerdotes, quilibet poterat eligere confessarium adhibitum, Nabarro capite vigesimo septimo, num. 259. §. tertio, & quinto, & in dicto capite placuit, numero 19. Antoninus tertia parte, titulo decimo septimo, capite vndecimo, Cano de pœnitentia, quinta parte, Panormitanus in Clementina prima, de privilegijs.

22 Postea verò crescente sacerdotum numero distinctas fuisse parochias, & dioceses dicunt à tempore Urbani Secundi, in dicto capite placuit, de pœnitentia, distinctione sexta, quamvis Nabarro ibidem dixerit ante Urbanum Secundum factam fuisse parochiarum divisionem à Calixto Primo, epistola secunda, & Dionysio Papa, epistola secunda, ut habetur in capite primo, 9. quæst. 2. & in capite primo, 3. quæst. 1. De quo videndus Burcardus libro decimo nono, decreti, cap. 72.

23 Sed hæc doctrina non placet: nam si seclusa lege humana sacerdotes in ipsa ordinatione accipiunt plenam clavem iurisdictionis habituales, & actuales, ita ut ex ea sola possent quemlibet absolvere: ergo postea lege humana Pontificia impediri non potuit illorum potestas, cum iure divino, & habituales, & actualis potestas eis fuisset data, iure enim divino quilibet peccator esset materia legitima illius iudicij. Sicut enim Ecclesia non posset potestatem consecrandi impedire, sed tantum prohibere consecrationem, similiter nec posset impedire absolutionem, sed tantum illam prohibere, eadem enim videtur in utroque casu ratio. Vnde dicendum puto, dicto dubio secundo, numero decimo quinto, semper iure divino fuisse necessarium, ut unicuique assignaretur materia huius iurisdictionis, hoc enim nunquam habuerunt sacerdotes à sua ordinatione, sed propter abusum necessaria fuerunt illa Pontificum decreta Calixti, Dionysij, & Urbani.

24 Quare his opinionibus, & alijs ommissis videndum est, quid habeant sacerdotes iure divino in sua ordinatione, & quid illis desit supplendum per Ecclesiam, ut possint uti potestate, & clave iurisdictionis. Quod vix explicant Doctores, non enim est dicendum totam iurisdictionis potestatem, & clavem ab Ecclesia recipere, neque etiam dicendum est totum, quod requiritur in iurisdictione habere ex sola ordinatione iure divino. Ad huius autem rei declarationem in memoriam revocandum est, quod iure civili

non solum sunt iudices arbitri, qui consensu partium eliguntur, sed etiam ordinarij, quibus assignata est materia iudicij, scilicet territorium, aut determinata causæ totius regni, aut omnes, ut constat ex integris titulis, ff. & C. de iurisdictione omnium iudicum, de iudicijs, & de arbitris. Sunt etiam, & delegati, qui non propriam, sed mandatam habent iurisdictionem, ut in lege prima, & per totum, ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictione. Præter quos etiam invenimus fuisse olim quosdam iudices Cartularios vocatos, quorum fit mentio in lege tertia, C. de canon e largitionalium titularum libro decimo, & eorum meminuit, glossa in lege prima, ff. de iudicijs, Sylvester verbo *Iudex* el primero, quæstione prima, Nabarro in dicto capite placuit, numero decimo nono, hi enim Cartularij iudices non eligebantur, ut arbitri ex voluntate, & conventionem partium, sed habebant ab Imperatore potestatem, ut iudicare possent in causis illorum, qui se illis subiicere voluissent: plenam igitur habebant iurisdictionem à Principe concessam, non tamen habebant materiam iudicij designatam, id est subditos determinatos. Quando ergo aliqui illis se subiiciebant Cartularijs, ius dicendi potestatem non tribuebant, hanc enim habebant à Principe, sed solum determinabant materiam, quam princeps nō determinaverat, sed determinatio restricta erat arbitrio eorum, qui iudicari volebant, & ideo nullum erat exercitium ante materiæ determinationem, non ex defectu potestatis, sed ex defectu materiæ, circa quam exerceretur.

25 Horum ergo iudicum Cartulariorum exemplo facile intelligitur clavis iurisdictionis, quæ reperitur in ordinatione sacerdotis, qui in illa non solum recipiunt ordinem ea parte quæ est potestas consecrandi, sed etiam ea, quæ est potestas iudicandi super peccata, ut indicant illa verba, quæ singulis dicuntur dum ordinantur: *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remisistis, &c.* Quibus iudices constituuntur quasi Cartularij, & auctoritatem recipiunt ius dicendi in peccata: hanc enim iudicalem potestatem, quam dicemus clavem iurisdictionis, non potest sacerdos recipere ab Ecclesia, sed à Christo immediatè, à quo etiam accipit potestatem consecrandi. Differunt tamen à Cartularijs: nam hi accepta semel potestate ius dicendi à Principe iudicandi potestatem poterant iudicare de illis, qui se sponte illorum iurisdictioni subiiciebant; aliter autem à Christo Domino in ordinatione constituuntur iudices sacerdotes, nā iure divino non accipiunt iurisdictionem expeditam in omnes volentes se illis subiicere, aliàs nullo modo potuisset Ecclesia eorum iurisdictionem limitare, non enim acceperunt à Christo determinatam materiam huius potestatis, sicut hodie habent parochi, & alij prælati per assignationem potestatis factam, sed solum accipiunt potestatem ius dicendi, sicut Cartularij absque vlla determinatione subditorum, qui sint materia huius potestatis.

potestatis, itaque sacerdotes in ordinatione non solum constituuntur iudices propterea quod ratione characteris efficiantur habiles, ut possint eligi in iudices, sed verè iudices efficiuntur cum potestate actuali activa iudicandi, non tamen habent materiam designatam, circa quam iudiciū exercent, cuius designatio relicta est arbitrio Ecclesiae, ita ut verè accipiant in ordinatione positivam, & activam potestatem iudicandi, & solum materiam, circa quam spectant. Hanc modū explicandi probavit eleganter Gabriel Vazquez ubi supra, ex Antonino, Angelo, Maiore, Paludano, & Catherino, quos retulit num. 28.

26 Hæc autem assignatio materiam, circa quam operetur hæc clavium potestas primo est in Pontifice Christi Domini Vicario, cui à Christo iure divino concessa est immediatè, & assignata à Christo pro universalis Ecclesia. Et idem dicendum est de cæteris Apostolis, quos immediatè, & visibiliter Christus ordinavit, & ab eo acceperunt potestatem ligandi, & absolvendi, & puto à Christo iure divino iudices fuisse constitutos, ut cartularios, ita ut illis non potuisset limitari materia, sed quicunque vellet illorū posset subijci iudicio. Credo enim illos plenissimam accepisse potestatem non coarctandam per Ecclesiam, quamvis aliàs ipsi accepissent determinatas provincias, cum missi sunt, & divisi in prædicationem Evangelij, quod insinuant Ioan. verba cap. 20. ubi: *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos.* Quamvis id negaverit Paludanus in 4. dist. 19. quæstione secunda, articulo primo, numero tertio, neque est probabile cæteros Apostolos à Petro iurisdictionem accepisse, ut falso credit Turcremata libro secundo summæ Ecclesiasticæ, cap. 54. & in capite in novo 21. distinctione, Iacobatus libro decimo, de Concilijs, articulo septimo, de quo videndus Caietanus tomo primo opusculorum tractatu primo, capite tertio, & tractatu tertio de potestate Papæ, capite quinto, & ex Cyrillo, Chrysostomo, & Cypriano, verba Ioan. 20. explicantibus probat Victoria de clavibus §. 4. Cordoba lib. 4. quæst. 12. Enriquez lib. 3. de pœnitentia, cap. 5. num. 5.

27 Episcopi autem assignationem huius materiam acceperunt à Pontifice: constat enim ex institutione divina esse Episcopos in communi, ut fatentur communiter Theologi in 4. dist. 19. Vega libro primo in Concilium Tridentinū capite primo, quinto, & sexto. Soto de iustitia & iure, libro primo, quæstione prima, articulo quarto, Cobarruvias in regula peccatum, secunda parte, §. nono, numero sexto, Ayala de traditionibus Ecclesiasticis, tertia parte, capite sexto, & probat D. Thom. secunda secundæ, quæst. 184. articulo sexto, ad primum, & in 4. distinct. 19. quæstione prima, articulo primo, & secunda secundæ, quæstione 39. articulo tertio, dicens à Pontifice derivari iurisdictionem in Episcopos, pendereque ab illo in fieri, & conservari, qui potest eam restrin-

gere, & auferre. Cum tamen (ut diximus) Episcopi in communi sint de iure divino, tenetur Pontifex præcepto Christi Domini conservare ordinem Hierarchicū, & creare Episcopos, ut sint pastores ordinarij, ut de quibusdā magistris Concilij Constantiensis retulit Turcremata libro secundo summæ, cap. 70. Almainus de potestate Ecclesiæ, capite sexto, & septimo, singuli enim Episcopi in particulari non iure divino, sed iure Pontificio habent hanc potestatem quantum ad assignationem materiam, ut docuit Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardaniæ, ut constat ex capite penultimo, & fin. 9. quæst. tertia, Turcremata libro secundo summæ, cap. 54. Burcardus libro primo Decreti, cap. 168. copiosè Bellarminus libro quarto de Romano Pontifice, capit. 24. Certum enim est hanc iurisdictionem cum assignatione materiam non esse connaturalem proprietatem necessariò coniunctam consecrationi Episcopali, ut est in Episcopo titulari, qui nullius diocesis est ordinarius pastor, & in Episcopis, qui auctoritate Pontificis Episcopatu renuntiaverūt, aut privati sunt illo propter crimen. Imò & è converso aliquando sacerdotes, qui Episcopi non sunt, iurisdictionem habent Episcopalem, & appellatione Episcopi continentur, ut in Concilio Tridentino Sessione 23. cap. 15. tunc ergo assignata fuit materia iurisdictionis Episcoporum quando determinatæ sunt diocesis, & territoria, omnes enim incolæ sunt materia legitima iurisdictionis Episcopi.

28 Sic etiam, & parochi ab Ecclesia habent applicationem materiam huius iurisdictionis, assignatæ enim sunt parochiæ auctoritate Pontificia, & idè hodie non solum habent potestatem, quam in ordinatione acceperunt, sed etiam iurisdictionem ad materiam applicatam, ut legitimè operari possint, & dicuntur habere ordinariam iurisdictionem non ratione potestatis, quam omnes sacerdotes in ordinatione accipiunt, sed propterea quod habent applicatam materiam ex ordinaria potestate, quæ ut pastoribus proprijs illis fuit assignata.

29 Præterea etiam hæc assignatio materiam fieri potest ex commissione, ut verbi gratia, quando simplici sacerdoti, qui aliàs nullum habet subditum, aliquis ei subditus assignatur, nam sine ista delegatione, & commissione illa clavis, quam habet sacerdos, nihil habet, quod aperire possit, neque ullam habet materiam, in quam possit ferre sententiam: & dicitur ex commissione, aut delegatione, quoniam talis assignatio non est facta via ordinaria, & ab ipsa lege, sed ex voluntate committentis. Unde discrimen est inter assignationem via ordinaria, & ex commissione: nam in primo casu ita competit talis materia pastorali designato, ut impediri ei non possit manente parochiæ, aut Episcopatu sui assignatione, nisi facta ob iustam causam reservatione, suspensione, aut privatione, aliàs enim omnia requisita habet

habet ad absolvendum, at verò qui habet materiam sibi applicatam ex commissione cum illam perpetuo habeat pendente à voluntate committentis, idè limitari potest ei, aut omninò tolli adhibitam illius, qui talem commisit, aut delegavit iurisdictionem.

30 Unde facile intelligitur ratio decreti Concilij Florentini, & Concilij Tridentini, propter quam dictum est, nullum esse legitimum ministrum huius sacramenti ex sola ordinatione, nisi habuerit absolvendi, vel ordinariæ, vel delegatæ, adè ut aliàs, ut inquit Concilium Tridentinum, nullius momenti sit absolutio: non enim intelligit Concilium necessariam esse iurisdictionem quatenus est potestas ex parte iudicis, hanc enim accipiunt sacerdotes à Christo immediatè in ipsa ordinatione, neque haberi potest ex commissione, neque alia via ordinaria ab Ecclesia, sed nomine auctoritatis, & iurisdictionis absolvendi intelligunt Concilia assignationem materiam, vel via ordinaria, vel ex commissione quasi ante assignationem non sit iurdictio completa ex parte materiam.

31 At Durandus, qui credidit omnem sacerdotem validè absolvere posse etiam prohibitum, aut nullam habentem iurisdictionem, sive ordinariam, sive delegatam sicut, & consecrare virtute solius ordinationis objicit contra superiorem, quam tuemur, doctrinam: nam iure divino Ioan. 20. sacerdotes constituti sunt iudices, & ministri huius sacramenti, & idè non poterit Ecclesia innovare aliquid circa materiam, & formam, & ministros sacramentorum: ergò quod sacerdos possit absolvere non pendet ex potestate, aut iurisdictione commissa ab Ecclesia. Sed facile ex dictis respondetur, sacerdotes iudices non constitui ab Ecclesia, sed à Christo in sua ordinatione: neque enim Ecclesia aliquid innovat, aut mutat, nec potest de materia huius, vel aliorum sacramentorum à Christo assignata, nam materia, quam Christus constituit, non est quilibet peccator, sed subditus sacerdoti: at cum Christus non declarasset hanc subiectionem, id Ecclesiæ declarandum reliquit, quæ determinat materiam potestatis, & iurisdictionis, quam Christus Dominus sacerdotibus concessit in ipsa ordinatione. Deceptus ergò fuit procul dubio Nabarrus loco citato, dum credidit, omnem peccatorem esse materiam à Christo institutam, qui se sponte velit subijcere, ut in illis iudicibus Cartularijs dictum est, postea verò impediri per auctoritatem Ecclesiæ, quod falsum esse iam ostendimus.

32 Quibus suppositis dubium est, an sacerdos virtute solius ordinationis habeat in aliquo casu assignatam materiam, veluti in articulo mortis, quando aliàs non esset alius sacerdos, qui possetateni haberet absolvendi ordinariam, vel delegatam. Multi enim putant in quatuor casibus sacerdotibus iurisdictionem ad absolvendum concedi simul cum ordinatione iure ipso divino ex-

peditam cum applicatione materiam. Primi in articulo mortis. Secundo in personam Papæ. Tertio in venialia. Quarto in mortalia, à quibus aliàs fuit directè absolutus. Quam probant Durandus in 4. distinctione 19. quæstione secunda, in solutione ad quartum, Canus in relectione de pœnitentia quinta parte, folio 83. Paludanus in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 2.

33 Sed verius est id non convenire sacerdotibus solo iure divino, sed etiam iure Ecclesiastico ex quadam delegatione à Pontifice facta ipso iure tacitè, vel quasi per quandam consuetudinè interpretantem, ut probant Soto in quarta dist. 18. quæstione quarta, articulo quarto, Turcremata libro primo summæ Ecclesiasticæ cap. 98. ad secundum. Antoninus tertia parte, titulo 17. capite quarto, casu septimo, id enim aperte ostendunt verba Concilij Tridentini Sessione decima quarta, capite septimo, ad finem, ibi: *Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat in Ecclesia Dei, custodissem semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atq; idè omnes sacerdotes quoselibet pœnitentes à quibuscumque peccatis, & censuris absolvere possunt.* Quibus verbis tanquam consuetudinem Ecclesiasticam ex ipsius Ecclesiæ ordinatione introductam commemorat, non verò tanquàm divinam institutionem.

34 Idem dicitur extrema necessitas, qualis est in mortis articulo, vel si instat probabile, mortis periculum, aut propter iudicis condemnationem appellatione non suspensam, necessitas, verò divini præcepti iubentis præmittere confessionem mortalium ante communionem non confert iurisdictionem, ut ab alieno sacerdote possit absolvi, ut communem dicens tradit Soto in 4. distinctione duodecima, quæstione prima, articulo quarto, & distinctione decima octava, quæstione prima, articulo quarto, Nabarro capite vigesimo primo, numero trigesimo quinto, & 49. Cordoba libro primo, quæstione decima sexta. Non enim est necesse ut in eo articulo mortis sacerdos sit approbatus ab Episcopo, satis enim probatus est ab ipsa lege, veluti hodie ex Concilio Tridentino dicto capite septimo, & olim ex consuetudine Ecclesiæ, ut multis relatis ostendit Enriquez libro tertio de pœnitentia, capite vicedecimo, à numero primo. De mortis verò periculo non est sine dubitatione quis possit à peccatis, & censuris reservatis absolvere: nam quidam id negant à simplici sacerdote fieri posse citra mortis articulo, distinguunt enim articulum mortis à periculo mortis. Sic Soto dicta distinctione 18. quæstione quarta, articulo quarto, Caietanus verbo *Absolutio*, capite secundo, Sylvester verbo *Absolutio*, el primero, numero octavo, & verbo *Confessio*, el primero, §. sexto, & dubius est Cobarruvias in cap. alma mater 1. p. §. 11. num. 8.

35 Sed in hac re certior est in praxi sententia nullum constitui discrimen inter mortis articulum, & periculum, sed in utroque casu posse sacer-

facerdotem quemlibet absolvere à quibuscunque peccatis, indirectè tamen à censuris reservatis, in utroque enim casu eadem versatur ratio ne quis sine remedio decedat, ut probant Antonius tertia parte, titulo 24. cap. 47. Angelus verbo *Confessio* el tercero, §. secundo, Cordoba casu 18. §. quarto, & libro quinto, quæstione 39. sentit ubi supra, Cobarruvias, & citat Glossam, Abbatem, Ioannem Andream, & alios Nabarro capite secundo, numero octavo, & cap. 26. num. 31. & probat rectè Vazquez tertia parte, quæst. 93. articulo primo, dubio quinto per totum, & facit optimus text. in capite eos qui, de sententia excommunicationis, ubi vterque casus, & articuli, & periculi mortis æquiparatur.

36 Hanc autem facultatem non omnes concedunt omnibus sacerdotibus, dicunt enim non dari in hæreticis apostatis, eam tamen generaliter concedunt in omnibus alijs, etiam excommunicatis, aut suspensis, ut probant Soto dicta quæstione quarta, articulo quarto, Nabarro cap. 26. numero 26. & capite 27, num. 272. de hæreticis, negant posse etiam in mortis articulo absolvere. Rationem reddunt: quoniam cum fide careant, carent etiam fundamento iurisdictionis. Sed hæc opinio aperte convincitur: nam iurisdictionis ex parte principij activi est clavis data in ipsa ordinatione quasi quædam pars characteris sacerdotalis, nec dici potest eius fundamentum esse deficiente fide, aliàs character sacerdotalis aliqua ex parte deleri posset, & sacerdos hæreticus ad fidem conversus iterum esset ordinandus quoad illam potestatem absolvendi.

37 Sed dices, quod etsi non deficiat in hæretico fundamentum iurisdictionis absolvendi, in eo tamen expedita iurisdictionis non potest dari cum assignatione materiæ, & subditorum. Sed respõdeo hoc etiam mihi falsum videri, eo quod fides non est necessarium fundamentum huius iurisdictionis, aut clavis, sed character sacerdotalis: nam quamvis non sit licitum hæretico regulariter loquendo subditos concedere, quos absolvat, si tamen assignarentur, nulla est ratio, propter quam absolutio non valeret. Quod probat eo argumento: nam deficiente fide cum non deficiat character, non deficit vera potestas, & clavis: ergo si de facto assignetur materia, de facto valebit absolutio.

38 Vnde neque etiam mihi placere potest aliorum opinio dicentium, nullum sacerdotem nominatim excommunicatum, & denuntiatum, aut suspensum habere facultatem absolvendi etiam in articulo necessitatis. Quam probant Medina de confessione in quæstione illa, cui fieri debeant confessio, & in quæstione de alieno sine licentia proprii de facto absolvete in solutione ad tertium, Cobarruvias in capite alma mater, prima parte §. 6. num. 8. sed aperte etiam convincitur eadem ratione, nam excommunicatio nõ tollit potestatem characteris, & clavis.

39 Quare verius est, omnem sacerdotem quomodocunque impeditum, hæreticum, aut suspensum, aut excommunicatum in articulo necessitatis legitimum esse iudicem ad absolvendum, etiam ab omnibus reservatis, docet glossa in cap. non est, de sponsalibus, Canus de poenitentia quinta parte, Ruardus articulo tertio, contra Calvinum, pagina 100. Sylvester verbo *Confessio* el primero, quæstione vigesima, & verbo *Confessor* el primero, quæstione vigesima, & expressè docuit D. Thom. in 4. distinctione 19. quæstione prima, articulo tertio: ratio est: nam si dicamus iure divino concessam esse iurisdictionem in articulo mortis, ergo nunquam delebitur, sicut nec character ad consecrandum: manebit igitur in hæreticis. Imò si dicamus iure Pontificio etiam competere in articulo mortis, non est dicendum denegatam esse hæreticis, nam quod illis sublata fit materia dupliciter contingere potest, primo: quia ipsi incapaces redduntur ratione infidelitatis. Secundo: quia Ecclesia de facto negavit illis materiam, non verò excommunicatis. Primum falsissimum est, quia sicut infidelitate non deletur character sacerdotalis, sic nec deletur clavis iurisdictionis: debet ergo in illis necessariò manere potestas consecrandi, & absolvendi. Secundum etiam probari non potest, nullo enim fundamento probari potest quod Ecclesia subtraxerit materiam hæreticis, non verò excommunicatis, quoniam quoties Ecclesia huius rei mentionem facit omnibus sacerdotibus absque vlla exceptione concedit talem facultatem, ut indicant verba Concilij Tridentini, dicto capite septimo, ibi: *Atque ideo omnes sacerdotes. &c.*

40 Sed his omnibus primò addendum est, hanc facultatem concessam esse in articulo necessitatis deficiente proprio parochio, vel proprio sacerdote ex delegatione. Quis autem proprius sacerdos dicitur infra dicemus. Et in hoc sensu loquuntur, & intelligendi sunt Doctores omnes, qui de articulo, aut periculo mortis loquuntur, & idem est de casibus reservatis. Secundo addendum est, quod cum hæc facultas concessa sit ad supplendum defectum, intelligitur concessa, ut deficiente sacerdote habente ordinariam iurisdictionem primò eligatur approbatus. Secundo eo deficiente eligatur etiam non approbatus, non excommunicatus. Tertio eo deficiente excommunicatus catholicus. Quarto denique in aliorum defectum hæreticus, est enim debito ordine procedendum.

41 Secundus casus est ex illis quatuor propositis supra numero 32. in personam Papæ: multi enim dicunt quemlibet sacerdotem habere iurisdictionem absolvendi iure divino in Papam ex sola ordinatione. Sic probare videntur Paludanus in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo secundo. Canus de poenitentia tertia parte, Nabarro in dicto capite placuit à num. 9. usque ad 21. Nam cum Pontifex

geminem habeat superiorem, & sit necessarius ei minister confessionis, non est maior ratio de vno, quam de altero sacerdote, ut sit in foro poenitentiae superior Pontifici, is enim ratione delicti, quod confitetur, sit inferior suo confessario, & hac ratione dicunt omnes sacerdotes habere auctoritatem in Pontificem absolvendi illum à peccatis à Christo iure divino concessam.

42 Sed quamvis istorum opinio probabilis sit, ego dicendum puto Pontificem tanquam Christi vicarium esse aliquo modo se ipso superiorem, habet enim supra se ipsum immediatè quandam iurisdictionem, quam per se ipsum exercet in se ipsum, ut cum se ipsum ligat contractu, & voto, dum definit articulos fidei, & morum & vi directiva suarum legum obligatur, ut latius discipulis tradidimus in capite primo, de probationibus. Solvit etiam se ipsum à poenitentijs sibi iniunctis concedens sibi ipsi indulgentias, ut supra num. 11. ex multis ostendimus, quamvis tamen in foro poenitentiae habeat iurisdictionem immediatè in omnes, illam tamen in se ipsum exercere non potest immediatè, sed per confessarium ex D. Thom. in 4. distinctione 17. Soto dicta distinctione 18. quæstione 4. articulo 2. Caietano in opusculo de ministro poenitentiae quæstione vni ca, Turrecremata libro primo summa, capit. 98. Maiolo libro secundo de irregularitate, cap. 4. & ideo confessarius Papæ non habet iurisdictionem absolvendi, aut ligandi iure divino expeditam, sed iure humano. Ratio huius doctrinae est, ideo enim Papa non potest se ipsum à peccatis absolvere, sicut nemo potest se ipsum baptizare, aut sibi ministrare sacramentum confirmationis, aut Ordinis, aut Extremæ unctionis: nam Christus instituit in his sacramentis ministrum distinctum esse à recipiente, quamvis ergo Pontifex se ipsum immediatè absolvere non possit, delegat tamen iurisdictionem confessario per se ipsum electo.

43 In tertio verò & quarto casu supra dicto nem. 32. proposito, videlicet de potestate absolvendi in venialia, & in mortalia, quæ iam erant confessa, cõtroversia est, an quilibet sacerdos virtute ordinationis habeat potestatem absolvendi expeditam de venialibus. Probabilior est sententia, quemlibet sacerdotem absolvere posse, sicut in mortis articulo, ut fatentur Nabarro in dict. c. placuit, num. 20. Adrianus quæst. 5. de confessione, Paludanus in 4. distinct. 19. art. 3. Soto dicta distinct. 18. quæst. 4. art. 2. Cobarruvias lib. 2. variarum, cap. 12. num. 2. Quod verum puto, non ut ex sola ordinis potestate, cum voluntaria poenitentis subiectione absolvantur venialia, ut credit Caietanus tomo primo, opusculorum tract. 7. quæst. vnica de ministro confessionis, Sylvest. verbo *Confessor* el primero, §. secundo, quoniam in ministro poenitentiae præter ordinis potestatem, requirunt Concilia ordinariam, aut delegatam iurisdictionem, ut in dicto Concilio Floren-

tino, post ultimam Sessionem in decreto Eugenij, in Concilio Tridentino dicta Sessione 14. cap. septimo, in Concilio Lateranensi relato in dicto capite omnis, de poenitentijs. Sed in his casibus facta poenitentis spontanea subiectione Ecclesia consuetudine interpretante dat eam iurisdictionem sacerdoti electo, qui tanquam iudex Christi Domini auctoritate per clavem scientiæ examinat poenitentem, & cõpellit ad necessariam dispositionem, & profert in subditum sententiam, & eodem modo dicendum est quemlibet sacerdotem habere ab Ecclesia iurisdictionem in peccata mortalia, à quibus est directè absolutus, ut docet D. Thom. in 4. distinctione 18. quæst. 1. articulo 3. ad secundum, Caietanus in opusculo de ministro confessionis fol. 38. Antoninus 3. partit. 14. cap. 19. §. 4. & quos refert Enriquez lib. 3. de poenitentia, cap. 8. num. 8.

44 Quibus suppositis pro complemento huius rei duo videnda sunt. Primum quis dicatur proprius sacerdos in cap. omnis, de poenitentijs. Secundum quis reputetur idoneus confessarius iuxta formam Tridentini Sessione 23. de reformatione, capite 15. ad primum ergo dubium versatur circa illorum verborum explicationem, text. in dicto cap. omnis, ibi: *Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa confiteri, licentiam prius postulet, & obtineat à proprio sacerdote. &c.* Putant enim multi æquivocam fuisse hanc decretalem: nam Paludanus in quarta distinctione decima septima, quæstione 3. artic. 2. docet proprium sacerdotem dici dupliciter. Primo modo pro quo cunque habet iurisdictionem etiam delegatam, & hoc modo declarat text. in dicto cap. omnis, dum docet, vnumquemque fidelem debere confiteri proprio sacerdoti, id est habenti iurisdictionem. Secundo modo pro habente iurisdictionem ordinariam, ut indicant verba dicti textus *versus si quis autem*, aliter verò Sylvester verbo *Confessor* el primero, quæst. 1. & aliter Canus de poenitentia, 5. p. fol. 132. §. ad sextum.

45 Ego tamen omnibus omisissis assentior Soto, qui in dicta distinctione 18. quæstione quarta articulo 2. rectè docuit, nullam esse æquivocationem in dicto capite omnis, quoniam nomine proprii sacerdotis intelligitur quicumque habens iurisdictionem ordinariam, quales sunt parochi, Episcopi, & Pontifex: alienus verò dicitur, quicumque non habens iurisdictionem, qui nullo modo potest audire confessiones, nisi de licentia proprii, id est, facta ei delegatione à proprio confessario: & ideo dictum est in dicto cap. omnis, quod ut quis alieno confiteatur licentiam prius postulet, & obtineat, qua quasi delegata censetur iurisdictionis, nec dicendum est, quod in illo text. nomine proprii sacerdotis solus parochus intelligatur, sed etiam Episcopus, & Pontifex, ut falsò credit Canus, ut præter Sotum probat Medina tractatu secundo de confessione, quæstione 33. in secunda parte, in fine.

46 Hæc autem licentia dupliciter concedi solet: primo, aut ipsis pœnitentibus à parochio, vel ab Episcopo, aut à Pontifice. Secundo ipsis sacerdotibus. Primum ergo videamus de licentia concessa pœnitentibus eligendi confessarium, dubium ergo est, an sit necessaria licentia expressa, an verò sufficiat tacita, vel saltem spes futuræ licentiæ, & rati habitationis. Hoc namque dubium æque procedit respectu confessarij, aut pœnitentis, est ergo supponendum licentiam, aut particularem, aut generalem concedi posse ab omnibus habentibus ordinariam iurisdictionem, & ita parochus, & Episcopus eam possunt concedere pœnitenti, & potiori ratione Pontifex, est tamē differentia, quod Pontifex potest illam perpetuam concedere, ut est in iure concessa: Episcopus autem, & parochus non nisi pro ipsorum vita, nam ad eos non pertinet applicare materiam confessario, sed ex sibi applicata committere.

47 Secundo etiam est supponendum, quod non solum ordinarius habet hanc potestatem concedendi licentiam subdito pœnitenti, ut confessarium eligat, sed etiam illius vicarius, si illi plena sit concessa potestas: unde vicarius Episcopi, & vicarius parochi id facere possunt, ut ostendit Medina de confessione in quaestione de licentia vice curati, cuius ego magis approbo sententiā quidquid dixerit Antoninus tertia parte, titulo 17. capite primo, hæc namque est communis praxis, & consuetudo, quod dum aliquis constituitur vicarius parochi, & cōceditur ei facultas, ut possit quidquid proprius parochus potuisset.

48 Non tamen sufficiet sola spes futuræ rati habitationis, nam futura rati habitio non tribuit necessariam iurisdictionem actualiter, ergo absolutio erit nulla ex iurisdictionis defectu, nā actualiter fertur à non habente iurisdictionem, neque postea sequuta rati habitatione fieri potest, quod effectus sacramenti sequatur, diversum enim est in sacramento, atque in alijs contractibus, & causis civilibus, in quibus sæpè rati habitio retrahitur, procedit enim id in illis, quæ pendent à mandato, & ex natura sua à iure suppleri possunt. Sic in specie resolvunt Antoninus tertia parte, titulo decimo septimo, capite quarto, casu octavo, Nabarro in dicto capite placuit, de pœnitentia, distinctione sexta, num. 103. Sylvester verbo *Confessor* el primero, quaestione sexta, particula octava, Paludanus dicta distinctione 17. quaestione tertia, art. 3. num. 28.

49 Sunt tamen aliqui habentes privilegium eligendi in omni casu confessarium quem velint etiam non habentem facultatem audiendi confessiones, ut docent Sylvester in verbo *Confessor* el primero, quaestione secunda, & tertia, & octava, Soto dicta quaestione quarta, articulo secundo, constat enim in primis Pontificem posse sibi eligere in confessarium quem voluerit, ut iam supra ostendimus, de Episcopis autem certum est iure divino non posse sine consensu Pontifi-

cis sibi assignare confessarios, nam applicare materiam ad sacerdotum iurisdictionem pertinet ad Pontificem, de facto verò concessa fuit hæc facultas Episcopis eligendi sibi quem velint confessarium in capite final. de pœnitentijs, ubi universaliter hoc privilegium concessum est omnibus prælatis: & sic etiam competit omnibus Cardinalibus, qui sunt Episcopi, aut legati: alijs verò de iure non competit, ut docet Sylvester ubi supra. Id tamen consuetudine obtentum esse ab omnibus Cardinalibus testantur ubi supra, Caietanus, & Soto, & prælatus nomine, ut gaudeant privilegio illius text. intelliguntur omnes prælati religionis, & à fortiori Provinciales, & Generales, ut notant Sylvester verbo *Confessor* el primero, §. octavo, Nabarro in capite placuit, numero centesimo vigesimo nono, Felinus in cap. fin. de iudicijs, num. 14.

50 Rex autem, & domus Regia, vel Imperator non nisi ex privilegijs, quæ solent habere amplissima, confiteri possunt alteri, quam proprio Episcopo, aut parochio sui domicilij, ut olim Theodosius Imperator subiavit Ambrosio Episcopo, ut notant Paludanus ubi supra, quaestione tertia. Sylvester verbo *Confessor* el primero, §. tertio, Caietanus verbo *Absolutio*, capite secundo, imò multis alijs hoc privilegium conceditur particulariter, ut hodie, verbi gratia, virtute Bullæ Cruciatæ.

51 Sed dubium est, an is, qui habet privilegium eligendi confessarium, possit quem voluerit eligere, etiam simplicem sacerdotem nullam aliàs habentem iurisdictionis materiam, nec Episcopi approbationem. Hanc quaestionem disputant vulgo Doctores in capite si Episcopus, de pœnitentijs, libro sexto, sed pro resolutione ommissis varijs opinionibus puto distinguendum: nam aut loquimur de licentia Pontificis, aut aliorum. In primo casu puto certum esse apud omnes, quod in generali concessione non conceditur facultas eligendi excommunicatum, interdictum, vel suspensum, imò nec prohibitum specialiter, aut generaliter à Pontifice, vel ab Episcopo: eo enim casu non credimus Pontificem prohibitioni derogare, nisi id expressè fecerit. Sic enim est intelligendus text. in dicto capite si Episcopus, ut in eo habeat locum regula illa in generali concessione, &c.

52 In secundo verò casu, quando licentia ab Episcopo conceditur, dicendum est primo non posse concedere licentiam eligendi confessarium aliàs prohibitum à iure, vel à Pontifice, esset enim invalida, ut potè cōtra superioris prohibitionem. Dicendum est, secundo posse talem licentiam concedere eligendi confessarium à se tantum prohibitum, quæ solum intelligetur talis, quando specialiter conceditur, in generali enim concessione prohibitum ab ipso non continetur. Tertio dicendum est, quod in generali concessione non videtur data licentia eligendi

confessarium non approbatum à se ipso, non enim est credendum arbitrio hominis privati reliquum iudicium examinis confessarij, quod idem dicendum esse puto de Pontifice. Quarto dicendum est de parochio non posse concedere licentiam, nec generalem, nec particularem eligendi confessarium prohibitum ab Episcopo, vel à iure, neque non approbatum ab Episcopo, quæ omnia locum habent ante Concilium Tridentinum, nam post Concilium certum est, neque generali, neque spiritali commissione concedi posse licentiam eligendi confessarium non approbatum ab Episcopo, ut ibidem definitum est Sessio 23. de reformatione, cap. 15. nam ea approbatione deficiente determinavit Conciliū nullum sacerdotem idoneum esse ad iudicandū, & absolvendum in sacramento.

53 Sed iam ad secundum devenire oportet, & cum dictum sit de concessione eligendi confessarium data pœnitentibus, videndum est de licentia confessarijs data absolvendi quos voluerit, quod dubium non procedit, an hæc licentia concedi possit ad tempus, aut simpliciter, & ut ab omnibus peccatis possit absolvere. Neque etiam est dubium, an dari possit à Pontifice, Episcopis, vel Parochis: nam, ut dictum est, omnes isti possunt iurisdictionis materiam committere, cum tamen particularibus privilegijs fratribus Mendicantibus, & alijs concessum est, ut sine licentia parochi possint confessiones audire, de his privilegijs agendum est.

54 Ad cuius rei declarationem primo supponendum est Ioannem de Poliaco, quem refert Durandus in quarta distinctione 17. quaestione duodecima, & refertur in Extravaganti Vas electionis de hæreticis, dixisse primo, quod pœnitentes confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante decreto generalis Concilij relato in dicto capite omnis utriusque sexus, de pœnitentijs, Romanus Pontifex non potest facere, ut parochiani non teneantur omnia sua peccata semel in anno confiteri proprio sacerdoti. Tertio, quod nec Papa, nec Deus potest dare licentiam generalem audiendi confessiones, quia pœnitens teneatur eadem peccata proprio sacerdoti confiteri, quem dicebat esse proprium parochum, quem sequutus videtur Enriquez quodlibeto decimo, quaestione prima, quævis non omnino damnantur, & referuntur hi tres errores in dicta Extravaganti Vas electionis, nō solum quia Pontifex simpliciter concedere potest, ut religiosi audiant confessiones, sed quia etiam stante decreto Concilij id potest concedere absque aliqua decreti Concilij Tridentini derogatione.

55 Quæ doctrina ea ratione probatur, nam revera in illa Extravaganti, error illius damnatur: nam illud decretum relatum in dicto capite

omnis, dum ait confessionem fieri debere, aut proprio sacerdoti, aut de licentia proprii, nomine proprii non intelligit solum parochum, ut ille Ioan. de Poliaco dicebat, sed habentem iurisdictionem ordinariam, qualis est parochus, Episcopus, & Pontifex. Quare de licentia istorum rectè committitur alicui materia iurisdictionis, ut absolutionis sententia legitime feratur, & satisfactum sit decreto, de quo in dicto capite omnis, eo enim casu sit procul dubio confessio de licentia proprii sacerdotis.

56 Omnia ergo longa Doctorum disputatione circa hos Ioannis, & Henrici errores sciendum est, Henricum credidisse, quod stante decreto dicti capituli omnes, omnis fideles confessi habentibus generalem licentiam teneantur semel in anno iterum peccata iam confessi proprio sacerdoti confiteri, quem etiam intelligebat esse proprium parochum, arbitratur etiam quod etiam stante privilegio religiosi concessio maneret semper obligatio decreti text. in dicto cap. omnis.

57 Quare in hac quaestione ego primo dicendum puto, quod non existenti Extravaganti Sixti Quarti vices de tregua, & pace, nec Extravaganti Martini cum illa clausula *volumus*, quæ dedit fundamentum Henrico, esse manifestum errorem dicere, quod confessi fratribus privilegiatis teneantur eadem peccata parochio confiteri ex decreto illo text. in dicto capite omnis, nam ut dictum est, ibi nomine proprii sacerdotis non intelligitur parochus, sed quilibet iurisdictione ordinariam habens, & ita illi præcepto factum videtur absque vlla illius dispensatione, quando aliquis fratribus privilegiatis confitetur: nam eo casu revera confitetur de licentia proprii sacerdotis, ex quo facile omnia fundamenta Henrici diluuntur, ut rectè consideravit Soto, in quarta distinctione 18. quaestione quarta, arti. 3. conclusione secunda.

58 Unde secundo dicendum puto, quod si loquamur post Extravagantem Martini Quinti, & Sixti Quarti, quamvis Henrici sententia non sit erronea, est tamen falsissima quatenus docet, quod teneatur homo iterum confiteri peccata proprio parochio, nullo enim modo præcipi potest peccata semel legitime confessi iterum confiteri, nisi ex consensu pœnitentis, vel iuramento, aut voto ipsius. Falsum ergo est dicere, Martinum Quintum, aut Sixtum Quartum, præcepisse peccata fratribus privilegiatis confessi iterum confiteri, quod expressè declaravit Benedictus Undecimus, in Extravaganti Intercurtas, de privilegijs, dum docet, confessos fratribus non teneri iterum eadem peccata confiteri. Rectè ergo explicat Gabriel Vazquez tertia parte, quaestione nonagesima tertia, articulo secundo, dubio sexto, à numero decimo nono, qualiter sit intelligenda clausula illa Extravagantis Martini Quinti ibi, *volumus, &c.* non ut significet peccata confessi fratribus iterum esse confiten-

da parochi, sed amplius illud privilegium fratribus concessum, usque ad Martinum V. audiendi confessiones fidelium quocunque anni tempore sine licentia Episcopi, aut parochi, hoc modo Martinus moderatus est, ut absque tali licentia confessiones totius anni audire possent: secus verò confessio, quæ in Quadragesima fieri debet, quæ sine parochi, aut Episcopi licentia fieri non poterat eisdem fratribus: quod intelligendum est si essent peccata, quæ ex præcepto in Quadragesima essent confitenda, ut mortalia, aliàs non teneretur eadem peccata legitime iam confessum parochi confiteri. Dicendum ergo est Martinum V. confessionem annuam reliquisse faciendam proprio parochi, vel de illius licentia, ut postea dicemus, ita ut reliquas anni confessiones liberum esset facere fratribus privilegiatis, confessionem verò annuam præcepti, si essent mortalia post aliàs confessiones, necessario fieri debere proprio sacerdoti, aut de licentia illius.

59 Cum ergo præceptum annuæ confessionis secundum se, & non ratione cõmunionis non obliget præcisè tempore Quadragesimæ, sed toto anno, procul dubio dicendum est, Martinum Quintum locutũ esse de annuâ confessione, quæ faciendâ est Paschali tempore ad sumendam Eucharistiam, ita ut qui post alias cõfessiones ad sumendam Eucharistiam nova indigeret confessione propter nova peccata mortalia, necessario teneatur proprium adire sacerdotem, aut alium de licentia illius, & credo proprium sacerdotem vocari à Martino non solum parochum sed quilibet habentem ordinariam iurisdictionem supra pœnitentem.

60 Hoc enim privilegium, ut docet Soto distinctione 18. questione 4. articulo tertio, concessum fuit Mendicantibus à tempore Alexandri Quarti, & postea confirmatum per Urbanum Quartum, & deinde per Ecclesiam: formam autem, & modum huius privilegij non refert, quamvis Divus Bonaventura in quarta distinctione 17. in tertia parte distinctionis articulo primo, quæst. 2. ad primum, & ad quartum, doceat confessos fratribus Mendicantibus virtute talis privilegij teneri iterum confiteri non eadem peccata, sed alia tempore Paschatis. Postea etiam Ricardus in quarta distinctione 17. articulo tertio. questione secunda, ait concessum fuisse suis temporibus privilegium fratribus Minoribus, Prædicatoribus, & Augustinis audiendi confessiones, ita tamen, ut confessi fratribus teneantur iterum proprio sacerdoti confiteri saltem in anno non eadem peccata, ut dictum est, sed alia, si postea fuerint commissæ quod privilegium, de quo meminit Ricardus, dicendum credit Vazquez ubi supra, non fuisse Martini Quinti, quamvis sit idem, nam Ricardus vixit tempore Nicolai Quarti, qui per multos annos præcessit Martinum spacio 17. Pontificum.

61 Post hæc omnia amplissimum illis con-

cessum fuit privilegium à Bonifacio Octavo, ut haberetur in Extravaganti super carche dram de sepulturis, ubi electi ex fratribus à prælatis suis proponuntur Episcopo, quod si ipse renuat confitendi licentiam concedere, Pontifex illis immediate concedit licentiam, & iurisdictionem. Postea etiam Benedictus Undecimus, in Extravaganti *inter cunctas*, de privilegijs, hanc ampliat potestatem, ut neque Episcopo præsententur, neque ab illo peteretur licentia. Postea verò in Clementina *Dudum*, de sepulturis, approbante Concilio Viennensi derogata est hæc constitutio Benedicti quoad præsentationem, & omnino confirmata Bonifacio Octavo, successit his, omnibus decretum Ioannis Viginti secundi, in dicta Extravaganti *Vas electionis*, contra Ioan. de Poliano, in qua statuitur pœnitentes non teneri illa peccata iterum confiteri, imò addidit Bonifacius Octavus confessionem fratribus factam sufficere, ut sacerdotes illis confessis Eucharistiam administrent Unde decernit, quod neque ad cõmunionem Paschatis, aut periculi mortis teneatur cum proprijs confiteri, sed satisfieri præcepto, si eo tempore recipiant Eucharistiam. Quod qualiter hodie observetur statim dicemus, tandem successit postea decretum Martini Quinti, & Sixti Quarti, de quibus iam supra diximus, quibus statutum est, confessionem tempore Paschatis fieri non debere fratribus ex illa generali concessione: hodie tamen post Tridentinum necessaria est approbatio per Episcopum, neque aliter conceditur iurisdictione ad absolvendum.

62 Dubium ergo solet esse, an semper hodie post Tridentinum necessaria sit Episcopi approbatio ad audiendas confessiones, sive sacerdotũ, sive sæcularium, sive regularium. Et supponendum est adeò esse necessariam approbationem post Concilium, ut non iudicetur idoneus, neque habens iurisdictionem ad absolvendum quantumcunque sit doctus, vel necesse est habeat beneficium parochiale, nam eo ipso approbatus censetur, adeò ut si beneficium conferatur sine vilo examine eo ipso censetur approbationem habere. Unde non placet mihi Nabarro sententia, qui cap. 27. num. 255. docet religiosum idoneum censeri, si præsentatus à prælato ab Episcopo non approbetur sine iusta causa, credit namque Nabarro observandam esse dispositionem Clementinæ *Dudum*, de sepulturis: sed verius puto in omni eventu voluisse Concilium necessariam esse Episcopi approbationem: concedo enim cum Nabarro Clementinam non esse revocatam, sed illi addidit Concilium examen, & approbationem ordinarij, quod tempore Clementinæ non erat necessarium, & ita omnes religiosi, qui hoc gaudet privilegio, tenentur hanc habere approbationem ab ordinario, ita ut quando pœnitentes ex privilegio habent eligere confessorem, etiam si mentio huius decreti non fiat, intelligitur de sacerdote approbato.

63 Sed

63 Sed dubitari solet, an is, qui ab vno Episcopo approbatus est; approbatus etiam censeatur pro quacunque Diœcesi, quod præcipue dabitur in religiosis, eo quod iurisdictione absolventi non accipiunt ab Episcopo, sed à Pontifice, ab illo enim solum approbationem consequuntur, quod sint idonei: & ideò multi ex Theologis recentioribus dicunt de religiosis, in omnibus Diœcesibus posse audire confessiones, & saltim hoc concedunt quando pœnitentibus privilegium conceditur, veluti in Bulla Cruciatæ eligendi confessarium approbatum ab ordinario, eo quod tunc ille revera dicetur ab ordinario approbatus.

64 Sed credo hanc sententiam falsam esse, cum verius sit omni iure attento necessarium esse sacerdotem debere esse approbatum ab Episcopo, ut in eius Diœcesi possit audire confessiones iuxta formam Concilij, ita ut approbatus in vna Diœcesi non sit approbatus in alia, idque praxi ab omnibus servatur: nam in Concilio expressè dicitur, neminem posse audire confessiones, nisi aut habentem beneficium parochiale, aut approbatum ab Episcopis, non enim dixit ab vno Episcopo, ad denotandum, quod ab vno quoque Episcopo in sua Diœcesi debeatur fieri approbatio: eodem enim modo dictum est in dicta Extravaganti super *Carche dram*, de sepulturis circa fratres Mendicantes, ut scilicet præsentati à suis prælatis tanquam idonei licentiam obtinerent ab Episcopo, ita tamen, ut non ad vnam provinciam præsentarentur, sed ad vnam civitatem, id est, vnam diœcesim, & ita necessaria erat licentia cuiuslibet Episcopi in sua Diœcesi: neque ab hoc discessit Concilium, aliàs approbatio vnius Episcopi sufficeret pro omnibus Diœcesibus totius mundi, quod planè absurdissimum est.

65 Secundò etiam puto dicendum iuxta Concilium Tridentinum ipso iure idoneum reputari quemcunque sacerdotem habentem beneficium parochiale, ita ut non solum in sua Diœcesi, sed etiam in alia possit audire confessiones, iurisdictione tamen ab eo commissa, qui id potuit facere, verbi gratia, à parochi illius parochiæ, ipse enim iurisdictionem solum habet in sua parochia, ita tamen ut non indigeat extra suam Diœcesim approbatione Episcopi illius Diœcesis, ut idoneus censetur, sed commissa sibi iurisdictione à proprio parochi potest quemcunque absolvere, nam ipso iure idoneus censetur sine alia approbatione: ideò enim in Concilio duo diversa proponuntur, ut quis censetur idoneus: alterum, ut habeat beneficium parochiale, alterum verò ut sit approbatus ab Episcopis.

66 Hæc enim omnia æque procedunt, si loquamur etiam attento privilegio Bullæ Cruciatæ eligendi confessorem idoneum scilicet ab ordinario approbatum: debet enim intelligi, ut sit approbatus ab ordinario illius Diœcesis, ubi

eligitur, nec sufficere approbatum ab alio, illa namque clausula est iuris communis, & ideò secundum ius commune intelligenda. Quod si obijcias nihil operari privilegium eligendi confessarium hæc retenta doctrina, nam cum licentia ordinarij licitum erat cuicumque approbato confiteri: facile respondebitur, quod quamvis Episcopus in sua Diœcesi, dum approbat sacerdotem, si voluisset non solum posset ipsum idoneum facere ad audiendas confessiones, sed etiam constituere illum supra omnes oves ex commissione, sic etiam & parochus sacerdoti idoneo posset committere totius parochiæ curam, eadem enim est potestas parochi in totam parochiam, quæ & Episcopi in totam Diœcesim, approbatio tamen Episcopi sine beneficio parochiali ad hoc solum deservit, ut ille sacerdos idoneus sit, cui committi possit iurisdictionis materia à quocunque proprio sacerdote, non verò ut actu habeat quasi suæ iurisdictionis materiam totam Diœcesim. Quod apertè constat, nam aliàs univ ersalior esset materia iurisdictionis privati sacerdotis, quæ parochi, qui iure ipso censeatur approbatus, ut omnium confessiones audire possit, extra parochiam tamen ex nova concessione proprii sacerdotis. Tum etiam, nam aliud est idoneum iudicari, aliud verò iurisdictionis habere commissam materiam, in approbatione ergo Episcopi confertur generaliter licentia audiendi confessiones, id est, idoneus iudicatur sacerdos, ut eligi possit in confessorum à quocunque proprio sacerdote, id enim efficit privilegium Bullæ, ut quod iure commune non licebat, possit pœnitens facere, eligendo quemcunque sacerdotem approbatum absque vlla licentia proprii sacerdotis. Et cum his absolvitur, hæc disputatio.

S U M M A R I A.

Ad textum in versu, *Caueat autem omnino.*

- 1 **A** Relissima obligatio servandi sacramentale secretum confessionis vocatur sigillum.
- 2 Hac obligatio sigilli pertinet ad obligationem præcepti.
- 3 Constat apud omnes catholicos hanc obligationem servandi sigillum esse iuris naturalis, divini, & positivi.
- 4 Qualiter hoc præceptum obliget ex iure naturali disputant Doctores.
- 5 Alia est obligatio iuris divini.
- 6 Secundum præceptum procul dubio additum fuisse voluntate Christi.
- 7 Est etiam præceptum positivum Ecclesie.

- 8 *Discrimen mente tenendum inter præceptum positivum sigilli servandi, & præceptum de recipiendo baptismo, aut Eucharistia.*
- 9 *Primo infertur, quod nunquam revelari possint audita in confessione, sive vivente, sive mortuo penitente.*
- 10 *Secundò infertur, quod omnia, quæ pertinet quocunque modo pertineant ad sigillum, adstringunt confessarium arctiori vinculo servandi secretum, quam si illud iuramento, aut alia firmitate firmasset.*
- 11 *Tertiò infertur, quod neque etiam pro impediendo matrimonio potest fieri talis violatio sigilli.*
- 12 *Contraria doctrina nec defendenda, neque audienda.*
- 13 *Nihil contra hanc veritatem probat Glossa in cap. tua nos.*
- 14 *Quartò infertur, non esse tutam opinionem Gabrielis in quarto distinctione 21. quæst. 1. art. 3. dub. 1. casu 6.*
- 15 *Tutior & verior est contraria sententia.*
- 16 *Proponitur quoddam dubium.*
- 17 *An licita sit revelatio de licentia penitentis inquirendi consilij gratia.*
- 18 *Verius est sufficere penitentis licentiam revelandi peccata illis tantum personis, quibus fuit concessa.*
- 19 *Non obstat ultima ratio Durandi, & Scoti.*
- 20 *Illud mente tenendum, quod aliquando evenit, ut persona complicit manifestetur in confessione.*
- 21 *Opinio Altipodorensis erronea, lib. 4. tract. 6. cap. 3. quæst. 4.*
- 22 *In hoc solum versatur dubitatio: an possit confessarius ita penitentem corrigere propter peccatum in confessione notum, ut aliquo modo periclitetur sigillum.*
- 23 *Opinio Gabrielis putatur falsa.*
- 24 *Quando officium solet ad nutum amoveri, probabile esse penitentem ab officio removeri posse propter crimen in confessione notum.*
- 25 *Celebris controversia inter Doctores, an possit sacerdos uti scientia confessionis ad externam gubernationem respectu penitentis.*
- 26 *Dicunt Episcopum posse non conferre beneficia, quæ ex mera benevolentia conferre solet.*
- 27 *Possit etiam prelatus, ut auferat occasionem peccati, negare licentiam exeundi domo, & alia.*
- 28 *An in casibus, in quibus sacerdos potest uti scientia confessionis, teneatur necessariò negare, suffragium, ordines, &c. Et multis putant teneri.*
- 29 *Quamvis hæc sententia sit probabilis, tutior tamen existimatur contraria.*
- 30 *Multo verior, & tutior existimatur sententia dicentiam, non esse licitum uti extra confessionem scientia per Confessionem habita, sed necesse esse ut confessarius se habeat ac si nihil in confessione audivisset.*
- 31 *Probatur secundò hæc sententia.*
- 32 *Probatur tertiò.*
- 33 *Sententia hæc sano modo est intelligenda.*
- 34 *Obiectiones aliqua contra hæc sententiam, num. 35. 36. & 37.*
- 38 *Qualiter se gerere debeat ordinarius, vel parochus, qui in confessione novit impedimentum dirimens matrimonium. num. 39.*
- 40 *Qualem cautionem, & prudentiam debeat habere confessor in his rebus. num. 41. & 42.*
- 43 *An sit licita revelatio confessionis pro tuenda vita, aut saltem aliqua indicatio.*
- 44 *Supponuntur aliqua ad facilem doctrinam intelligentiam. num. 45.*
- 46 *Qualiter possit sibi consulere confessarius, & an possit fugere.*
- 47 *Quoties confessor sub iuramento interrogatus etiam à iudice inique interroganti de delicto penitentis, poterit tacere quod audiuit in confessione.*
- 48 *Quomodo se debeat gerere confessor ad ea interrogatus, an tacere, an negare.*
- 49 *Rejicitur opinio Scoti ubi supra.*
- 50 *Oritur ex dictis, quod monitoria pro revelationibus comprehendunt sacerdotem, qui prætextu monitorij, nec tenetur, nec potest revelare audita in confessione.*
- 51 *Pro complemento huius materia duo sunt explicanda: primam est, quæ res sub obligatione sigilli, & quæ non continentur, & supponuntur aliqua. num. 52.*
- 53 *Dubium solet esse de peccatis non factis, sed perpetratis, in quorum proposito durat penitens, & illud manifestat in confessione, an continentur sigillo.*
- 54 *Confirmatur opinio affirmativa.*
- 55 *Proponuntur aliqua, quæ non cadunt sub sigillo confessionis. num. 56. 57. 58. & 59.*
- 60 *Quæ persona teneatur servare sigillum confessionis.*
- 61 *Penitens non tenetur sub sigillo filere consilium, vel res graves, quas in Confessione ei dixit confessor.*
- 62 *An interpret confessionis teneatur sub sigillo.*
- 63 *An qui casu, vel ex proposito audivit confessionem, teneatur sigillo.*
- 64 *Quæ ratione teneatur sub sigillo servare secretum qui se fingens sacerdotem confessionem audivit.*
- 65 *Ille qui casu, aut industria veluti iudex de delicto inquirens invenit schedulam, ubi reus peccata scripserat in subsidium memoria, non tenetur sigillo, sed magno secreto naturali. num. 66.*
- 67 *An ille, cui iniuste sacerdos revelavit confessionem aut iniuste de licentia penitentis capiendi consilij causa, teneatur sigillo.*
- 68 *An si laico facta sit confessio, teneatur sigillo, vel solum secreto naturali. num. 69.*
- 70 *Responsio Felini cap. Pastoralis, §. præterea, de officio ordinarij, num. 12. laicum non teneri sigillo confessionis, sed solum secreto naturali.*
- 71 *Non assentiendum huic opinioni, neque Nabarro cap. 8. num. 7. asserenti laicum in prædicta specie sigillo confessionis teneri.*

In

A D T E X T V M.

In versu *Caveat autem omnino.*

De obligatione sigilli confessionis, & ad explicationem text. in cap. Sacerdos, de pœnitentia, dist. 6. & in cap. si sacerdos extra de officio ordinarij, & in cap. omnis utriusq; sexus, in dicto §. caveat, de pœnitentijs, & remissionibus; cap. dilectus 13. de excessibus prelatorum.



A RCTISSIMA illa obligatio servandi sacramentale secretum confessionis sigillū appellatur (vt advertunt Soto de secreto, membro tertio, quæstione tertia, & in quarto distinctione decima octava, quæstione quarta, articulo quinto, Nabarro cap. octavo, numero primo, Caietanus tertia parte, quæstione 87. articulo secundo) eo quod dominus suo sigillo sacramentali ita voluit peccata contegere, vt deinceps nunquam appareant, quasi omnino deleta de memoria confessarij.

2 Quamvis ergo sigilli obligatio non pertineat ad essentiam sacramenti Pœnitentiæ cum possit nunc ex causa confessio sicut & olim fieri coram multis, vt constat ex Concilio Tridentino Sessione decima quarta, capite quinto, Divo Thoma in quarta distinctione decima septima, quæstione tertia, articulo quarto, & quodlibeto primo, articulo decimo, & multis relatis recte ad utraq; partem disputata quæstione ostendunt Enriquez libro secundo de pœnitentia, capite secundo, à numero secundo, Vazquez tertia parte, quæstione 91. articulo quarto, dubio primo cum sequentibus, pertinet tamen hæc obligatio sigilli ad obligationem præcepti, vt omnes catholici docent cum D. Thom. in quarta distinctione 21. quæst. 3. articulo 1. & quodlibeto 12. art. 17.

3 Constat etiam apud omnes catholicorum hanc obligationem servandi sigillum esse iuris naturalis, divini, & positivi ex virtute iustitiæ, ne proximo inferatur iniuria contra naturalem secreti fidelitatem iuxta illud Proverbiorum 11. *Qui ambulat fraudulenter revelat arcana,*

capite qui ambulat quinto quæstione quinta, ex virtute religionis, ne profanetur, sed ita perpetuò conservetur hoc pœnitentiæ sacramentum propter securitatem sigilli.

4 Sed qualiter hoc præceptum obliget ex iure naturali disputant Doctores, & ommissa Ricardi, & aliorum opinione placet mihi Scoti sententia in quarta distinctione vigesima prima, quæstione secunda, docentis eam esse rationem: nam ex iustitia tenemur servare secretum proximi ex fidelitate promissionis tacite, aut expressæ, tacite enim illud servare promittimus, quando nobis res in secreto dicitur, inò & potissima ratio est ex iustitia, qua tenemur famam proximi servare.

5 Est & alia sigilli obligatio iuris divini, sicut & ratio sacramenti pendet ex institutione Christi Domini positiva, dubium tamen est, an sit iuris divini naturalis, an positivum tantum & ommissa omni Theologica disputatione puto dicendum, quod in sigillo est duplex præceptum: alterum quod naturali ratione ex ipsa institutione sacramenti consequitur, alterum positivum divinum, quod arctius obligat voluntate Christi Domini superadditum ipsi institutioni. Primum est, quod deducitur ex illa naturali ratione, ne fiat iniuria secreto confessionis, quod etiam pertinet ad præceptum religionis, & nihil aliud est, præceptum naturale servandi secretum, quod sicut antea solum ex præcepto iustitiæ obligabat, nunc obliget ex iustitia, & religione, quia non solum est secretum proximi, sed est tale secretum, quod ratione sacramenti apud confessarium deposuit sacramentaliter. Vnde violatio huius secreti est duplex peccatum contra duplicem virtutem, videlicet contra iustitiam, & contra religionem.

6 Secundum ergo præceptum procul dubio existimo additum fuisse voluntate Christi Domini, ita vt nec naturaliter sequatur ex ipsa institutione sacramenti, sed pœnitens positivè superadditum sit à Christo Domino independentè à dictamine naturæ, sicut neque ex institutione Eucharistiæ sequebatur necessariò præmittendam esse confessionem ad illius receptionem, ad hoc enim opus fuit novo præcepto positivo. Et in hoc sensu puto intelligendam esse Scoti opinionem dum docet, hanc sigilli obligationem esse ex iure naturæ, & ex iure divino positivo: potuisset enim Christus Dominus instituire confessionem sola obligatione secreti naturalis, quæ obligatio quamvis strictè obligat, non tamen in omnibus casibus, cum multi essent, in quibus iure optimo posset revelari secretum, cum ergo hoc præceptum sigilli obliget in omnibus casibus indistinctè, & absque vlla exceptione, constat vinculo naturali aliud arctius vinculum fuisse superadditum à Christo Domino mere positivum divinum.

7 Est etiam præceptum positivum Eccle-

fix, & idè certas adversus revelantes sigillum statuit Ecclesia pœnas, vt in dicto capite omnis vtriusque sexus, s. caveat, de pœnitentijs, & remissionibus, vbi constat pœnam esse depositionis, & reclusionis in monasterium, & in dicto capite sacerdos, de pœnitentia distinctione sexta, Maiolus libro quinto de irregularitate, capite decimo nono, numero sexto. Imò al. quando ob id legimus eum degradatum, & brachio sæculari traditum, teste ibidem Maiolo, Feliciano de cœsuris, titulo de degradatione, capite decimo quarto, pagina 317. Quæ pœnitentia ei non imponitur nisi de crimine convictus sit: & in eo admittuntur testes singulares, qui si deponant sacerdotem revelasse plenè probabunt contra illum etiam si ipse allegaverit se peccatum illud cognovisse extra confessionem, nam contra illum est præsumptio ex Sylvestro verbo *Confessio* el tercero, numero nono, non tamen punietur pœna ordinaria, quia non convincitur apertè ex depositione testium singularium.

8 Et hoc est discrimen mente tenendum inter præceptum positivum sigilli servandi, & præceptum de recipiendo baptismo, aut Eucharistia, quod etiam est divinū positivum: hæc enim duo posteriora cum affirmativa sint licite omitti possunt propter mortis comminatæ periculum, nam præcepta positiva regulariter loquendo cū periculo vitæ non obligant, vt notant Soto in quarta distinctione vigesima secunda, quæstione prima, articulo quarto, & libro primo de iustitia, & iure, quæstione sexta, articulo quarto, Enriquez libro undecimo, de excommunicatione, capite vigesimo primo, Cordoba quæstio. 137. Suarez de censuris, disputatione sexta, sectione tertia, numero septimo, Cobarruvias in capite alma mater prima parte, s. tertio ad finem. Præceptum autem de servando sigillo negativum est de non revelando illud secretum, quo in gratiam sacramenti, & pœnitentis Christus Dominus vult, ne vnquam illud solvere, aut infringere liceret: quoniam sicut ad cavenda mala nunquam licent mendacium, aut fornicatio, sic nec violatio sigilli, quæ nunquam potest esse licita, adè vt si confessarius absque pœnitentis licentia revelaret aliquid eorum, quæ in confessione audivit etiam veniale, peccaret mortaliter contra iustitiam, & contra religionem, vt dictum est nisi in deliberatione excusaretur ex D. Thom. prima secundæ, quæstione septuagesima quarta, articulo decimo, quod adè verum puto, vt existimem improbabilem esse opinionem dicentium in eo casu non esse mortale, sed veniale tantum ex Nabarro capite octavo, numero tertio, Sylvestro verbo *Confessio* el tercero, s. quinto. Quoniam sicut in revelatione sigilli propter debitam sacramenti reverentiam, vt notat Soto de secreto, membro tertio, quæstione quarta, conclusione secunda, & tertia.

9 Vnde primò infertur, quod audita in confessione nunquam revelari possunt, sive vivente, sive mortuo pœnitente: nec licet aliquid dicere, per quod possit deveniri in notitiam illius ex supra dictis, quamvis multi negent ex hoc non incurri pœnas iuris, nisi formaliter manifestet peccatum. De quo videndus est Sylvester, & Soto vbi supra, Nabarro capite octavo, numero primo, Victoria de pœnitentia, s. 171. imò & peccata, quæ alia via sunt publica, vt meretricis, aut vsurarij, si sola confessione novit, nunquam licet referre alijs, vt notat Medina in quæstione de confessione celanda folio 111. Nabarro dicto capite octavo, à numero decimo, & in capite sacerdos, de pœnitentia, distinctione sexta, num. 62. Vazquez tertia parte, quæstione 93. articulo 4. dubio 6.

10 Secundò infertur, quod ea omnia, quæ pertinent ad sigillum quocunque modo pertineant, a tiori vinculo servandi secretum adstringunt confessarium, quam si illud iuramento firmasset, aut voto, aut qualibet alia firmitate. Omnibus enim semper potentius est sigilli vinculum, vt tradit D. Thom. in quarta distinctione vigesima prima, quæstione undecima, articulo primo, ad tertium, Henricus quodlibeto primo, quæstione trigesima tertia, Nabarro cap. vigesimo quinto, numero quadragesimo tertio, & numero septuagesimo tertio. Nam obligatio sigilli nunquam potest deficere ob quamcunque causam, etiam si esset salus totius rei publicæ, totius Ecclesiæ, aut totius orbis, aut ipsius pœnitentis utilitas, vt omnes relati cõmuniter tradiderunt: sigillum enim non solum est in gratiam pœnitentis, sed etiam in bonum sacramenti necessarij: & ita quævis esset vnus finis manet alter. Itaque ob nullum excogitabilem casum, aut eventum licet sigillum aperire, vt multis casibus relatis ostendit contra Altisiodorensem, Soto in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 5. per totum.

11 Tertiò infertur, quod neque etiam pro impediendo matrimonio potest fieri talis violatio sigilli, non enim licet detegere impedimentum in confessione notum, quamvis aliàs matrimonium contractum esset irritum, vt probant Nabarro capite decimo octavo, numero 54. Adrianus de confessione quæstione quinta, dubio septimo, Simancas de catholicis institutio, capite quadragesimo secundo, numero decimo quarto. Vnde cavendum est ab eorum doctrina, ne dicam errore, qui docent secreta confessionis revelari posse in iudicio ad probandum matrimonium contractum, vt lapsus docuit Romanus in lege si non speciali, C. de testamentis, Iasson in lege prima, s. *huius studij*, ff. de iustitia & iure, & in lege *patre furioso*, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & in lege *reprehendenda*, C. de institutio. Chasaneus consilio primo, num. 17. & moventur auctoritate glossa singularis, in cap. tua nos, verbo *confiteris*, de sponsalibus.

12 Hæc tamen doctrina, nec defendenda, neque audienda est, & meritò ab omnibus reprobatur: nam præterquam quod constat iniquum esse tanti sigilli secretum, quod nunquam violari licuit, etiam pro solutione totius orbis, ita leviter rumpere, vt de contractu matrimonij constat, constat etiam scientiam, quam sacerdos habet ex sacramentali confessione, nihil omninò pertinere ad iudiciale controversiam, capite secundo de officio ordinarij, capite dilectus, de excessibus prælatorum. Quibus manifestæ is error convincitur, neque etiam sacerdoti sigillam revelanti fides adhibenda est in iudicio, vt egregiè probat Baldus in lege Archigerontes, C. de Episcopali audientia, & ibidem Castrensis, Felinus in capite primo, de exceptionibus, ad principium, Ripa in tractatu de peste, s. final. numero centesimo quarto. Ferendi ergo non sunt auctores, qui in causa matrimoniali propria auctoritate tam periculosam concedunt revelandi licentiam.

13 Neque etiam contra hanc veritatem quidquam probat glossa in dicto capite tua nos, quæ falsò pro contraria opinione adducitur: nam ibi non agitur de revelando secreto confessionis, sed solum docet credendum esse in foro pœnitentia consentienti dissensum non verò in iudicio exteriori. Quæ verba nostram probant doctrinam, vt advertit Fortunius in lege prima, s. *huius studij*, ff. de iustitia & iure, Ripa de peste dicto s. final. numero centesimo septimo, & idè Iasson dubius in dicta lege *reprehendenda*, suspectam vocat conclusionem Romani.

14 Vnde quartò infertur, non esse tutam opinionem Gabriellis in quarta distinctione vigesima prima, quæstione prima, articulo tertio, dubio primo, casu quinto, docentis, quod quando confessarius aliter suum peccatum manifestare non potest, quam revelando aliàs audita in confessione possit revelare suo confessario. Quam opinionem probabilem putat Soto dicta distinctione decima octava, quæstione quarta, articulo quinto, ad quartum, & libro de secreto, membro tertio, quæstione quarta. Et moveatur primò: nam præceptum integritatis fortius obligat, quam præceptum sigilli, cum illud sit in reverentiam iudicij, hoc verò in utilitatem pœnitentis. Secundò: nam potius tenetur suæ salutis consulere integram faciens confessionem, quam famæ proximi observans sigillum confessionis.

15 Sed procul dubio verior, & tutior est contraria sententia, imò ab ea recedere temerarium esset: quam probant communiter Doctores, vt multis relatis Nabarro in dicto capite sacerdos, de pœnitentia, distinctione sexta, numero sexagesimo quarto, & nonage-

simo octavo, Enriquez libro secundo de pœnitentia, capite duodecimo, paragrapho septimo & libro tertio, capite decimo nono, numero quinto, Gabriel Vazquez dicta quæstione nonagesima tertia, articulo quarto, dubio quarto. Negandum enim non est strictius multo obligare præceptum sigilli, quam integritatis, hoc namque multis in casibus non obligat, sigillum autem nunquam rumpi posse dictum est, nam quo strictior est obligatio sigilli, eo facilius redditur confessionis obligatio.

16 Sed ponamus, quod confessarius audiens confessionem Titij culpabiliter erravit, vt verbi gratia, quia illum à reservatis in Cœna Domini absolvit, dubium est quid debeat facere, præcipuè cum excommunicationem incurrerit: quo casu credidit Gabriel, & Soto vbi supra, posse rumpere sigillum. Hæc tamen opinio praxi nunquam est probanda, ex communi omnium Doctorum sententia, vt iam diximus, sufficiens enim in prædicta specie, si non possit invenire confessarium, cui sine periculo revelandi dicat, quod ipse confiteatur peccatum, & excommunicationem suam in genere tacita illa circumstantia, ob quam posset rumpi sigillum, sic enim fit confessio formaliter, & per se integra omnium, quæ potuit confiteri, vt rectè tradit Enriquez lib. 3. de pœnitentia, cap. 20. num. 5.

17 An autem licita sit revelatio de licentia pœnitentis inquirendi consilij gratia non est sine controversia: nam Scotus, Durandus, Angelus, & alij relati à Gabriel Vazquez vbi supra dubio quinto, in principio, securè affirmant id non esse licitum, sed necessarium esse docent, vt pœnitens extra confessionem causam iterum referat, vt ex illa notitia illam possit sacerdos revelare, nec sufficere licentiam genere manifestandi audita in confessione: moventur: nam sigillum divinum est, ergo illud rumpere non licet etiam de licentia pœnitentis, non enim solum concessum fuit in gratiam pœnitentis, sed etiam respicit universaliter dignitatem fori pœnitentia, sicut nec valet renunciatio Ecclesiastici privilegij, capite si diligenti, de foro competenti. Tum etiam, nam sacerdos audita in confessione, vt Deus cognovit, non vt homo, at quando manifestat, vt homo manifestat, & consequenter mentiretur si revelaret illud peccatum, quod ignorat vt homo.

18 Sed verius est sufficere pœnitentis licentiam ad revelanda peccata illis tantum personis, quibus fuit concessa, hæc doctrina est D. Thom. in quarta distinctione vigesima prima, quæstione tertia, articulo secundo, Soti dicta quæstione quarta, articulo sexto, Nabarro in dicto capite Sacerdos, numero ducentesimo vigesimo sexto, Sylvester verbo *Confessio* el tercero, quæstione tertia, & aliorum quos refert Enri-

Enriquez libro tertio de poenitentia, capite vigesimo tertio in principio, litera D. nam dum poenitens sic cedit iuri suo nemini facit iniuriam, neque aliquid sit contra reverentiam sigilli, aut sacramenti, ipse enim est secundum vetiorem opinionem dominus suae famae, & quamvis daremus non esse dominum, hanc enim questionem omittimus, quam copiose disputat Molina Theologus de iustitia, & iure, tomo quinto, tractatu quarto, disputatione secunda, & trigesima septima, rationabili tamen causa potest seipsum infamare apud aliquem, ut petendi consilij causa, neque hoc est dispensare in lege naturali, aut divina, sicut nec dispensat ille, cui promissum est aliquid sub iuramento, quod obligat iure divino, & naturali, si remittat debitori promissionem, eius enim condonatione tollitur materia necessaria iuramenti, text. est ubi omnes in capite pervenit tertio, de iureiurando. Et observat Suarez tomo secundo de Religione, libro secundo de iuramento, capite trigesimo nono per totum, sic etiam de licentia poenitentis tollitur materia obligationis sigilli, est namque necessaria illius circumstantia, quod sit contra eius voluntatem. Neque est similis ratio, si quis alicui concederet licentiam, ut illi membrum abscinderet, vel eum occideret, non enim est dominus vitae, aut membrorum, ut notant Molina de iustitia & iure, tomo quarto, disputatione prima, Cobarruvias libro secundo variarum, capite primo, numero primo, Zenedo ad Decretales, collectanea nona, fol. 218. Quaedam quaestio iuris cap. 8.

19 Neque etiam obstat ultima ratio Durandi, & Scoti: nam quando sacerdos manifestat extra confessionem de licentia poenitentis, non manifestat ut homo, sed ut Deus, ut recte advertit Divus Thomas ubi supra, & ideo nequaquam mentitur, imò qui confessionem revelat, non peccat peccato mendacij, sed iniustitiae, & irreverentiae sacramenti.

20 Sed illud est memoria tenendum, quod aliquando evenit, ut persona complicitis manifestetur in confessione, vel quia necessarium fuit ad integritatem confessionis, vel quia factum est culpa, aut ignorantia poenitentis. Quo casu certum est complicitem contineri sub sigillo, sicut & ipse poenitens ut ostendunt Soto dicta distinctione decima octava, quaestione quarta, articulo quinto, conclusionem secunda, & libro de secreto, membro tertio, quaestione quarta, Scotus in quarta distinctione vigesima prima, quaestione secunda. Vnde dubium est, an ex sola licentia poenitentis possit confessarius revelare complicitis peccatum, & credo procul dubio dicendum, non sufficere licentiam poenitentis, sed necesse esse, ut referat historiam, & peccatum extra confessionem, ut ex e revelatione sine ruptione sigilli possit complicitis

peccatum manifestare. Solet enim aliquando ea esse poenitentis cautela, ut referat peccatum, & complicitem in confessione, quod postea extra illam referre non vult, ut ipsius causa nullum patiat periculum, & postea concedit confessio licentiam manifestandi complicitem. Quo casu dicendum est non prodesse licentiam, nec manifestationem fieri posse, nam sigillum non solum obligat in favorem poenitentis, sed etiam complicitis, ut recte docet Soto ubi supra, quod procedit sive in confessione persona complicitis explicetur tanquam complex, sive tanquam materia: veluti si quis referat peccatum alicuius, ut murmurationem alicuius peccati Petri, quo casu Petrus complex non dicitur. Vnde ad revelationem complicitis cum in eius favorem obliget etiam sigillum non sufficit licentia poenitentis, sed ulterius desideratur licentia complicitis: voluit enim Deus hoc iudicium ideo esse secretum sub sigillo, ne inde alicui sequatur in commodum, ergo dicendum est eo secreto, & sigillo non solum consuluisse poenitentibus, sed etiam omnibus, qui in peccato poenitentis explicantur.

21 Cum ergo certum sit licite esse revelationem sigilli de licentia poenitentis, eo quod illius obligatio sit in gratiam eiusdem, credit solus Alciusiodorensis libro quarto, tractatu sexto, capite tertio, quaestione quarta, posse confessarium propter correctionem poenitentis, vel propter eius manifestam utilitatem revelare confessionem, si hoc, inquit, fieri posset absque eo quod confessio redderetur odiosa poenitenti, ut si fiat patri, aut amico ad remedium poenitentis: ego vero procul dubio hanc sententiam erroneam esse puto, hoc enim esset directe rumpere sigillum: imò & confessionis forum ad nihil aliud spectat, quam ad illam correctionem secretam, quae fit inter sacerdotem, & poenitentem.

22 In eo ergo solum versabitur dubitatio, an possit confessarius ita poenitentem corrigere propter peccatum in confessione notum, ut aliquo modo periclitetur sigillum, ut verbi gratia, possit ne praelatus, qui novit peccatum poenitentis in confessione, illum ab officio amovere, etiamsi reddatur suspecta confessio apud alios, quod illum propter illud crimen amoverit, nam Gabriel Vazquez in quarta distinctione vigesima prima, quaestione prima, articulo tertio, dubio primo, credit id fieri posse ex doctrina illa Bernardi, quod pro charitate instituitur contra illam militare non debet, quod fieret si propter sigilli periculum non adhiberetur peccato poenitentis remedium ipsum ab officio amovendo.

23 Sed hanc etiam puto falsam opinionem, quoniam etsi non esset formaliter rumpere sigillum, esset tamen illud offendere, & in-

con-

consequetiam manifestare, quod nulla de causa fieri potest, hoc enim non est contra charitatem, nam sigillum maioris momenti est, quam adhibere remedium poenitenti, quamvis ipse aliàs absolvendus non sit, nisi verum emendationis animum ostenderit. Ita in specie docuit Divus Thomas in quarta distinctione vigesima prima, quaestione tertia, articulo primo, Adrianus quaestione ultima, de confessione; Soto dicta distinctione decima octava, quaestione quarta, articulo quinto, & libro de secreto, membro tertio, quaestione quarta, & relati à Gabriel Vazquez tertia parte, quaestione 93. articulo quarto, dubio octavo adherentes, non esse licitum subditum remove ab officio quando ex eo posset confessio suspecta reddi.

24 Vnde est, quod quando officium solet ad nutum amoveri, probabile esset poenitentem ab officio remove posse propter crimen in confessione notum: nam cum amotio fieri possit sine culpa, non redderetur suspecta confessio. Fateor tamen valde periculosum esse semper ex notitia habita in confessione tales remotiones ab officijs facere, ut recte advertunt D. Thom. & Soto ubi supra, quando tamen amotio fieri non solet ad nutum, sed nemo à tali officio amoveri solet sine culpa, constanter dicendum est, quod ex sola notitia confessionis non potest fieri talis amotio, est enim manifestum periculum, quod ex eo reddatur confessio suspecta. Praecipue nam eo casu non potest praelatus eum ab officio amovere, nisi ex eo quod ei de culpa constiterit ad hanc autem probationem nihil refert id, quod cognitum est in confessione.

25 Quare celebris est inter Doctores controversia, an possit sacerdos uti scientia confessionis ad externam gubernationem respectu poenitentis, ut faciat, quae aliàs non esset facturus quasi ex notitia confessionis instructus, & loquimur quando non est periculum detegendi confessionem, ut in rebus mere gratuitis, quando ad concessionem, verbi gratia, aut ad remotionem nulla desideratur causa: & in hoc sensu pars affirmativa, & validis nititur fundamentis, & eam videtur amplexus Divus Thomas dicta distinctione vigesima prima, quaestione tertia, articulo primo, & quodlibeto quinto, articulo decimo tertio, Durandus in quarto distinctione nona, quaestione quinta, Suarez de Eucharistia, quaestione 80. articulo sexto, disputatione septuagesima septima, sectione tertia, Enriquez libro sexto, de poenitentia, capite vigesimo tertio, à numero tertio, & innumerati relati à Sancio libro tertio de matrimonio, disputatione decima sexta, quaestione prima, num. 2. cuius doctrinae fundamenta infra sunt referenda.

26 Vnde dicunt posse Episcopum non

conferre beneficia, quae ex mera benivolentia conferre solet illis, quos hoc modo novit indignos, nisi aliàs collatio, vel confirmatio debeatur iam electo per concursum, aut praesentationem à patrono, ita tamen ut ante electionem etiam in ipso concursu possit elector negare occultum suffragium indigno in confessione noto, ut sentit Soto de secreto, membro tertio, quaestione quarta, dubio primo, Nabarro in capite Sacerdos de poenitentia, distinctione sexta, numero centesimo quadragesimo sexto, Sylvest. verbo Confessio el tercero, §. decimo quarto. Quoniam in his, quae pendet ex mera gratia Episcopi dicunt etiam post concursum posse Episcopum uti occulta, & sacra scientia, nisi aliàs vnus ab omnibus creditur longè dignior ceteris cuius repulio faceret suspectam confessionem. Sic etiam dicunt, quod ille, qui alterum volebat heredem instituere, aut aliquid legare, poterit secluso suspicionis periculo mutare voluntatem ob scientiam confessionis: & ita hanc praxim servari in ordine Praedicatorum testatur videndus Bañez secunda secunda, quaest. 33. art. 8.

27 Sic etiam posset praelatus hac ratione, ut auferat peccati occasionem, negare licentiam exeundi domo, erigere murum, claudere portas, & fenestras, quod iuvatur valde ex illa probata consuetudine, qua praelatus audit suorum confessiones saltem annales, quae statuto à Pontificibus confirmato viget in aliquibus religionibus. Imò & olim solus Episcopus de reservatis absolvebat, & soli parochi audiebant confessiones in Pascha, ut multis relatis ostendit Enriquez libro secundo de poenitentia, capite decimo septimo, & 16. eo fine, ut melius gubernet subditos in bonum spirituale Dicunt etiam posse uti praedicta scientia respectu complicitis propter illa, quae in confessione audivit, ut vigilantior fiat circa illud, non tamen licebit praelato parare insidias per alium, neque inquirere contra complicitem per secretos exploratores: nam hoc esset indirectè prodere sigillum ex Soto dicta quaest. 4. art. 5.

28 Sed cum horum omnium sententia sit valde probabilis, & in foro conscientiae tuta, dubitari possit data huius opinionis suppositione an in casibus, in quibus sacerdos potest uti scientia confessionis, de quibus dictum est, teneatur necessariò negare suffragium, ordines, & alia similia indigno, quem talem solum in confessione novit, eo casu quo si extra confessionem conscius fuisset criminis, teneretur id facere. Et multi probant non solum posse, sed teneri: nam si poro huius est ex officio adstringitur, si verò alius sacerdos ex praepcepto fraternae correctionis, quod obligat impedire proximi peccatum, veluti in iusta beneficii receptionem, quando licite fieri potest. Sic Nabarro in capite sacerdos de poenitentia, distinctione

Etione sexta, à numero centesimo quadragesimo sexto, & videtur esse D. Thom. in quarta distinctione nona, quæstione vnica, articulo quinto, & quodlibeto quinto, articulo decimo tertio, vt innumeris alij relati à Sancio libro tertio de matrimonio, disputatione decima sexta, quæstione secunda, numero sexto, & ita consequenter docent, debere sacerdotem negare Eucharistiam ei, quem scit indignum esse ex sola confessionis noticia, quando pœnitens ab illo peteret tam occultè, vt nullus alius adesset: aliàs fatentur non posse propter scientiam confessionis; nam respectu aliorum esset aliqua sigilli revelatio: quàm dubitationem disputat, & resoluit Suarez de Eucharistia quæst. 80. articulo sexto, disputatione 67. sectione tertia, per totum.

29. Sed quamvis hæc sententia probabilis sit, ego tutiorem multò existimo contrariam, etiam in terminis eorum, qui dicunt, sacerdotem posse vti scientia confessionis, vt in dictis casibus non teneatur necessariò repellere pœnitentem, quamvis possit id licitè facere: puto enim hoc medium valde difficile esse, & periculo offendendi sigillum expositum, nam quamvis speculativè huius scientiæ vsus licitus sit, opus tamen est magna prudentia, vix enim occurrent semper necessariæ circumstantiæ. Tum etiam, nam Christus Dominus hoc sacramentum instituit ad medicinam peccatoris in foro interno confessionis, ergo obligare confessarium ex ea noticia occultissimi fori adhibere remedium pœnitenti extra illud forū, erit prorsus transgredi institutionis limites. Tum etiam, nam præcepta moralia, quæ ordinantur ad fines ordinis naturalis debent habere mediâ eiusdem ordinis, nam inter finem, & mediâ debet esse proportio: at præceptum fraternæ correctionis est præceptum morale, & est naturalis ordinis, ergo noticia peccati proximi, quæ aliàs requiritur, vt obliget fraterna correctio, debet esse naturalis: ergo ad talem correctionem non obligat noticia confessionis, quæ supernaturalis, & superioris ordinis est. Sic docent D. Thom. in quarta distinctione vigesima prima, quæstione tertia, articulo primo, Paludanus distinctione decima octava, quæstione octava, articulo primo, numero vigesimo, Sylvester verbo *Confessio* eltercero, quæst. decima quarta, non enim obligat præceptum correctionis medio tam difficili, & altioris ordinis.

30. Sed adhuc quamvis hæc omnia probabilis sint, multo veriore, & tutiore esse existimo sententiam dicentium, non esse licitum vti extra confessionem scientia per confessionem habita, sed necesse esse vt se habeat confessarius, ac si nihil in confessione audivisset. Vt probant Ricardus in quarta distinctione vigesima prima, quæstione secunda, articulo

lo quarto, ad secundum, Armilla verbo *Confessor*, numero septimo, Bañez secunda secunda, quæstione trigesima tertia, articulo octavo. Ita vt tutius sit dicere prælatum non posse privare subditum officio, aut illi negare suffragium, aut ordines ratione huius notitiæ, sed se habeat ac si nihil audivisset: & idè prudenter Claudius Aquaviva Generalis Societatis Iesus, sua constitutione ita voluit observari anno Domini 1590. vt nunquam prælati vterentur scientia confessionis, & prohibuit contrariam doctrinam publicè, aut privatim doceri, & ait: *Sibi que persuadeant, quod vt humanarum rerum regimen ab hoc sacramento longissime distat, ita debere nullatenus ab eo pendere.* Et idem hodie cavetur expresso Clementis Octavi proprio Motu anni Domini 1594. die vigesimo sexto Maii, ibi: *Caveant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerant, ad exteriorem gubernationem utantur, &c.* Quæ verba huius quæstionis videntur decisiva, & facit ratio text. in dicto capite Sacerdos. de officio ordinarij, ibi: *quis non vt index scit, sed vt Deus.*

31. Secundò probatur hæc sententia: nam sigillum obligat etiam respectu pœnitentis, & idè neque cum ipso pœnitente potest sacerdos loqui extra confessionem de peccatis confessis, neque villo modo in memoriam revocare: nam et si hoc non sit rumpere sigillum, est tamè genus quoddam revelationis, & hō modo offenditur sigillum, vt notat Soto de sigillo, membro tertio, quæstione quarta. Enriquez de Eucharistia libro octavo, capite quinquagesimo nono, numero tertio, & libro primo de pœnitentia capite vigesimo, numero septimo, Victoria de confessione numero 185. Ad eò vt si confessarius erraverit convenire iterum pœnitentem non potest, nisi prius petat ab eò licentiam, quam si negaverit pœnitens liberatur ab obligatione confessarius: ergo si ad præteritū confessionis errorem emendandum non licet cum ipso pœnitente loqui, à fortiori non licebit propter peccatum auditum in confessione negare illi etiam occultè Eucharistiam, ordines, aut suffragium, vel eum ab officio remove, etiam a mobili ad nulum, quia hoc modo saltem facto ipso reprehenditur pœnitens: nunquam enim licet confessarium aliquid facere vnde rationabiliter pœnitens intelligat id factum esse propter peccatum dictum in confessione: nam sigillum non solum obligat ne peccatum alijs reveletur, sed neque ipsi pœnitenti extra confessionem, etiam si fiat consolandi illum gratia, nam pœnitens pudore sustinetur.

32. Tertiò probatur: nam ratio potissima, ob quam præceptum sigilli in violabiliter obligat plus quam omnia alia secreta naturalia etiam iuramento vallata, ea est, ne confessio illi quo modo credatur odiosa, vel onerosa, ne aliàs

à con-

à confessione fideles retraherentur, & idè communis est Theologorum sententia vitandum esse omne id, per quod confessio posset effici onerosa, quamvis non esset propriè rumpere sigillum, at procul dubio redderetur valde onerosa, si peccatores intelligerent posse confessarium ob solam confessionis notitiam ipsos ordinibus, suffragio, & officijs honorificis privare. Ergo dicendum est id non esse licitum.

33. Hæc tamen sententia sano modo intelligenda est: non enim tenetur confessarius in omnibus perinde se habere, ac si nihil in confessione audivisset, sed in his rebus solum, in quibus esset pudor, & confusio pœnitenti, in quibus aut personæ illius, aut honori non consuleretur ex vsu notitiæ confessionis, verbi gratia, si noverit in confessione, quod Petrus illi parat insidias ad illum occidendum, poterit de domo non exire, quamvis aliàs exiturus esset: in hoc enim nec personæ, nec honori pœnitentis fit iniuria, nec à confessione retrahetur, non tamen licebit illum ab officio remove, aut negare illi ordines, suffragium, aut beneficium, quamvis hæc omninò sint voluntaria: nam cum hoc sit quædam virtualis obiectio peccati dicti in confessione sequeretur inde manifesta pœnitentis confusio.

34. Sed huic sententiæ primò obijcitur, text. in capite final. sexto, quæstione secunda, vbi reprehenditur Episcopus, eò quod publice vitaverit eum, qui sibi solum crimen confessus est, ergo à contrario sensu non delinqueret, si illum secreto vitasset: & consequenter posset vti scientia confessionis. Sed facile respondetur textum illum non esse intelligendum de confessione sacramentali, vt ibidem advertit Glossa in verbo *Sibi soli*, & colligitur ex principio eiusdem text. vbi de eo casu loquitur, quando Episcopus dixit sibi crimen confessum esse: quod si de confessione sacramentali intelligeretur, esset formalis fractio sigilli. Imò & in tota illa sexta, quæstione secunda, agit Gratianus de fide Episcopo adhibenda, quando ipse solus adversus aliquem deponit.

35. Secundò obijcitur: nam sicut confessio non tribuit ius novum confessario in aliquo foro, ita nec aufert ius antiquum, quod habebat, sed ante auditam confessionem potuisset libere eligere illum, aut non eligere, ergo ex eo quod eum indignum noverit in confessione, non poterit hoc ius privari, aliàs audita confessio pristinam tolleret libertatem. Sed respondetur, quod confessio non tollit ius pristinum, quod confessarius habebat eo modo, quo habebat, compellitur tamen ne ex auditis in confessione moveatur ad faciendum aliquid, ex quo confusio, vel damnum sequatur pœnitenti. Sic enim qui noverit aliquid extra confessionem, quod postea in confessione audivit, non amittit ius pristinum illud manifestandi, tenetur tamè sigilli obligatio-

ne, ne alio modo manifestet, quod in confessione audivit, quam quo antea cognoverat.

36. Tertiò obijcitur: nam si sacerdos se alicuius confessione cognovisset animum illius interficiendi ipsum posset ense apud se depositum ipsi petenti denegare, quod fieri non posset etiam pro tuenda vita, si confessionis sigillum ex vsu notitiæ illius offenderetur. Sic etiam si quis sacerdos à Petro petisset, vt audiret eius confessionem, & postea Petrus ei confiteretur non esse sacerdotem, quamvis plurimam confessionem audivisset, posset ob illam confessionis notitiam illi non confiteri: ergo potuisset scientia confessionis ad actus humanos dirigendos. Sed respondetur, quod in neutro casu sequitur confusio, nec pudor pœnitentis, neque aliquod honoris præiudicium, imò his sunt casus Metaphysici, qui moraliter nunquam accidunt, & idè et si fateamur in his casibus confessarium posse vti scientia confessionis, vt sibi consulat, cum non sequatur confusio, aut pudor pœnitentis, nihil refert contra nostram sententiam.

37. Quartò obijcitur: nam et si confessor noverit peccatum vt Deus, cum tamen ea scientia reperitur in homine ex ea parte erit humana, ergo illa poterit vti ad dirigendos actus humanos, quando id fieri potest sine alterius iniuria, aut scandalo: vt verbi gratia, nulla sequitur pœnitentis iniuria ex denegatione officij, cum nullum habeat ius petendi rem gratuitam, aut retinendi eam, respectu cuius indignus est. Sed respondetur, fatendum esse eam scientiam aliquo modo esse humanam, & ita confessorum posse illa vti, quando nulla sequitur pœnitentis iniuria, ei tamen magna irrogabitur, non ex eo quod illi denegetur res indebita, sed ex modo denegationis, infidelis enim esset confessor si res sibi sub sigillo commissas virtualiter obijceret pœnitenti, & in illius damnum temporale converteret, quod magni est momenti, nam retraheretur homines à confessione ipsa, quæ redderetur valde odibilis, & onerosa.

38. Vnde infertur quid dicendum sit in illa quæstione, quam disputant, & varijs modis resolvunt Doctores, qualiter se gerere debeat ordinarius, vel parochus, qui in confessione noverit impedimentum dirimens matrimonium volentium contrahere. Quam disputant Altiſiódorensis libro quarto summæ, tractatu sexto, capite tertio, quæstione quarta, Driedo libro secundo, de libertate Christiana, capite septimo, Maiolus libro tertio, de irregularitate, capite vigesimo quinto, numero tertio, §. affinitas. Soto dicta quæstione quarta, articulo quinto, Nabarro in dicto capite Sacerdos, de pœnitentia, distinctione sexta, numero 144. Enriquez libro sexto de pœnitentia, capite vigesimo tertio, à numero tertio. Et tandem omnis varijs eorum opinionibus, primò dicendum est, parochum, sive quemcumque sacerdotem habentem licentiam assistendi

matrimonio, aut ministrandi quodcumque aliud sacramentum, non posse expellere peccatorem etiam occulte petentem propter solum peccatum in confessione notum. Ratio est, nam ut iam diximus non potest iurari ex scientia confessionis ad externum regimen, quoties redderetur odiosa confessio, quod eveniret si propter peccata in confessione audita posset illis negari Eucharistia, matrimonium, aut alia sacramenta.

39 Secundò dicendum est, quod si is peccat occulte matrimonium poterit confessor illum secreto movere, ut desistat & in hoc omnes citati Doctores conveniunt: hoc tamen intelligendum est ex dictis, si prius obtinuerit licentiã ab ipso pœnitente, aut monitio fiat intra confessionem, quamvis Paludanus in quarta distinctione vigesima prima, quæstione tertia, articulo tertio, numero 60. Antoninus tertia parte, titulo de cimo septimo, capite vigesimo secundo, §. primo, falso crediderint hanc monitionem indistinctè fieri posse, sed manifestè decipiuntur: nam licet hoc non esset rumpere sigillum offenditur tamè quando extra confessionem habetur sermo de auditis in confessione, etiam cum ipso pœnitente sine illius licentiã.

40 Sed videamus, qualem debeat habere in his rebus prudentiam confessarius, & qualè cautionem. Et primò dicendum est, quod si aliquis sciebat extra confessionem, quod postea audivit, in illa, non prohibetur uti priori notitia ex Nabarro, Soto, & alijs relatis ab Enriquez libro tertio, de pœnitentia, capite vigesimo tertio, numero primo, quare si sciat sibi tali hora, & loco furtum factum fuisse, & postea fur illi confiteatur furtum, licebit dicere tali hora, & loco furtum sibi factum fuisse, & ex indicij cõtra illum procedere, nam eo casu sola priori utitur notitia, non confessionis, nam debet se post illam habere sicut antea.

41 Secundò si confessarius per confessionem agnovit periculum imminere civitati, republicæ, aut Principi, ut fidei, poterit generalibus verbis admonere magistratus ut sibi, & gregi consulant: ut si prelato advertat, ut vigilet super gregem, advertit D. Thom. quodlibeto quinto, quæstione decima tertia, Medina libro secundo de confessione, capite quarto, Antonius Gabriel tomo secundo communium libro septimo, titulo de criminalibus, conclusione final. Sic etiam poterit monere inquisitores, si noverit ad illorum tribunal accessisse multos falsos testes, ut advertit Cordoba casu decimo septimo, nisi aliàs esset periculum, quod ob tale dictum veniret in illorum notitiam. Vnde solum id erit licitum, quando ignotus esset ille, qui malum parat, si tamen vnicus esset inimicus, cautus debet esse, ne ad particularia descendat, ut inde indirectè detegatur sigillum, non enim licet ex præcepto charitatis impedire mala, quoniã id fieri non potest absque sigilli periculo, notat Sylvest. ver-

bo *Confessio* el tercero, §. decimo quarto, Nabarro cap. 8. num. 12.

42 Tertiò si tempore præcepti, aut consuetudinis, in quo confratres, verbi gratia, aut collegæ, vel alij de communitate simul communionem accipiunt, alicui negaverit absolutionem confessarius ipsi petenti cõfessionis schedulam, ne veniat in suspicionem, oportebit dare talem schedulam, ut notat Medina de confessione libro secundo, capite quarto, quamvis ad id non teneatur præcisè, non enim necessariò tenetur cooperari occultationi peccati, ut verbi gratia, si mater, & filia simul ad confessionem accedant, & noluerit absolvere filiam ex causa necessaria, non tenebitur pro illius dissimulatione fingere dando illi postea hostiam non consecratam, ut docet D. Thomas tertia parte, quæstione 80. articulo sexto, ad tertium, is enim qui sponte peccavit sibi provideat quo modo occultet peccatum. Parochus enim qui audivit confessionem suo iure utitur, dum negat absolutionem, vel imponit ieiunia panis, & aquæ. Sic Nabarro capite octavo, numero decimo, Soto de secreto, membro primo, quæstione tertia, Cobarruvias libro primo variarum, capite decimo, numero tertio, & concordat Concilium Tridètinum Sessione vigesima quarta, de reformatione capite octavo, ubi renovat publicas pœnitentias peccatis proportionatas. Prudens autem debet esse, ita ut non imponat publicas pro occultis; ut notat Enriquez libro secundo de pœnitentia, capite vigesimo secundo, hoc enim modo non est occasio scandali cõfessarius, sed potius tollit scandalum publici peccati, non enim prodit peccatum, sed potius proditum iubet aboleri publicè satisfactio.

43 Sed ille casus non leviter controversatur, an sit licita revelatio confessionis pro tuenda vita, aut saltim aliqua indicatio: nã Gabriel distinctione vigesima prima, quæstione prima, articulo tertio, credidit præceptum sigilli non obligare cū periculo vitæ ipsius confessarij, eo quod positivum divinum est. Sed hæc sententia prorsus est falsa, & erronea: verum enim est præceptum sigilli obligare etiam cum periculo vitæ, ut probant Sylvest. verbo *Confessio* el tercero, quæstione decima nona, Nabarro in dicto capite Sacerdos numero centesimo trigesimo quinto, & alij relati à Gabriel Vazquez tertia parte, quæstione 90. articulo quarto, dubio nono, in principio. Omnes enim communiter docent obligationem servandi secreti naturalis non obligare cum periculo propriæ vitæ, secus autem obligatio sigilli.

44 Rationem huius doctrinæ inquirete difficile est; sed omisis varijs opinionibus ego supponendum puto, eam esse regulam servandã in præceptis naturalibus, nam hæc aliquãdo versantur circa rem ad eò intrinsecè malam, ut nulla tuendæ vitæ necessitate possint excusari quomius semper remaneat malum, ut iurare falsum,

cuius

cuius malitia consistit in mendacio, & id eò non obstante quocumque periurio semper erit peccatum, idem est conspuere Eucharistiam, & similia, & ita ut videamus an præceptum naturale obliget cum periculo vitæ consideranda est circumstantia, quæ requiritur ad illius malitiam, an propter periculum imminens tollatur, vel non. Vnde est quod etsi servare secretum sit præceptum naturale negativum non revelandi, non tamen obligat cū periculo vitæ: nam supposito periculo tollitur circumstantia necessaria, ut hoc præceptum obliget, deficit enim iustitia servandi secreti propter iniuriam, quam ipse mihi irrogat.

45 Secundò supponendum est circa positiva, quod etsi legislator possit obligare ad observantiam legis cum vitæ periculo, præcipuè Deas, non tamen intelligimus ita aliquem obligari, nisi quando maius bonum æstimatur observatio præcepti, quam vita. Sic enim potest princeps legem ferre, ut in bello miles non fugiat etiam cum periculo vitæ, quoniã maius est bonum totius exercitus, quam observatio vitæ particularis. In alijs verò præceptis positivis non ita est, ut in lege ieiunij, observandorum festorum, & similibus. Idem etiam est in præceptis divinis positivis, quoniam cum potuisset Deus præcipere integrã confessionem, etiam cum periculo vitæ, credimus tamè hoc præceptum noluisse obligare cum tanto dispendio, quia non est maius bonum integram facere confessionem, quam servare vitam: non enim est ad eò rei publicæ Christianæ necessarium, ut vitæ sit anteponendum, quod secus est in sigillo, in quo etsi potuisset obligare non plus quam naturali secreto, credimus tamen dictante ratione obligasse, ut in omni casu, atque eventu debeat observari: oportuit enim securos reddere pœnitentes in omni eventu de secreto cõfessionis. Cum ergo hoc sit maius bonum quam vita particularis, intelligimus obligare cum periculo illius.

46 Sed dubium est in prædicta specie, qualiter possit sibi consulere confessarius, & an possit fugere? & puto non posse, si aliàs ex fuga sequeretur revelatio confessionis, ut constat ex dictis: hoc enim præceptum obligat etiam ad hoc, ut confessor nec etiam indicium præstet confessionis, ut probat text. in dicto capite omnis, de pœnitentijs, ibi: *Caveat autem omnino ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodatur peccatorem*, quare Soto vbi supra, docet hanc doctrinam procedere, quando ex fuga proderetur confessio, nam si celari posset fuga aliqua ratione posset fugere procul dubio.

47 Vnde oritur, quod quoties confessor sub iuramento interrogatur etiam à iudice inique interroganti de delicto pœnitentis, poterit procul dubio tacere, quod audivit in confessione, etiam si in communi iurasset se veritatem dicturum, nã tale iuramentum solum obligat respectu illorum, quæ potuit iudex interrogare. Imò etiam in his,

quæ testis extra confessionem cognovit, si ini- que à iudice interrogetur, non tenebitur respondere, sed tacere absque peccato, ut eleganter notavit Enriquez quodlibeto primo, quæstione trigesima octava.

48 Dubium autem est, quomodo se debeat gerere confessor ad ea, quæ interrogatur, an tacere, vel negare possit. Et conveniunt ferè omnes Doctores, quod sacerdos interrogatus an peccatum pœnitentis noverit, si in particulari, si in communi, poterit absolutè respondere se nescire. Sic D. Thom. in quarta distinctione vigesima prima, quæstione tertia, articulo primo, Durandus ibidem quæstione tertia, ad primum, Soto distinctione decima octava, quæstione quarta, articulo quinto, Nabarro capite duodecimo, numero octavo, imò ut docet Ricardus distinctione vigesima prima, articulo quarto, quæstione secunda, ad tertium, tenebitur ita respondere, aliàs enim si taceret redderet suspectam confessionem, interrogatur enim de illis, quæ dicenda non sunt, & ita si respondeat nescire, non mētitur, sic enim intelliguntur verba illa Marci 13. *De die illa nemo scit neque filius hominis*, cum certum sit Christum diem illum non ignorare, sed significat illum nescire ad dicendum.

49 Vnde miror valde Sotum vbi supra dixisse, quod si cõfessarius inique à tyranno fuerit interrogatus expressè, an id audivit in confessione, non posse negare, eo quod expressa fuerit interrogatio: nam verius est negare posse absque vilo mendacio, cum ea declaratione, quasi dixisset, nescio quod interrogas, aut non audivi (addendo interius) ut tibi dicam, ut notat Adrianus de confessione, quæstione final. Nabarro vbi supra, imò & ipse Sotus de secreto dicta quæstione tertia, quasi difficultate coactus in eandem redit sententiam.

50 Oritur etiam ex dictis quod monitoria pro revelationibus non comprehendunt sacerdotem, qui prætextu monitorij, nec tenetur, nec potest revelare, quæ in confessione audivit, ex dictis, & ex ratione text. in dicto capite sacerdos, de officio ordinarij: imò si eò casu in foro contioso diceret se nescire, non diceret falsum, ut rectè Baldus in dicto capite si sacerdos, numero septimo. Secus verò si aliter quam per confessionem sciret, nam tunc teneretur revelare eò modo, quo sciret servando secretum confessionis, & exprimendo causam scientiæ, ut videtur scandalum, sic Victoria de confessione, quæst. 186.

51 Sed iam pro complemento huius materiæ duo sunt à nobis explicanda: primum est, quæ res sub obligatione sigilli, & quæ non continentur. Et primò supponendum est, sigillū obligare ad omnia peccata mortalia facta, & confessaria non solum in particulari, nec revelatur peccatum aliquod, sed etiã in vniversali, ut nec dicere possit ille mortalia confessus est. Licet tamen discernere confessus est, peccata sua, aut confessus est, eo modo ut dicitur in K. K. 2. tantum

tantum venialia, hoc enim non est revelare confessionem, cum certum sit poenitentem saltem ea in confessione dixisse, vnum autem veniale in specie dicere esset rupterè sigillum, sed vt rectè dixit Paludanus dicta distinctione vigesima prima, quaestione tertia, articulo secundo, conclusionem tertia, si plures eodem tempore succesivo confessi essent, non liceret dicere, ille venialia tantum confessus est, nam videtur facere cum alijs comparationem, & indirectè ostendere alios mortalia fuisse confessos, vt docet Petrus de Soto lectione 11. de confessione, Nabarro capite 8. num. 3. & 9. Soto de secreto, membro 3. q. 4.

52 Secundò meo iudicio supponendum est, sigillum solum obligare respectu eorum, quæ sunt materia confessionis. Vnde dicendum puto omnia alia in confessione audita, quæ non sunt materia illius, non cadere sub sigillo, quavis confessor ad illorum silentium teneatur ex præcepto secreti naturalis. Vnde non placet mihi sententia Soti in quarta distinctione decima octava, quaestione quarta, articulo quinto, ante secundam conclusionem dicentis, esse contra confessionis sigillum revelare defectus naturales auditos in confessione, vt natalium, aut status personæ, etiã quando nullo modo possunt esse indicium alicuius peccati, nam cum hæc non pertineant ad materiam confessionis, non videntur contineri sub sigillo, verum tamen puto quod in tali casu inferatur aliquod detrimentum sacramento, vt rectè docet Vazquez vbi supra, art. 4. dub. 3. num. 3.

53 Vnde dubium solet esse de peccatis non factis, sed perpetratis, in quorum proposito durans poenitens, & illud manifestat in confessione, an contineantur sigillo: nam si in eo non continentur, possunt revelari in omni eventu, in quo & secretum purè naturale poterat. Quam dubitationem movent Panormitanus in dicto capite omnis, dicto §. caveat, de poenitentis, Decius in cap. cum non ab homine de iudicijs, Sylvester verbo *Confessio* el terçero, quaest. 5. Adrianus quaestione vltima, de confessione. Quorum omnium, & aliorum omiſsa opinione dicendum puto, ea omnia peccata, quæ nondum facta sunt contineri sub sigillo, ratio est: nam sub sigillo continetur quodcunque peccatum dictum in confessione sacramentali, huiusmodi enim est propositum peccandi, nam etsi qui tale propositum habet non videatur confiteri cum spe absolutionis, exponit tamen confessori illud absolutionis impedimentum in confessione, quod procul dubio pertinet ad iudicium internum confessionis.

54 Et confirmatur: nam licet ille confiteatur absque debita dispositione, est tamen illa vera confessio, sicut & baptismus sine debita dispositione susceptus, non quia illa confessio sacramentum sit, sicut baptismus indebite susceptus, sed quia est confessio sacramentalis, id est, manifestatio peccati in illo foro sacerdotali, in quo & peccata, & bonum, aut malum propositum explicandum est quasi pertinens ad absolutionem co-

cedendam, vel denegandam; cuius rei cognitio, & iudicium pertinet ad sacerdotem quatenus iudex est in illo foro, ideòque hanc sententiam probat Soto dicta quaestione quarta, articulo quinto ad secundum, & de secreto membro tertio, quaestione quarta, dubio primo, Nabarro in dicto capite Sacerdos, num. 220. Caietanus primotimo opusculorum, tractatu 21. quaest. 1.

55 Vnde inferitur primò, quod virtutes, dona Dei, propositum intrandi religionem, aut facta indifferentia obiter narrata non cadunt sub sigillo, vt advertit Soto de secreto membro tertio, quaestione quarta, ante secundam conclusionem. Hæc tamen omnia occultanda sunt ex secreto naturali extra intentionem poenitentis, ita vt etsi revelando non peccet contra sigillum, peccat tamen mortaliter contra naturale secretum, sic Victoria de poenitentia §. 171. Antoninus tertia parte, titulo decimo septimo, capite vigesimo secundo, §. secundo.

56 Secundò inferitur, quod quando ex causa publica fit confessio, vt olim fieri solebat, ex Concilio Tridentino Sessione decima quarta capite quinto, non tenetur confessor ad sigillum, vel quando mortè preventus dedit signum peccati in genere, & absoluitur, non peccat contra sigillum, si dicat, dedit signa contritionis suorum peccatorum, vel si dicat dedi talem poenitentiam levem, vt notat Nabarro capite octavo, numero vndecimo, & capite decimo octavo, numero 51. sic etiam licet de publica meretrice, aut concubina rectè confessus est, absolvi illam ab omni peccato, per hoc enim nihil damni, aut infamiae, sed laus accrescit poenitenti, aliquando tamen non licet dicere, ille mihi confessus est, vel illum absolvi: nam si forsan ex causa occulte mutavit confessarium, teneor ex secreto naturali id tacere, ne forsan veniat in suspicionem, vt notat Nabarro dicto cap. 8. num. 11. & in d. c. Sacerdos, n. 71.

57 Tertio inferitur, illum casum etiã non contineri sub sigillo quando poenitens ex artificiosa confessione accedat ad confessionem non animò se accusandi, sed potius pervertendi confessionem, cui per modum tétationis occultè proponit argumenta, hic enim si hæreticus est denunciari debet, hæc namque non est confessio, sed calumnia, si tamen solum inductione ad homicidium, vel aliud malum privatum intendat movere confessarium, de quo loquitur Soto de secreto membro tertio, quaestione quarta, conclusionem secunda, tunc obligabit interdum charitas non proderè occultum, id enim petit ordo correctionis, quando certus esset, quod sua correctione efficaciter vitabitur periculum impendens ex D. Thom. 2. 2. quaestione 33. art. 7. adeò vt si post signum Crucis, & genuflexionem dicat, hoc tibi narro in confessione, quod verè ad illam non pertineat, non tenebitur sigillo, sed solum secreto naturali, vt notat Victoria de poenitentia num. 171. Nabarro capite octavo, numero decimo septimo, Soto dicta quaestione quarta, articulo quin-

to, ad secundum, Cordoba casu 64. & libro primo quaestione 43. dubio secundo, Simancas de Catholicis institutionibus, capite 42. numero decimo quinto, adeò vt si iuridice interrogatus fuerit in casu periculi communis, teneatur revelare ex Nabarro capite decimo octavo; numero 55. ad sigillum enim requiritur, aut animus accusandi se, & manifestandi peccata, vt absolvatur, vel vt ostendat statum conscientiae suae, vel saltem quando meretrix confitetur impoenitens, vt impleat præceptum Ecclesiae ad vitandum poenas, & censuras, vt capite quod quidam de poenitentis.

58 Quartò inferitur, quod si quis peccata dixerit non vt se accuset, sed solum consilij capiendi causa, & id faciat propter vitandum scandalum, non tenebitur confessor sigillo, imò si id faciat reus emendatus, vt sciat quomodo se præparare debeat ad confessionem, non tenebitur manifestare prælato confessor etiam sub censura iubenti, quia etsi non cadat sub sigillo, de illo quodammodo participat, ex eo quod ordinatur ad confessionem sacramentalem, vt notat Simancas dicto capite 42. numero septimo, Pericinus in lege tertia, titulo quarto, libro octavo ordinamenti, pagina 84. debet tamen confessor illum monere illam non esse confessionem.

59 Quintò inferitur, quod referre peccata mortalia audita in confessione, quando non est periculum detegendi poenitentem, non est contra sigillum ex Nabarro capite octavo, numero duodecimo, Antonino tertia parte, titulo decimo sexto, capite decimo nono, §. tertio, Antonio Gabriel tomò secundo communium, titulo de criminalibus, conclusionem vltimam, vt verbi gratia, si dicat Salmanticae, vel Matriti, vbi constat audivisse multorum confessiones, sunt gravissima peccata, sunt multi latrones, multi sodomitæ, vt inquit Nabarro in dicto capite Sacerdos, numero 54. imprudens autem est, qui talia narrat, nisi quando querendi consilij gratia salvo sigillo id fecerit.

60 Vltimum videndum est, quæ personæ teneantur servare sigillum, & primò id de sacerdote, cui fit confessio, certum est ad sigillum teneri, vt ex Sylvestro, Adriano, Medina, Nabarro, & alijs probant Enriquez libro tertio de poenitentia, capite 20. numero primo, Vazquez dicto articulo 4. dubio 2. in principio, solus enim sacerdos est minister sacramenti. Imò si duo sacerdotes simul alicuius confessionem audirent uterque teneretur sigillo, adeò vt nec inter se de peccatis auditis agere possint.

61 Poenitens verò non tenetur sub sigillo filere consilium, vel res graves, quas in confessione ei dixit confessor, etiam si ei præceperit, vt iniunctam poenitentiam, & alia, quæ audivit, nemini dicat, vt notat Soto de secreto, membro 3. quaest. 4. conclus. 4. tenebitur tamen poenitens ex secreto naturali, quando per accidens poenitentis revelatio cederet in damnum alicuius, sicut

etiam testis, aut reus sapè compellitur sub iuramento tenere tacita, quæ dixit, & quæ interrogatus est: vel quando infamaretur confessor ex Nabarro cap. 21. num. 44. Soto vbi supra. Imò teneatur poenitens servare secretum eorum, quæ audivit, quasi hæc sit intentio confessoris, quod intelligendum est de re gravi, & ita cum hæc sit sola obligatio secreti naturalis poterit poenitens multis ex causis revelare.

62 De interprete confessionis dubium est, an sigillo teneatur, & Soto distinctione 18. quaestione 2. articulo 6. credit non teneri, nisi solo secreto naturali, & sequitur Caietanus verbo, *Confessio*, conditione 11. sed communior est contraria opinio, teneri scilicet sigillo secreti confessionis, quod contra Sotum, num. 2. nam interpret rectè Vazquez vbi supra, num. 2. nam interpret revelando secretum confessionis non solum peccat contra legem naturalem servandi secretum, sed irrogat iniuriam sacramento, & ita peccat peccato iniustitiae, & sacrilegij, sicut sacerdos: teneatur ergo interpret proprie loquendo sigillo, ita vt teneatur in omnibus casibus servare sigillum indistincte, sicut sacerdos. Quod etiam fatetur idem Soto distinctione 18. quaest. 4. dub. 3. si ergo solum secreto naturali teneretur, nec peccaret peccato sacrilegij, nec teneretur illud servare in omni eventu.

63 De illo verò, qui casu, vel ex proposito audivit confessionem, sentit Soto dict. quaest. 4. art. 5. teneri ad secretum, non sub sigillo, sed ita tamen vt nunquam revelare possit, sed ego puto si sigillo omnes teneri, non tamen vt si revelet censuras, & poenas sacerdotis incurrat. De quo videtur Nabarro cap. 8. num. 7. Angelus verbo, *Confessio* el vltimo, §. 16. Scotus dist. 21. quaest. 2. si vè ex proposito audivit, si vè casu: nam omnes isti sicut interpretes participant in confessione, ex qua veniunt in notitiam peccati, tenentur ergo sigillo propter reverentiam sacramenti, sicut sacerdos, quamvis hæc obligatio magis incubat sacerdoti, reddit rationem Nabarro, quia res ad quemcunque transeat, transit cum suo onere, arg. tex. in c. ex literis de pignoribus, cum ergo res in confessione dicta hoc habeat onus, vt servanda sit sub sigillo, discedum est, quod ad cuiuscunque perveniat notitiam, perveniat cum eodem onere.

64 Nec leve dubium est de eo, qui se fingens sacerdotem confessionem audivit, qua ratione sub sigillo teneatur servare secretum. Dubitatio nascitur ex eo, quod illa confessio non est sacramentalis, vt quæ non facta est coram vero sacerdote. Facile tamen respondetur, quod ad obligationem sigilli non est necesse confessionem esse verum sacramentum, sed sufficit factam fuisse intentione perficiendi sacramentum. Sic enim confessio facta sine debito dolore secum habet obligationem sigilli propter honorem sacramenti, quavis revera ex defectu doloris, illa non sacramentum: sic etiã sufficit bona fide factam illi, quem poenitens putabat esse sacer-

vt hac ratione sigilli obligatione teneatur. Exemplum etiam est in confessione ubi denegatur absolutio.

65 Ille autem, qui casu, aut industria veluti iudex de dilicto inquirens iuvenit schedulam, ubi reus peccata scripserat in subsidium memorie pro facienda confessione, non tenetur sigillo, sed magno secreto naturali, eo quod schedula illa est quedam via ad confessionem, vt notat Soto de secreto, membro tertio, quaestione quarta, dubio tertio, & quaestione prima, conclusione quinta, Bañez secunda secundae quaestione trigesima tertia, articulo octavo, dubio quinto, conclusione secunda, Nabarra de restitutione libro secundo, capite quarto, numero 450, Nabarro capite decimo octavo, numero trigesimo quarto, & in dicto capite Sacerdos, de poenitentia, distinctione sexta, numero octavo, & nono, & idem docet in capite inter verba conclusione sexta, corollario trigesimo primo, numero 690. de eo, qui invenit schedulam scriptam ad petendum consilium pro exoneranda conscientia etiam extra confessionem, ita vt et si sigillo non teneatur, maiori tamen secreto naturali tenetur, quam alia secreta naturalia, ita vt nunquam revelari possit.

66 Quod ita verum est, vt si iudex, vel praelatus, vel propter talia scripta, vel ex vno sacrilego, aut imprudenti confessario crimen intellexit, aut bona fide inquirens, & in causa procedens advertat notitiam ortum habuisse ex detractione confessionis, aut schedulae, tenebitur cessare ab inquisitione, aut processu iudiciali, & facta pro infectis habere. Haec enim etsi non cadant formaliter sub sigillo, de illo tamen participant, vt recte notant Scotus in quarta distinctione vigesima prima, quaestione secunda, Sylvester verbo *Confessor* el tercero, §. primo, Nabarro in dicto capite Sacerdos, numero quadragesimo tertio: nam sicut sacerdos non habuit ius revelandi, sic etiam nec transtulit in alios aliquod ius, sed res ipsa semper transit cum eodem onere silentij, & est extra omnem humanam iurisdictionem.

67 Illud tamen valde controversum est, an ille, cui confessionem iniuste revelavit sacerdos, aut iuste de licentia poenitentis capiendi consilij causa, teneatur sigillo: nam partem affirmativam acerrime defendit Nabarro ubi supra. Alij vero id negant, & solo secreto naturali adstringi affirmant, ego distinguendum puto, ita vt ille, cui quocunque modo iniuste fuerit revelata confessio sigillo teneatur, nam eo casu res solum cognoscitur ex confessione. Vnde semper fit iniuria poenitentis, & sacramento, nam semper res illa manet sub sigillo durante voluntate poenitentis: ille vero, ad quem ex consensu poenitentis pervenit notitia peccati dicti in confessione etiam consilij capiendi gratia non tenetur sigillo, sed secreto naturali: nam eo casu ille non accipit notitiam ab ipsa confessione sigillata, sed potius ab ipso poenitente, quasi ipse narrasset, &

ita debet esse extra omnem sigilli obligationem.

68 Vltimo videndum est, an si laico facta sit confessio teneatur sigillo, vel solum secreto naturali, ad cuius declarationem supponendum est, quod laicus in casu necessitatis potest laico confiteri. Notant Theologi in quarta distinctione decima septima, & ibidem D. Thom. articulo tertio, quaestione tertia, & nostri cum glossa in capite Pastoralis, §. praeterea, de officio ordinarij, verbo *praeterquam in mortis articulo*, & ibidem Felinus numero duodecimo, glossa final. in capite secundo de poenitentijs, libro sexto, Panormitanus in capite quarto, de consuetudine, Cardinalis in Clementina Dudum, §. ac deinde de sepulturis, & sunt iura expressa in cap. quem poenitet de poenitentia, distinctione prima, cap. primo de poenitentia, distinctione 6. cap. quem poenitet 17. dist.

69 Haec autem doctrina intelligenda est, non vt sit praecipuum, sed consilium, vt advertit Scotus in quarta distinctione decima septima, quaestione prima, Angelus verbo *Confessio*, §. tertio, Nabarro in capite qui vult, num. 75. de poenitentia, distinctione sexta. Haec tamen confessio non poterit esse sacramentum, sed opus tantum virtutis, & humiliationis, accusatio enim peccati ideò fit ex praecipuo, vt sequatur sententia absolutionis, quam non potest ferre in foro poenitentiali laicus, cum in eo nulla sit clavium potestas, & sic est intelligendus text. in dicto cap. quem poenitet, cum similibus, non enim loquitur de praecipuo, sed de consilio: illa enim verba, *Tanta est vis confessionis, ut si deest sacerdos, confiteatur proximo*, significant teste Nabarro in dicto capite qui vult, num. 76. confessionem laico factam etiam suo modo prodesse.

70 Vnde in proposita quaestione respondet Felinus in dicto capite Pastoralis, §. Praeterea de officio ordinarij, numero duodecimo, laicum sigillo confessionis non teneri, sed solum secreto naturali: sequuntur Enriquez libro tertio, de poenitentia, capite vigesimo, numero primo, Vazquez dicto articulo quarto, dubio secundo, numero septimo, & sic poenitentia à iure imposita contra revelantes sigillum, de quibus fit mentio in dicto cap. omnis, §. caveat, de poenitentijs, non habent locum adversus laicum, vt notat Soto dicta dist. 18. quaestione quarta, articulo quinto, & libro de secreto, membro tertio, quaestione quarta, dubio 3. conclusione 3.

71 Sed horum opinioni non assentior, neque etiam Nabarro capite octavo, numero septimo, assenti laicum in praedicta specie sigillo confessionis teneri, sigillum enim esse non potest, ubi non est sacramentum. Quare dicendum puto, quod etsi talis confessio facta laico non cadat proprie loquendo sub sigillo, participat tamen de illo, ita vt minor sit obligatione sigilli, maior autem obligatione secreti naturalis: nam etsi non sit sacramentum, est tamen quodammodo sacramentalis, adeò

adeò vt per ipsam peccata venialia remitti dixerit Pisanella verbo *Confessio* el tercero in principio, adeò vt is laicus nunquam possit, quod audivit, revelare. Sic enim est intelligendus Divus Thom. dum docet in quarta distinctione vigesima prima, quaestione tertia, articulo tertio, hunc laicum teneri servare secretum, sicut quilibet sacerdos, non quod revelando sit sacrilegus, sed quod nunquam possit revelare. Sequuntur Soto dicto articulo quinto, Nabarro dicto numero septimo, Panormitanus in dicto cap. omnis, numero vigesimo quinto, Butrius numero 48. & ideò

non potest cogi ad testificandum, sicut sacerdos, si tamen revelaverit, erit puniendus poena extraordinaria, notat Nabarro in capite primo, §. *diligens*, de poenitentia distinctione sexta, Bernardus Diaz in practica criminali, canonica, cap. 102. Soto dicto articulo quinto, Sylvester verbo *Confessio*, §. octavo, docentes poenam istam à iudice Ecclesiastico esse imponendam, eo quod tale crimen sit Ecclesiasticum. Et cum his absolvitur disputatio nostra, (2.)

F I N I S.



RERVM OMNIVM, QVAE IN HIS
prælectionibus ad secundum librum Decreta-
lium continentur, index ordine alpha-
betico digestus.

A.



CCVSATIO, & denuntiatio quo-
modo differant. pag. 172. n. 93.

Actio quid significet. pag. 73. n. 11.

Actio, & instrumentorum editio natu-
rali æquitate est fundata. pag. 137. n. 34.

Actio competit triplex pro bonorum divisio-
ne. pag. 159. num. 26.

Et an hæ actiones connumerandæ sint inter
reales, an personales. pa. 159. n. 27. ad n. 32.

Actio familiae eriscunde est duplex, directa,
& utilis, & quid sint. pag. 161. num. 47.

Actio communi dividundo competit inter quos
aliquid est commune. pag. 163. n. 64.

Actio communi dividundo est duplex. pa. 164.
num. 67. & 68.

Actio finium regundorum competit dominis. p.
165. num. 78.

Actio an oriatur homini ex iuramento pro-
missorio, & quo iure attentio. pag. 217. num. 13.

Et an competat officium iudicis iure civili. pa.
217. num. 15. & 16.

Actio an oriatur in iure civili ex iuramento pro-
missorio. pag. 217. n. 16. & p. 218. n. 17. à n. 20.

Actio ad bonorum divisionem agi potest et-
iam elapsis triginta annis. p. 160. n. 34. à n. 37.

Actio nem exprimere necesse non est, sed fa-
ctum quod proponitur. pag. 73. num. 10.

Actio nesne exercere possit, qui alienare non
potest. pa. 157. n. 16. & p. 158. n. 17. ad n. 23.

Actio nis nomen in libello, an sit exprimen-
dum. pag. 73. num. 7. 8. & 9.

Actio nis nomē quare iure canonico exprime-
re non sit necesse. pag. 74. num. 12. Quid iure ci-
vili attentio: & explicatur text. in leg. edita, C. de

edendo. pa. 74. n. 13. & p. 75. n. 16. 17. 18.

Actio nis in rem, aut in personam discrimen
respectu editionis. pag. 76. num. 23.

Actio nis finium regundorum finis quis sit. p.
165. num. 79.

Actor, qui plene probavit, nō compelletur iu-
rare, etiam prætextu consuetudinis. p. 145. n. 1. 2
3. 4. 5. & 6. Et quare pag. 152. num. 46.

Actor an possit compelli iurare parte id petē-
te, quādo offert se probaturum. p. 147. n. 14. 15.

Actor quis, & quis dicatur reus in actionibus
communibus. pa. 167. n. 89. 90. 91. & 92.

Actor, & reus si interdicto possessorio retinen-
de probant, quis obtineat. pag. 205. n. 1.

Actoris, & rei vice quomodo quis possit fun-

gi. pag. 159. num. 24. 25. & 26.

Actus spiritualis, & temporalis an differant.
pag. 247. num. 185.

Actus iuramento confirmatus, si gestus fuit
contra prius iuramentum, an posteriori iuramē-
to confirmetur. pag. 246. nu. 186. à num. 189.

Actus, qui alias sunt sub præcepto, an fiat ma-
teria voti. pag. 270. n. 16. 17. 18. Gersonis in hoc
scrupulus. pa. 271. num. 19. ad num. 22.

Admonitio qualiter necessaria ad excommu-
nicationem, & declaratus text. in cap. cum sit Ro-
mana, §. fin. de appel. pa. 10. num. 47. ad n. 50.

Admonitio secreta an debeat præcedere denū-
tiationem in correctione fraterna. p. 124. n. 80.

Adoptivus filius non excludit substitutum. pa.
200. num. 56.

Adulterium an sit de maioribus, an de minoribus
criminibus. pag. 63. num. 45. Et an inter atro-
cissima connumeretur. p. 68. n. 66. & 67.

Ætas maior, aut minor quando præsumatur.
pag. 190. num. 6.

Affectio nis in patriam, & patrem discrimen
pag. 179. num. 28.

Anathema quid significet. p. 94. n. 41. ad n. 44.

Anathema quid differat ab excommunicatio-
ne. pag. 96. num. 45. 46. & 47.

Antichresis dupliciter contrahitur. pag. 277.
num. 22. 23. & 24.

Apostoli omnem potestatem ordinis, claviū
& iurisdictionis acceperunt à Christo Domino
immediate. pag. 19. num. 5. & 6.

Approbatus ab vno Episcopo ad audiendas
confessiones, an censeatur approbatus pro qua-
cunque Diocesi. pag. 375. num. 63. ad n. 66.

Argentarij tenebantur edere suas rationes po-
stulantibus. pag. 142. num. 65.

B.

BENEFICIA, quæ alijs vnita sunt, an pos-
sint permutari. pag. 321. n. 31. 32. & 33.

Beneficia si sunt reservata non potest E-
piscopus eorum permutationem expedire. pag.
323. num. 50.

Beneficia alia æqualia, alia inæqualia. pagina
327. num. 73.

Beneficium Ecclesiasticum an possit permutari
absque simonia. pag. 324. num. 53. 54. 55. 56.
& pag. 325. num. 60. & 61.

Bona temporalia habentia onus reale annexū
si postea fiant Ecclesiastica, an duret onus. pag.
32. num. 104. 105. 106. & 107.

Index Rerum.

Bona Ecclesiastica exempta sunt à proprijs tributis. pag. 32. num. 108. vsque ad num. 116.

C.

CARDINALES non tenentur in sua consecratione ad præstandum iuramentum Romanæ Ecclesiæ. pag. 266. num. 4.

Cartularij iudices cur electi fuerint, & quod eorum officium. pag. 363. num. 24.

Causa iuris patronatus pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, & quare. pag. 43. num. 1.

In causa criminali alieni iudicis prorogatio non habet locum. pag. 61. num. 30. 31. 32.

Causa vniuersalis quomodo dicatur propria singulorum. pag. 180. num. 37. 38.

Causa quomodo dicatur respicere commodum vniuersitatis, vel singulorum. p. 181. n. 46. 47. 48.

Causa pia si est substituta excludit Monasterium. pag. 197. num. 45.

Causa peccati, & occasio quomodo differant. pag. 234. num. 111.

Causa est duplex, alia finalis, alia impulsiva. pag. 294. num. 77.

Causa finali voti cessante an cesset etiam voti obligatio. pa. 294. num. 80. ad num. 83.

Causæ Ecclesiasticæ qualiter deferantur ad superiorem, & regalia tribunalia per viam violentiæ. pag. 33. num. 117. 118. 119.

Christus primus, & magnus Sacerdos in lege gratiæ. pag. 109. num. 14. ad num. 19.

Circumstantia quid sit. pag. 357. num. 43.

Circumstantia complicitatis, quæ mutat speciem, an necessario sit in confessione explicanda, etiam cum iniuria complicitatis. p. 359. à n. 59. vsq; ad finem

Circumstantias, quæ in confessione declarari debent, ad sex species reduci ex D. Tho. p. 357. n. 44. vsque ad n. 48. & p. 358. num. 49.

Circumstantiæ quæ requirantur ad correctionem fraternam. pag. 129. num. 107.

Circumstantiæ quæ requirantur in iuramento, pag. 306. num. 26. 27.

Circumstantiæ necessariae ex parte modi iurandi. pag. 309. num. 45.

Citatio an sit necessaria ad remissionem super iuramentum desolvendis vsuris. p. 228. n. 74.

Civitas, vel villa convocato Concilio publico quando non poterit suo contractu obligare singulos vicinos, qui ibi non interfuerunt. pag. 180. num. 39. 40.

Clavis Christi fori poenitentialis quomodo differat à clavibus, quas in lege naturæ, & veteri habebant sacerdotes legales. pag. 364. num. 12.

Clerici an legibus civilibus ex potestate legislativa teneantur. pag. 29. nu. 85. ad n. 90.

Clerici qualiter à Apostolica traditione subiecti fuerint Principibus sæculi. p. 31. n. 98. ad n. 103.

Clerici an, & quomodo iurare debeant. pagina 270. num. 13. 14.

Clericorum crimina, aut leuia, aut gravia, aut atrocia, & qualia ea dicantur. pag. 62. n. 40.

Clericus actor ex consuetudine positus laicum convenire coram Ecclesiastico. pag. 26. num. 59. Et quid è converso num. 60.

Clericus data negligentia iudicis laici, an possit laicum coram Ecclesiastico convenire. pa. 26. num. 61. 62. Et quid è converso n. 63. 64.

Clericus in causis criminalibus gaudet fori privilegio, & quomodo. pag. 27. num. 65. 66. 67.

Clericus an specialiter in aliquibus criminibus coram laico possit accusari. p. 27. n. 68. 69. 70.

Clericus actor in criminalibus an teneatur sequi forum Rei laici. pag. 27. num. 70. 71. 72.

Clericus an gaudeat fori privilegio etiam respectu criminis ante clericatum commissi. pagina 28. num. 73.

Clericus depositus an sit indifferenter Curia sæculari tradendus. pag. 64. num. 49.

Clericus degradatus an ipso iure amittat fori privilegium. pag. 71. num. 80. 81.

Clericus pro quibus criminibus sit deponendus. pag. 85. num. 3.

De crimine furti nonnulla notata. p. 86. n. 45.

De crimine periurij. pag. 86. num. 6.

De crimine falsi clerici an deponendus sit. pa. 89. num. 16. vsque ad num. 21.

De crimine homicidij an privatione dignum. pag. 90. num. 22. 23.

Clericus pendente lite super homicidio an sit beneficio privandus. pag. 91. num. 24. 25. 26.

Clericus incorrigibilis quam poenam mereatur. pag. 91. num. 27. 28. 29.

Clericus quando dicatur incorrigibilis. pag. 92. num. 30. 31. 32.

Clericus incorrigibilis quando possit à laico puniri. pag. 92. num. 33. 34. 35.

De Clericis primæ tonsuræ. pag. 93. n. 36.

Clericus in crimine perseverans post depositionem, excommunicationem, & anathema, an sit Curia sæculari tradendus. p. 97. n. 50. ad n. 54.

Clericus Curia sæculari traditus qualiter à laico puniendus. p. 98. n. 56. Et de invocatione brachij sæcularis. num. 57. vsque ad num. 69.

Clericus degradatus an eo ipso censeatur Curia sæculari traditus. p. 101. n. 70. ad n. 77.

Coadiutorijs quare hodie non apponitur clausula derogatoria Concilii Trid. pag. 4. n. 5. 6.

Cœlibatus olim quasi turpis prohibitus. pag. 197. num. 42.

Communicatio inter fideles quotuplex politica, & spiritualis. pag. 97. num. 48.

Commutatio iuramenti, & eius relaxatio quomodo differant. pa. 222. n. 33. vsque ad n. 39.

Commutatio in voto quid sit. p. 249. n. 4.

Commutatio quot modis fiat. p. 251. n. 13.

Commutatio voti in melius an semper necessarium sit, ut fiat Prælati auctoritate. pagina 257. num. 47. 48. 49. & pag. 258. num. 50. 51.

Commutatio voti an possit fieri à vovente evidentem & quale. pag. 258. num. 56. 57. & pag. 259. num. 58.

Commutatio an possit fieri in hoc casu, si quis Deo

Index Rerum.

Deo promiserit se daturum certæ Ecclesiæ calicem. pag. 261. num. 78. 79. & pag. 262. num. 80. 81. 82. Et Azorij de hac re limitatio. pag. 262. n. 83. 84. 85.

Commutatio rei spiritualis pro re spirituali an sit simoniaca. pag. 317. num. 3. 4. 5. 6. 7.

Commutatione promissionis iuratae facta an promittentis iuramentum ad rem commutatam extendatur. pag. 255. num. 37. 38. & pag. 256. n. 39. 40. 41. 42.

Compenfatio an detur ratione iuramenti in vsurarum debito. pag. 235. num. 120. 121.

Compenfatio in vsurarum debito est duplex. pag. 235. num. 120.

Compenfatio fructuum perceptorum ex pignore an admittatur, si quis iuraverit solvere certam pecuniæ quantitatem. pag. 278. num. 27. 28. 29. & 30.

Compositio potest fieri tripliciter. pag. 331. num. 94. 95.

Concilium Provinciale an possit recusari. pa. 3. num. 20. 21. 22.

Concilium Provinciale an possit Episcopi privare Episcopatu. pa. 16. num. 82. ad n. 85.

Concilium Vniuersale œcumenicum recusari non potest. pag. 6. num. 23.

Conditio in iuramento, si res non fuerit notabiliter mutata. pag. 297. num. 10.

Conditiones maioratibus adiectæ qualiter valeant. pag. 197. num. 44.

Conditiones quomodo adimpleri debeant. pa. 199. num. 50.

Conditiones necessariae, ut permutationes beneficiorum tuto conscientia fieri possint. pagina 330. num. 86.

Confessarius an possit revelare audita in confessione, quando aliter non potest confessario suo manifestare suum peccatum. p. 379. n. 14. 15. 16.

Confessarius an possit ita poenitentem corrigere, ut aliquo modo periclitetur sigillum. pa. 380. num. 22. 23.

Confessarius neque cum poenitente potest agere de auditis in confessione. p. 382. n. 31.

Confessarius in quibus casibus tenetur perinde se habere, ac si nihil in confessione audivisset. pag. 383. num. 33. vsque ad num. 42.

Confessarius qualiter possit sibi consulere propter audita in confessione. pag. 385. n. 46.

Confessarius pretextu monitorij non potest revelare quæ in confessione audivit. p. 385. n. 50.

Confessio delinquentis efficacissima probatio. pag. 54. num. 3. pag. 58. num. 18.

Confessio facta in vno iudicio an fidem faciat in alio. pag. 55. num. 4.

Confessio iudicialis habet vim rei iudicatæ. pag. 55. num. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

Confessio erronea non præiudicat confitenti. pag. 55. num. 12.

Confessio iudicialis an impediatur appellacionem. pag. 56. num. 14. 15. 16. 17.

Confessio ut probet quid debeat habere. pag. 59. à num. 20. vsque ad num. 25.

Confessio clerici de crimine coram iudice sæculari an sufficiat ad purgationem canonicam. p. 60. num. 26. 27.

Confessio clerici coram sæculari, an saltem habeat vim confessionis extraiudicialis. pag. 61. n. 33. 34. 35. 36. 37.

Confessio homini tanquam iudici facta non fuit in vsu in statu legis naturalis, aut veteris. pa. 350. num. 6. 7. 8.

Confessiones audiendi licentiam dupliciter concedi. pag. 372. num. 46.

Confessionis præceptum quo tempore obliget. pag. 344. num. 23. 24.

Confessionis præcepto, qui non adstringantur. pag. 346. num. 34.

Confessionis annuæ præcepto, an satisfactum sit per confessionem informem. p. 346. n. 35.

Confessionis præceptum quas personas obliget. pag. 347. num. 36.

Confessionis annuæ præceptum, an obliget confiteri venialia. pag. 347. num. 38. 39. 40.

Confessionis sacramentum quando fuerit à Christo institutum. pag. 349. n. 1. 2. & p. 350. n. 3. 4. 5.

Confessionis figura fuit in peccato primi parentis. pag. 350. num. 7.

Confessionis bonæ conditiones necessariae. p. 351. num. 9 & 10.

Confessionis integritas in quibus casibus excusetur. pag. 355. à num. 36. vsque ad n. 42.

Confessionis revelatio, an sit licita protuenda vita. pag. 384. num. 43. 44. & p. 385. n. 45.

Confessus, & conuictus, an æquiparentur. pa. 63. num. 43.

Confiteri peccatum mortale non commissum, an sit mortale. pag. 351. num. 14. 15.

Consentiens in alieni iudicis iurisdictionem re integra, an possit resilere. pag. 5. num. 12.

Constitutio text. in cap. de iudicijs, an sit Pontificia, an conciliaris. pag. 3. num. 1. 2.

Constitutio, sed & hoc præsentis quomodo procedat. pag. 197. num. 41.

Constitutionum Conciliarium, & Pontificiarum discrimen. pag. 3. num. 3. 4.

Consuetudinis definitio. pag. 146. n. 8.

Consuetudo, quæ ultra plenam probationem iuramentum exigit, est iniqua. pag. 146. n. 9.

Consuetudo an possit vincere legem scriptam. pag. 150. num. 76. 77. & p. 151. n. 38. 39.

Consuetudo à populo introducta habet vim legis. pag. 152. num. 42.

Consuetudo, & præscriptio quomodo differant. pag. 152. num. 45.

Contractibus reciprocis subintelligitur conditio, dummodo alter stet contractui. pa. 296. n. 8.

Contractus aliquando confirmatur iuramento, aliquando vero non. p. 237. n. 128. ad n. 136.

Contractus quando dicatur prohibitus propter bonum publicum principaliter. p. 238. n. 134.

Contractus iure civili irritus, an ita firmetur iuramento, ut efficiatur validus. p. 243. n. 167.

Con-

Contritio erat olim ante instituta sacramenta soluti necessaria. pag. 342. num. 15.

Contumacia grave crimen in iure nostro reputatur. pag. 6. num. 25.

Contumacia quotuplex. pag. 6. num. 26.

Contumacia regulariter dignoscitur ex eo, quod trina monitio præcesserit. pag. 8. num. 33.

Contumax excommunicatus, an possit ante satisfactionem absolvi. pag. 5. num. 15.

Contumax an, & quando in civilibus habeatur pro confesso. pag. 8. num. 34. 35.

Contumax notorius quis dicatur. p. 8. n. 36.

Correctio quid sit, & quid correptio. pa. 121. num. 68. 69.

Correctio delinquentis est duplex. pag. 121. num. 69.

Correctio fraterna est in præcepto divino, naturali, & humano obligante sub peccato mortali concurrentibus aliquibus circumstantiis. pagina 122. num. 72. vsque ad num. 79.

Correctio iuridica quando habeat locum, & quibus de causis. pag. 125. num. 83.

Correctio quas personas obliget. p. 129. n. 108.

Correctio an competat subditis respectu prælati. pag. 130. num. 110. 111.

Correctionis fraternæ ordo in tribus gradibus an sit de præcepto. pag. 125. n. 84. ad n. 88.

Correctionis præceptum etiam obligat respectu infidelium. pag. 130. num. 113.

Corruptio sola an sufficiat ad repellendum testem. pag. 211. num. 35. ad num. 39.

Corruptus testis in dubio præsumitur falsum dixisse. pag. 211. num. 36.

Creditor quando possit iuramentum relaxare, aut remittere. pag. 225. num. 63.

Creditor non computans fructus pignoris in sortem principalem est usurarius, & quare. pag. 274. num. 7.

Creditor an poterit retinere pignus. pag. 276. num. 3. 14. 15.

Creditor recusante remissionem iuramenti quid agendum sit. pag. 220. num. 32.

Crimen dupliciter probari potest. p. 55. n. 5.

Crimina omnia in iure canonico sunt in duplici differentia. pag. 98. num. 55.

D.

DEBITOR vsuras promittens non est ad illarum solutionem cogendus. pag. 232. n. 98. Et quare. pag. 233. n. 105. ad n. 109.

Debitor, si iuraverit solvere vsuras compellendus est ad illarum solutionem. pag. 232. num. 98. & p. 233. num. 110. & pag. 234. num. 111. 112. Et quare. pag. 233. num. 106.

Debitor, si vsuras soluerit, poterit repetere. p. & n. eisdem. Et quare pag. 235. num. 122. & pag. 236. num. 123. 124.

Debitor non potest commutare rem iuramento promissam in æqualem, aut meliorem sine consensu creditoris. pag. 259. num. 7. 8.

Debitor tenetur ad solutionem promissam eum iuramento. pag. 252. num. 21.

Debitor an in iuramento implendo possit licite uti comparatione. p. 254. n. 30. ad num. 37.

Degradatus, aut depositus an peracta poenitentia possit ab Episcopo dispensari. p. 65. n. 55. 56.

Depositio duplex: verbalis, & realis. pag. 64. num. 52. 53. 54.

Depositio matronarum semper videtur esse affirmativa. pag. 174. num. 43.

Dispensatio in voto quid sit. pag. 249. n. 4.

Divisioni bonorum an sit locus, quando constat de diutina possessione alterius socij. pa. 160. num. 38. vsque ad num. 44.

Dolus, ignorantia, & error differunt inter se. pag. 291. num. 58.

Donatio omnium bonorum quare iure prohibita. pag. 202. n. 70. & p. 203. n. 71. 72.

Donatio omnium bonorum facta causæ piæ, an sit valida. pag. 203. n. 73. ad num. 76.

E.

ECCLÉSIA qua ratione res, & personæ Ecclesiasticas exemerit à iurisdictione seculari. pag. 19. num. 9.

Edere quid significet. pag. 137. num. 31.

Edere, & exhibere quomodo differant. pag. 137. num. 32.

Edicta Ecclesiæ semper intelligenda esse cum aliqua modificatione. pag. 126. num. 91.

Electio quare non competat laico. p. 43. n. 16.

Elemosyna iuramento promissa non determinato pauperi remitti non potest. p. 227. n. 67.

Elemosynam facere est præceptum divinum. pag. 123. num. 76.

Episcopatuû provisio ad quos olim pertinebat. pag. 267. num. 13. 14. 15.

Episcopi acceperunt à Pontifice assignationem materiæ, circa quam operetur potestas clavium. pag. 368. num. 27.

Episcopi approbatio est hodie necessaria ad audiendas confessiones. pag. 374. num. 6.

Episcoporum privatio an pertineat ad solum Pontificem. pag. 5. num. 17.

Episcopus clericum de crimine convictum, aut deponit, aut suspendit. pag. 62. n. 38. 39.

Episcopus cum clerico an dispuset peracta poenitentia. pag. 64. num. 46. 47. 48. & pag. 68. num. 68. 69. 70. 71. 72.

Episcopus clericorum suspensum, vel depositum, an possit Curia seculari tradere. pag. 66. n. 57. 58. 59.

Episcopus an sine consensu capituli cum deposito possit dispensare. pag. 69. num. 74. ad n. 79. 3.

Episcopus, vel Rex si deponuntur, subditiliberantur à iuramento illis præstito. p. 224. n. 51.

Episcopus an possit relaxare iuramentum eius, qui iuravit metu levi compulsus. p. 229. n. 80. 81.

Episcopus in sua consecratione debet iurare fidelitatem Romanæ Ecclesiæ. p. 265. n. 1. 2.

Episco.

Episcopus aut alius dominus temporalis, aut Ecclesiasticus quando possit exigere iuramentum à suis subditis. pag. 268. n. 1. 2. 3. 4.

Episcopus in quo casu iurare debeat tactis Evangelij. pag. 270. num. 111.

Episcopus bonis spoliatus, & coactus iurare se non repetiturum bona, an teneatur iuramento. p. 290. num. 54. ad num. 57.

Episcopus an possit facere, ut vnus retineat beneficium litigiosum imponendo alteri parti pensionem super illo. pag. 335. num. 107. ad n. 111.

Episcopus quomodo habeat potestatem iurisdictionis in proprias oves. pag. 363. n. 4.

Error an auferat consensum iurantem. pag. 291. num. 60. vsque ad num. 66.

Error contingens circa circumstantias rei promissæ qualiter impediatur necessariam deliberationem. pag. 293. num. 68. 69.

Error positivus circa substantiam rei promissæ, an irritum reddat votum, aut iuramentum. p. 293. num. 72.

Error circa causam iuramenti an reddat iuramentum irritum. pag. 293. num. 73. 74. 75.

Eucharistiam consecrare non pertinet ad alicuius clavium. pag. 364. num. 111.

Excommunicatio maior ferri non potest pro peccato quantumvis gravi, nisi contumacia concurrente. pag. 7. num. 27.

Excommunicatio an ferri possit pro peccato præterito. pag. 7. n. 28. vsque ad n. 32.

Excommunicatio an possit ferri in absentem, & ignorantem. pag. 11. n. 50. 51. 52. 53. Et quid si excommunicatus tempore, quo profertur sententia, iam Ecclesiæ paruisset. n. 54. 55. 56.

Excommunicatio pro levi causa nunquam ferenda. pag. 12. num. 59.

Excommunicationem an semper debeat præcedere trina monitio. p. 5. n. 10. & p. 12. n. 57. 58.

Excommunicatus propter contumaciam an sit beneficio privandus. p. 5. n. 16. & p. 8. n. 38.

Excommunicatus an parte satisfacta indigeat absolutione. p. 8. n. 37 & p. 12. n. 60. ad n. 70.

Excommunicatus ut absolvatur quam debeat præstare cautionem. pag. 14. n. 71. ad n. 76.

Excommunicatus perseverans per integrum annum in excommunicatione an sit beneficio privandus. pag. 15. num. 77. ad n. 80.

Exemptio clericorum quo iure procedat. pa. 19. num. 10. ad num. 17.

Exemptionem clericorum esse de iure divino. pag. 20. num. 18. ad num. 22.

F.

FEVDA habens plura sub fidelitatis iuramento quem dominum iurare debeat. pag. 267. num. 11. 12. 13.

Feudum quando dicatur ligium, & quando non. pag. 266. n. 9. & pag. 267. num. 10.

Fideicommissarius non poterit petere restitui sibi hereditatem, si gravatus relinquat sobolem legitimam. pag. 201. num. 61.

Fideicommissi conditionalis verba collati sub conditione si sine liberis decesserit, quomodo intelligenda. pag. 194. num. 29.

Fideicommissum quando evanescat. pa. 191. num. 8. vsque ad num. 15.

Fideicommissum in quo casu evanescat. pag. 199. num. 51. 52. pag. 202. num. 67.

Fideiussor pro carcere tuto non obligatur si iudex carcerem prorogaverit. p. 228. n. 73.

Fideiussor debitoris etiam facta termini prorogatione non liberatur à fideiussoria obligatione. pag. 252. num. 20.

Fidelitas duplex. pag. 266. num. 8.

Filij naturales an solum ficiant deficere fideicommissum. pag. 200. num. 57. ad n. 60.

Filij legitimati per Principis rescriptum, vel per subsequens matrimonium, an excludant substitutum. pag. 201. num. 63.

Filius gravatus ultra legitimam an possit quartam Trebellianicam deducere. pa. 193. num. 19. vsque ad num. 26.

Filius in servitute conceptus quasi legitimus facit evanescere fideicommissum. p. 201. n. 60.

Filius adoptivus non excludit substitutum. p. 200. num. 56.

Fœmina in sponsaliorum commutatione non intendit cedere iuri suo, nisi cum effectu dos sibi solvatur. pag. 251. num. 14.

Fratres mendicantes an propter particularia privilegia possint absolvere quem voluerint, etiam absque licentia parochi. p. 373. n. 54.

Fructus pignoris in sortem principalem esse imputandos, & quare. pag. 274. num. 6.

Fructus pignoris quinam in sortem imputandi. pag. 275. num. 9. vsque ad n. 12.

Fructus pignoris an ad creditorem pertineant. pag. 279. num. 31. 32. 33.

H.

HÆREDITAS quare solum appellatur illa legitima, quæ ab intestato defertur. pag. 162. num. 56. 57.

Hæreditas quando pertineat ad monasterium, & obiectio ad conclusionem text. p. 191. n. 8.

Hæreditas nondum adita quando possit ad heredem transmitti. pag. 202. num. 68.

Hæreditas an dividenda sit pro dimidia portione inter servum institutum heredem, & alium substitutum. pag. 207. n. 14. ad n. 21.

Hæreditatis fructus etiam continentur in iudicio familiarum eriscundæ. pag. 162. n. 52.

Hæreditatis fideicommissaria petitio cui competat. pag. 190. num. 3.

Hæresis, Infidelitas, Blasphemia gravissima civilis. pag. 64. num. 51.

Hereticis obijcientibus iurare esse omnino prohibitum respondetur. p. 306. n. 22. ad n. 25. 26.

Hereticorum errores contra sacramenta. pa. 340. num. 2.

Homagium quid sit, & quomodo solvatur. pag. 266. num. 67.

I.

IMMOBILIA solum possunt alienari à minore religionem ingresso. pag. 190. n. 5.

Imperator, seu quilibet Princeps supremus in propria causa est iudex competens inter se, & subditos. pag. 133. num. 10. & 12.

Imperator, & ceteri Principes Christiani teneantur præstare Pontifici iuramentum fidelitatis. pag. 266. num. 5.

Imperatores consueverunt aliquarum legum, & præcipue à se designatarum veniam à seivatu impetrare. pag. 135. num. 21. 22.

Infideles, & catechumeni, an ad confessionem obligentur. pag. 347. num. 37.

Inspectio foemine corporis probatur multis digna esse reprehensione. p. 170. n. 17. ad n. 21.

Instrumenta dupliciter dicuntur communia. pag. 144. num. 73.

Instrumento quando standum. p. 185. n. 73. 74.

Instrumentum quando reprobatur. pag. 184. num. 64. vsque ad num. 69.

Interdictum competit duplex pro retinenda possessione. pag. 205. num. 45.

Interdictum retinendæ, an comperat solù pro molestia extrajudiciali super possessione, vel proprietate. pag. 205. num. 7. 8. 9. 10.

Interdictum vti possidetis quando comperat. pag. 209. num. 28.

Interdictum vti possidetis quibus olim comperierit, & quibus nunc comperat. p. 210. n. 29.

Interdictum vti possidetis intentans quid teneatur probare. pag. 210. num. 29. 30. 31.

Interdictum de quo text. in cap. cum venisset de institut. quid, & quale sit, & quis in hoc interdicto obtineat. pag. 211. num. 33. 34.

Interrogationes olim duplici ex causa fiebant. pag. 141. num. 55. 56.

Iosue deceptus à Gabaonitis tamen fidem iuramenti servavit, & quare. p. 264. n. 96. ad n. 101.

Irritatio in voto quid sit. p. 249. n. 4.

Judæorum opinio de iuramento. p. 305. n. 17.

Judex laicus quamvis non possit clericum cõdemnare, an possit absolvere sua sententia. pag. 25. num. 47.

Judex laicus an possit cognoscere de causa possessoria spiritali. pag. 30. num. 91. ad n. 97.

Judex laicus propria autoritate de clericis non cognoscit. p. 34. n. 120. ad num. 132.

Judex laicus an de facto excommunicationis possit cognoscere. p. 35. n. 133. ad n. 143.

Judex laicus an possit cognoscere de quaestione facti decimali. pag. 37. num. 144. 145.

Judex laicus qualiter ex delegatione possit excommunicare. pag. 37. n. 146. ad n. 157.

Judex secularis quando possit clericum non degradatum punire. p. 66. n. 60. ad n. 65.

Judex iure canonico an procedere possit inspecta veritate secundum scientiam privatam. p. 72. num. 123. 4. 5. 6.

Judex ex officio providet ne monasterium li-

tiget, sine prælati autoritate. p. 81. n. 1. 2. 3. 4.

Judex ex officio an possit repellere procuratorem sine mandato agentem. p. 83. n. 13. ad n. 18.

Judex an post tres gradus correctionis fraternæ, vsque ad Prælati denuntiationem teneatur vltra procedere. p. 127. n. 95. 96.

Judicio familiæ erciscundæ an agi possit in certo casu. pag. 163. num. 58. 59.

Judicio communi dividundo comprehenduntur præstationes. pag. 164. n. 71. 72.

Judicis officium in iudicio finium regundorù quale esse debeat. pag. 166. num. 80. 81.

Judiciũ generale quid, & quid singulare. p. 76. num. 21. 22.

Judicium familiæ erciscundæ concessum est cohæredibus volentibus descendere à communione. pag. 161. num. 46.

Judicium familiæ erciscundæ pertinet ad omnem hæreditatis divisionem. p. 162. n. 55.

Judicium familiæ erciscundæ quomodo dicitur reale. pag. 164. num. 65.

Judicium communi dividundo competit in iuribus incorporalibus. p. 164. n. 69. 70.

Judicium finium regundorum est duplex. p. 165. num. 75.

Judicium in iuramento quid significet. pagina 310. num. 47.

Iura dicentia esse vsuram non imputare fructus in sortem principalem, quomodo sint intelligenda. pag. 275. num. 8.

Iuramenta Deo præstita quis possit relaxare. pag. 225. num. 46.

Iuramenta metu extorta nullũ ius, aut actionum parti adquirunt. p. 283. n. 9.

Iuramenti remissio, & interpretatio an ad solos Prælatos Ecclesiæ pertineat. p. 39. n. 158. 159.

Iuramenti, & voti irritatio an differant. pag. 222. num. 42.

Iuramenti relaxatio in quæ iurameta cadit. p. 222. num. 43.

Iuramenti Deo præstiti relaxatio vt sit valida, quid desideretur. p. 222. num. 44.

Iuramenti irritatio quomodo fiat. p. 223. n. 50.

Iuramenti extensio, & commutatio voti, aut iuramenti quomodo differunt. p. 253. n. 25.

Iuramentivis an obliget prius contrahere, quã possit religionem ingredi. p. 259. n. 66. ad n. 69.

Iuramenti vinculo quando teneatur promittens. p. 263. n. 90. 91. 92.

Iuramenti redeundi ad careerẽ relaxatio quãdo possit ab Episcopo impetrari. p. 288. n. 39.

Iuramenti conditiones. p. 296. n. 45.

Iuramentis metu extortis momentanea solutione satisfieri. p. 283. num. 8.

Iuramento facto in compromisso post prorogationem contraveniens non erit periurus. pag. 277. num. 71.

Iuramentum, vt sit licitum, debet habere tres comites. p. 145. n. 6. & p. 146. n. 7.

Iuramentũ iudiciale recusari nõ potest, & illud recusans subire pro confessio habetur. p. 148. n. 19.

Iura-

Iuramentum factum creditori vsurario an ab ipso creditore possit relaxari. p. 216. n. 4. 5.

Iuramentum, quod sine animæ periculo servari potest, omnino servandum est. p. 218. n. 12.

Iuramentum, quod sine culpa veniali adimpleri non potest, nullam inducit obligationem. pag. 218. num. 22. ad num. 25.

Iuramentum illicitum facientes an absolvi sint à tali iuramento. p. 219. n. 26. ad n. 30.

Iuramentum homini factum est duplex. pag. 220. num. 33.

Iuramentum non ludendi an relaxandum. p. 223. num. 45.

Iuramentum Deo præstitum de materia referata an ab alio quàm à Pontifice possit relaxari. 223. num. 47. 48. 49.

Iuramentum est duplex. pag. 223. n. 48.

Iuramentum servi quomodo poterit dominus irritare. pag. 225. num. 58.

Iuramentum quomodo possit à creditore relaxari, & remitti. pag. 226. num. 63.

Iuramentum præstitum principaliter in Dei honorem an à parte remitti possit. pag. 226. num. 64. ad num. 66.

Iuramentum Introni præstitum per metum, vel ab vsurario per iniuriam extortum de non denunciando Ecclesiæ, an sit obligatorium. p. 229. n. 82.

Iuramentum captivi apud infideles iurantis se pro libertate certum pretium soluturum non est relaxandum. pag. 229. num. 83.

Iuramentum factum inter contrahentes diversæ Diocesis à quò Prælato possit relaxari. pag. 230. num. 84. 85.

Iuramentum an possit à Principibus secularibus remitti. pag. 230. num. 87. 88. 89.

Iuramentum de solvendis vsuris qualiter possit obligare. pag. 234. num. ad n. 119.

Iuramentum aliquando confirmat contractũ; aliquando non. p. 237. num. 128. ad n. 136.

Iuramentum de materia interdicta per aliquã legem an obliget. p. 238. n. 137. 138. 139.

Iuramentum in præiudicium tertij non obligat. pag. 240. num. 146.

Iuramentum qualiter habeat vim confirmandi contractus quibus adijcitur. pag. 241. num. 153. ad num. 159.

Iuramentum an possit confirmare contractus iure irritos. pag. 242. n. 160. ad n. 166.

Iuramentum an habeat vim confirmandi contractus contra prius iuramentum deijs non celebrandis. pag. 246. num. 180.

Iuramentum an possit propria autoritate in melius commutari. p. 256. n. 43. ad n. 55.

Iuramentum præstandum à subditis qua forma fieri debeat. p. 269. n. 5. ad n. 10.

Iuramentum metu extortum an sit obligatorium. p. 282. num. 1. 2. 3. 4.

Iuramentum metu extortum in contractibus invalidis an obliget sub peccato mortali. pagina 284. num. 13. ad num. 17.

Iuramentum redeundi ad careerem an obli-

get, & quo casu. pag. 287. num. 34. ad num. 38.

Iuramentum adiectum matrimonio metu extortum, an indigeat relaxatione. pag. 289. n. 46. An ex tali matrimonio oriatur obligatio sponsaliorum. num. 47.

Iuramentum dolo, ignorantia, aut errore extortum an obliget. pag. 291. num. 58.

Iuramentum, vt sit licitum, non debet præiudicare iuri superioris. p. 296. num. 6. Et quomodo intelligatur hæc conditio. num. 7.

Iuramenti absoluti, & conditionalis differentia. pag. 297. num. 12.

Iuramentum esse licitum in lege gratiæ pag. 303. num. 5. 6. 7.

Iuramentum est actus elicitus virtutis Religionis pag. 303. num. 8.

Iuramentum an in lege gratiæ prohiberetur. p. 304. num. 10. ad num. 15.

Iuramentum aliquod an possit absolute fieri per creaturas sine peccato. p. 308. n. 37. ad n. 41.

Iuramentum factum expresse per Deum an differat specie ab eo, quod factum est per creaturas per se spectatas. p. 310. n. 42. 43. 44.

Iuramentum in quo deficiunt tres circumstantiæ, aut vna ex illis quale sit peccatum. pag. 309. num. 49. 50. 51.

Iuramentum factum per Hyperbolem, an sit falsum. pag. 310. num. 52.

Iuramentum promissorium deficiente veritate de presenti semper esse peccatum mortale. p. 310. n. 55. 56. Et an deficiente veritate de futuro sit peccatum mortale. p. 311. n. 57. ad n. 60.

Iuramentum, cui deficit iudicium, est culpa venialis. pag. 312. num. 63.

Iuramentum petere ab eo, de quo certum est eum per falsos Deos iuraturum, an sit peccatum. pag. 312. num. 68. 69. 70.

Iuramentum exigere ab infideliparato iurare per falsos Deos necessitate, aut utilitate deficiente, quale sit peccatum. p. 312. n. 71. ad finem.

Iurandi forma duplex ex D. Th. p. 307. n. 33.

Iurandi consuetudo quando dicatur occasio moralis incidendi in periurium. p. 314. n. 80. ad n. 84.

Iurans secum in absentia illius, in cuius utilitatem promisit, an teneatur adimplere. pag. 221. n. 36. ad num. 39.

Iurans sponsalia, ac postea castitatis voto se astringens, an possit licite matrimonium contrahere retento animo ingrediendi religionem ante consumationem. p. 260. n. 70. ad n. 74.

Iurans sponsalia, & eo prætextu virginem deflorans tenetur eam ducere. p. 261. n. 75. 76. 77.

Iurans per metum quãdo peccet & quale sit peccatum. pag. 283. num. 10. 11. 12.

Iurans arbitratus moraliter ita rem se habere non fecit contra veritatem iuramenti. p. 310. n. 53.

Iurans falsum, quod præmissa diligentia verum putarat, excusatur à culpa. p. 310. n. 54.

Iurans se admissurum rem venialem animos implendi quomodo peccet. p. 311. n. 61. 62.

Iurantis intentio spectanda quoad forum conscientie.

scientia. pag. 255. num. 37. 38.

Iurare quid sit. pag. 146. num. 7.

Iurare an sit actus licitus, & honestus. pa. 302. num. 1. Et an in Evangelio prohibitus. pag. 303. num. 2. 3. 4.

Iurare in iudicio quibus inter dicatur. pa. 306. num. 27. 28. 29.

Iurare per creaturas, an aliquo modo liceat. p. 307. num. 32.

Iure Regio cavetur omnia bona paterna esse legitimam filiorum, excepto quinto bonorum. pag. 192. num. 18.

Iurisdictiones Ecclesiastica, & secularis qualiter distinguantur. pag. 107. n. 4. ad n. 9.

Iurisdictionis spiritualis triplex status. pagina 108. num. 10.

Ius patronatus quod non adhæret bonis, sed personæ, an transeat in venditione bonorum. pa. 51. num. 53. ad num. 58. Et quid de iure patronatus, quando bona, & ius patronatus inter se sunt connexa, ita tamen, vt bona iuri patronatus cohæreant. pag. 52. num. 59. ad n. 62.

Ius patronatus per liberalem donationem trāfferri potest. pag. 52. num. 63.

Ius sepulturæ an sit materia simoniæ. pag. 52. num. 64. ad num. 69.

Ius civile, & canonicum an differant. pag. 197. num. 20. 21.

Iustitia iuramenti in quo consistat. pagin. 310. num. 41.

L.

LEGATARIUS quando fit futurus testis idoneus. p. 179. n. 33. & p. 181. n. 45.

Leges ferendi potestas Deum habet auctorem. pag. 136. num. 27.

Leges omnes ad quid dirigantur. p. 238. n. 137.

Legibus duodecim tabularū cavebatur, quod inter prædia vicinorum finibus constitutis spatium quinque pedum relinqueretur. p. 165. n. 77.

Legis servandæ obligatio ex vi directiva legis an sit naturalis, positiva, an divina. p. 136. n. 28.

Legis vis coactiva quænam intelligatur. pag. 137. num. 29.

Legitima, & Trebellianica quomodo differat. pag. 193. num. 19.

Lex positiva dupliciter derivari potest à lege naturali. pag. 151. num. 41.

Lex civilis, & Princeps, an possint impedire obligationem iuramenti antequam præstetur. p. 230. num. 90. ad num. 93.

Lex civilis quando obliget ad culpam. p. 239. num. 140. ad num. 145.

Lex positiva non potest imponere poenā pro peccatis mere interioribus. p. 345. n. 28.

Libellus qualiter debet continere claram intentionem actoris. pag. 75. n. 19. 20.

Libellus an debeat continere nomen actionis. p. 77. num. 24. Et discrimen inter ius civile, & canonicum. p. 77. num. 25. ad num. 28.

M. ARITO creditur stante sola declaratione vxoris. p. 169. n. 9. ad n. 12.

Maritus dote sibi non soluta an fructus pignoris retinere possit. p. 279. n. 34. ad n. 38.

Maritus an cogi possit alere vxorem dote sibi non soluta. pag. 280. num. 37.

Martyrum pro Christo passus ex Del privilegio iustificatur. pag. 342. num. 15.

Matrimonium metu contractum non valet. p. 288. num. 42. ad num. 44.

Matronæ qualiter deponere debeant de virginitate. pag. 171. num. 22. ad num. 33.

Matronæ an iurare debeant, vt fidem faciant. pag. 172. num. 35. 36. 37.

Matronarum fallaci dicto cur standum sit, non vero dicto mariti. pag. 169. num. 13.

Matronarum electio est iudicis, non partium, & an possint recusari. p. 171. n. 25. ad n. 29.

Medici quando adhibendi sunt ad inspiciendā fœminam. pag. 174. num. 45.

Mendacium quodcumque dictum in cōfessione an sit peccatum mortale. p. 351. n. 11. 12.

Mercatores nostri temporis an teneantur edere rationes librorum suorum. p. 143. n. 69. 70.

Metus dupliciter incutitur. p. 282. n. 5.

Metus non impedit quo minus iuramentum validum sit. pag. 282. num. 6.

Minister absolutionis debet habere duplicem potestatem. pag. 362. num. 2.

Minor religionem ingressus potest immobilia alienare sine decreto iudicis. p. 190. n. 5.

Minor ætas, aut maior quando præsumatur. pag. 190. num. 6.

Monachos admittendos esse in testes ad probationem eorum, quæ fiunt extra capitulum. pa. 182. num. 51. ad num. 54.

Monachus an possit agere in iudicio sine licentia Prælati. pag. 81. n. 5. 6. 7. & p. 83. n. 11. 12.

Monasterium quare excludat substitutus. pa. 195. num. 30. ad num. 39.

Monasterium quando excluditur substituto admisso. pag. 197. num. 40. ad 46.

Monasterium bonorum incapax an durante naturali vita Monachi remaneant poenes illud bona. pag. 198. num. 48.

Mors civilis, & naturalis quid sint. p. 198. n. 47.

Mors naturalis an spectanda, vt substitutus excludatur, an vero sufficiat professio. p. 198. n. 47.

Mortuos in vrbe sepelire erat prohibitum. p. 151. num. 39.

Muliere etiam tactus impudicos admittēte vir à iuratis spōsalibus recedere potest. p. 297. n. 14.

Mutuans sub vsuris peccat mortaliter. pagina 216. num. 10. 11.

Mutuuum peti in quo casu possit. p. 233. n. 104.

Mutuuum petens ab vsurario parato sub vsuris dare absque vlla iusta causa, an peccet mortaliter. pag. 312. num. 71. ad finem.

Obligatio

O. B. L. I. G. A. T. I. O.

OBLIGATIO ex iuramento promissorio cui oritur. pag. 217. n. 12. 13. & p. 220. n. 33. ad n. 35. & p. 234. n. 113.

Obligatio iuramenti continentis promissionem homini factam qualiter possit irritari, aut remitti. p. 223. num. 50.

Obligatio iuramenti promissoris, an tollatur condonante creditore. p. 255. n. 59. 60. 61.

Obligatione sigilli quænam contineantur, & contra. p. 385. n. 51. ad num. 59.

Obligatio iuramenti an cesset facta prorogatione termini compromissi. p. 253. n. 22. ad n. 27.

Obstericibus duabus deponentibus mulierē esse virginem magis creditur. pag. 168. num. 6. & pag. 174. num. 44.

Occasio peccati, & causa quomodo differant. pag. 234. num. 111.

Ordo sacer metu assumptus an obliget ratione voti ad servandam continentiam. pa. 285. num. 22. ad num. 33.

P.

PACISCENTIVM intentio sola nõ sufficit ad purgandam simoniam. pagina 329. num. 81.

Pactio contrahētium an efficere possit, vt creditor fructus pignoris sibi licite retineat. pagina 278. num. 25. 26.

Pactum de proroganda iurisdictione an sit nudum. pag. 9. num. 48.

Pactum de renuntiando privilegio fori an valeat, necne. pag. 9. n. 43. 44.

Pactum velitum de proroganda iurisdictione qualiter sit irrevocabile. p. 10. n. 45.

Parentes in quibus filiorum causis admittendi sunt in testes. pa. 177. n. 15. ad n. 19.

Pars maior in quibus casibus obtineat. pagina 181. num. 41. 42. 43.

Partes an possint inter se convenire de faciendā permutatione cum ordine ad consensum prælati. p. 321. nu. 34. ad n. 37. Et an liceat se mutuo obligare ad perseverandū in cōsensu. p. 322. n. 58.

Pater pro filio, nec filius pro patre testes sunt idonei. p. 176. n. 8 & p. 177. n. 14. Et in quo casu possint. p. 176. n. 9. 10. 11. & p. 177. n. 12. 13.

Patronatus ius an sit materia simoniæ. pag. 46. num. 19. ad num. 22.

Patronorum Laicorum, & Ecclesiasticorū discrimen. pag. 44. num. 6. 7. 8.

Patronus quas habeat significationes. pagina 43. num. 2.

Patronus Laicus an semel tantum possit variat. p. 44. num. 9. 10. 11. 12.

Peccata alia sunt occulta, alia publica. pagina 124. num. 80. 81.

Peccata mortalia, & venialia quomodo differant in ordine ad confessionem. p. 348. n. 41.

Peccati secreti plures sunt gradus. pagina 125. num. 82.

Peccatorum numerus an explicandus in confessione. pag. 354. num. 28. 29. 30.

Peccatorum ne species explicare sit necess. p. 353. num. 23. 24.

Peccatum quando dicatur vnum numero. pag. 353. num. 25. 26.

Pensio an sit res spiritualis. p. 325. n. 57. 58.

Pensio an sit redimibilis. p. 326. n. 63. ad n. 66.

Pensio stipendaria dupliciter potest intelligi. pag. 326. n. 68. & p. 327. n. 69.

Pensionarius non potest transferre pensionem pretio interveniente. p. 326. num. 62.

Pensiones clericorum sunt in duplici differentia. pag. 326. num. 66.

Pensiones datæ pro beneficijs sunt in duplici differentia. p. 327. num. 70.

Periurium quam grāve peccatum sit. pag. 318. num. 65.

Periuro facta collatio beneficij an valeat. pag. 87. num. 11. 12.

Permutatio beneficiorum Ecclesiasticorum facta propria autoritate, est prohibita ab Ecclesia, & simoniaca. p. 318. n. 9. 10. 11.

Permutatio præbendarum potest fieri dupliciter. pag. 318. num. 12.

Permutatio tantum potest fieri de beneficijs proprijs. pag. 321. num. 29.

Permutatio quando non valeat. p. 321. n. 30.

Permutatio præbendarum an aliquando fieri possit ex solo consensu permutantium. pa. 324. num. 51. 52.

Permutatio beneficiorum inæqualium an fieri possit sine simonia. p. 327. n. 72. ad n. 80.

Pignoris possessio ad quem pertineat. p. 277. num. 18. ad num. 21.

Pignus in quibus rebus consistat. p. 274. n. 5.

Pignus, & hypotheca in quo differant. pagina 274. num. 5.

Pœnitens ad quæ teneatur, vt confessio sit integra. pag. 325. num. 17. ad num. 21.

Pœnitens infirmitate prævêtus vocem, amittens an absolvendus licet nullo signo peccatum aliquod explicaverit. p. 354. n. 31. ad n. 35.

Pœnitens quas circumstantias teneatur declarare. pag. 358. num. 50. 51. 52.

Pœnitentia, & pœnitere quid sint. p. 340. n. 3.

Pœnitentia quotuplex. p. 340. n. 4.

Pœnitentia vt virtus, & vt sacramentū in multis differunt. p. 341. num. 6.

Pœnitentia an statim obliget post peccatum commissum. pag. 343. num. 17. 18.

Pœnitentia in quo conveniat cum baptismo. pag. 342. num. 13.

Pœnitentia summo rigore imponebatur in primitiva Ecclesia. pag. 359. num. 54.

Pœnitentiæ præceptum quibus impositum. pag. 341. num. 7.

Pœnitentiæ tempus determinatum quale sit. pag. 343. num. 19.

Pœnitentiæ præceptum, & restitutionis quomodo differunt. pag. 344. num. 22.

Index Rerum.

tientibus potest recusari ex solo partis iuramento. pag. 172. num. 30. 31.

Testator bonorum hæreditariorum an possit prohibere divisionem. pa. 163. n. 61. 62. 63.

Testamenta quomodo olim fierent. pag. 150. num. 35.

Testamentum coram Principe factum tanquã coram populo validum est. p. 150. n. 35.

Testamentum factum ante religionis ingressum professione secuta non rûpitur. p. 195. n. 33.

Testator bonorum hæreditariorum an possit prohibere divisionem. p. 163. n. 61. 62. 63.

Testatoris voluntas ex quibus causis deduci possit. pag. 199. num. 52. ad num. 55.

Testes quando plures quam duo possint adhiberi. pag. 154. num. 53. ad num. 56.

Testes indici possunt ad declarandam virginitatem fœminæ post publicationem. pagina. 174. num. 46. 47.

Testes universitatis in quibus casibus admitendi. pag. 178. num. 26. ad num. 36.

Testes domestici qui namdicantur, & quando sine testes idonei. pag. 183. num. 56.

Testes instrumento scripti, vt probent contra instrumentum publicum, quid sit necesse. pagina. 183. num. 61. 62. 63.

Testimonio vnus quando standum. pa. 149. num. 26. ad num. 30. & in quibus causis. pagina 149. num. 31. 32. 33.

Testimonium vnus non sufficit ad iustificandum quemquam, neque ad condemnandum. pa. 148. num. 20. ad num. 25.

Testis maior omni exceptione quis dicatur. pag. 178. num. 25.

Testium numerus, qui non sunt instrumentarii, quis sit necessarius ad renovandum instrumentum. pag. 185. num. 71. 72.

Transactio ad terminandam litem in beneficiis, an possit fieri sine simonia. p. 331. n. 92. 93.

Transactio differt à compositione. p. 331. n. 92.

Transactio in quibus casibus sit simoniaca. pa. 331. num. 97. ad num. 103.

Transactio super beneficijs potest fieri tripliciter. pag. 332. num. 104. ad num. 106.

V.

VERITAS iuramenti in quo consistat. pag. 309. num. 46.

Vidua an soluto matrimonio, teneatur fructus dotis in sortem imputare. p. 280. n. 41.

Vir, seu fœmina post sponsalia fornicantes fidem frangunt. pag. 297. num. 13.

Virginitas est quædam qualitas naturaliter insita. pag. 168. num. 4. 5.

Viro iuranti se carnaliter vxorem cognovisse magis creditur. pag. 168. num. 7.

Voti commutatio vt fiat quid requiratur. pag. 263. num. 88.

Voti, & iuramenti differentia. p. 285. n. 18.

Voti, & baptismi metu susceptorum disparatio. pag. 287. num. 32.

Votum emissum propter metum mortis quando obliget. pag. 190. num. 7.

Votum metu extortum an irritum sit in Ecclesiastico. pag. 285. n. 18. ad num. 21.

Vovens religionem si in Episcopum eligatur, an possit Episcopatum acceptare, antequam religionem profiteatur. pag. 262. n. 87. ad n. 89.

Voventis ignorantia mere negativa an reddat votum irritum. pag. 293. num. 71.

Vsuræ an fuerint prohibitæ iure civili antiquo. pag. 216. num. 8. 9.

Vsurarios creditores compellendos esse ad iuramenta super vsuris sibi solvendis relaxanda. p. 215. num. 4.

Vsurarium cogendum esse edere instrumenta sua actori. pag. 143. num. 72.

Vsurarum cognitio ad quem pertineat. p. 42. num. 174.

Vsurarum promissio an obliget. p. 215. n. 2.

Vsuras omni iure esse prohibitas. pag. 216. n. 6. 7. & pag. 232. num. 102.

Vulgaris substitutio quæ. pag. 192. n. 17.

Vxor pro marito, nec contra testis esse potest. pag. 178. num. 21.

Vxor, & vir an altero promittente continentiam, vterque teneatur votum adimplere. pagina 163. num. 91. ad num. 94.

L A V S D E O.